Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARII

COLLEGII CONIMBRICENSIS

SOCIETATIS IESV,

IN DVOS LIBROS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE, ARISTOTELIS STAGIRITÆ.

Hac secunda editione, Græci contextus Latino è regione respondentis accessione auctiores, & emendatiores.

Cum duplici INDICE, *vno Capitum & Quæstionum, altero rerum præcipuarum.*



Ex del Colº Nº de Loyola, y mi Librería.

LVGDVNI,
Sumptibus Ioannis Baptistæ Buysson.

ANNO M. DC.

BIBLIOTHECA PHILOSOPHORUM PARIS. CLER. REG.

Universidad de Deusto
Biblioteca



IVDICIVM EORVM, QVI AD HOS Commentarios ex officio Sanctæ Inquisitionis recognoscendos constituti fuerunt.

PErlegimus hos cursus Conimbricenſis Commentarios in libros de Generatione, & Corruptione, in quibus nihil inuenimus, quod Fidei aut bonis moribus repugnet. Quin verò cenſuimus eſſe opus & doctrinæ ſubtilitate, & ſtyli nitore, & rerum, quæ in eo tractantur, copia & varietate inſigne: nec Philoſophis tantùm, ſed Theologis quoque perquàm vtile futurum. Quod proinde non modò typis excudi, ſed immortalitati commendari debeat.

IOANNES CORREA.

F. LVDOVICVS DE SOTTO MAIOR.

REY DE GOES.

FACVLTAS SVPREMI SANCTÆ Inquisitionis Concilij.

Excudantur hi commentarij in duos libros de Generatione, & Corruptione. 24. Septembris. 1592.

ANTONIVS DE MENDOÇA.

IACOBVS DE SOVSA.

MARCVS TEIXEYRA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FACVLTAS REGII SENATVS.

Excudantur hi Commentarij, Olisipone, 23. Decemb. 1595.

HIERONYMVS PEREYRA.

DAMIANVS DE AGVIAR.

FACVLTAS ILLVSTRISSIMI, AC Reuerendissimi Domini Alphonsi de Castelbranco Episcopi Conimbricensis.

Excudi possunt hi Commentarij, cùm nihil contineant, à Christiana Religione, aut recta morum Doctrina alienum. 4. Decemb. 1595.

D. ALPHONSVS EPISCOPVS COMMES.

SVMMA CAPITVM, ET QVÆSTIONVM, QVÆ IN HISCE LIBRIS ARISTOTELIS DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE continentur.

IN PRIMO LIBRO.

CAPITE PRIMO.

ROPONITVR *susceptæ instituti ratio, enumerantur veterum philosophorum dogmata de rerum ortu & interitu.*

CAPITE II.

Rursus doctrina scopus explicatur, & antiquorum de re proposita sententiæ in medium afferuntur.

CAPITE III.

Declarat Aristoteles quid ipse de rerum ortu, & interitu sentiat: statuit dandam generationē simplicem, & dubia quædam dissoluit.

CAPITE IIII.

Generatio simplex quid sit; quo pacto ab alteratione, ceterisq; mutationibus differat: Item quænam alterationis propria, peculiarisve natura sit.

Quæst. 1. *Quid sit alteratio, & quo pacto ad generationem se habeat.*

Art. 1. *Explicatur alterationis definitio.*

2. *Quibus inter se alteratio, generatioq; dissideant.*

3. *Dubij cuiusdam enodatio.*

Quæst. 2. Art. 1. *Vtrum alteratio sit continua; nec ne.*

Qui partem negatiuam tueantur, & quibus argumentis.

2. *Solutio quæstionis.*

3. *Diluuntur primi articuli argumenta.*

Quæst. 3. *Quem dignitatis locum alteratio inter ceteros motus vendicet.*

Responsio ad quæstionem. Art. 1.

Aliquot obiectorum dilutio. 2.

Quæst. 4. *Quod nam sit subiectum alterationis, aliorumq; materialium accidētium.*

Explicatio controuersia. Art. 1.

2. *Materialia accidētia interueniu quantitatis in materiam recipi.*

3. *Obiecta aduersus ea, quæ primo articulo concluſa sunt, eorumq; refutatio.*

Quæst. 5. *Vtrū quodlibet accidens diuina virtute alieno subiecto inhærere possit; an non.*

Art. 1. *Argumenta pro parte negatiua.*

2. *Quid in re proposita sentiēdū videatur.*

3. *Occurritur primi articuli argumentis.*

Quæst. 6. *Possit ne accidens diuina virtute conseruari extra subiectum.*

Art. 1. *Quæ argumenta probare videātur, non posse.*

2. *Certum esse, posse diuina virtute conseruari accidentia extra subiectum.*

3. *Argumentis initio adductis nihil contra ea, quæ primo articulo asserta sunt, confici.*

Quæst. 7. *Quidnam accidens amittere, aut acquirere debeat, vt diuinitus extra subiectum maneat.*

Art. 1. *Quid circa vtramq; partem controuersia sentiendum sit.*

2. *Explicantur duo argumenta proxima articuli. Agitur de actione, & interitu accidentium extra subiectum.*

3. *Diluitur tertium argumentū primi articuli; ostenditur causalitatē subiecti respectu accidentium non suppleri a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo. An genere causæ materialis.
Quæst. Detur ne substantialis generatio, an non.
8. Art. 1. Etsi eam veteres negarint, negari tamen non posse.
2. Occurritur argumentis, quibus substantialis generatio oppugnari potest.
Quæst. An generatio substantialis rectè ab Aristotele definita sit.
9. Art. 1. Explicatur definitio generationis substantialis.
2. Refutatio obiectorum.
Quæst. An definitio generationis viuentium
10. rectè se habeat. (tium.
Art. 1. Explicatur definitio generationis viuē-
2. Responsio ad argumenta contra superiorem definitionem.
Quæst. Vtrum generatio sit conuersio.
11. Art. 1. De conditionibus ad conuersionem requisitis.
2. Disputatio quæstionis, eiusq; dilutio.
Quæst. Vtrum generatio sit vera actio instan-
12. tanea; an non.
Art. 1. Opinio existimantium non esse.
2. Constituitur vera sententia, diluunturq; argumenta aduersariorum.
Quæst. In quanam actione generatio propriè
13. consistat.
Art. 1. Decernitur consistere in actione, qua generās vnit formam cum materia. Disquiritur num in humana generatione talis actio detur.
2. Probabilius videri etiā in generatione hominis dari ex parte generantis actionem, qua animā intrinsecè attingat eam corpori vniendo.
Quæst. Vtrum humanæ generationes supra na-
14. turæ vim editæ propriè, vniuocèq; generationes sint; an non.
Art. 1. Argumenta partis negatiuæ.
2. Explanatio controuersiæ, & dilutio argumentorum superioris articuli.
Quæst. Vtrum forma, an compositum sit termi-
15. nus per se generationis.
Art. 1. Diuersa auctorum sententia.
2. Quid in re proposita asserendum videatur.
Responsio ad primi articuli argumenta. 3.
Quibus rebus generatio, & corruptio Quæst.
inter se conueniant, & differant: & 16.
de quibusdam earum affectionibus.
Explicatur corruptionis definitio. Art. 1.
Multiplex conuenientia, & discrimen, 2.
inter generationem, corruptionemq;
Quonam modo corruptio dicenda sit 3.
naturalis.
Quòd generatio intēdatur per se à na- 4.
tura.
Quòd corruptio non intendatur à na- 5.
tura per se.
An corruptio vnius, sit alterius gene- Quæst.
ratio. 17.
Argumenta, quæ pro parte negatiua Art. 1.
afferri possunt.
Statuuntur aliquot assertiones, quibus 2.
tota quæstio explanatur.
An in cuiuslibet rei naturalis interitu Quæst.
fiat vsque ad materiam primam re- 18.
solutio, nec ne.
Quibus argumētis negatiua pars quæ- Art. 1.
stionis ostendi videatur.
Defenditur pars affirmatiua contro- 2.
uersiæ.
Diluitur primum argumentum primi 3.
articuli: Agitur de concursu dispositionum respectu formæ.
Explicantur cætera primi articuli ar- 4.
gumenta.
Quo pacto dilui possint rationes eorum, 5.
qui negatiuam quæstionis partem tuentur.
Num in quolibet composito physico tot Quæst.
insint formæ substantiales re ipsa dif- 19.
ferentes, quot essentialia prædicata.
Qui affirmatiuam partem sequātur, & Art. 1.
quibus eam argumentis probent.
Asseritur pars negatiua, diluūtur ad- 2.
uersariorum argumenta.
Danda ne sit in rebus physicis corpo- Quæst.
reitatis forma, an non. 20.
Opiniones, & argumenta eorum, qui Art. 1.
affirmatiuam partem tuentur.
Corporeitatis formam esse fictitiam, mi- 2.
nimeq;

nimeq; necessariam.
3. Diluuntur contraria opinionis argumenta.
Quæst. Vtrum in homine plures sint anima, an
21. vna tantùm.
Art. 1. Diuersa auctorum sententia.
2. Omnino asserendum vnam tantùm esse animam in quolibet homine.
3. Occurritur primi articuli argumentis.
Quæst. Vtrum partes organicæ animalium di-
22. uersas specie formas vendicēt, an non.
Art. 1. Opinio existimantium vendicare.
2. Constituitur pars negatiua cōtrouersiæ. Diluuntur tria priora argumenta superioris articuli.
3. Explicatur quartum argumentum: disseritur de partium dissimilarium actione.
Quæst. Sint ne capilli, & vngues animati; an
23. non.
Art. 1. Diuersa philosophorum sententia.
2. Dissoluuntur argumenta pro superioribus sententijs adducta, vt quam quisque magis probarit, tueri possit.
Quæst. Num quatuor humores, & spiritus tam
24. vitales, quàm animales vita præditi sint, an non.
Art. 1. Quibus argumentis pars affirmatiua quæstionis vera videatur.
2. Concluditur pars negatiua cōtrouersiæ.
3. Explicatio argumentorum primi articuli.
Quæst. Vtrum lac, & semen viuant.
25. Art. 1 Qua ratione lac procreetur: & quod vita careat.
2. Semen potestate, non actu viuere.
Quæst. Vtrum in semine generatiua, & forma-
26. trix virtus insideat.
Art. 1. Quid in proposita difficultate sentiendum sit.
2. Dilutio vltimi argumenti superioris controuersiæ, & aliarum quarundam dubitationum explicatio.
Quæst. An vterq; parens per vim seminariam
27. actiuè concurrat ad generationem.
Art. 1. Quæstionis in vtranq; partē disputatio.
Quæstionis conclusio. Explanatio argu- 2.
mentorum vtriusque partis.
Ex qua materia coagmentetur fœtus. Quæst.
Proponitur duplex sententia, vna Ari- 28. Art. 1
stotelis, altera Medicorum.
Dubia quædam soluuntur. 2.
An cor ante alia membra efformetur. Quæst.
29.
Refutantur qui omnia membra æquè Art. 1.
primò confingi credidere.
Sententia Hippocratis, & Aristotelis, 2.
quorum ille hepar, hic cor primo effingi putauit.
Probabile esse cor: probabile item iecur 3.
primò gigni: vtriusque partis argumenta probabilia tantùm esse.
Cur filij parentibus, aliisve similes, aut Quæst.
dissimiles enascantur. 30.
Traduntur nonnullæ huius rei causæ. Art. 1.
Quantam in re proposita imaginatio 2.
vim habeat.

CAPITE V.

Quid sit accretio: quo pacto ab alijs motibus differat: quid inter eam, & nutritionem sit discriminis.
De facultate naturali, vitali, & ani- Quæst.
mali. 1.
Facultatem naturalem, ad quam accre- Art. 1.
tio, & nutritio spectant, partim in iecore contineri, partim non.
Facultatem vitalem in corde sedem 2.
habere.
Quid de animali facultate asserēdū sit. 3.
Argumenta aduersus ea, quæ superio- 4.
ribus articulis concluſa sunt.
Soluuntur omnia proximi articuli ar- 5.
gumenta, excepto vltimo.
Diluitur vltimum quarti articuli ar- 6.
gumentum. Quæritur quodnam sit in animali membrū dignitate primum.
Dentur ne spiritus in animante, an- Quæst.
non. 2.
Dari spiritus vitales, & animales, & vt Art. 1.
quidam volunt, etiam naturales.
Quo natura artificio spiritus procreen- 2.
tur, foueantúrque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst. Qua ratione altrix facultas circa alimentum negotietur.
Art.1. De necessitate vegetatricũ facultatum, deq; prima alimenti coctione.
2. De secunda coctione.
3. De tertia coctione, & conuersione alimẽti, deq; facultatibus adiutricibus.
Quæst. Vtrũ omnes quatuor humores in hepate
4. gignantur.
Art.1. Constituitur pars affirmatiua.
2. Aliquot obiectionum dilutio.
Quæst. Quidnam sit fames, & sitis.
5. Ar.1. Argumenta contra famis, & sitis definitionem ab Aristotele traditam.
2. Vnde fames, & sitis oriantur: & in quo propriè consistant.
3. Dilutio argumentorum primi articuli.
Quæst. Cuiusmodi esse oporteat alimentum.
6. Ar.1. Propositi dubij explicatio.
2. Obiecta, eorumq; refutatio.
Quæst. An elementum, rei viuentis alimentum
7. esse queat, nec ne.
Art.1. Argumenta in partem affirmatiuam.
2. Dubij superioris explicatio.
Quæst. Vtrum animalia sanguine prædita solo
8. sanguine nutriantur.
Art.1. Vtriusque partis argumenta.
2. Quæstionis conclusio.
3. Soluuntur argumenta primi articuli.
Quæst. Vtrum sit necesse omne viuens nutriri,
9. an non.
Art.1. Diffolutio controuersiæ, & argumenta, quibus ea oppugnari possit.
2. Responsio ad superiora argumenta.
Quæst. Vtrum viuẽt, quandiu viuit, nutriatur.
10. Ar.1 Videri non semper nutriri.
2. Viuere, quandiu viuit, nutriri: nec superioribus argumentis oppositum concludi.
Quæst. Vtrum alimentum per nutritionem in
11. veram substantiam rei, quæ alitur, commutetur.
Art.1. Sententia Magistri, & Alexandri Aphrodisæi.
2. Superiorum sententiarum confutatio.
3. Responsio ad argumenta primi articuli.
An toto nutritionis decursu idem subiectum perseueret, nec ne. Quæst. 12.
Quid Aristoteles significarit nomine partium formalium, & materialium subiecti. Art.1.
Quo pacto maneat, vel non maneat idem, subiectum, quod nutritur. 2.
Quonam modo accretio, & decretio inter se, & à nutritione differant. Quæst. 13.
Quàm variè accretionis, & decretionis nomen vsurpetur. Art.1.
Explanatio controuersiæ. 2.
Fieri ne possit, vt viuens, dum vita fruitur, semper augescat. Quæst. 14.
Et si viuens dum viuit, nouam quantitatis portionem comparet: augeri tamen perpetuò non posse. Art.1.
Soluuntur aliquot obiectiones. 2.
Num eius, quod incrementum sumit, quælibet pars augescat. Quæst. 15.
Astruitur pars affirmatiua quæstionis. Art.1.
Quarundam obiectionum dilutio. 2.
Sit ne accretio in quouis puncto facta motus continuus, an non. Quæst. 16.
Diuersæ auctorum sententiæ. Art.1.
Veræ opinionis explicatio. 2.
Respondetur contrariarum opinionum argumentis. 3.
An corpus, quod rarescit, nouam acquirat quantitatem, nec ne. Quæst. 17.
Quidnam sint raritas & densitas. Art.1.
Diuersæ opiniones circa controuersiam initio propositam. 2.
Rarefactione neque veterem quantitatem deperdi, neque nouam acquiri. 3.
Dissoluuntur contrariarum partium argumenta. 4.
Quos motus subeat corpus cùm rarescit. 5.
Argumenta aduersus id, quod de motu ad maiorem extensionem assertum fuit: eorumque explanatio. 6.
Vtrum sine rarefactione, & absque accessu nouæ materiæ possit diuina virtute ex paruo fieri magnum, an non. Quæst. 18.
Quæstionis in vtramque partem disputatio. Art.1.

Præfer

2. Præfertur pars negatiua, diluuntur vtriusque partis argumenta.

CAPITE VI.

Quid & quotuplex sit tactus: & quorum actio tactum requirat.
Quæst. Vtrum ad mutuam actionem, & passionem corporum, requiratur agentis, & patientis contactus.
Art.1. Negatiua partis argumenta.
2. Solutio quæstionis, & argumentorum superioris articuli explanatio.

CAPITE VII.

Referuntur veterum opiniones de actione, & passione: statuitur quæ in se mutuo agunt, & patiuntur, partim similia, partim dissimilia esse oportere: item ea, quæ communem materiam non habent, ab se inuicem pati non posse.

CAPITE VIII.

Confutantur antiquorũ placita de modo agendi, & patiendi, videlicet Empedoclis, Leucippi, Melissi, & Platonis.

CAPITE IX.

Quæ sit vera agendi, & patiendi ratio, & quæ ad id conditiones requirantur.
Quæst. Possit ne idem agere in seipsum actione
1. reflexa.
Art.1. Explanatio controuersiæ quoad actionem reflexam luminis.
2. Enodatio controuersiæ quoad actionem, reflexam, quæ per antiperistasim fit.
3. Explicatio eiusdem.
4. Adduntur quædam ad propositæ difficultatis explicationẽ concludendam.
Quæst. Possit ne simile agere in sibi simile, an
2. non.
Statuitur prima conclusio, eademq; ab aduersariorũ argumentis defenditur. Art.1.
Ponitur secunda conclusio; diluuntur obiectiones. 2.
Traditur tertia conclusio: soluuntur rationes contrariæ sententiæ. 3.
Detur ne inter agens, & patiens actio reciproca: an non. Quæst. 3.
Argumenta partis negatiuæ. Art.1.
Negari non posse mutuam actionem, & passionem inter agens, & patiens: & in ea re explicanda non rectè quosdam philosophari. 2.
Repassionem fieri, dum vnius qualitatis actiuitas alterius resistentiam vincit. 3.
Refelluntur falsæ quorundam opiniones circa ea, quæ proximè concluſa sunt. 4.
Diluuntur rationes, quæ probare contendebant patiens non reagere. 5.

CAPITE X.

An detur in rerum natura mistio; quibus rebus competat; qua ratione fiat; quid sit mistile.
Vtrum mistio sit. Quæst.
Quibusdam argumentis videri nõ esse: re tamen vera esse. 1. Ar.1.
Diluuntur argumenta, quæ mistionem è medio tollere nitebantur. 2.
Dubij cuiusdam enodatio. 3.
Vtrum definitio mistionis rectè se habeat. Quæst. 2.
Argumenta partis negatiuæ. Art.1.
Defenditur mistionis definitio. Occurritur argumentis in aduersam partem adductis. 2.
Vtrum elementa secundum suas formas maneant in misto; an non. Quæst. 3.
Qui auctores affirmatiuam partem defendant, & quibus argumentis. Art.1.
Negatiuam partem quæstionis veram esse. 2.
Diluuntur aduersariorum argumenta. 3.
Qua ratione elementa dicantur manere virtute in mistis. Quæst. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Art.1. *Diuersæ auctorum sententiæ.*
2. *Vera opinionis explicatio.*

In secundo libro.

CAPITE PRIMO.

INchoatur disputatio de elemẽtorum ortu, & interitu; agitur de materiali principio tum elementorũ tum corporum, quæ ex ipsis coalescunt: refruuntur ea de re variæ antiquorum sententiæ.

CAPITE II.

Disseritur de principio formali elementorum, quatenus tangibilia, atque actiua, & passiua sunt: enumerantur variæ contrarietates tactilium qualitatum: explicatur, quænam ex iys pertineãt ad formale principium elemẽtorum: & quænam actiuæ sint, quæ passiuæ.

CAPITE III.

Singulis elementis propriæ assignantur qualitates: ponitur numerus elementorum, subijciuntur nonnulla theoremata ad eorũ statum, conditionemq; declarandam.

Quæst. *Quid sit elementum.*
1. Art.1. *Multiplex elementi significatio, & definitio.*
2. *Essentiales elementorum formas non esse qualitates primas.*
3. *Solutio rationum, quæ oppositum probare nitebantur.*
Quæst. *Sint ne quatuor primæ qualitates, an*
2. *non.*
Art.1. *Negatiuæ partis argumenta.*
2. *Totius controuersiæ explicatio.*
3. *Soluuntur aduersariæ partis argumẽta.*
Quæst. *Verũ Aristoteles quatuor primas qua-*
3. *litates rectè definierit.*
Quibus rationibus negatiua pars ostẽdi Art.1.
videatur.
Diluuntur proximi articuli rationes. 2.
Num è quatuor primis qualitatibus Quæst.
duæ actiuæ sint, duæ passiuæ. 4.
Explicatio quæstionis. Art.1.
Dubiorum quorundam solutio. 2.
Vtrum singulis elementis, singula in Quæst.
summo qualitates insint, & quæ 5.
quibus.
Vnicuique elemento in suo naturali sta- Art.1.
tu competere vnam qualitatem in summo: igni calorem, aëri humiditatem.
Aquæ summum frigus: terræ siccitatem 2.
summam deberi.
Vtrum elementa, præter qualitatem Quæst.
vnam summè intensam, aliam in 6.
excellenti gradu vendicent.
Affirmatiuæ partis assertio, & confir- Art.1.
matio.
Eorum rationes, qui aërem natura ca- 2.
lidum esse negarunt.
Cõcluditur aërem esse natura calidum, 3.
diluuntur aduersariorum argumẽta.
Qualitatem, quæ elemẽtis in excellenti, 4.
non tamen in summo gradu competit: contrariæ admixtam esse.
Vtrum qualitates symbolycæ elemento- Quæst.
rum inter se specie distinguantur, an 7.
non.
Non distingui. Art.1.
Diluuntur argumenta contra superio- 2.
ris articuli conclusionem.
Vtrum calor elementalis specie differat Quæst.
ab animali, & cœlesti, an non. 8.
Qui auctores putent differre, & quibus Art.1.
id argumentis suadeant.
Elementarem calorem, cœlestem, & vi- 2.
talem, omnesq; in vniuersum calores eiusdem esse speciei.
Aduersariæ partis argumẽta nõ con- 3.
cludere.
Possint ne duo contraria inueniri simul Quæst.
in eodem subiecto, an non. 9.
Opinio existimantium nec contraria Art.1.
remissa

remissa posse simul inueniri.
2. *Quædam contraria remissa eidem rei ineesse posse: quædam non posse.*
3. *Contraria in excellenti gradu non posse simul in eodem subiecto inueniri.*
4. *Semper ex vtroque contrario, si prima sint, vnius latitudinem absolui.*
5. *Contrarias qualitates in gradibus perfectis diuina virtute eidem rei ineesse posse.*
6. *Quid de existentia contrariarũ actionum in eodem subiecto iudicandũ sit.*
7. *Dissoluuntur primi articuli argumẽta.*

CAPITE IIII.

Elementa ex se mutuò gigni: & quo pacto inter habentia, vel non habentia symbolum, eiusmodi generatio sese habeat.

Quæst. *Vtrum quoduis elementum è quouis gi-*
1. *gnatur, an non.*
Art.1. *Argumenta in negatiuam partem.*
2. *Responsio ad propositam dubitationem.*
Quæst. *Num symbolica elementa in sese facili-*
2. *ùs commeent.*
Art.1. *Argumenta, quæ affirmatiuam partem oppugnant.*
2. *Constituitur pars affirmatiua.*
Quæst. *Vtrum ex pluribus elementis possit gi-*
3. *gni vnum à quolibet eorum specie distinctum.*
Art.1. *Quibus argumentis videatur non posse.*
2. *Solutio dubij. Explicatio argumẽtorum.*

CAPITE V.

Præter elementa non dari aliud corpus, quod ipsorum principium, & materia sit: ipsa verò elementa quatuor esse, non plura, nec pauciora.

CAPITE VI.

Peccasse Empedoclem, quod negarit elementa in se mutuò commutari; atque alia quædam asseruerit, & à suis dictis, & à philosophica veritate aliena.

CAPITE VII.

Empedoclis errores iterum coarguuntur. Explicatur qua ratione mista ex elementis constent: & vt primarum qualitatum mistura, ad temperiem fiat.

CAPITE VIII.

In quolibet mixto inesse elementa omnia: etiam ignem, qui & si nutrivi videatur: re tamen vera non nutritur: sed prout in quolibet misto virtute continetur, in pabulum rerum viuentium cedit.

Quid, & quotuplex sit temperamẽtum. Quæst.
Temperamentum non esse relationem, 1. Art.1.
nec quintã qualitatem: sed quatuor primas ad moderationem reductas.
Temperamentorum differentiæ, quæ & 2.
quales sint.
Detur ne corpus exquisitè temperatum, Quæst.
an non. 2.
De temperamento ad iustitiam. Art.1.
De temperamento ad pondus diuersa 2.
auctorum sententiæ.
Quæstionis explanatio. 3.
An corporis humani temperamẽtum, Quæst.
& constitutio idonea sit cæterisque præstantior. 3.
Negatiuæ partis argumenta. Art.1.
Constituitur pars affirmatiua, refellun- 2.
tur argumenta contraria.
Diluitur vltimum primi articuli argu- 3.
mentum: Explicatur in quonam pulchritudo consistat.
Quodnam temperamentum ad excel- Quæst.
lentiam ingenij, & mentis perspicaciam magis idoneum sit. 4.
Generatim de iys, quæ ingenium vel me- Art.1.
lius, vel deterius reddunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Quæstionis initio proposita in varias partes disceptatio.
3. Controuersiæ conclusio, & explicatio argumentorum.
Quæst. 5. Quod temperamentum vendicent quatuor anni tempora.
Art. 1. De causa efficiente, & fine quadripartitæ huiusce varietatis.
2. Controuersiæ solutio.
Quæst. 6. De ætatum, & singularum partium temperamentis.
Art. 1. Temperamenta ætatum.
2. Temperamenta singularum partium.

CAPITE IX.

Traduntur cõmunes, & generales causæ transmutationis generabilium, & corruptibilium corporum; referunturq; antiquorum ea de re opiniones.

CAPITE X.

Causam efficientem generationis, & interitus rerum esse lationes cœlestes, à quibus hic inferior mundus, ac prinatim certa periodus vitæ cuiusque viuentis dependet. Finalem autem causam circuitionis prædicti ortus, & corruptionis esse, vt corruptibilia, quoad possunt, perennitatem obtineant.
Quæst. 1. An sit necesse omnia viuentia naturæ conditione tandem extingui.
Negatiuæ partis argumenta. Art. 1.
Explanatio quæstionis. 2.
Solutio argumentorum. 3.

CAPITE XI.

De necessitate successionis generationum: de duplici earum progressu, recto & circulari: num id, quod semel interit, idem numero reparari queat.
Num quod semel interiit per vim naturæ idẽ numero redire possit, nec ne. Quæst. 1.
Veterum in proposita quæstione sententia, eiusq; improbatio. Art. 1.
Opinio aliorum existimãtium, id quod interiit, posse idem numero redire per naturam. 2.
Approbatio contrariæ sententiæ. 3.
Explicatio argumentorum secundi articuli. 4.
Possit ne ens permanẽs, quod esse desijt, idem numero diuina virtute reparari, an non. Quæst. 2.
Quæ argumẽta probare videantur non posse. Art.
Partem affirmatiuam omnino veram esse. 2.
Responsio ad primi articuli argumẽta. 3.
Possit ne successiuum, quod euanuit, diuina virtute idem restitui. Quæst. 3.
Negatiuæ partis argumenta. Art. 1.
Partem, quæ affirmat, probabiliorem videri; nec aduersariorum argumenta concludere. 2.

DE

DE ORDINE DOCTRINAE, DE SVBIECTO, INSCRIPTIONE, ET PARTITIONE *hũius operis.*

POST doctrinam librorum de cœlo, in his de generatione, & corruptione, qui illos proximè sequuntur, accedit Aristoteles ad præcipuas quasdam nascentium, & intereuntium corporum affectiones pertractandas: ita tamen, vt de iis, magna ex parte, in commune tantùm disserat; easdem posteà in reliquo suæ Physiologiæ progressu membratim explicaturus. Postulat enim ordo doctrinæ, sicuti ipse in Physicæ auscultationis proœmio, & lib. 1. de partibus animalium cap. 1. Hippocrates in lib. de natura humana, Socrates apud Platonem in Phædro, admonent, vt à confusis ad distincta, à communioribus ad minus communia incedamus. *Ordo doctrinæ.*

Existit nihilominus de re huic operi subiecta inter scriptores dissidium. M. Albertus hoc loco tractatu. 1. cap. 1. ait esse corpus simplex, id est, elementum, prout mobile, seu mutabile est ad formam substantialem, vel accidentariam; non externam, qualis est locus, sed internam, hoc est, in re ipsa, quam denominat, receptam. Adstipulanturque huic opinioni Alexander lib. 1. Meteor. & Auerroes 1. de cœlo commento. 3. eidemque videtur fauere Aristoteles lib. 1. de sensu, & sensili cap. 4. vbi hoc opus appellat commentationem de elementis, & lib. 2. de anima, c. 11. text. 117. vbi se hic de elementis egisse profitetur; videlicet libro secundo, in quo de reciproca elementorum commutatione, ortuque disserit. Verùm sententia hæc non placet; quia Aristoteles, vti Philoponus annotauit, non de elementorum tantùm, sed de mistorum etiam affectionibus, quæ corpora generationi obnoxia communiter sequuntur, in hisce libris accuratè disputat. Quod & se facturum pollicetur primo, & secun- *Opiniones, variæ de subiecto.* *Alexander. Auerroes. Aristote.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

do capite primi libri; eodemque capite secundo Platonem coarguit, quòd simplicium tantùm, non autem omnium corporũ, etiam mistorum, generationem complexus fuerit. Quare non debuit Aristoteles doctrinam hanc sub ea, quam in Platone requirebat, amplitudine, præterire. Ea verò, quæ in contrariam partem adducta sunt, non concludunt. Nimirum ideo Aristoteles loco citato hoc opus commentationem de elementis vocat, quia de illis hoc secundo libro disseruerat: sed enim ea disceptatio non sat est, vt propterea elementum debeat totius operis subiectum dici; cùm in eodem etiam mistorum communes proprietates, affectionesque ex instituto pertractentur, vt paulò ante aduertimus.

Plato ab Aristo. reprehensus.

Vera sententia de subiecto.

Statuendum igitur cum D. Thoma, Ægidio, Marsilio, Veneto, aliisque hoc loco, primarium quidem, seu principale huius operis subiectum esse corpus generabile, & corruptibile, seu, quod eodem recidit, corpus mobile, prout secundum formam substantialem mutari potest; id enim potiorem huius instituti partem, & curam vendicat, vt legentibus planum est. Quia tamen hic simul de alteratione, accretione, diminutione, nutritione, & mistione, ex professo agitur; dicendum, si non de præcipuo solùm, sed de adæquato, seu quasi adæquato subiecto loquamur, esse corpus mobile, non vt generationem substantialem duntaxat, sed vt alia etiam communia mutationum genera subire potest; excepto motu locali, qui provt corporibus simplicibus cõuenit explicatus est in libris de cœlo; vt autem in animantibus inuenitur, seorsim tractatur in libris de animalium incessu, & de animalium motu. Latio verò, quæ mistis animæ expertibus accommodatur, peculiarẽ, distinctamvè considerationem ab ea, quæ librorum de cœlo propria est, nequaquam exigit; propterea quod talia mista non nisi facultate, ac vi dominantis elementi secundum naturam feruntur. Quidam ex iis auctoribus, quos suprà retulimus, prædictum subiectum vocant corpus mobile ad formam inhærentem, vt comprehensis reliquarum mutationum speciebus lationem excludãt, quam aiunt ad solam formam externam, hoc est, ad locum tendere, & non in mobili, sed in corpore ambiente inesse. Nos tamen ab hac appellatione abstinuimus; quia 3. Phys. libro, eorum sententiam probauimus, qui arbitrantur lationem non in corpore ambiente; sed in eo, quod motu ipso agitatur, insidere; nec per se formam externam, sed internam, videlicet, vbi, quod in ipso mobili insit, pro termino vendicare.

Motus localis corporum simplicium, pertinet ad libros de cœlo.

Cap. 3. q. 1.

Inscriptio operis.

Porrò inscribitur hoc opus, de generatione, & corruptione; accepta, vt interdum fit, ab eo, quod excellentius est, nuncupatione. Quandoquidem, generatio, vt suo loco exponemus, præstantissima habetur intereuntium corporum affectio. Continet autem tota hæc tractatio, quæ duobus libris absoluitur, tripartitam explicationem. Quatuor prioribus primi libri capitibus, de generatione & interitu, deque alteratione agitur; in reliqua eiusdem libri parte de accretione, de contactu, de actione, de perpessione, & mistione. Totum verò secundum

Partitio.

secundum librum occupat quatuor elementorum consideratio, prout non solùm ipsa gignuntur, & occidunt; sed aliis corporibus, quæ eorum permistione constant, nascendi, & intereundi vices moliuntur.

Nonnulli, è quorum numero est Alexander Aphrodisiensis, quartum Meteororum librum hisce duobus annectendum putant: quam quæstionem recentiores quidam philosophi adductis hinc inde argumentis vehementer agitarunt. Nobis, & si Alexandri opinio admodum probabilis videatur; contraria tamen, in qua fuerunt Olympiodorus, Philoponus, D. Thomas, Magnus Albertus, & alij, magis placet; eique suffragatur vulgata horum librorum dispositio, & ordo, quem non parum antiquum esse constat, vtpote qui ante Alexandri tempora, vel ipso Alexandro teste, viguerit. Itaque quartum illum librum neque hic operi adiungendum, neque à Meteorologia separandum existimamus. Nam quod aduersarij obiiciunt eius doctrinam, & scopum (quia videlicet in eo quatuor primarum qualitatum vis, & efficientia traditur) à Meteorologia alienum videri; haud ita est. Etenim cùm tribus primis Meteororum libris, de elementorum affectionibus disseruisset, & quo pacto mista imperfecta in sublimi aëris regione; itemque metalla, & lapides, aliaque eiusmodi in terræ sinu gignerentur, docuisset Aristoteles; vtile censuit ad rem magis illustrandam, quarto eiusdem operis libro ea proponere, quæ in talium rerum ortu communiter cernerentur.

Opinio Alexandri, & aliorum de quarto Meteor. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN PRIMVM LIBRVM ARISTOTELIS DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

PROOEMIVM.

HVIVSCE *libri doctrina hunc in modum distributa est. Duobus primis capitibus, tradito prius operis totius instituto, veterum sententias de rerum ortu, & interitu, deq; discrimine inter generationem, & alterationem commemorat Aristoteles. Quod plerique auctores in tractandis controuersijs non sine magno susceptæ disputationis fructu, & vtilitate præstare consueuerunt. Primum quia sæpe eorum testimoniis, quorum est propter antiquitatem recepta auctoritas, ea, quæ à nobis dicuntur, fidem merentur. Non enim sine causa dicitur in antiquis esse sapientiam. Quin id vsq; adeò hominum animis persuasum, infixumq; est, vt magna ex parte, qui antiquiores contemnunt, & cornicum oculos, vt est in prouerbio, nituntur configere, nouas inuehendo opiniones, dum propter nouitatem in admiratione esse volunt, despiciantur. Secundò, quia, vt docet Aristoteles lib. 1. de anima cap. 5. text. 85. rectum sui, contrarijq; iudex est; proindeque oportet rectè sentientem non vera tantùm inspicere:*

Quàm sit vtile veterum sententias in medium afferre.

Iob. cap. 12.

Aristot.

inspicere: sed quæ ab alijs falsò dicuntur, discernere. Sic enim & veritas magis splendet, & illius præsentia falsitas tanquam nebula radio solis euanescit. Tertiò, quia non est æquum alios indicta causa dãnare; & vt Aristoteles lib. 1. de cælo cap. 10. text. 101. ait, dicẽda tunc magis credentur, cùm eorum dogmatum, quæ in controuersiam veniunt, iura prius fuerint audita: præsertim cùm eos, qui veritatem dijudicant, non aduersarios, sed arbitros esse oporteat. Ob has ergo causas Aristoteles ijs, quæ diximus, capitibus, aliorum sententias, & rationes profert, perpenditque. Deinde tertio, & quarto capite, ex proprio sensu de rerum ortu & corruptione agit, declarans qua ratione generatio ab alteratione differat, & rursus vt alteratio à cæteris motibus distinguatur. Tum capite quinto disserit de accretione, & decretione; quas ostendit ab alijs motibus dissidere. Et quia neque generatio, neque alteratio, neque accretio, aut decretio, sine contactu, & actione, ac passione constare queunt; de his vsq; ad caput nonum inclusiuè disputat. Tandem cap. 10. quid sit mistile: quid mistio, quibus rebus conueniat, & quo pacto dari possit, pertractat.

* *
*

Aristot.

Capitis

CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

Propositio operis.

DE ortu autem. Summatim proponit ea, quæ explicare instituit, videlicet quid sit generatio, & corruptio, & quænam communes rerum dissolubilium causæ, rationésque existant: item quam naturam obtineant alteratio, & accretio, & num alteratio, generatióque, vt diuersis nominibus exprimũtur; ita essentia inter se distinguantur.

Quæ natura gignãtur, & intereunt.

[b] *Quæ natura gignãtur.* Differendum sibi ait de iis, quæ natura, id est, per causas Physicas gignuntur, & occidunt, quia, vt D. Thomas, & Philoponus interpretãtur, licet ea quoque generari aliquo modo dici possint, quæ artificium ingenio, & arte peraguntur, vt naues, ædificia, vestes; quæque industria, & consilio comparantur, vt opes, amicitiæ, dignitates; de his tamen, cùm à Physiologicæ disciplinæ instituto aliena sint, nihil in hoc opere scribere decreuit; sed de illis, quæ per naturam gigni, & corrumpi solent. Quibus autem modis inter se conueniant, & dissideant ea, quæ per artem, & quæ per naturam efficiuntur, latè exposuimus lib. 2. Physic. cap. 1. quæst. 5.

Quæstio.

[c] *Priscorum igitur quidã generationẽ simplicem.* Disquirit nũ generatio simplex, & perfecta, qua videlicet nõ accidens, sed substãtia generatur, ab alteratione differat, propterea quod hæc scrutatio ad inuestigandam generationis naturam, eiusque ab aliis intereuntium rerum affectionibus discrimen, non parum conducit. Aliorum igitur placita, vti solet, in medium affert, vt ea iudicij sui examine, quasi ad Lydium lapidem, exploret, deinde quid veritati consentaneum sit, decernat. Ait autem è veteribus Philosophis alios generationem distinguere ab alteratione, alios non distinguere.

Veterũ dogma de discrimine inter generationẽ, alterationémque.

[d] *Nam qui vniuersum.* Quidam vnum duntaxat principium, quod ens in actu, totaque

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΚΑΙ ΦΘΟΡΑΣ ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΥΟ ΤΟ Α.
ΚΕΦ. Α.

Text. 1. [a] ΠΕΡΙ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς [b] φύσει γινομένων & φθειρομένων, ὁμοίως πᾶσιν, ἢ ἑκάστοις διαιρεῖσθαι, καὶ τοὺς λόγους αὐτῆς· ἔτι δὲ περὶ αὔξησεως & ἀλλοιώσεως, τί ἑκάτερον, & πότερον τὼ αὐτῷ ὑπολητέον εἶναι φύσιν ἀλλοιώσεως & γενέσεως, ἢ χωρὶς, ὥσπερ διώρισθαι καὶ τοῖς ὀνόμασι. [c] τῆς μὲν οὖν ἀρχαίων, οἱμὲν τὼ καλουμένω ἁπλῶς γένεσιν, ἀλλοίωσιν εἶναί φασιν· οἱ δ' ἕτερον ἀλλοίωσιν & γένεσιν. [d] ἅτε μὲν γὰρ ἕν τι τὸ πᾶν τιθέντες λέγουσι, καὶ πάντα ἐξ ἑνὸς γίγνεσθαι, τοῦτο μὲν ἀνάγκη ἀλλοίωσιν τὴν γένεσιν φάναι, & τὸ κυρίως γιγνόμενον ἀλλοιοῦσθαι. [e] ὅσοι δὲ πλείω τὴν ὕλην ἑνὸς τιθέασιν, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς & Ἀναξαγόρας, καὶ Λεύκιππος, τοῦτο ἕτερον. καί ὅτι Ἀναξαγόρας γε τὴν οἰκείαν φωνὴν ἠγνόησε λέγει γοῦν ὡς τὸ γίγνεσθαι, & τὸ ἀπόλλυσθαι, ταὐτὸν καθίστησι τῷ ἀλλοιοῦσθαι. πολλὰ δὲ λέγει τὰ στοιχεῖα, καθάπερ & ἕτεροι. [f] Ἐμπεδοκλῆς μὲν γὰρ, τὰ μὲν σωματικὰ τέσσαρα, τὰ δὲ πάντα μὴ τῆς κινούντων, ἐξ ὧν ἀριθμόν. Ἀναξαγόρας δὲ ἄπειρα, & Λεύκιππος, & Δημόκριτος. ὁ μὲν γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τίθησιν, ὥσπερ ὕδωρ, ἢ πῦρ, καὶ μυελὸν, καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἕκαστα τὸ μέρος συνώνυμόν ὅλῳ. Δημόκριτος δὲ & Λεύκιππος, ἐκ σωμάτων ἀδιαιρέτων τἄλλα συγκεῖσθαί φασι. ταῦτα δὲ ἄπειρα, & τὸ σχῆμα τὸ μορφάς. αὐτὰ

totaque rerum substantia esset, ratione cuius vniuersum, id est, totus hic mundus corporeus, vnum quid diceretur, inuexere. Hos ait Aristoteles, si modò constare sibi velint, nullam inter generationem, & alterationem differentiam posituros, vt mox patebit. Qui autem vnius principij, quo solo res physicæ constarent, assertores fuerint, & quàm longè à veritate deflexerint, declaratum à nobis fuit primo libro Physicorum, cap. 7. quæst. 1. Aduersus hoc placitum scripsit Aristoteles non solùm eo libro à text. 8. ad text. 47. sed etiam tertio de cœlo à text. 42. vsque ad 15. & 2. huius operis in principio, & ibidem à text. 24. Item lib. 1. Metaphysi. à text. 1. ad text. 15. Præterea Hippocrates in libro de Natura humana, Plato in Thæeteto, & Sophista, Galenus primo de elementis, Plutarchus primo de placitis Phil.

Qui vnum rerum principiũ fecere.

[e] *At qui plures.* Eos, qui plura principia faciunt, tueri posse inquit differentiam inter generationem, & alterationem, vt paulò post declarabit. Inter hos verò Anaxagoram suam vocẽ ignorasse inquit, propterea quod, vt interpretatur Philoponus, generationẽ vocabat id, quod re vera generatio nõ est. Vel, vt D. Thomas exponit, quia cùm posset generationẽ, & alterationẽ ab se mutuò separare, si sibi ipsi congruenter loqueretur, & in fundamẽtis, quæ de principiorum multitudine iecerat, persisteret: eas tamen nullo modo secreuit.

Anaxagoras suam vocem ignorauit.

[f] *Nam Empedocles.* Qui philosophi plura rerum principia statuerũt, & quænam illa sint, declarat. Empedocles quatuor inuexit corporea, id est, materialia principia, terram, aquã, aërem, igné, quibus adiecit duo mouẽtia nempè amicitiam, quæ res in chaos & aceruum congregaret; litem, quæ eadem inde abiungeret. Sed de Empedoclis, Leucippi, Democriti, & Anaxagoræ, aliorumque veterum

Empedocles quatuor ferè rerum principia.

ARISTOTELIS
DE GENERATIONE & Corruptione.
LIBER I.
CAP. I.

Text. 1. [a] DE ortu autem, ac interitu, eorum [b] quæ natura gignũtur, intereúntque vniuersim de omnibus tunc causas, tum rationes eorum distinguendo, dicamus oportet: præterea quid accretio, quidque alteratio sit: & eamdémne alterationis, atque generationis esse naturam existimare liceat, an diuersam, perinde vt ipsis quoque nominibus discretæ sunt. [c] Priscorum igitur quidam generationem simplicem, absolutámque alterationem esse inquiunt: quidam à generatione alteram alterationem aliud esse. [d] Nam qui vniuersum ipsum aiunt vnum quippiam esse, & omnia ex vno oriri censent, ij generationem alterationem esse, & quod proprie generatur, id alterari dicant est necesse. [e] At qui plures, quam vnam, esse materias astruunt, vti Empedocles, Anaxagoras, & Leucippus, illas differre dicant oportet: quamquam Anaxagoras suam professo vocem ignorauit: quippe cum oriri ac interire, idem esse quod alterari dicat: at multa esse rerum elementa, perindè atque alij, asserit. [f] Nam Empedocles corporea quidem elementa, quatuor: omnia verò vnà cum hisce, quæ motu ciendi vim habent, numero sex ait esse. Anaxagoras verò & Leucippus, & Democritus, infinita. Etenim Anaxagoras ea facit elementa rerum, quæ similaria sunt; vt os, carnem, medullam, cæteraque, quorum cuiusque pars eandem cum toto sortita est appellationem. Democritus autem & Leucippus ex indiuisibilibus corporibus, quæ & multitudine & formis infinita sunt, cætera componi dicunt, atque

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

veterum sententiis, qui plura esse rerum initia arbitrati sunt, egimus in primo Physicorum, cap. 7. quæst. 1.

Dissidium inter Anaxagoram, & Empedoclē.

[a] *Porrò Anaxagoras.* Empedocles asserebat os, carnem, aliaque huiusmodi simplicia esse: quatuor autem elementa, esse mixta. Contra verò Anaxagoras hæc simplicia, illa mixta appellabat. Huiusce discrepantiæ ratio fuit, quia Empedocles credebat res fieri per secretionem à mixto, in quo latebant, proindéque cum videret ex terra, aqua, aëre, & igne alia corpora generari; in eam sententiam venit, vt diceret alia corpora in elementis contineri, atque adeò elementa esse mixta. At Anaxagoras oppositum asseruit: quia arbitrabatur res non per secretionem, sed elementorum coalitu effici; atque ita elementa, quæ ad carnem, & ossa, cæteraque id genus coagmentanda vniuntur, simplicia vocabat.

Quí philosophi generationē ab alteratione distinguere non queant.

Dubium.

[b] *Igitur qui ex vno omnia.* Illos, qui ex vno tantùm principio, quod sit ens in actu, omnia constant, generationem ab alteratione distinguere non posse, ex eo suadet, quia qui ita sentiunt affirmare coguntur eiusmodi principiũ neutiquam in aliud dissolui, sed idem omnino perpetuò manere (alioqui iam nõ esset vnum, & semper idem, atque immobile principium, quale ponunt) mutatio verò, quæ accidit manente eodem prorsus subiecto actu, nullaque facta mutatione penes substantiam (intellige, re etiam immota secũdum locum) non est alia, quã alteratio, quia necessariò circa qualitates versabitur. Si quis autem petat cur talis mutatio non possit esse è numero earum, quibus viuentia nouam quantitatem acquirunt, quam accretionem vocant, respondendum erit eam accretionem semper esse coniunctam cum nutritione, quæ est partialis quædam generatio tendens ad substantiam: Aristotelem autem velle mutationem, quæ fit prædicto illo modo, manente videlicet eodem prorsus subiecto, ita vt non oporteat, etiam secundum aliam mutationem,

Responſ.

αὐτὰ ὃ πρὸς αὐτὰ διαφέρειν, τάξις, ἐξ ὧν εἰσὶ & θέσει & τάξει τούτων. ε ἐναντίως ὃ φαίνονται λέγοντες οἱ περὶ Ἀναξαγόραν τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα. ὁ μὲν γὰρ φησι πῦρ, καὶ ὕδωρ, & ἀέρα, & γῆν, στοιχεῖα τέτταρα, & ἁπλᾶ εἶναι μᾶλλον, ἢ σάρκα & ὀστοῦν, & τὰ ὁμοιομερῆ. οἱ δὲ ταῦτα μὲν ἁπλᾶ, & στοιχεῖα· γῆν δὲ, καὶ πῦρ, & ἀέρα, συνθετα. παναπερμίαν γὰρ εἶναι τούτων. [h] ὅτε μὲν οὖν ἐξ ἑνὸς πάντα καταστάζειν, ἀναγκαῖον λέγειν πῶς γίνεσθαι & πῶς φθορὰν, ἀλλοίωσιν. ἀεὶ γὰρ μένειν τὸ ὑποκείμενον ταὐτὸ & ἓν· τὸ δὲ ὂν θάτερον, ἀλλοιοῦσθαί φαμεν. [i] ὅτε δὲ τὰ γίνη, πλείω ποιοῦσι, διαφέρειν πῶς ἀλλοίωσιν τῆς γενέσεως. συνιόντων γὰρ & διακρινομένων, ἡ γένεσις συμβαίνει καὶ ἡ φθορά. [k] διὸ λέγει τὸν τρόπον τοῦτον & Ἐμπεδοκλῆς,

——ὥστε φύσις οὐδενὸς ἔστιν,

Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διαλλαξίς τε μιγέντων·

ὅτι μὲν οὖν οἰκείως ὁ λόγος αὐτῷ τῇ ὑποθέσει ἔοικε φάναι, δῆλον. & ὅτι λέγουσιν τὸν τρόπον τοῦτον. [l] ἀναγκαῖον ὃ & τάξεις & ἀλλοίωσιν εἶναί τι φάναι παρὰ & γένεσιν. ἀδύνατον μὲν οὖν, καθ' ἃ τινές φασι τῶν ἀρχαίων λεγόμενα. τοῦτο δὲ, ὅτι λέγομεν ὀρθῶς, ῥᾴδιον συνιδεῖν. ὥσπερ γὰρ ὁρῶμεν ἀριθμοῦντες τῆς οὐσίας, ἐν αὐτῇ μεταβολὴν ἢ μέγεθος, τῷ καλυμένῳ αὔξησιν & φθίσιν, οὕτω & ἀλλοίωσιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐξ ὧν λέγουσιν οἱ πλείους ἀρχὰς πεποίηται μιᾶς, ἀδυνάτου ἄλλοιοῦσθαι. τὰ γὰρ πάθη, καθ' ἃ φαμὲν τοῦτο μεταβάλλειν, διαφορὰ τῆς στοιχείων εἶναί. λέγω δὲ οἷον θερμὸν, ψυχρὸν, λευκὸν, μέλαν, ξηρὸν, ὑγρὸν, μαλακὸν, σκληρὸν, & τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὥσπερ καί φησιν Ἐμπεδοκλῆς·

Ἠέλιον μὲν λευκὸν ὁρᾶν & θερμὸν ἁπάντῃ·

Ὄμβρον δ' ἐν πᾶσι ζοφόεντά τε ῥιγαλέον τε·

ὑμείων ὃ διορίζει & ὅτι τῶν λοιπῶν, ὡς εἰ μὲν δυνατὸν ἐκ πυρὸς γενέσθαι ὕδωρ, μηδ' ἐξ ὑδάτος γῆν, μηδ' ἐκ λευκοῦ

hæc inter sese differre per illa, nimirum situ, ac ordine eorum, ex quibus constant. [a] *Porrò Anaxagoras, & Empedocles contrario dicere modo videntur: ille enim terram, aquam, aërem, & ignem, elementa quatuor, eáque simplicia magis, quam carnem, os, & id genus similia. Hic verò hæc quidem simplicia, elementaq; illa verò, terram, inquã, aquam, aërémque & ignem composita: vtpotè quibus gignendis illa præstent semina.* [b] *Igitur qui ex vno omnia conficiunt, generationem & corruptionem esse dicant alterationem est necesse. Nam subiectum ipsum semper idem, atque vnum manere dicant oportet: quod autem tale est, id dicimus alterari.* [i] *Qui verò plura genera statuunt, à generatione alterationem differre censeant necesse est. Cùm enim ea coeunt, aut dissoluuntur, generatio, corruptióve fit. Quocirca* [k] *& Empedocles ad hunc canit modum:*

——Nullius est natura, sed ipsa,
Mistio, mistorumq; prius diuulsio solum.

Patet igitur sermonem eorum suppositioni esse accommodatum: cum hoc pacto dicunt, ac eos ad hũc dicere modum. [l] *At necessarium & illis quoque est, vt alterationem dicant à generatione quippiam esse diuersum: fieri tamen haudquaquam potest iuxta ea, quæ ab eis dicuntur. Quod autem hoc rectè dicamus, facile est perspicere: nam quiescente substantia, vt in ea mutationem in magnitudine, quæ vocatur accretio, & decretio, ain & alterationem fieri videmus. Verùm enimverò fieri nequit, vt alteratio fiat per ea quæ dicunt, qui plura vno principia faciunt. Siquidem affectus ipsi, iuxta quos id accidere dicimus, differentiæ sunt elementorum, quod genus sunt, calliditas, frigiditas: albedo, nigredo: ariditas, humiditas: mollitudo, durities, & cæteræ aliæ, vti & Empedocles ait,*

Albentem pontus solem, calidumq; videri:
Aſt imbre inter cuncta nigrũ simul atq; rigentem.

Similiter, & de reliquis quoque definit, pronuntiatque. Quare si fieri nequeat, vt ex igne oriatur aqua, aut ex aqua terra, neque profectò ex albo

tatione, rem simul mutari penes substantiã; talem inquã mutationem seruatis circunstantiis, & cõditionibus, quas diximus, necessariò debere esse alterationem.

Veterum in dictis repugnantia.

[a] *Qui verò plura.* Ostendit apud eos, qui plura rerũ principia dari arbitrati sunt, constare posse differentiam inter generationem, & alterationem. Quãdoquidem possunt ea principia non solum in vnũ coire, vicissimque distiungi; sed etiam ex iis composita secundum qualitates variari. Quare cùm primo modo res gignantur, secundo intereant, tertio alterentur: fit vt iuxta eorum dogma alteratio à generatione, & corruptione distingui queat.

Empedocles solem ignea natura fa-

[k] *Quocirca & Empedocles.* Ex verbis Empedoclis, qui res Physicas metro scripsit, elicit eum putasse dari generationem, fierique illam cocũtibus elementis: cùm dicat nullius rei naturam, id est, vt D. Thomas interpretatur, nullius rei formam esse; hoc est, nulli mixto aliquã formam esse perpetuam, ac perennem; sed omnes formas mistione elementorum aduenire, eorumdemq; dissolutione abscedere.

ciebat.

[l] *At necessarium & illis.* Licet Philosophi, qui plura principia induxerunt, si quę iam eorum dicta spectẽtur, generationem ab alteratione separauerint, ac distinxerint, tamen si alia ipsorum decreta expendantur, fieri non poterit, vt hæc inter se disiungant. Aiunt enim qualitates, quarum accessu, alterari res dicimus, esse elementorum formas: has verò nunquam deponi, aut denuò introduci, eo quòd elementa, quæ ex iis coalescunt, cum sint prima rerum initia, immortalia perpetuaque esse oporteat. Attribuebant autem singulis rebus peculiares suas qualitates, vt Empedocles solem, quem igneæ naturæ esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

arbitratus est, cãdidum, seu nitidum, calidumque appellabat: aquam verò frigidam simul & obscuram, quòd aër pluuiis obscuretur. Adiiciebant præterea non posse ex igni aquam effici, vel ex aqua terram, aut aliud quoduis elementum in aliud commutari: quia non credebat elementa coagmentata esse ex materia, & forma, atque ita vnius forma intereunte gigni posse aliud; sed elemẽta primas rerum materias, primasq; subiecta, quę in aliud dissolui nõ possẽt, cõstituebãt. Adde etiam quod dũ posse ignem in aquã mutari inficiabantur, negare coguncũtur posse materiam ignis, qualitatibus aquę diponi, iisq; alterari, cum alteratio sit gratia generationis: atque ita tam circa has, quàm circa alias eiusmodi affectiones alterationem tollebant.

λαλκῦ μέλαν ἔσται οὐδέν, οὐδ' ἐκ μαλακοῦ σκληρόν. ὁδὶ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων. τοῦτο δ' ἰδῖον ἀλλοίωσις. m Ἒ φανερὸν ὅτι μίαν ἀεὶ ὑποθετέον εἶναι τοῖς ἐναντίοις ὕλλω, ἂν τε μεταβάλλῃ κατὰ τόπον, ἂν τε κατ' αὔξησιν καὶ φθίσιν, ἂν τε κατ' ἀλλοίωσιν. ὅτε δ' ὁμοίως ἀναγκαῖον ἐστὶ τοῦτο ἓν ἀλλοίωσιν. ὅτε γὰρ ἀλλοίωσίς ἐστι τὸ ὑποκείμενον ἓν στοιχεῖον, ἓ μία ἡ πάντων ὕλη τῶν ἐχόντων εἰς ἄλληλα μεταβολὴν, κἂν εἰ τὸ ὑποκείμενον ἓν, ἔστιν ἀλλοίωσις.

m An ne etiam, &c. Obstedit adhuc philosophos illos alterationẽ è medio tollere: quia siue res loco moueantur, siue accrescãt, aut decrescant, siue alterationẽ, aut aliã quãuis mutationẽ subeant: dari oportet vnum cõmune subiectũ, quod cõtrariavicissim recipiat. *Necessariò dari commune subiectũ contrariorũ.* Hoc autẽ illi dari negãt, qa nõ admittũt aliquod subiectũ, quod secundũ affectiones, aut formas varietur, vt paulò antè dictũ fuit. Erit tamen cui forrasse videatur repugnare sibi Aristotelem, cũ superiùs docuerit eos, qui vnũ tãtũ subiectũ apponebãt, alterationis & generationis naturã demoliri: nũc verò asserat, ad omnẽ mutationẽ, sustinendam oportere vnũ cõmune subiectum supponi. Sed occurrendum antea locutũ fuisse Aristotelẽ de subiecto vno rerum naturalium, quod esset ens in actu perfecto, & completo, atque immutabile quoad substantiã, quale ij philosophi ponebãt: liquet autem vnico illo principio, subiectoque cõstituto tolli generationẽ, vt fuit à nobis antea declaratũ. Nũc verò cùm Aristoteles ad mutationes subeũdas requirit subiectum vnum: loquitur de subiecto, quod in generatione quidẽ sit ens in potentia, id est, nuda materia, in cæteris autem mutationibus sit ens in actu, hoc est, materia actuata per formam separabilem, quale subiectũ veteres illi non agnoscebãt.

n Empedocles igitur. Coarguit Empedoclem, quod & sensui, & suis dictis repugnantia enuntiarit. Sensibus: quia reciprocã elementorum in se transmutationem negauit: suis verò dictis, quia cùm vnum elementũ ex alio nullo modo gigni posse statuisset, esto omnia elementorũ coitione nascantur: adiecit quoties è rebus antea fœdere profilire inde elementa. Quo iam concedit fieri illa tum ex alio, tum ex se.

n Ἐμπεδοκλῆς μὲν οὖν ἔοικεν ἐναντία λέγειν, ὃ φησὶ τὰ φαινόμενα, ὃ φησὶν αὐτὸν αὐτὸς. ἅμα μὲν γὰρ ἓ φησιν ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεσθαι τῶν στοιχείων οὐδέν, ἀλλὰ τἆλλα πάντα ἐκ τούτων. ἅμα δ' ὅταν συναγάγῃ εἰς ἓν πᾶν ἅπαξαν φύσιν, πλὴν ἓ νεῖκος, ἐκ τοῦ ἑνὸς γίγνεσθαι πάλιν ἕκαστον. ὡς' ἐξ ἑνὸς τινὸς δηλονότι διαφορᾶς τινὶ χωριζομένων ὃ πάντων, ἐγίνετο τὸ μὲν ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ. καθάπερ λέγει τὸν μὲν ἥλιον λαλκὸν ὃ θερμὸν πᾶν ὃ γλῦ, βαρὺ ὃ σκληρόν. διαιρουμένων αὖθ τούτων τῶν διαφορῶν (εἰσὶ γὰρ ἀφαιρέσεις χθονιμαί γε) δῆλον, ὡς ἀνάγκη γίνεσθαι ὃ γλῦ ἐξ ὕδατος, καὶ ὕδωρ ἐκ γῆς. ὁμοίως δ' ὃ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὑ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν μεταβάλλοντά γε τοῖς πάθεσιν. ἔστι δ' ἐξ ὧν σύμπας διακόσμησις φορᾶς γίνεσθαι, καὶ χωρίζεσθαι πάλιν, ἄλλως τε ὃ μαχομένων ἀλλήλοις, ἔστι κατ' αὐτὸν τὸ νεῖκος καὶ τὴς φιλίας. διὸπερ καὶ τότε ἐξ ἑνὸς ἐχθυάθησαν. ὑ γὰρ δὴ πῦρ γε ὃ ὕδωρ ὃ γῆ, ἔστι ὄντα ἓν γλῦ τὰ πάντα. o ἄδηλον δ', ὃ τὸ πότερον ἀρχὴ αὐτῶν θετέον τὸ ἓν, ἢ τὰ πολλά. λέγω δ' πῦρ, καὶ γλῦ, ὃ τὰ σύστοιχα τούτων. ἢ γὰρ ὡς ὕλη ὑπάκειται, ἐξ ὧν μεταβάλλοντα ἐργάζεται κίνησιν γίνεσθαι τῶν καὶ πῦρ, τὸ ἓν στοιχεῖον· ἢ δὲ τοῦτο μὲν ὃκ συμβίωσις γίνεσθαι συμβάντων ἐκείνων, ἐκεῖνα δ' ἐκ διακρίσεως, στοιχεῖα δ' ἕτερα ἐκεῖνα, καὶ πρότερα πᾶν φύσιν.

Text. 2.

Text. 3.

ΚΕΦ.

Reprehenditur Empedocles.

Sententia Empedoclis de solis, igniſq; natura.

Ex alio, quia ex sphæro, siquidem ait ex illo, pro varia diuersarum affectionum trãsmutatione, per litem prodire solẽ, id est, ignem (nam soli & igni eandem naturã, vimque dabat Empedocles) calidum & leuem: & terram grauem ac durami & denique vnũquodque eorum, quæ proprietatibus suis differunt. Vnde iam constat prædictas differentias denuò elementis aduenire, deinde auferri posse, quia quod de nouo aduenit, abire, amittique nõ repugnat: atq; ita potuerũt ex illo acerno gigni terra & aqua, & vnumquodque aliorũ elementorum, ac deinde rursus interire. Ex se, qa cùm omnia, vt ille prædicat, in sphæro confundãtur, amissis peculiaribus affectionibus, quæ recuperari queũt, fiet vt materia ignis subiiciatur formæ aquæ, & contrà: atque ita ex igni aqua, & quoduis elementum ex alio gignetur, immo & nũc quoque in hoc statu rerum idem euenit agẽtibus in se mutuo elemẽtis, per qualitates cõtrarias, quæ remoueri ab eis possunt, quemadmodum & mutua eatũdem actione ex Chao singula prodierunt: nec enim in illo vnius duntaxat, sed omnium elementorum virtus continebatur.

albo quidquam nigrum fiet, aut è molli durum. Eadem & de cæteris quoque ratio est: hoc autem est alteratio. m *An ne etiam perspicuum est oportere semper contrarijs ipsis vnam subijcere materiam siue loco, siue accretione, decretionéve, siue alteratione mutatio fiat? Præterea similiter & hoc alterationẽ esse est necesse. Etenim si alteratio sit, & subiectum est elementum vnum, & omniũ, quæ in se se vicissim mutãtur, vna est materia: & si subiectũ vnũ sit, alteratio esse solet.* n *Empedocles igitur & hisce, quæ apparẽt, & ipse sibi contraria dicere videtur. Nam elementorũ nullũ ex alio fieri, sed ex eis cætera omnia, & cùm vniuersam naturã in vnũ coegit præter discordiã, ex illo, vno rursus quoque fieri asserit. Quare ex vno quodã, vt patet eorũ, quæ differentijs quibusdã, ac effectibus distincta, separataq; sunt, aliud aqua, aliud igni factum est: quemadmodũ solem ait album & calidũ, terrã vero graue atque durã. Detractis igitur hisce differẽtijs (detrahi enim possunt, nã genitæ sunt) tũ ex aqua terrã, tũ ex terra aquã necessariò fieri cõstat. Eodẽ pacto & cæterorũ quodq; neque tũ solũ, verũ etiã, nũc si modo mutẽtur iuxta affectus. Nam de numero eorũ sunt, quæ adesse & abesse rursus posse dixit, præsertim adhuc inter sese pugnantibus discordia & concordia. Quocirca & tũc ex vno orta sunt atq; genita: nõ enim vniuersũ ipsũ ignis, aër, aqua & terra, cũ adhuc vnũ esset, erat. Sed* o *& id quoq; nequaquã liquet, vtrũ scilicet ille ipsũ vnum principiũ statuere debeat, an ipsa multa, ignẽ, inquã, & terrã, & quæ eũ hisce eiusdẽ sunt generis. Nã quo ipsum vnũ, vt materia, subijcitur, ex quo mutatione, quæ motionis opera fit, terra & ignis fiunt, elementũ est. At quo id quidem ex compositione fit coeuntibus, inquã illis, illa verò ex dissolutione: hoc elemẽti appellatione digniora sũt, naturaq; priora.*

Parum sibi cõstare Empedoclem.

** Sed & id quoque.* Rursus Empedoclẽ reprehendit, quod perplexè, aut parum sibi conuenienter philosopharus fuerit. Namque dum ait elementa ex sphæro, vti ex seminario, vel tanquam ex informi materia per litem distingui, & enasci, videtur ipsum sphærum elementorum principium facere: dum verò ex elementis per amicitiam coeuntibus sphærum conflat, elementa ipsa sphæri principia constituit.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITIS SECVNDI EXPLANATIO.

Diminutè Platonem de generatione disputasse.

Mnino itaque. Rursum proponit de quibus agere instituit, nempe de generatione, & corruptioue secúdum quas dicitur quidpiã simpliciter generari, & corrumpi. Itémque de motibus, qui ordinantur ad generationem simplicem, id est, de alteratione, & accretione, de quibus, vt ait, strictè admodum, & tenuiter Plato disputauit. Non enim de omni mutatione, sed de generatione tantum & interitu egit. Nec de omnium rerum ortu, sed de elementorum origine dũtaxat. Quin verò nemo ex antiquis philosophis de accretione, alteratione, mistione, aut de vllo alio mutationum genere, aut de ratione, & modo agendi, vel patiendi accuratè, sed superficiaria tãtum ratione differuit, præter Democritũ, qui harum omnium rerum cognitionem tradere conatus est, & si nequaquam earum difficultates enodarit. Priuatim autem quod ad accretionem spectat, licet veteres rectè pronuntiarint eam perfici accessione tei similis, quia oportet alimentum reddi simile & cognatum rei, in cuius substantiã vertitur; quo tamen pacto id fieret, quantum opus erat, non explicarunt.

ΚΕΦ. β.

a ΟΛως τε δὴ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἁπλῆς λεκτέον, πότερόν ἐστιν ἢ οὐκ ἔστι, καὶ πῶς ἔστι. Ἔτι δὲ περὶ ὅλων ἁπλῶν κινήσεως, οἷον περὶ αὐξήσεως καὶ ἀλλοιώσεως. Πλάτων μὲν οὖν μόνον περὶ γενέσεως ἐπεσκέψατο καὶ φθορᾶς, ὅπως ὑπάρχει τοῖς πράγμασιν· καὶ περὶ γενέσεως ἁπάσης, ἀλλὰ περὶ τῶν στοιχείων. πῶς γὰρ γίνεται, ἢ οὐσία, ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων, οὐδέν· ἔτι οὐδὲ περὶ ἀλλοιώσεως, οὐδὲ περὶ αὐξήσεως, τίνα τρόπον ὑπάρχει τοῖς πράγμασιν. ὅλως δὲ περὶ τοῦ ὀπτικοῦ πέρι οὐδενὸς οὐδὲν ἐπέσκηψεν, ἔξω Δημοκρίτου. ἔοικε μὲν οὖν περὶ ἁπάντων φροντίσαι, οὐδὲν δὲ τοῦ πῶς διέφερε. ὥστε γὰρ περὶ αὐξήσεως οὐδὲν εἴρηκεν οὐδὲν διώρισεν, ἁπλῶς λέγωμεν, ὅτι μὴ κἀν ὁ τυχὼν ἐπορίσειεν, ὅτι φορτίον τὸ αὐξάνον τῷ ὁμοίῳ. πῶς δὲ τοῦτο, οὐκ ἔτι. οὐδὲ περὶ μίξεως, οὐδὲ περὶ ἄλλων, ὡς εἰπεῖν, οὐδενός. ἔστι, ἢ ποιεῖν, ἢ πάσχειν, τίνα τρόπον τὸ μὲν ποιεῖ, τὸ δὲ πάσχει διὰ φυσικὰς αἰτίας. b Δημόκριτος δὲ καὶ Λεύκιππος ποιήσαντες τὰ σχήματα. τὴν ἀλλοίωσιν, καὶ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων ποιοῦσι. διακρίσει μὲν καὶ συγκρίσει, γένεσιν, καὶ φθοράν· τάξει δὲ καὶ θέσει, ἀλλοίωσιν. c ἐπεὶ δ' ὥσπερ τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ φαινομένῳ, ἐναντία δὲ καὶ ἄπειρα τὰ φαινόμενα, τὰ σχήματα ἄπειρα ποιοῦσι, διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν συγκειμένων τὸ καθ' ἑκάστην δόξαν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, καὶ μεταπίπτειν μικρᾶς ἐμμιγνυμένης, καὶ ὅλως ἕτερον φαίνεσθαι ἐκ μεταπιπτούσης. ἐκ γὰρ αὐτῶν γίνεται τραγῳδία καὶ κωμῳδία γραμμάτων. d ἐπεὶ δ' δοκεῖ καθ' ἕκαστον εἶναι ἕτερον τῷ γένεσιν καὶ ἀλλοίωσιν, καὶ γλυκὺ μὲν καὶ φθαρτὸν συγκείμενα καὶ διακεκριμένα, ἀλλοιοῦσθαι δὲ μεταπαλαττόντων τῶν σχημάτων, δῆλον τούτων ἕνεκα τί ἑκάτερον. δοκεῖας γὰρ ἔχει ταῦτα καὶ πολλὰς καὶ ἀλόγους. εἰ μὲν

Democriti, & Leucippi falsa opinio de generatione rerum.

Veterũ dogmata de ratione dijudicandæ veritatis.

Text.4. Text.5. Text.6.

a *Democritus autem,* Democritus & Leucippus arbitrati sunt nihil esse aliud generatione, quàm atomorum, seu corporum insectilium coitionem, interitum verò secretionem eorundem: ac tũc rem alterari, cùm eiusmodi corpuscula in ipsa compositione penes situm ordinemque variè commutantur.

b *Caterum quoniam.* Graue fuit inter gentium Philosophos dissidium de ratione inueniendæ, dijudicandæque veritatis, vt constat ex iis, quæ tradit Aristoteles lib. 4 Metaph. cap. 3. & 6. Tullius 1. Academic. quæst. Numenius in lib. de dissensione Acad. aliique scriptores. Quidam veritatem inaccessam; & incomprehensam; alij eandem in promptu esse contendebant. Nonnulli eam sensu, plerique phantasia, quidam intellectu, alij omnibus his modis reperiri, & æstimari posse arbitrabantur. In hac sententiarum colluuione Leucippus, & Democritus, vt loco

CAP. II.

Text.4. a *Mnino itaque de generatione, & corruptione simplici absoluta vtrũ sit nec ne, & quo pacto sit; & de ceteris absolutis motibus, verbi causa, de accretione, & alteratione, dicendum est.*

Text. 5. *Plato igitur de generatione, ac corruptione quomodo rebus ipsis competant, cõsiderauit solùm; nec id quidem de omni sed elemẽtorum: quomodo verò carnes, aut ossa, aut quippiam aliud tale gignatur, nequaquam. Insuper nec de alteratione, nec de accretione, quonam pacto rebus ipsis contingãt. Ad summam, de nulla mutatione, nisi superficie tenus, quicquam vllus definiuit, præter quàm Democritus, cui omnia fuisse cura videntur, sed in hoc, nẽpe qua via ac ratione fiant, iam discrepat. Nam nec de accretione quisquam quicquam definiuit, sicuti diximus, quod non vel quiuis dicat. Dixerit enim res ipsas accessu rei similis augeri: id autem quonã pacto fiat, nihil præterea dixere. Nec de mistione, nec de aliorum, propè dixerim, vllo, verbi causa, de actione, & passione, quonam modo aliud agat, aliud patiatur in actione naturali.* b *Democritus autem & Leucippus figuras cõcinnant, ex quibus alterationem faciunt, atque generationem: congregatione quidem, & segregatione generationem atque corruptionem: ordine verò & positu, alterationem.* c *Caterum quoniam quæ apparent, ea vera esse putabant, cõtraria autem & infinita sunt quæ apparent, infinitas facere figuras, ita vt per compositi transmutationem idem contrarium videatur alij, atque alij; transmutetur, inserta re pusilla, & omninò permutato vno quopiã diuersum quid appareat: quandoquidem Tragœdia & Comœdia,* Text.6. *eisdem fiunt litteris.* d *At cùm generatio & corruptio diuersum quid esse omnibus ferè videantur, & ea, quæ sunt congregatione, atque segregatione, oriri, ac occidere, & de mutatione affectuum alterari: de his contemplentur, qui hoc instituti habent, oportet: hæc autem & multas, & quæ rationis fines non egrediuntur, dubitationes habent. Nam*

Infinitudo & varietas atomorum.

loco citato Aristoteles refert, conuincitur censuisse id esse verũ, quod verum esse apparet, & quia diuersis hominibus diuersa, & contraria videntur, immo & penè infinita, sicuti opinionum varietas testatur; vt horum omnium ratio assignari posset, pro rerum principiis infinitas atomos inuexere, alias leues, alias asperas, rotundas, angulares, cumatas, aduncas, quarum transpositu res alio, & alio modo sensum afficerent: quandoquidem istiusmodi commutatio magnam ad id vim obtinet, etiam dum sit accessio vnius, vel minimæ particulæ, vel dum vna pars in ipso toto ordinem, & situm variat. Quemadmodum ex iisdem literis variè copulatis oritur omnis diuersitas in dictionibus, quibus comœdia, & tragœdia constat.

a *At cùm generatio, & corruptio.* Ablatis iam eorum dogmatis, qui generationem, & corruptionem non distinguebant; communem sui temporis opinionem esse ait differre illa mutuò: & tunc res gigni, cum inter se iunguntur interire, cùm dissociantur alterari verò, cùm penes affectus, qualitatéve mutationem subeunt: sed in hac dubitatione pertractanda cuiuslibet partis assertores difficultatibus vrgeri, ac premi. Nam

si generatio nihil aliud sit, quàm congregatio; multa sequuntur incommoda, & impossibilia, vt progressu patebit: & è contrario iis, qui generationem aliud quid esse pronuntiant, multa occurrunt argumenta, quæ non parum negotij facessunt; quæ tamen omnia, vt res, prout oportet, explicetur, dissoluenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio de magnitudinibus indiuisilibus.

* *Principium autem.* Oportere inquit constituere, num ad subeundas mutationes, de quibus hîc agimus, dari oporteat magnitudines indiuiduas, an verò nullæ tales magnitudines in natura rerum existant. Deinde si ex dentur, vtrum corpora sint, vt Democrito, & Leucippo videbatur, an potiùs plana, hoc est, superficies, ad quas corporum sectio terminetur, vt Plato in Timæo docuit.

Antecenitur opinio Democriti & Leucippi sententia Platonis.

[1] *Hoc igitur ipsum.* Etsi tam Democriti, & Leucippi; quàm Platonis opinio, quæ iam in libris de Cœlo confutata fuit, à vero abfuit magis tamen absurdam esse inquit Platonis sententiam. Illi enim dum corpora naturalia ex atomis constant, possunt vtcumque ratione, causámque reddere naturalium mutationum; nimirum res, verbi causa, alterari per conuersionem atomorum secundum alium & alium cõtactum, & diuersum ordinem, situmque partiũ, ac figurarum differentias. Vnde & Democritus aiebat colorem, cæteraſque id genus qualitates nullum esse fixũ & stabile in rebus obtinere sed videri rem denuò colorari, cùm atomi secundum ordinem & positionem conuertuntur: quemadmodum & collum columbæ, ex diuerso ad lucem situ variis coloribus fucatur. Plato autem dum corpora ex superficiebus conficit & in superficies reſoluit, nullam harum mutationum probabilẽ causam afferre potest, cum ex superficiebus non nisi solidum quid, Mathematicum, ac sine materia, proindéque nullius physicæ qualitatis particeps, oriatur.

εἰ μὲ γὰρ ὄζι σύγκρισις ἡ γένεσις, πολλὰ ἀδύνατα συμβαίνει. εἰσὶ δ' αὖ ἕτεροι λόγοι ἀναλυτικοὶ, ἃ καὶ ἄπορος ἄλυσιν, ὡς καὶ εὐδίχθαι ἄλλως ἔχειν, εἴτε μὴ ὄζι σύγκρισις ἡ γένεσις, ἢ ὅλως οὐκ ἔζι γένεσις, ἢ ἀλλοίωσις· ἢ εἰ ἔ τοῦτο ἄλυσαι χαλεπὸν ἐν, πλεῖσον. [e] ἀρχὴ δ' τούτων ἁπάντων, πότερον ἔτιν καὶ *Text.7.* ἢ καὶ ἀλλοῖται καὶ αὐξάνεται τὰ ὄντα, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα τύχει πάχοντα, ἢ πρώτων ὑπαρχόντων μεγίθων ἀδιαιρέτων, ἢ οὐδὲν ὄζι μέγεθος ἀδιαίρετον. διαφέρει γὰρ τοῦτο πλεῖσον. ἔ πάλιν εἰ μεγέθη ἄτομα, πότερον, ὡς Δημόκριτος ἔ Λεύκιππος, σώματα ταῦτα ὄζιν, ἃ ἔπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ, λεπτὰ; [f] τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ, καθάπερ ἔ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν, ἄλογον μέχρι βαπτίδων διαλύσαι. διὸ μᾶλλον ἄλογον, σώματα ἢ) ἀδιαίρετα. ἀλλὰ ἔ ταῦτα πολλὴν ἔχει ἀλογίαν. ἅμως ὁ τοῖς ἀλλοίωσιν ἔ ἡδύσιν ἐνδέχεται ποιεῖν, καθάπερ εἴρηται, τροπῇ ἔ διαθιγῇ μεταπιπτούσῃ τὸ αὐτὸ ἔ ταῖς ἡμῖν χημάτων διαφοραῖς, ὅπερ ποιεῖ Δημόκριτος. διὸ ἔ χρωτὸν ἃ φασιν ἢ). πρόσῃ γὰρ χρωματίζεσθαι. τοῖς δ' εἰς ἐπίπεδα φαιροῦσιν, ὅτι ἔτι. οὐδὲν γὰρ ἔχει πολὺ πρὸς, συμπιπτόντων κῆ πλάτος πάντως γὰρ οὐδ' ἔχωρῆσει ἡμῖν ἐξ αὐτῆς. ἔ αἴτιον ὃ τὸ ἐπ' ἔλαττον δύνασθαι τὰ ὁμολογούμενα σώζειν, ἡ ἀπειρία. διὸ ὅζι σωφρόνησι μᾶλλον ἐν τοῖς φυσικοῖς, μᾶλλον δύνασθαι ὑποτίθεσθαι τοιαύτας ἀρχὰς, αἳ ὁπωσοῦν δύνανται σώζειν. εἰ δ' ἐκ τῶν πολλῶν λόγων ἀδιώριζε τῶν ὑπαρχόντων ὄντες, πρὸς ὀλίγα ὀπτικὴν ἦσαν, δῆλον φαίνονται ῥᾴδιον. [h] ἴδοι δ' ἄν τις ἔ ἐκ τούτων ὅζι διαφέρουσιν οἱ φυσικῶς ἔ λογικῶς σκοποῦντες. πρὸς γὰρ τὸ ἄτομον ἢ) μεγέθη, οἱ μὲν φασιν ὅτι τοιοῦτόν τι πολλὰ ἔσαι. Δημόκριτος δ' ἂν φανείη οἰκείοις ἔ φυσικοῖς λόγοις πιστεύσας. ἄλλος δ' ἔσαι ὁ λόγος προϊοῦσιν. [i] ἔχει γὰρ ἀπορίαν, εἴ τις θείη σῶμά τι ἢ) ἔ μέγεθος πάντῃ διαιρετὸν, ἔ τοῦτο δυνάσθαι. *Text.8.*

Philosophia parens experientia.

[1] *Sed cur parum valeant.* Docet Platonicos ideò à veritate aberrasse, quia experientiam, quæ philosophiæ mater est, neglexerunt, & à rebus, quæ sub sensum cadunt, ad mathematicas & intelligibiles contemplationem auocarunt, atque ex iis, quæ in commune considerabant, paucis in singulari perspectis, temerè, & absque diligenti perscrutatione de rebus naturalibus sententiam tulerunt, quod tamen non accidit iis, qui consultis sensibus, & experientiæ

Nam si generatio congregatio sit, multa ex eorum numero, quæ fieri nequeunt, euenire solent. Sunt autem rursus aliæ rationes, quæ vrgent, quæq; haud facilè solui possunt, quod fieri non potest, vt quicquam aliter se habeat si generatio congregatio non sit, aut quæ omnino generatio nõ est, aut eadem alteratio est, atque id quanquam difficile, enitendum est soluere. [e] *Principium autem horum omnium est, vtrum ea quæ sunt generentur hoc pacto, accrescant, alterentúrque, & hisce contrarias subeant mutationes magnitudinibus primis nullam diuisionem admittentibus, an nulla sit magnitudo indiuisibilis? hoc enim interest quàm plurimum. Et rursum si magnitudines sint insectiles, vtrum hæc corpora sint, vt Democrito placet, atque Leucippo; an plana, vt in Timæo scribitur.* [f] *Hoc igitur ipsum fieri inquam dissolutionem ad plana vsque, cancellos egreditur rationis: id quod alio quoque loco iam diximus. Idcircò magis consentaneum rationi fuerit corpora non posse diuidi. Verùm & hæc quoque perabsurda sunt: sed tamen hisce alterationem, generationémque, vti dictum est facere, conuersione & attactu, atque figurarum varietate permutando idem contingit: quòd sanè Democritus facit. Quocirca non esse colorem asserit: nam res ipsas per conuersionem colore tingi, censet. At illis, qui in plana diuisionem faciunt, minimè. Nihil enim planis compositis præterquam solida, fit: quando nulla ex eis qualitas, effectiúsve signi potest.* [g] *Sed cur parum valeant, quæ consentanea sunt perspicere, causam habet ipsa experientia vacuitas. Quamobrem quotquot diutius circa rerum naturalium speculationem versati sunt, ij eiusmodi principia, quæ inter se cohæreant, consentiantq; quàm plurimum supponere magis possunt. At qui è multis rationibus, quanã veræ sint, haudquaquam expendere consueuerũt, paucis inspectis facilè pronuntiãt.* [h] *Porrò ex hisce perpẽdere etiã quis potest, quàm inter eos interfit, qui naturaliter, quiq; via rationali quampiam exercent considerationem. Nam de eo, quod est, magnitudines esse indiuisibiles, nonnulli quidem inquiũt, quod ipse, idealisq; triangulus, plures erit. At Democritus rationibus propriis, naturaq; accomodatis persuasus esse profectò videbitur. Quòd autẽ diximus, in progressu euadet apertiũ.* [i] *Nam res ipsa dubitationẽ habet. si quis corpus aliquod, magnitudinemq; omninò atque omni ex parte diuisibilem esse statuat, atque*

Ratio Democriti.

Idea vnum quid Platonicis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ratio Democriti.

modum concluſa erat; Aut corpus conſtat ex atomis inſectilibus, aut ex ſemper diuiduis corpuſculis: ſi detur primum, habetur propoſitum: quod autem poſterius admitti non debeat; probatur: ſi enim corpus ex ita diuiduis conflatum ſit, nihil obſtabit quominus aliquando non modò per medium, ſed quantumcunque diuidi poteſt, hoc eſt, in omnem ſui partem re ipſa diuidatur, licet ſectio non ſimul fiat, ſed ſucceſſione quadam: quod ſi fieri poteſt, nullum ex eo ſequetur abſurdum (quemadmodum nullum ſequetur, ſi corpus in multa partiũ millia diuidatur, & ſi nemo vnquam fortaſſe diuiſurus ſit) quandoquidem ex poſſibili adducto in actum nihil exiſtet incõmodi: At quod multò ſecus res habeat, quódque plurima à veritate rationéque aliena neceſſariò colligãtur diuiſo in omnes partes corpore probat vlteriùs Democritus.

Poſſibili in actum adducto nihil exiſtet incommodi.

δυναλόν. τί γὰ ἔσαι ὅπερ τὴν διαίρεσιν δίεφθάζει; εἰ γὰ πάντῃ διαιρῖλον, & τῦτο δυναλόν, κὰν ἅμα ἐπὶ τῦτο πάντῃ διηρημένον, εἰ μὴ ἅμα τῦτο διῃρηται, κὰν εἰ τῦτο χρόνος ὑδὲν ἂν εἴη ἀδύνατον. ὡσαῦ κὰ ἔ τὸ μέζον ὠθεῖται καὶ ὅλως ἢ εἰ πάντῃ πέφυκε διαιρῖλον, κὰν διαιρεθῇ, ὑδὲν ἔσαι ἀδύνατον γιγνόμ. ἐπεὶ κὰ ἐν εἰς μυρία μυριάκις διηρημένα ἦ, ὑδὲν ἀδυνάτον. καί τι ἴσως ὑδεὶς ἂν διέλοι. ἐπεὶ ζώνυν πάντῃ ζωὴτόν ἔζι τὸ σῶμα, διῃρημένον. [k] τί οὖν ἔσαι λοιπόν; μέγεθος. ἔ γὰ οἷόν τε ἔσαι γὰ τι ἀ διῃρημένον· ὡὴ ἢ πάντῃ διαιρετόν. ἄλλα μὴν εἰ μηδὲν ἔσα σῶμα μηδὲ μέγεθος, διαίρεσις δ' ἔσαι, ἢ ἐκ σιγμῶν ἔσαι, [l] & ἀμεγέθη ἐξ ὧν σύγκειται. ἢ ὑδὲν παύλαπασιν. ὥσ' κὰν γένοιτο ἐκ μηδενὸς, κὰν εἴη συγκείμενον, καὶ τὸ πᾶν δὴ ὑδέν, ἀλλ' ἢ φανόμενον. [m] ὁμοίως ἢ κὰν ἢ ἐκ σιγμῶν, καὶ ἴσαι πᾶσιν. ὁπόταν γὰ πλάτος ὃν ἁπτῃ μεγέθους, & ἐν ὡὴ μέγεθος, & παντὶ ἕπεται, ὑδὲν ἐπείσιον μεῖζον τὸ πᾶν. διαιρεθήσεται γὰ εἰς δύο & πλείω, ὑδὲν ἔλαττον ὑδὲ μεῖζον τὸ πᾶν τῆ τομῆτρον. ὥσ' κὰν πᾶσαι συμπεθῶσιν, ὑδὲν ποιήσουσι μέγεθος. [n] ἀ μὴν, ἀλλὰ & εἴ τι διαιρεῖται, ἀδ' ἀφορισμα ἔζι τὸ σῶμα τὸ, & ὅτως ἐν τῦ μεγέθους σύμπλοκὴ ἀπίσχιλα. ὁ αὐτὸς λόγος, ἐκεῖνο πῶς διαιρετόν. [o] οἷ ἢ μὴ σῶμα ἀλλ' ἔδός τι χωρισὸν, ἢ πάθος ὃ ἀπῆλθε, & ἔσι τὸ μέγεθος, σιγμαί, ἢ ἁφαὶ ἔσονται παθοῦσαι, ἄτοπον ἐκ μὴ μεγεθῶν μέγεθος εἶναι. [p] ἔτι ἢ πᾶ ἴδρῦται & ἀκίνητοι, ἢ κινήσονται αἱ σιγμαί; ἁφὴ τε

Poſſibili in actum adducto nihil exiſtet incommodi.

Quid ergo erit reliquum. Ratio Democriti colligens abſurda, quæ ſequuntur, ſi corpus in omnem ſui partem diuidatur: ita ſe habet vel ſectione peracta remanebunt magnitudines, vel non magnitudines, vel puncta, vel affectiones accidentiáve, aut nihil. Quorum omnium nullum rectè dici poteſt. Ac primùm quod nequeat reſidua eſſe magnitudo inde patet, quia cùm magnitudo omnis conſtet partibus, in quas ſecari poteſt, dabitur poſt diuiſionem omnino perfectam diuiſibile non dum diuiſum, quod repugnat.

[k] *Quid ergo erit reliquum.* Ratio Democriti colligens abſurda, quæ ſequuntur, ſi corpus in omnem ſui partem diuiduatur: ita ſe habet vel ſectione peracta remanebunt magnitudines, vel non magnitudines, vel puncta, vel affectiones accidentiáve, aut nihil. Quorum omnium nullum rectè dici poteſt. Ac primùm quod nequeat reſidua eſſe magnitudo inde patet, quia cùm magnitudo omnis conſtet partibus, in quas ſecari poteſt, dabitur poſt diuiſionem omnino perfectam diuiſibile non dum diuiſum, quod repugnat.

[l] *Ex, ex quibus componitur.* Colligit ſi abſoluta diuiſione neque magnitudo remaneat, fore vt corpus ex ſolis punctis coaleſcat. ac proinde vt magnitudo ex iis, quæ magnitudinis expertia ſunt conſtet: vel etiam vt id, quod reſiduum eſt, nihil omninò ſit. Quod tamen poſterius minimè concedi poſſe ex eo patet, quia quidquid in nihilum reſoluitur, id ex nihilo productum eſt. Quod verò ita ſe habet, nihil omninò eſſe poteſt. Quare ſequitur eiuſmodi corpus nullum veri entis gradum, ſed inanem tantum ſpeciem, ſimilitudinemque exiſtentis poſſidere. Aduerte cum dicitur id, quod ex nihilo productum eſt, eſſe nihili: hoc quidem loco, vt ex orationis contextu patet, intelligendum id eſſe de eo, quod dicitur effici ex nihilo tanquam ex parte componente; quod pronuntiatum veriſſimum eſt, ſiue de naturali, ſiue de diuina potentia loquamur. Si tamen intelligatur tanquam ex termino, licet naturaliter non poſſit quicquam fieri ex nihilo; diuinitus tamen poteſt: ſiquidem facultas diuina, quæ omnem naturæ vim ſuperat, ex nihilo res efficere valet per

Ex nihilo nihil per vim naturæ.

fieri poſſe, vt penitus diuidatur. Quid enim erit, quod effugiat diuiſionem? nam ſi omni ex parte, atque omninò ſit diuiſibile, & ita diuidi queat, ſiue ſimul erit hoc omni ex parte diuiſum (& ſi non ſimul dicatur) ſiue id fiat, nihil accidet impoſſibile; igitur & ſecundum medium, haud ſecus: Et in ſumma, ſi omni ex parte, ac omnino diuidi aptum ſit, ſi diuidatur, nullum emerget impoſſibile, quando ne vllum quidem oriatur impoſſibile, ſi in decies millies dena millia diuiſum ſit: quamuis fortè nemo vnquam diuidet. Itaque cùm corpus ipſum omninò tale ſit, diuidatur: quid ergò erit reliquum? magnitudo? id enim fieri non poteſt: eſſet enim quippiam haud diuiſum, at erat omni ex parte, omninóque diuiſibile. At verò ſi nec corpus, nec magnitudo relinquatur; diuiſio tamen ſit, aut corpus ex punctis conſtabit, & ea, [l] ex quibus componitur, magnitudine carebunt, aut nihil omninò erit. Quare ſiue factum ex nihilo, ſiue compoſitum ſit profectò totum ipſum nihil præterquam apparens, erit. [m] *Similiter ſi ex punctis conſtari dicatur quantum non erit. Nam cùm vna in magnitudine ſeſe tangunt, & magnitudo vna, perpetuaq; eſt, atq; illa ſimul ſunt, nihilo maius totum ipſum redditur; quoniã ſi totũ in duo, aut plura diuidatur, nihilo ipſum minus, quã prius euadit. Quare puncta etiam ſi omnia coagmentata ſint, nullã effeciũt magnitudinẽ.* [n] *Verũ enim verò ſi quid tale inter diuidendũ corpus fiat, quale eſt ramentum illud, quod excidit, dum quippiã ſerra ſecatur, atq; hoc pacto corpus aliquod è magnitudine abſcedat, idẽ ſermo recidit, quomodo, inquã, diuiſibile illud ſit.* [o] *Quod ſi id, quod abſcedere ſolet, corpus non ſit, ſed forma quædam, affectiuve ſeparabilis, ſitq; magnitudo ipſa puncta, vel tactus ſic affecti, magnitudinem ex non magnitudinibus conſtare incongruum, atque abhorrens eſt.* [p] *Ad hæc puncta ipſa ſiue à motu vacent, ſiue eundem ſubeant, vbi nam*

per creationem vt lib. 1. Phyſicorum, cap. 7. q. 1. artic. 2. & lib. 8. eiuſdem operis, c. 2. diſſeruimus.

Magnitudinem non ex ſolis punctis conſtari.

[m] *Similiter ſi ex punctis.* Non poſſe corpus ex ſolis punctis conſtitui inde ſuadet, quia ſequeretur corpus non eſſe quippiam quãtum & extenſum. Nam ſi puncta immediatè ſibi cohæreant, vniantúrque in magnitudine, cum indiuiſibilia addita, aut detracta non efficiant corpus maius, minúſve, quemadmodũ vno aut pluribus eorum ablatis non euadit magnitudo minor: certè nequibunt puncta quantitatem vllo modo extendere, imò nec vlla vera quantitas ex iis, etiam in vnum confertim coeuntibus, concreſcet.

Confutatio reſponſionis.

[n] *Verùm enim verò.* Si quis dicat peracta diuiſione relinqui particulas ſimiles ramentis, quę è nonnullis corporibus, cum diſſecantur, decidere conſueuerunt; eadem ratio redibit: vel enim eæ particulæ diuiduæ erunt, vel indiuiduæ, quorum vtrumlibet confutatum eſt.

[o] *Quod ſi id, quod.* Cõtenderet fortaſſe aliquis puncta conſtituere corpus ratione alicuius affectus, hoc eſt, qualitatis, qua prædita ſint, hanc verò diſſectione amitti, & euaneſcere, ſoláq; puncta relinquiique magnitudinem ex ſolis punctis ea qualitate affectis coagmentari. Hoc reſponſum ex eo refellit, quòd ſtatuat magnitudinem conflari ex partibus quantitatem non habentibus, qualia ſunt puncta. Quod tamen paulò antè impugnatum fuit.

[p] *Ad hæc puncta ipſa.* Argumentatur adhuc Democritus contra aſſertionem componentium magnitudinem ex punctis. Nam ſiue linea oriatur, vt quidam volunt, ex fluxu, motúve puncti, ſiue nouiſſimi (vt eſt aliorum interpretatio) ſiue puncta in magnitudine moueantur, ſiue ſint motus expertia, quemnam in magnitudine

Universidad de Deusto
Biblioteca

situm vendicabunt? Dicat Aduersarius puncta esse in quauis parte lineæ, vt iis partes omnes sese tangant, sibiq; mutuò cohæreant. At si ita res habet, inquit Democritus, planè conuincitur non ex solis punctis magnitudinem effici, quandoquidem cum aliqua se inuicem tangunt, aut diuisionem subeunt, præter id, cuius interuentu tactus, aut diuisio fit, aliquid aliud dari oportet, nimirum partes ipsas, quæ tanguntur, aut inter se diuisionē habeut. Quare non erunt in magnitudine puncta duntaxat.

Non esse in magnitudine sola puncta.

¶ *Præterea si lignum.* Aliter idem confirmat, Nam cùm lignum, aut quodcumque aliud corpus antea dissectum, ex partibus iterùm coeuntibus cõponitur, fit quippiam æquale, sibiq; respondẽs quia ex eisdem partibus cõsurgit: quare idem etiam euenit, si magnitudo in quolibet puncto atque in omnes suas partes diuidatur, poteritque eadem similiter reduntegrari, cum ego magnitudo ex punctis, aut ex qualitatibus refici non possit vtique fatendũ erit non diuidi illã in puncta, aut qualitates, neque ex iis cõponi.

ἀφήτε αἰεὶ μέλα, δυοῖν τινοιν, ὡς ὁτῳοῦν τινὸς πρὸς τὸ ἀφὴν καὶ τὸν διαίρεσιν, καὶ τὸ στιγμήν. εἰ δή τις διοίσειε ὁτιοῦν, ἢ ὁπωλικοῦν τῶμα ἅπτηται διαιρῶν, πάντα ταῦτα συμβαίνει. ¶ ἔτι ἐὰν διελὼν σωθῶ τὸ ξύλον, ἢ τι ἄλλο, πάλιν ἴσόν τε καὶ ἓν, ὁμοιῶ ὕτως ἔχει διλοιόθη, κἂν τέμω τὸ ξύλον καθ' ὁτιοῦν σημεῖον. πάντη ἄρα διῃρῆται δυνάμ. [r] τί οὖν ἔστι παρὰ τὴν διαίρεσιν; εἰ γὰρ ἔστί τι πάθος, ἀλλα πῶς εἰς ταῦτα διχόλυσις, καὶ γίνεται ἐκ τούτων; ἢ πῶς χωρίζεται ταῦτα; [s] ὥστ' ὅπερ ἀδιαίρετον ἐξ ἀφῶν ἐστιν μὴ ἅπτ) τὰ μεγέθη, ἀνάγκη ἅπτ) σώματα ἀδιαίρετα, καὶ μεγέθη. ἀλλὰ μὴν καὶ ταῦτα ἄτοπον, οὐχ ἧττον συμβαίνει ἀδιαίρετον. ὅσπερ γὰρ ἐκεῖ αὐτὴν ἐν ἑτέροις, ἀλλὰ ταῦτα πλεῖον λέγειν. [t] διὸ πάλιν ἐξ ἀρχῆς λεκτέον τὴν ἀπορίαν. τὸ μὲν οὖν ὅπερ σῶμα ἀδιαίρετον ἅπτ) διαιρετὸν καθ' ὁτιοῦν συμβαίνει, καὶ ἀδιαίρετον, οὐδὲν ἄτοπον. τὸ μὲν γὰρ δυνάμει διαιρετὸν, τὸ δ' ἐντελεχείᾳ ὑπάρξει. τὸ δ' ἅπτ) ἅμα πάντη δυνάμει, ἀδιαίρετον δέξειν ἂν ἅπτ). εἰ γὰρ δυνατὸν, κἂν γένοιτο, οὐχ ὕστερ ἅπτ) ἅμα ἀμφω ἐντελεχείᾳ, ἀδιαίρετον καὶ διῃρημένον, ἀλλὰ διῃρημένον καθ' ὁτιοῦν σημεῖον. [u] οὐδὲν ἄρα ἔσται λοιπὸν, καὶ εἰς ἀσώματον ἐφθαρμένον τὸ σῶμα· καὶ γὰρ οὕτω δ' ἂν πάλιν, ἢ ὅλως ἐξ οὐδενὸς, καὶ τὸ πῶς διωατὸν: ἀλλα μὴν ὅτι γε διαιρῦται εἰς χωριστὰ, καὶ δεῖ εἰς ἐλάττω μεγέθη, καὶ εἰς ἀπείρους καὶ κεχωρισμένα, φανερόν. ὅτε δὲ κατὰ μέρος διαιρουῦτι εἴη ἂν ἄπειρος ἢ θρύψις, ὅτε ἅμα εἶδός τι διαιρεθέναι καὶ πᾶν σημεῖον· ἢ γὰρ δυνατὸν, ἀλλὰ μέχρι τε. ἀνάγκη ἄρα ἄτομα ὑπάρχειν

Facultate naturæ non dari qualitatem extra subiectum.

¶ *Quid igitur præter diuisionē?* Vrget adhuc argumento suo Democritus. Si oportet, inquit diuisionē ad aliquid terminari, ecquidnam reliquum erit confecta partitione magnitudinis in omnes suas partes? nunquid affectus aliquis, seu qualitas? certè quod id neutiquam relinqui possit, liquidò constat. Primùm quia qualitas non gignitur ex quantitatibus, sicuti nec substãtia. Deinde quia qualitas nequit extra subiectum, cui inhæret, consistere. Quod intellige facultate naturæ. Nam virtute diuina posse accidẽs conseruari extra subiectũ, docemur mysterio diuinæ Eucharistiæ, vbi post consecrationem, manent accidentia panis, & vini per se absque adminiculo substantiæ.

Conclusio Democritt.

¶ *Itaque si fieri nequit.* Concludit tandem Democritus id, quod probandum assumpserat, nimirum eum magnitudo non componatur ex iis, quibus eam nullo modo constare posse hactenus demonstrauit, nihil aliud superesse, quàm vt concedamus constitui ex atomis, seu corpusculis insectilibus, quorum coalitu, absceſuque rerum ortus, & interitus perficiantur. Subicit Aristoteles hanc Democriti sententiam (esto minoribus magis physicis, quam Platonica, vt dictum est, initiatus) non minoribus tamen premi difficultatibus. Et vero eius argumenta licet in tertio lib. de cœlo pertractata, explicataq; fuerint, esse nihilominus in præsenti dissoluenda

soluẽda ad propositã de rerũ generatione, & interitu cõtrouersiam diuidicandam.

¶ *Quamobrem iterum.* Accedit Aristoteles ad diluendam rationem Democriti: pro cuius explicatione aduerte, cum dicitur continuum esse diuisibile in quamlibet sui partem, bifariam id posse intelligi: vno modo, distributiuè, ita vt nulla pars designari queat, in quam non possit diuidi: altero collectiuè, ita vt ad totam partium collectionē diuisio terminari possit: itaq; priori potentiæ, quam vocãt syncategorematicã, respondet actus incompletus, & inchoatus secundum quem semper oportet reliquas esse in cõtinuo partes, quæ adhuc sine termino diuidi queant: Posteriori, quã categorematicã appellant, respõdet actus omnino perfectus absoluẽs omnes continui partes nullámque absque dissectione relinquens. Porrò cùm magnitudo, siue continuum perhibetur à philosophis diuidi posse in omnem sui partem, id secundum priorem sensum accipi debet: alioqui falsum atque impossibile est, quãdoquidem talis diuisio necessariò fit in partes adhuc exẽtes, & quæ ex aliis constent partibus, in quas continuũ viterius diuidi possit. Quia verò Democritus propositi effati posteriorem tantummodo sensum agnouit, déque eo duntaxat inter disputandum meminit, ideo se cõtra aduersarios rem totam cõfecisse arbitrabatur. Respondet ergo Aristoteles non esse absurdum affirmare continuũ posse diuidi in omnem sui partem, intellige priori modo, simúlq; non posse diuidi, nimirũ posterior: item esse diuisibile potentia, intellige syncategorematica: & indiuisibile actu, videlicet completo & absoluto, licet nullum punctum designari queat, per quem dissectionē fieri repugnet.

Bifariã cõtinuum dici posse diuisibile in omnẽ sui partem.

nam erunt? vnus enim semper duorum quorundam tactus est tanquàm re quapiam alia, præter tactum, punctumq; ac diuisionem existente. Siquis ergò quoduis aut quantumlibet corpus esse omni ex parte, atque omnino diuisibile ponat, hæc accidunt vniuersa. ¶ *Præterea si lignum, aut quippiam aliud iam diuisum rursum componas, iterum æquabile pariter, atque vnum euadit. Igitur ad hunc modum res sese habet, vt patet, etiamsi illud quolibet in puncto incidas. Potentia ergo omni ex parte, ac omninò diuiditur.* [r] *Quid igitur præter diuisionem erit? Nam si est affectio quædam, at quonam pacto dissoluitur in hæc, sitque ex his; aut qualiter hæc separari queunt?* [s] *itaque si fieri nequeat, vt magnitudines ex punctis, aut tactibus cõstent, indiuisibilia sint corpora, magnitudinésque necesse est. At verò & ys quoque qui hæc astruunt, nõ minus accidit impossibile: de quibus quanquàm aliàs fuerit à nobis consideratum, tamen ea ipsa soluere eniti oportet.* [t] *Quamobrem iterum ab initio dicenda dubitatio est. Igitur omne corpus sensibile, quouis in puncto esse diuisibile, atq; indiuisibile nihil est absurdum; potentia siquidem diuisibile existit, actu indiuisibile. At vt simul sit omni ex parte potentia diuisibile, fieri non posse videtur. Nam si fieri possit, & fiat, haud quaquam ad hunc fiet modum, vt simul ambo sint actu, indiuisibile inquam, atque diuisum; sed quolibet in puncto diuisum.* [u] *Nihil igitur erit reliquum, atque corpus ipsum corruptione abibit in incorporeum: & rursum aut ex punctis, aut prorsus ex nihilo fiet: atque id, qui fieri potest? at verò quod in separabiles, & subinde minores, atque inter se distantes, separatasque magnitudines diuidatur corpus, certũ est. Itaque nec per partes diuidenti sectio, quæ in minutula sit, infinita occurret: nec insuper continget, vt omni in signo (non enim est possibile) sed quadam tenus diuidatur. Indiuiduas igitur in-*

esse

[u] *Nihil igitur erit reliquum.* Colligit in pauciora Democriti argumentum, vt suam ei accommodet solutionem, aitque latere in eo fallaciam. Nam cum puncta

Universidad de Deusto
Biblioteca

non immediatè sibi cohæreant in magnitudine, sed inter quælibet duo puncta sit continuum, sit vt magnitudo & possit, & non possit diuidi secundum omnem sui partem possit, per quoduis determinatum signum, punctúmve; non possit, quia pars iacens inter quælibet duo puncta, est infinitè diuidua.

Obiectio. Diluitur.

[x] *Sed cum hoc positum.* Obiceret aliquis, si magnitudo per quodlibet determinatum signum, ac punctum diuidi potest, sequi hinc dari vbiq; puncta in continuo, atque ita magnitudinē ex solis punctis constare, & in ea tamnūm resolui: occurrit Aristoteles, etsi magnitudo prædicto modo secari, queat non tamen dari in linea plura puncta immediate copulata, sed vbique vnum, hoc est vbicunque punctum inest, illic vnum tantum esse, nec vllū alteri proximè coniungi, idque de omnibus singulis punctis esse pronūtiandum.

Inter quælibet duo puncta esse continuum.

Quare cum inter quælibet duo puncta inueniatur continuum, & linea, non sequi vbique magnitudine esse puncta, hoc est, nihil in ea præter puncta inuenire aut illam ex pūctis tantummodo constari. Lege, si placet, ea, quæ de diuisione continui in suas partes à nobis explicata sunt, lib. 3. Physic. c. 4. q. 1. art. 4. & quæ de indiuisibilibus, lib. 6. c. 1. q. 1. & 2. vbi diximus vtrū pūcta sint entia vera, positiuáque in continuo, an negationes tantū: multisque argumētis demōstrauimus continuū non componi ex solis indiuisibilibus.

[y] *Hoc autē est diuisio.* Cum Aristoteles concedat continuum posse diuidi modo ante explicato, & constitui ex partibus inter se cocuntibus; monet non negare se omnem congregationem, & segregationem: sed qualem fingebat Democritus, qui ex insectilibus magnitudinem coagmentabat, & in insectilia dissoluebat: quíq; istiusmodi indiuiduorum corporū coalitum & secretionem, ortum interitúmq; esse arbitrabatur: cùm tamen ex priori dogmate plurima absurda consequantur, vt constat exiis, quæ hactenus disputata sunt posteriùs verò facilè erroris conuincatur. Non enim generatio simplex, hoc est, substantialis, nec similiter corruptio esse potest, nisi cum substantia

Democritus magnitudinem ex indiuisibilibus componebat.

Generatio & corruptio quando fiant.

πάρχειν μεγέθη ἀδιαίρετα· ἄλλως τε δ' εἰ πᾶν ἔσται ἁφὴ καὶ φθορὰ, ἢ μὴ ἁφὴ ἐσόμενον, ἢ ἅμα συνεχὲς ἔσται. ὁ μὲν οὖν ἀναγκάζων λόγος δοκεῖ εἶναι μεγέθη ἄθραυστα, ὅτι ἔστιν. ὅτι δὲ λανθάνει παραλογιζόμενος, καὶ ἢ λανθάνει, λέγωμεν. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι σημεῖον σημεῖον ἐφεξῆς, τὸ πᾶν εἶναι διαιρετὸν ἅπτει μέν πως ὑπάρχει τοῖς μεγέθεσιν, ἔστι δ' οὐκ εὖ. [x] δυνατὸν γὰρ τοῦτο τεθηκέναι οὕτως, καὶ πάντῃ σημεῖον εἶναι. ὥστε δίκαιον εἶναι διαιρεθῆναι τὸ μέγεθος εἰς μηδὲν· πάντῃ δὲ σημεῖον, ὥστε ἢ ἐξ ἀφῆς, ἢ οὐκ σημεῖον εἶναι. τὸ δ' ἔστιν, ὡς ὑπάρχει πάντῃ, ὅτι μία ὑπονοίᾳ ἔστι, καὶ πᾶσαν ὡς ἐκάστην, πλείονες ἢ μιᾶς, οὐκ εἰσίν· ἑνὸς γὰρ ὄντος εἶναι, ὥστε καὶ πάντη. εἰ γὰρ μέγεθος διαιρετὸν, καὶ κατ' ἐχόμενον σημεῖον ἔσται διαιρετόν· ἀλλὰ μὴν ἔστιν ἐχόμενον σημεῖον σημείῳ, ἢ σῶμα σώματι. [y] τοῦτο δ' ἔστι διαίρεσις καὶ σύνθεσις, ὥστε ἔστι καὶ συνεχὲς, καὶ διαιρετόν. ἀλλ' ὅτι εἰς ἄτομα καὶ ἐξ ἀτόμων (πολλὰ γὰρ τὰ ἄδηλα) ὅτε ὅτου, ὡς πάλιν διαίρεσιν γνώσεις. εἰ γὰρ μὴ ἐχομένου σώματος σῶμα, τοῦτο ἂν εἴη, ἀλλ' εἰς μικρὰ καὶ ἐλάττω ἔστι, καὶ σύνθεσις ἐξ ἐλαττόνων. ἀλλ' οὐχ ἡ ἁπλῆ καὶ τελεία γνῶσις, συνιέναι καὶ διαιρεῖσθαι ᾗσιν, ὡς τινὲς φασι. [y] ἡ δ' ἐν τῷ συνεχεῖ μεταβολὴ, ἀλλοίωσίν. ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν ἐν ᾧ σφάλλεται πάντα. ἔστι γὰρ γνῶσις ἁπλῆ καὶ φθορὰ, καὶ συγκρίσεις καὶ διακρίσεις· ἀλλ' ὅταν μεταβάλλῃ οὐ τόδε εἰς τόδε ὅλον. [z] οἱ δ' οὐσίαν ἀλλοίωσιν· ἔστι μᾶλλον πολὺ τοιοῦτον μεταβολὴ, τὸ δ' ἧττον. ἐν γὰρ τῷ ὑποκειμένῳ, τὸ μὲν ὅτι καὶ τὸν λόγον, τὸ δ' οὐκ ἔστι. ὅταν μὲν οὖν ἐν τούτοις ᾖ ἡ μεταβολὴ, γνῶσις ἔσται ἢ φθορά· ὅταν δ' ἐν τοῖς πάθεσι καὶ οὐ συμβεβηκόσι, ἀλλοίωσις. διακεκριμένα, ἢ καὶ συγκεκριμένα, ἀφθαρτα ἔστι. ἐὰν μὲν γὰρ εἰς ἐλάττω ὑπάνιον διαιρεθῇ. ῥᾷστον αἰσθητὸν, ἐὰν ἧττον συγκριθῇ, βραδύτερον. μᾶλλον δ' ἔσται δῆλον ἐν τοῖς ὕστερον. νῦν δὲ τοσοῦτον διορίσθω, ὅτι ἀδύνατον ἁφὴν γνῶσιν συνιέναι, οἷαν δή τινές φασι.

ΚΕΦ.

esse magnitudines, quæ oculi aciem fugiant, necesse est: & præsertim, si generatio congregatione, & corruptio segregatione fieri debeat. Quæ igitur ratio magnitudines esse indiuisibiles necessario colligere videbatur, hæc est. Sed quod clāculo peruersa ratiocinatione vtatur, & quatenus lateat, exponamus oportet. Nam quia punctū puncto non hæret, magnitudines partim sunt, & partim nō sunt omni ex parte diuisibiles. [x] *Sed cùm hoc positū, asserumq; est, punctum vbiuis, ac omni in parte videtur esse; ita vt in puncta diuidi magnitudinem sit necesse, quippè cùm omni in parte punctum sit: quo fit vt ea vel tactibus vel punctis constet. At omni in parte diuisibilis est, quia vbi vnum est, & omnia vt singulum quodque: vno autem plura non sunt: non enim sunt deinceps. Quare enim omni in parte diuisibilis est. Nam si per medium diuisibilis sit, & per punctum adhærens erit diuisibilis. At id haud quaquam fit; siquidem nec signum signo, nec punctum puncto hæret.* [y] *Hoc autem est, diuisio, & cōpositio. Quare tam congregatio, quā segregatio est, sed non ex insectilibus & in insectilia, (complura enim inde emergūt absurda) nec hoc pacto vt omni ex parte fiat diuisio (id enim eueniret, si punctum puncto hæreret) sed segregatio in parua, & minora; & congregatio ex minoribus fit. At simplex perfectaq; generatio congregatione & segregatione definita non est, quemadmodū nonnullis placet, qui & eam, quæ in cōtinuo fit mutationem, alterationem esse asserūt. Verū id ipsum est, in quo prorsus errant: non enim generatio simplex atque corruptio cōgregatione, segregationeve fit; sed cum ex hoc in hoc mutatio fit.* [z] *Alij verò omnem eiusmodi mutationem alterationem esse putant. At in hoc discrimen subit: nam in subiecto alterum forma, alterum materia est. Igitur cùm in hisce fuerit mutatio, generatio erit, vel corruptio; cùm in affectibus, & ijs, quæ per accidens alicui competunt, alteratio. Sed quæ cōgreganturque segregāturque verò facilè corruptioni reddūtur obnoxia. Nam si aqua in minores aquæ particulas sit discerpta, in aërem ocyùs mutari solet: si verò collecta sit, segnius: quod in hisce, quæ posteriùs dicentur, apertius fiet. Nunc verò sit hactenus definitum, fieri non posse, vt generatio sit eiusmodi congregatio, qualem nonnulli esse asserunt.*

Text. 10.

Alteratio quando fiat.

Conclusio contra Democriticos.

His

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITIS TERTII EXPLANATIO.

[a] *Hæc autem determinatis.* Confutatis veterum philosophorum de ortu, & interitu rerum sententiis, accedit ad ostendendam propriam opinionem, ac primum in controuersiam vocat, num aliquid simpliciter gignatur & intereat, hoc est, num aliqua substantia ortum & corruptionem subeat: vel potiùs omnis generatio & interitus penes accidentia versetur, vt cũ Socrates ex ægroto fit valens, aut ex valẽte ægrotus, aliæve similes mutationes contingunt.

Quæstio, nũ detur generatio simpliciter.

[b] *Nam si generatio.* Argumẽtatur in partem negatiuam quæstionis à se propositę. Si enim aliquid generetur simpliciter, cũ generatio omnis & in vniuersum quęlibet mutatio, fit inter contraria; gignetur ens simpliciter, ex non ente simpliciter: quemadmodum & in generatione secundum quid, siue accidentaria, efficitur v.g. subiectum album è non albo: at quòd repugnet gigni quidpiam simpliciter eo modo, inde perspicuũ videtur, quia tale nõ ens simpliciter, è quo dicitur gigni, nihil est aliud quàm subiectum, è quo res fit, quod in re genita necessariò manet: impossibile est autem non ens simpliciter absolutéque aliquid generare.

Omnis mutatio est inter contraria.

[c] *Porrò simpliciter.* Auget excitatæ dubitationis difficultatẽ. Enim verò nõ ens simpliciter, vel negat præcipuam categoriam, hoc est, substantiam, quæ simpliciter ens vocatur, vel remouet ens absolutè, id est, in toto ambitu suæ significationis: vtrouis autem horũ modorum non ens simpliciter accipiatur, nequaquam apparet qua ratione substantia possit gigni è non ente simpliciter. Nam si priori modo vsurpetur, iam substantia fiet è non substantia: posteriori, substantia fiet omninò è nihilo: immo & idem sequitur si non ens simpliciter iuxta priorem modum sumatur, quandoquidem substantiæ negatio cæteras omnes

ΚΕΦ. ζ.

[a] Διωρισμένων δὲ τούτων, πρῶτον θεωρητέον, πότερον ἔστί τι γιγνόμενον ἁπλῶς καὶ φθειρόμενον· ἢ οὐκεῖως μὲν οὐδέν, ἀεὶ δ' ἕν τι σημαῖνον, καὶ τί. λέγω δὲ τοῦτο· ἐκ κάμνοντος ὑγιαίνον, καὶ κάμνον ἐξ ὑγιαίνοντος· ἢ μικρὸν ἐκ μεγάλου, καὶ μέγα ἐκ μικροῦ· καὶ τἆλλα πάντα τὸν τρόπον. [b] εἰ γὰρ ἁπλῶς ἔσται γένεσις, ἁπλῶς ἂν γίνοιτο ἐκ μὴ ὄντος, ὡς ἀληθὲς εἶπε λέγειν, ὅτι ὑπάρχει τισὶ τὸ μὴ ὄν. τίς μὲν γὰρ γένεσις ἐκ μὴ ὄντος τινός; οὐδὲ ἐκ μὴ λευκοῦ, ἢ μὴ καλοῦ, ἢ ὅλως ἐξ ἁπλῶς μὴ ὄντος. [c] τὸ δὲ ἁπλῶς ἴσως τὸ πρῶτον σημαίνει, καθ' ἑκάστην κατηγορίαν τὸ ὄντος· ἢ τὸ καθόλου, καὶ τὸ πάντα περιέχον. εἰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον, οὐσίας ἔσται γένεσις ἐκ μὴ οὐσίας. ᾧ δὲ μὴ ὑπάρχει οὐσία, μηδὲ τόδε τι, δῆλον ὡς οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδεμία κατηγοριῶν, οἷον ὅτε ποιόν, ὅτε ποσόν, ὅτι τὸ πῶ. χωρισθὲν γὰρ ἂν εἴη τὰ πάθη τῆς οὐσίας. εἰ δὲ τὸ μὴ ὂν ὅλως, ἀπόφασις ἔσται καθόλου πάντων· ὥστε ἐκ μηδενὸς ἀνάγκη γίνεσθαι τὸ γιγνόμενον. [d] Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐν ἄλλοις τε διηπόρηται, καὶ διώρισται τοῖς λόγοις θᾶττον πλεῖον. σωζόμενος δὲ νῦν λεκτέον, ὅτι τρόπον μέν τινα ἐκ μὴ ὄντος ἁπλῶς οὐκ ἔστι, τρόπον δ' ἄλλον, ἐξ ὄντος ἀεί. τὸ γὰρ δυνάμει ὄν, ἐντελεχείᾳ δὲ μὴ ὄν, ἀνάγκη προϋπάρχειν λεγόμενον ἀμφοῖν. [e] ὃ δὲ καὶ τῶν διωρισμένων ἔχει θαυμαστὴν ἀπορίαν, πάλιν ἴσως πολυτρόπου, πῶς ἔστιν ἁπλῶς γένεσις, εἴτε ἐνδυνάμει ἔστιν ἕκαστα, εἴτε καὶ πως ἄλλως. διαπορήσειε γὰρ ἄν τις ἆρ' ἔστιν οὐσίας γένεσις, ἢ τῶν τοιῶνδε, ἀλλὰ μὴ τοῦ τοιόνδε, καὶ τοῦ τοσοῦδε, καὶ τοῦ πῶ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὠφθερᾶς. εἰ γὰρ τί ἐστι, δῆλον, ὡς ἔσται δυνάμει τις οὐσία, ἐντελεχείᾳ δ' οὔ, ἐξ ἧς ἡ γένεσις ἔσται, καὶ εἰς ἣν ἀνάγκη μεταβάλλειν τὸ φθειρόμενον. πότερον οὖν ὑπάρξει τι τούτῳ τῶν ἄλλων ἐντελεχείᾳ; λέγω δ' οἷον

Text. 11.

Text. 12.

Text. 13.

Text. 14.

CAPITIS III. EXPLANATIO. 23

CAP. III.

[a] *Hæc autem determinatis pertractatisque, primò contemplari oportet vtrum simpliciter quippiã, an propriè nihil generetur, corrũpaturve; semper antè ex quodam quiddam fiat, vt ex ægro sanum, & ex sano ægrum aut pusillum magno, & magnum è pusillo; & reliqua omnia ad hunc modum.* [b] *Nam si generatio simpliciter sit quippiã, proficiò è nõ ente simpliciter, absolutéque fiet. Quare verum erit dicere, quibusdã non ens competere; quippè cùm generatio quædam è quodam nõ ente, ceu è non bono fiat. At simplex generatio è non ente simpliciter fit.* [c] *Porrò simpliciter, absolutéque nõ ens: aut id, quod ex omnibus entis prædicamentis primum est, aut quod est vniuersale, & cuncta ambit, significat. Igitur primum, è non substantia erit substantiæ generatio. At cui substantia nõ competit, nec ei caterorum prædicamentorum vllum, veluti qualitatem, quantitatẽ, aut vbi competere, posse palam est: nam alioqui affectus ipsi à substantia separari posset. Quòd si ita res habeat, omninò ipsũ non ens, vniuersaliter omniũ erit abnegatio. Quare id, quod generatur ex nihilo gignatur, erit necesse.* [d] *Sed de hisce in aliis libris latiùs ad dubitatum simul, atque definitum fuit. Verum compendiosè in præsentia quoque dicamus oportet, è non ente simpliciter aliquo modo fieri generationem, & alio ex ente semper: namque ens potentia, sed actu nõ ens, præexistat est necesse: quod sanè, vt patet, vtroque dicitur modo.* [e] *Determinatis autem hisce, id rursum exactè disquiramus oportet, quod miram habet ambiguitatem, quonam inquam pacto generatio simplex sit, siue ex ente potentia, siue etiam alio quouis pacto fiat. Dubitauerit nãque quispiã, vtrũ substantiæ, ac rei huiusce, sed non qualitatis, quantitatis, aut vbi generatio sit eodem modo & de corruptione. Nam si quid oriatur, quandam potentia, non actu substantiam esse, dilucidũ est, ex qua fiat generatio, & in quam id mutari necesse sit, quod corruptionem subit. Vtrum igitur ex cæteris, quæ actu sunt quippiam huic competet, vtrum inquam id, quod*

nes categorias, cunctaq; entia excludit: quia accidentia substantiæ admiculo fulciuntur, eóque dempto necesse est reliqua funditus tolli.

Responsio ad superius arg.

[a] *Sed de hisce in aliis libris.* Superiorem ambiguitatem diluerat Aristoteles in 1. lib. Physicorum capit. 8. ideóque rem in præsenti paucis expediens respondet generationem substantialem fieri aliquo modò è nõ ente simpliciter, semper tamen fieri ex ente. Omnis enim substantia gignitur ex materia, quę est aliquo modo nõ ens simpliciter, id est, non substãtia, quatenus non est substantia in se, suaq; essentia includẽs actum Physicũ. id est, formam, sed potentia ad eam recipiendam ac sustentandam: simúlque dicitur gigni ex ente, quia re vera materia etsi non sit ens actu; est tamen ens substantiale. Vnde etiam patet non rectè colligi substantiam effici è nihilo, & excludi ab ea accidentium categorias: siquidem substantia potẽtialis esto dicatur propè nihil, non est tamen purum nihil, vt alibi fusiùs explicatum est.

Non ens è quo substantia gignitur.

Quæstio.

[a] *Determinatis autem hisce.* Rursùs in dubium vocat vtrũ re ipsa aliqua substantia generatione efficiatur vel potiùs omnis generatio sit accidentis, similitérque corruptio. Nam quod nulla substantia gigni possit, ex eo videtur, quia oporteret eam gigni è non substantia. At de istiusmodi non substantia quæri potest vtrum ne sit aliquod ens in

actu, an potentia: & an sit actu aliquid aliorum prædicamentorum, vel potentia duntaxat. Nam si nihil actu sit, vtique separabile esset à substantia, & accidente, id

est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reprehensionis confutatio.

est, neque substantia erit, neque accidens, proindeque erit nihil, & ex nihilo fiet aliquid contra commune philosophantium dogma. Quod siquis dicat id non esse substantiam, esse tamen aliquid aliorum prædicamentorum actu: tunc aliud non minus à veritate alienum & absurdum sequeretur, videlicet cohærere per se accidentia extra substantiam: siquidem concedunt id, quod gignitur, fieri ex accidente, quod absque ope substantiæ consistat.

Cur ortus & interitus rerum perēnis sit.

[a] *De hisce igitur quoad.* Vt propositam excutiat difficultatem, aliud interponit dubium cuius explicatio & intelligentia iis, quæ dicenda sunt, non parum lucis afferet, videlicet quidnam causæ sit, cur continuus ac perennis rerum ortus, & interitus tam in iis, quę simpliciter, quàm quæ secundum quid oriuntur, & occidunt, in sublunari mundo à natura nūquam deseratur.

[b] *Sed cum una quidem.* Duplex causa est, cuius scrutatio ad præsentem controuersiam pertinet, efficiens, & materialis. Efficiens item duplex, vt in septimo, & octauo libro Physicæ Auscultationis dictum fuit. Altera mouens immobilis, quæ est primus motor: altera simul mouens, & mobilis, nempe primum mobile, seu prima cœlestium Sphæratum, quæ perenni motu agitantur. De mouente immobili, cuius contemplatio ad Metaphysicum spectat, ait Aristoteles nihil se in præsenti disquirere de mobili autem, à quo rerum sublunarium generatio & corruptio dependet, actutum se in progressu inquit, videlicet libro secundo huius operis, Quo autem sensu verum sit primi motoris considerationem ad primum Philosophum pertinere; cum de illo etiam in Physicis loco citato, Aristoteles ipse disputarit declaratum à nobis fuit in procœmio libri septimi, eiusdem operis.

Contemplatio primi motoris est negotij Metaphysici.

[c] *Nunc autem.* Relicta causa efficiente perpetuæ generationis materialem sibi inuestigandam ait, qua explicata constitutum erit quid respondendum sit ad quæstionem de simplici generatione, & interitu, id est, num aliqua substantia generetur, & corrumpatur.

[d] *Inuehit autem.* Antequam sempiternæ generationis causam afferat, vt veritas

id, quod potentia duntaxat hoc aliquid, atque ens est, simpliciter autem nec hoc aliquid, nec ens, quātitas erit qualitas, aut vbi: nam si actu nihil sit, sed omnia potentia, eueniet & id, quod ita est, non ens esse separabile: & insuper (id quod semper maxime sunt veriti, qui primi in philosophia versati sunt) nihilo præexistente quippiam gigni. Quod si verum non sit hoc quidem substantiam, & hoc aliquid esse, sed è cæteris prædicamentis aliquid, continges (vt iam diximus) affectus ipsos à substantiis posse separari. [a] *De hisce igitur, quoad fieri potest, & quenam sit causa, cur generatio tam quæ simpliciter, quàm quæ secundum partem sit, semper sit, differendum est.* [b] *Sed cùm una quidem causa sit, vnde motus esse principium dicimus; altera verò ipsa materies, de tali causa dicamus oportet. Nam de illa quidē prius est dictum, cùm de motu ageremus, esse inquam aliud, quod omni tempore perdurat immobile; & aliud, quod in motu semper est. Sed de principio illo, quod mutationi non est obnoxium, primæ philosophiæ est determinare, ac pertractare. At de eo, quod cætera idcirco mouet, quia continuè moueatur, quidam eorum, quæ singularia vocantur eiusmodi causa sit, posteriùs erit assignandum.* [c] *Nunc autem quæ velut in materiæ specie sita est, causam, per quam generatio, & corruptio nunquā natura deficiunt, dicamus oportet. Nam simul forsitā & hoc emerget, & id, quo de nuper dubitauimus, quonam inquam pacto de generatione & corruptione simplici dicere conueniat.* [d] *Inuehit autē & id quod magnum abunde dubiū, quanā causa sit, vt generatio generationi semper cohæreat, & altera altera subinde sequatur, siquidem quod corruptionem subit, ad id proficiscitur, quod nequaquam in ratione verū existit: quod autem in ratione verū minimè existit, nihil est. Nā quod haud est, neq; substātia est, neq; qualitas, neq; quātitas, nec vbi. Igitur si semper quippiam eorum, quæ sunt in ratione rerum abeat, cur non dudum vniuersum ipsum consumptum fuit, atq; in nane euasit, cum id, ex quo fit genitor, ni quod q; finitum sit?* [e] *non enim propterea quod id, ex quo quid fit, infinitum sit, nō deficit*

Text. 13.

Text. 14.

Text. 15.

Text. 16.

Non dari infinitam materiam.

Confutatio solutionis.

id enim

minoribus coagmentarentur, quod falsum esse nemo non videt. Quærunt in huius loci explicatione nonnulli è recentioribus interpretibus num saltem de corporibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

humanis verum sit minora in dies ferre naturam. Potest hæc dubitatio bifariam intelligi, vno modo vtrum in specie humana maior ex parte in dies breuiora corpora proueniant. Altero, num quilibet filij parentibus semper minores euadant. Si quæstio secundum priorem sensum intelligatur, affirmatiuè respondendum est: si secundum posteriorem, negatiuè. Probatur quoad priorem partem, quia, vt tam alibi monuimus, id testatur experientia: & tam poëtarum, vt Homeri 6. Iliados, Virgilij 1. Georgic. & 12. Æneid. & Iuuenalis Satyr. 15. tũ aliorum scriptorum, vt D. Cypriani aduersus Demetrianum, D. Augustí. 15. de Ciuit. Dei, capite 9. Plin. lib. 7. de Hist. Nat. cap. 16. & aliorum complurium auctoritas. Idémque affirmat Vriel Angelus libro 4. Esdræ cap. 5. (etsi is liber Canonicus non sit) Considera, inquit, & tu, quoniam minori statura estis præ iis, qui ante vos: & qui post vos, minori quàm vos, quasi iam senescentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis præteruentes.

Homerus. Iuuenalis. D. Cyprian. D. Augustí. Plinius.

Lib. 8. Physic. c. 1. q. 3.

τῶδε γὰρ ἀδιώριστον. κατ' ἐνέργειαν μὲν γὰρ ἄπειρόν ἐστιν ἄνθρωπος, δυνάμει δ' οὐκ ἔστι τοῦτο διαίρεσιν. ὥσε ἴδοι τις ἂν τοῦτο μᾶλλον μὴ ἐπιλείποντα τῇ γενέσει τι ἀεὶ ἔλαττον. νυνὶ δ' οὐκ ὁρῶμεν. [l] ἐκοῦν ἀφ' τὸ τοῦδε τοῦδε φθορὰν ἄλλου ἐστὶ γένεσιν, καὶ τοῦδε τοῦδε γένεσιν ἄλλου ἐστὶ φθορὰν, ἀπαυστον ἀναγκαῖον ἐστὶ τοῦτο μεταβάλλειν. οὗ μὲν οὖν τὸ γένεσιν ἐστὶ καὶ φθορὰ, ὁμοίως ἀφελόντος τῆς ὄντων, τοιοῦτον ἐστὶ πᾶσιν ἐναντίον εἶναι. [m] ἆρα τί δέ ποτε, τὰ μὲν ἁπλῶς γίνεσθαι λέγεται καὶ φθείρεσθαι, τὰ δ' οὐχ ἁπλῶς, οἷον συμβαίνει. εἶναι τὸ αὐτὸ ὅτι γένεσις μὲν τοῦδε, φθορὰ δ' τοῦδε, καὶ φθορὰ μὲν τοῦδε, γένεσις δ' τοῦδε· ζητεῖ γὰρ τινα τοῦτο λόγον· λέγομεν γὰρ, ὅτι φθείρεται τινὰ ἁπλῶς, καὶ ἃ μένον τοῦτ', καὶ οὗτοι μὲν γένεσις ἁπλῆς, αὕτη δ' φθορά. τοῦτ' ἔστι μὲν τι, ἔστι δ' ἁπλῶς, ἀ· φαμὲν γὰρ τὸν μανθάνοντα γίνεσθαι τὸ ἐπιστήμονα, γίνεσθαι δ' ἁπλῶς, ἀ. καθάπερ οὖν διαιρίζομεν πολλάκις λέγοντες, ὅτι τὰ μὲν τόδε τι σημαίνει, τὰ δ' ὁ, ὅσῳ τοῦτο συμβαίνει τὸ ζητούμενον· διαφέρει γὰρ, εἰς ἃ μεταβάλλει τὸ μεταβάλλον.

Text. 28.

Maior olim gigantũ numerus.

Constat certè multo ampliori numero olim generati solitos, Gigantes, de quibus sit mentio in diuinis literis Geneseos, cap. 6. Namque licet non desint, qui eo loco Gigantum vocabulo non homines magna corporis vastitate, sed superbos, impios, & feroces (quo pacto interdum Gigantum nomen in diuinis literis sumitur) indicari putent, vt Philo Iudæus in libro de Gigantibus, & D. Cyrillus lib. 9. aduersus Iulianum. Contraria tamen sententia verior habetur, quæ est D. Ambrosij de arca Noe c. 4. D. Augustini lib. quæstionum in lib. Genesim quæst. 3. & lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 23. Theodoreti quæst. 48. in Genesim. Cassiani collat. 8. c. 21. aliorumque communis. Ac præter eos Gigantes, de quibus narrat sacra pagina, alios quoque diuersis temporibus fuisse ex historiis constat, & vt cæteros omittamus, refert Plinius lib. 7. Nat. Hist. cap. 16. Orestis corpus fuisse septem cubitorum, & in Creta, terræ motu rupto monte, inuentum corpus stans quadragintà sex cubitorum. Abulensis etiam cap. 1. Geneseos quæst. 12. inquit anno octingentesimo salutis nostræ inuentum fuisse cadauer inciso nomine Pallantis Euandri filij, quod erectum in pedes barba æquaret mœnia Romanorum.

Phil. Iud. D. Cypr. Ambrosius. Augustinus. Theodoret. Cassianus.

De Orestis corpore.

De corpore Pallantis.

Consule Berosum lib. 1. de temporibus ante diluuium, & Annium ibidem Ioan. Luc. c. 4. lib. de emendatione temp. Xenophontem lib. de æquinoctis. Cælium lib. 2. c. 6. & lib. 3. c. 9. & lib. 30. c. 33. Macrob. 1. Satur. cap. 20. Diodor. lib. 1. rerum antiq. c. 2. & lib. 3. c. 2.

Causa decrementi in corporibus humanis.

At enim non modò iam temporum decursu veteres Gigantum familiæ, & frequens eorum ortus defuit, sed ab ea magnitudine corporum, quæ non prodigiosa, sed apta conuenientesque erat, in dies humana natura descendit. Cuius rei causa est, quod paulatim virtus seminalis, nutritoria, auctrixque degenerat, sicuti & res cæteræ humanæ in deteriorem statum vergunt. Itaque negari non potest hominum corpora indies maiori ex parte contractiora esse.

Iam verò posteriorem partem nostræ assertionis experientiæ fides comprobat. Videmus enim ex parentibus mediocris staturæ nasci interdum filios admodum proceros, & contrà è proceris parentibus ortos pumiliones. In quam sententiam observationem dignum est quod scripsit Scaliger exercitatione 265. in Cardanum,

nempe Sanogithios populos, qui inter Prussiam, & Liuoniam incolunt, cum proceræ staturæ maxima ex parte sint; tamen quasi per vices tum proceros, tum penè nanos generare: haud absimili ingenio quarundam arborum tertio quoque anno fructum ferentium; quasi materia simul exhausta, tanquam succidaneas reparet reliquias natura, dum quod in nano abiurauerat, dependit in magnitudine insigniori.

De Sanogithis.

Nec mirum quod in parentum, & filiorum statura, tanta varietas notetur: cùm sidera natalitia, & affatus cœlestes, atque alia, quæ ad conceptum, & corporis formationem, virtutésque organicas in corpore effingendas cõcurrunt, ita prolem afficere queant, vt eam diuersitatem sortiatur; & nũc sub exigua quantitate maneat, nũc etiam ad Gigantæam vastitatem excrescat. Nec enim audiendi sunt poëtæ, qui Gigantes è terra natos canunt: neque Franciscus Georgius in primo, & sexto tomo suorum problematum, vbi, inter alia, statuit propriam Dæmonum prolem esse Gigantes, neque talia monstra ex solis hominibus aut vitato generationis humanæ modo, & ordine gigni posse. Nam quod Dæmones vi propria generare nequeant progressu ostendemus, vbi etiam num saltem applicando naturalia actiua passiuis id aliquando præstare valeant, pertractabimus. Sed iam ad contextum redeamus.

Natalitia sidera qua vi polleant.

Dæmones vi propria nequaquã posse gignere.

id enim esse nequit: nihil enim actu infinitum est, sed potentia tantum, nempe diuisione ipsa. Quare hanc solùm causam esse oportebat, cur nunquam deficiat: quia semper quippiam fiat minus: nunc autem hoc fieri minimè cernimus. [l] *Ergo propterea quod interitus huius, alterius est ortus, & contrà ortus huius, alterius interitus; necessariò accidit, vt mutatio irrequieta sit, & subsistere nequeat. Cur igitur generatio, & corruptio similiter semper sit circa vnumquodque eorum, quæ sunt; hanc apud omnes causam satis esse putandum est.*

Text. 28. [m] *Sed quamobrem alia simpliciter, alia non simpliciter oriri, ac interire dicantur, vrsus consideremus oportet; siquidem idem est generatio huius, & illius corruptio, atque huius corruptio, & illius generatio; id enim quandam postulat rationem. Dicimus enim quippiam simpliciter nunc, & non solum hocce corrumpi; atque hæc generatio, generatio simpliciter; & hæc corruptio, corruptio simpliciter est. Fit autem & hocce quidem aliquid, non autem simpliciter: etenim cum, qui discit, scientem fieri dicimus, non autem simpliciter fieri. Quia igitur quædam (id quod definiendo sæpè diximus) hoc aliquid significat, quædam non: hac sanè de causa quod in quæstione versatur euenit. Refert enim haud parum, in quod mutetur id, quod mutatio*

Causa perpetuitatis generationum.

[l] *Ergo propterea quod.* Reiectis falsis solutionibus declarat legitimam, veramque causam sempiternitatis generationum, & corruptionum; & quo pacto finita materia ad id sufficere potuerit; asseritque eius rei causam esse, quòd corruptio vnius sit generatio alterius, & è conuerso. Ac si apertiùs dicat, quia cùm quidpiam dissoluitur, non abit in nihilum: sed in aliud cedit, & conuertitur, aliamque formam suscipiente materia. Causa igitur, cur generationum series nunquam intermittatur, sed consequentia quadam perpetuetur, est materia ipsa, quæ abeuntium, & succedentium formarum vicissitudinem in se recipit; nec vnam dimittit, quin aliam semper assciscat.

Triplex modus generationis simpliciter.

[m] *Sed quamobrem.* Aliam inducit quæstionem, videlicet si vnius interitum alterius generatio perpetuò consequitur: cur quædam simpliciter gigni, & interire prohibentur; alia non simpliciter, sed cum adiectione, siue secundum quid tantum. Tres igitur recensèt modos, quibus res simpliciter, & secundum quid generari, ac similiter corrumpi queant. Primo modo simpliciter gigni, aut perire dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

pliciter, & secundum quid.

substantia, quia est simpliciter ens, secundum quid verò accidens; quia non absolutè ens, sed quodam modo ens, vel etiam non ens dicitur.

De alio Parmenidis dogmate lege Aristo. lib. 1. Phis. cap. 2. text. 6.

[n] *Sicut Parmenides.* Parmenides secundum quoddam ipsius dogma, duo posuit rerum principia, nimirum ens, & non ens: enti nomine ignem, non entis appellatione terram significans: fortasse, vt D. Thomas annotauit, quia ignis inter omnia elementa plus de forma, & actualitate: terra verò minus obtinet. Cum ergo aër sit ens, terra non ens, dicetur, inquit Aristoteles, aër simpliciter gignit, iuxta priorem cõsiderationem generationis simpliciter: non autem terra. Quoniam autem Aristoteles exemplum hoc non ex suo sensu protulit: nec enim putabat terram esse non ens, seu quasi non ens, & communem cum accidentibus appellationem sortiri: sed id ex Parmenidis dogmate pronuntiauit: ait se duntaxat modum quæsisse ad explicandam sententiam, siue in re subiecta ita accidat, siue non: cum in exemplis non sit requirenda veritas.

τὸ μᾶλλον· ὅτι ἴσως ἡ μὲν εἰς πῦρ ὁδὸς, γένεσις μὲν ἁπλῶς, φθορὰ δὲ τῆς γῆς· ἡ δὲ γῆ γένεσις, τίς γένεσις; γένεσις δὲ οὐκ ἁπλῶς, φθορὰ δὲ ἁπλῶς, ὅτι πυρός. [n] ὥσπερ Παρμενίδης λέγει δύο, τὸ ὂν καὶ τὸ μὴ ὄν, τὸ μὲν φάσκων, πῦρ καὶ γῆν· τὸ δὲ ταῦτα ἢ τοιαῦτα ἕτερα ὑποληφθέντα, διαφέρει οὐδέν· τὸν γὰρ τρόπον ζῴου ἄμφω, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὑποκειμένου. ἡ μὲν οὖν εἰς τὸ μὴ ὂν ἁπλῶς ὁδὸς, φθορὰ ἁπλῆ. ἡ δὲ εἰς τὸ ἁπλῶς ὄν, γένεσις ἁπλῆ. εἰς οὖν διώρισται εἴτε πυρὶ καὶ γῇ, εἴτε ἄλλοις τισὶ, τούτων ἴσως· τὸ μὲν ὂν, τὸ ὃ μὴ ὄν. ἕνα μὲν οὖν τρόπον ἐστὶ τούτῳ διοίσει τὸ ἁπλῶς τι γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι, τὸ μὴ ἁπλῶς· ὁ ἄλλον ὄν, τῇ ὕλῃ ὁποῖα τις ἂν ᾖ· ἧς μὲν γὰρ μᾶλλον αἱ διαφοραὶ τόδε τι σημαίνουσι, μᾶλλον οὐσία· ἧς δὲ στέρησιν, μὴ ὄν· οἷον, τὸ μὲν θερμὸν καθ' ὑποκείμενόν τινα καὶ εἶδος· ἡ δὲ ψυχρότης, στέρησις. διαφέρουσι δὲ ταῦτα καὶ πῦρ καὶ ταύταις ταῖς διαφοραῖς. [p] δοκεῖ δὲ μᾶλλον τοῖς πολλοῖς, τῷ αἰσθητῷ καὶ μὴ αἰσθητῷ διαφέρειν. ὅταν μὲν γὰρ εἰς αἰσθητὸν μεταβάλλῃ ὕλην γίνεσθαί φασιν· ὅταν δ' εἰς ἀφανῆ, φθείρεσθαι· τὸ γὰρ ὂν, καὶ τὸ μὴ ὂν τῷ αἰσθάνεσθαι, καὶ τῷ μὴ αἰσθάνεσθαι διορίζουσιν. ὥσπερ τὸ μὲν ὁπωσοῦν ὄν, τὸ δ' ἄγνωστον μὴ ὄν· ἡ γὰρ αἴσθησις ὁπωσοῦν ἔχει δυνάμεν. καθάπερ οὖν αὐτοὶ τῷ αἰσθάνεσθαι ἢ τῷ δύνασθαι καὶ ζῆν, καὶ εἶναι νομίζουσιν, οὕτω καὶ τὰ φράγματα, τρόπον τινὰ διὰ πολλῆς τἀληθείας, αὐτὸ ὃ λέγοιεν ἂν ἀληθές. [q] συμβαίνει δὲ κατὰ δόξαν, καὶ κατ' ἀλήθειαν ἄλλως, τὸ γίνεσθαί τε ἁπλῶς καὶ τὸ φθείρεσθαι· πνεύμα γὰρ καὶ ἀὴρ, κατὰ μὲν τὸν αἴσθησιν οὐδὲν ὄντα· διὰ καὶ τὰ φθερόμενα ἁπλῶς, τῇ εἰς ταῦτα μεταβολῇ φθείρεσθαι λέγουσι· γίνεσθαι δ' ὅταν εἰς ἀπὸν ἐκ γῆς μεταβάλλῃ· κατ' ἀλήθειαν δὲ μᾶλλον τόδε τι κατὰ εἶδος ταῦτα τῆς γῆς. [r] τῷ μὲν οὖν

Text. 19.

Text. 20.

Lege Aristotelē li. 10. Metaph. cap. 7. text. 16. & lib. 2. de cælo text. 18. & 5. & lib. 2. de gen. c. 3. text. 32.

Secũdus modus generationis simpliciter.

[o] *Altero materia qualitate.* Hic ponit secundum modũ generationis simpliciter, in quo non iam comparat substantiam cum accidente, sed vnam substãtiam cum alia, docétque iuxta hunc modum gigni secundum quid substantiam minus perfectam: simpliciter verò eã, quæ præstãtior est, differtque ab alia per qualitatem, & cõditionem materiæ, id est, per differentiam naturę nobiliorem. Quo pacto se habet ignis cõparatione terræ. Nam terræ, inquit, differentia frigus est: ignis autem, calor: at frigus priuatio quædam est, calor verò habitus. Ex quo sequitur aërem excellentiorem esse naturæ, quam terram: cum per nobiliorẽ differentiã constituatur. Duo hoc loco aduertenda sunt cum D. Tho. Alterum est, cur Aristoteles frigus priuationem vocat, cum re vera sit qualitas positiua, vt progressu huius operis ostendemus. Alterum, cur calorem, & frigus appellat differentias ignis, & terræ. Ad primum dicendum cum species sint quasi numeri, teste Aristotele lib. 8. Metaph. cap. 3. text. 10. semper è duabus speciebus sub eodem genere contentis vnam esse altera perfectiorem: atque ita minus perfectam

Dub. 1.

Dub. 2.

Sol. 1.

mutationem subit: verbi causa, quæ ad ignem fit transitio, ea forsitan generatio simplex est; & alicuius ceu terræ, corruptio. At terræ generatio, generatio quædam est: cæterùm generatio simpliciter non est; sed corruptio simpliciter, puta ignis.

[n] *Sicuti Parmenides asserit, qui duo, ens, & non ens, ignem & terram esse dicit. Verùm hæc, an alia eiusmodi supponãtur, interest nihil: quandoquidem modum quærimus, non subiectum. Quæ igitur ad non ens simpliciter sit migratio, corruptio simplex est; quæ verò ad ens simpliciter, simplex generatio. Quibus igitur illa, siue igne & terrâ siue quibusdam alijs definitæ sunt, horum profectò alterum ens, alterum nõ ens erit. Vno igitur modo simpliciter quippiam generari, ac corrumpi, & non simpliciter, hoc inter se differunt.* [o] *Altero, materiæ qualitate, conditioneve. Cuius enim differentiæ potius hoc aliquid significant, ea magis substantia est contrà, cuius differentiæ priuationem magis significant, ea magis non est: vt calor prædicamenti huius quoddam, & species est; frigiditas priuatio: his autem differentijs, ignis & terra differunt.*

Text. 19. [p] *At plerisq; videtur illa potius sensibili & insensibili differre. Nam cùm ad sensibilem materiam mutatio fit; tum gigni quippiam aiunt: cùm ad eam, quæ sub sensum non cadit, corrũpi. Quandoquidem ens, & non ens sentiendo, & non sentiendo definiunt: quemadmodum quod scibile est, ens esse asserunt; quod sciri non solet, non ens: quippè cùm sensus ipse, scientiæ vim obtineat. Igitur hi vt res ipsæ viuere, quia sentiant, aut sentire possint, ita easdem esse, quia sub sensum cadant, arbitrantur, veritatem modo quodam sectantes, sed hoc falsi dicentes.* [q] *Itaq; generari quippiam simpliciter, atque corrumpi iuxta opinionem alio atque veritatem accidit modo. Nam spiritus & aër sensu quidem..., minus sunt, & proinde illa, quæ simpliciter corrumpuntur, mutatione ad illa tendente corrũpi dicunt: atque generari, cùm in rem tangibilem, terrãq; mutantur. Reuera verò hoc aliquid*

Text. 20. *& species magis sunt, quàm ipsa terra.* [r] *Cur igitur*

Tertius modus generationis simpliciter.

perfectã habere quodãmodo priuationem perfectionis alterius. Quo fit vt illa habitus, hæc priuationis modum obtineat. Hinc est ergo, quod Aristoteles frigiditatem, quia imperfectior est calore, & ambo sub qualitate continentur: priuationem vocauit. Ad secundum respõdet D. Thomas, quia differentię substãtiales elementorum ignotæ sunt, ideò Aristotelem eas per calidũ, & frigidum, quæ accidentariæ, sed omnibus notæ habentur, indicare voluisse: quod philosophi non infrequenter faciunt. Sed hæc de re vberiùs, cum de elementorum formis disputabimus.

Sol. 2.

[p] *At plerisque videtur.* Sublicit tertiũ modum, secundum quem arbitrabantur nonnulli simpliciter gigni quæ sensibus magis conspicua sunt. Quorum ratio fuit, quia sensuum iudicio omnia æstimabant, nec putabãt esse ens, nisi quod caderet sub sensum, quem nequaquam ab intelligentia distinguebãt. Vnde etiã quod scibile foret, id tantum ens esse prædicabãt: quod aliter se haberet, ens esse inficiabantur. Quin & eorum errori eo vsq; extendebatur, vt sicuti credebant animalia viuere, quod actu sentiant, aut sentire queantiita crederent res esse, quia sentiũtur, aut sentiri possunt.

Veterũ Philosophorum error.

[q] *Itaq; generari quippiam.* Comparat tertium modum cum secundo docens aliter dici rem generari, & corrumpi simpliciter iuxta opinionem tertij modi, aliter quoad rem ipsam, vt in secundo modo explicatur.

[r] *Cur igitur sit.* Summatim colligit quæ in superioribus conclusit, aiens etsi generatio vnius sit corruptio alterius: & vnius corruptio, alterius generatio: quædam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur quædã dicantur generari simpliciter, alia non.

dam tamen dici simpliciter generari, aut corrumpi: quædam non, ob materiæ differentiam, id est, ob diuersitatem rerum, quæ generationem, & interitum subeunt. Quædam enim sunt absolutè entia, quædam non: itémque alia plus, alia minus obtinent dignitatis, &c.

Dicuntur autem quædam. Docenerat cur eorum, quæ ex se mutuò generantur, & intereunt, quædam simpliciter, quædam secundum quid gigni, & occidere dicantur: hîc eiusdem rei causam reddit in iis, quæ non gignuntur ex se inuicem, neque in se mutuò abeunt. Quomodo affecta sint aër, & scientia: nec enim generatio aëris est corruptio scientiæ, neque è conuerso. Ait ergo in iis causam discriminis esse: quod rerum quædam spectant ad categoriam substantiæ: aliæ ad categorias accidentium, substãtia verò vt est ens simpliciter, ita simpliciter, atque absolutè generari dicitur: contra verò accidentia, vt non nisi secũdum quid entia appellantur, ita non absolutè, sed secundum quid gigni perhibentur.

Cur accidentia dicantur gigni secundum quid.

[r] *Verùm enim verò.* Tametsi quælibet substantia cum accidentibus comparata simpliciter generari, & interire dicenda sit: addit tamen Aristoteles, si ea, quæ potiores sunt cum deterioribus conferantur, illas simpliciter, has secũdum quid gigni & occidere dicendas esse. Immo & in ipsis accidentibus consimilem varietatem dari posse, ita vt accessu nobilioris qualitatis dicatur quis simpliciter gigni. v. c. cum scientiam comparat: aduentu autem minus nobilis, interire, vt cum errorem acquirit.

τοιῦτ' ἔστι), τὸ μὲ ἁπλῶς γίνεσιν φθορὰν εἶναί τινος, τὸ δ' ἁπλῶς φθορὰν εἶναι ἁπλῶς γένεσιν εἶναί τινος, εἴρηται πρότερον· δεῖ γὰρ τὸ μὲ ὕλην διαφέρειν, ἢ τῷ μὴ οὐσίαν εἶναι, ἢ τῷ μᾶλλον, τὸ δὲ μὴ· ἢ τῷ μὲ μᾶλλον εἶναι δυνάμει τοιῦτο ἢ ὕλην ἐξ ἧς ἢ εἰς ἣν, τὸ δὲ ἧττον εἶναι, τὸ δὲ. [r] τὰ μὲ ἁπλῶς γινόμενα λέγομεν, τὰ δέ γε μόνον, μὴ τῇ ἐξ ἀλλήλων γίνεσιν, καθ' ἣν εὔπορόν γε νῦν πρόσεστιν· νῦν μὲ γὰρ τοῦτον διώρισται, τί δή ποτε πάσης γενέσεως φθορὰς ἔστιν ἄλλης, καὶ πάσης φθορᾶς ἔστιν ἑτέρας γένεσις, οὐχ ὁμοίως ἀποδίδομεν τὸ γίνεσθαί τε καὶ τὸ φθείρεσθαι, τοῖς εἰς ἄλληλα μεταβάλλουσι. τὸ δ' ὕστερον εἰρημένον, ἢ τοῦτο διαφορεῖ· ἀλλὰ τί δή ποτε τὸ μανθάνον μὲν ἢ λέγεται ἁπλῶς γίνεσθαι, ἀλλὰ γίνεσθαι ἐπιστήμων· τὸ δ' εὑρίσκον, γίνεσθαι. ταῦτα δ' διώρισται ταῖς καθηγορίαις· τὰ μὲν γὰρ, τόδε τι σημαίνει, τὰ δὲ ποιόν, τὰ δὲ ποσόν. ὥσπερ οὖν μὴ ὡσαύτως σημαίνει, ἢ λέγεται ἁπλῶς, ἀλλά τι γίνεσθαι. [s] ἢ μὲν ἀλλ' ὁμοίως ἐν πᾶσι, γένεσις μὲν κατὰ τὰ ἐν τῇ ἑτέρᾳ συστοιχίᾳ λέγεται· ὅτῳ μὲν οὐσία, ἐὰν πῦρ, ἀλλ' ὠὸν ἐὰν γῆ· ἐν ᾧ τοῦ ποιοῦ, ἐὰν θερμόν, ἀλλ' οὐχ ὅταν ἀνατιθῶμεν· ὅτῳ μὲν οὖν τῷ τὰ μὲν ἁπλῶς γίνεσθαι, τὰ δὲ μὴ καθ' ὅλως, καὶ ἐν ταῖς οὐσίαις αὐταῖς, εἴρηται· καὶ διότι τοῦτ', γένεσιν εἶναι συνεχῶς αἰτία ὡς ὕλη τὸ ὑποκείμενον, ὅτι μεταβλητικὸν εἰς τἀναντία, καὶ ἔστιν ἡ θατέρου γένεσις ἀεὶ ὅτου φθορὰ θατέρου, ἄλλου φθορὰ, ἄλλου γένεσις. [u] ἀλλὰ μὴν ἐπ' ἀπορήσαι δ' ἂν τί ἀεὶ γίγνεται ἀπολλυμένων. ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ φθείρεσθαι ἁπλῶς φασιν, ὅταν εἰς ἀναίσθητον ἔλθῃ καὶ τὸ μὴ ὄν, ὁμοίως καὶ γίνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος φασίν, ὅταν ἐξ ἀναισθήτου. εἶτ' οὖν ὄντος τινὸς τοῦ ὑποκειμένου, εἴτε μή, γίγνεται ἐκ μὴ ὄντος. ὥστε ὁμοίως καὶ γίγνεται ἐκ μὴ ὄντος, καὶ φθείρεται εἰς τὸ μὴ ὄν. εἰκότως οὖν οὐκ ἐπιλείπει· ἢ γὰρ γένεσις, φθορὰ τοῦ μὴ ὄντος. [x] ἀλλὰ ταῦτο τὸ μὴ ὂν

At verò nec dubitasse. Compertum iam esse inquit, cur ex vno corrupto semper aliud gignatur, videlicet quia generatio omnis est progressio à non esse ad esse (vt patet etiam ex eorum opinione, qui voluntunc generari quidpiam, cùm ex insensibili, quod putant esse non ens, fit sensibile, quod dũtaxat entis nomine comprehendunt) corruptio autem est progressio ab esse ad non esse. Vnde fit vt terminus ad quem interitus, sit terminus à quo generationis: & terminus ad quem generationis, terminus à quo interitus: proindéque vt rata ac firma lege posit vnius dissolutionẽ, alterius ortus existat. Hîc aduerte terminum ad quem interitus non esse terminum à quo per se generationis: sed per comitantiam duntaxat. Nam cùm v. c. ex aëre ignis producitur, & aër interit, terminus ad quẽ corruptionis aëris, est nõ esse aëris; terminus autem à quo per se generationis ignis, est non esse ignis, seu priuatio formæ ignis: nõ autem non esse aëris, seu priuatio formæ aëris: siquidem tunc aliquid dicitur generari, cum tendit à non esse sui, ad esse sui, vtcũque se habeat esse, vel non esse alterius. Eatenus ergo terminus ad quem corruptionis, dicitur esse terminus à quo generationis, quatenus vt v. c. ignis ex aëre generetur, oportet aërem corrumpi, atque ita post non esse aëris subsequi generationẽ ignis. Terminus verò ad quẽ generationis est terminus à quo per se corruptionis, non quidem rei, quæ in eodem instanti corrumpitur, vt planum est; sed corruptionis posteæ futuræ, nimirum eius, quam ignis subibit: quãdoquidẽ corruptio ignis tendit ab esse ignis ad non esse eiusdem.

Quo pacto terminus ad quem corruptionis fit terminus à quo generationis.

[s] *Sed quæret aliquis.* Quoniam generatio, vt dictum fuit, est ex non ente: dubitationem excitat, quid nam illud sit, num aliquod contrariorum, v. g. num terra, & grave sit non ens, vti posuit Parmenides: ignis autem, & leue sit ens. Respondetque non ita rem habere: siquidem terra est ens, & gignitur, dum materia recipit

Dubitatio.

Solutio.

tur sit, aut non sit simplex generatio, quæ eadem alicuius corruptio est, & corruptio simplex quæ itidem generatio alicuius est, causam diximus. Nam id ob materiæ discrimen euenit: nempe aut quod ea substantia sit, vel non sit: aut quod hæc magis, illa minus: & non, quia materia, ex qua mutatio venit, & ad quã proficiscitur, alia magis, alia minus sensu percipi queat. [r] Dicuntur autẽ quædam simpliciter, quædã solùm aliquid fieri: non ob mutuam generationẽ, sed iuxta eum, quẽ nuper diximus, modũ. Nam hoc tantùm nuper definitum, determinatumq; fuit, cur nã cùm omnis generatio sit alterius corruptio, & omnis corruptio cuiuspiã alius generatio, tã oriri, quã interire, nõ similiter tribuamus hisce, quæ in sese vicissim mutari solent. At quod postremo loco fuit dictum, hoc idem minimè in quæstionẽ reuocat: sed quamobrẽ quod discit, non simpliciter fieri, sed fieri sciens, quod verò nascitur, fieri dicatur. Hæc autem prædicamentis distincta sunt. Nam alia substantiã, alia qualitatem, alia quantitatem significant. Quæcunque igitur substantiam non significant, ea non simpliciter sed quippiam fieri dicuntur. [s] Verùm enim verò, in omnibus generatio simpliciter iuxta ea, quæ in altera sunt serie dicitur, vt substantia, si ignis fiat, sed nõ si terra, & in qualitate, si sciũ, sed non, insciũ. Quod igitur quædã simpliciter oriantur, quædam non, etiam omninò in ipsis substantijs dictũ est, & quod vt generatio continuè sit, causã vt materia id, quod subijcitur, est: quia in contraria mutatiuũ est: atque in substantijs semper vnius generatio, alterius est corruptio, & vnius corruptio generatio alterius. [u] *At verò nec dubitasse, conuenit, quam ob causam corruptis quibusdam semper generatio fiat. Nam vt corrumpi simpliciter quippiam dicunt, cùm illud ad insensibile & id, quod haud est, proficiscitur: sic & ortum subire ex eo, quod haud est, cùm ex insensibili fit. Sine igitur subiecto quopiam existente, sine non, ex eo fit, quod haud est. Quare simili modo & ex eo, quod haud est, generatur, & in id, quod haud est, corrumpitur. Meritò igitur generatio non deficit; quippe cùm generatio, corruptio sit eius, quod haud est, atque corruptio generatio eius, quod haud est.* [x] *Sed quæret aliquis,*

Text.21.

Text.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cepit formam, qua in actu constituitur. Potiùs ergo nõ ens est ipsa terra, & ignis materia. Quę tamen nõ est per se non ens, vt aiebat Plato, sed non ens per accidens ratione priuationis, cui adiungitur, vt constat ex lib. 1. Physic. c. 9. text. 79. Dicitur autem res fieri ex contrario, quia fit ex materia habente priuationẽ formæ aduenientis, & quia forma aduenies, cum abeuntem expellat, aliquo modo illi opposita est.

Solutio.

Dubitatio. ϒ *Et vtrum materies vtriusq;.* Aliam mouet quæstionẽ, videlicet num eadem sit rei intereuntis, & rei, quæ gignitur, materia, an diuersa. Respondet partim esse eandem, partim diuersam: eandem re, diuersam ratione. Nam quod re eadem sit ex eo conuincitur, quia alioqui cũ ex aëre ignis, ex igni aër generatur, non dicerentur hæc duo elementa fieri ex se mutuò, neque è contrariis oriri. Non enim ex se inuicem fiũt, quæ communem materiam non habent, neque contraria censentur, quæ nõ versantur circa idem subiectum. Esse tamen istiusmodi materiam ratione diuersam inde patet: quia aliter est dispositа, aliterque se habet secundum accidentia, dum est sub vna formar aliter dum est sub alia.

Solutio.

Contraria circa idem.

CAPITIS QVARTI EXPLANATIO.

DE *generatione.* Postquam statuit dandam esse generationem simplicem. Nunc quid ea sit, & quo pacto à cæteris mutationibus differat explicaturus: docet in primis quidnam inter eam, & alterationem sit discriminis. Illud verò primum constare inquit, subſtantiam, & accidentia non idem esse: quandoquidem subſtãtia subiectum est, cui accidentia inhærent: accidentia verò sunt, quæ accessu suo, & recessu variè rem afficiunt. Sumit quoque ex superiori capite dandam esse non solùm accidẽtium, sed etiam subſtantiarũ generationem, mutationémve.

ΚΕΦ. δ.

[a] Περὶ δὲ γενέσεως, καὶ ἀλλοιώσεως, λέγωμεν τί διαφέρουσι· φαμὲν γὰρ εἶναί τινας αὐτὰς τὰς μεταβολὰς ἀλλήλων. ἐπεὶ οὖν δεῖ τι τὸ ὑποκείμενον καὶ ἕτερον τὸ πάθος. ὁ μὲν τὸ ὑποκειμένον λέγειν σῶμά ἐστι, καὶ οὐσία μεταβολὴ ἐκλείπει τούτων· [b] ἀλλοίωσις μέν ἐστιν, ὅταν ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου, καθ' αὑτὸ ὄντος, μεταβάλλῃ ἐν τοῖς αὐτοῦ πάθεσιν, ἃ ἐναντία ὄντα, μεταξύ· οἷον τὸ σῶμα ὑγιαίνει, καὶ πάλιν κάμνει, ὑπομένον γε τ' αὐτό, καὶ ὁ χαλκὸς τροχὸς

Text. 23.

Alteratio sane est.

Alteratio quid.

Docet hic esse alterationem cum re integra, eodémque sensili subiecto manente penes contrarias, mediasve qualitates mutatio fit, verbi gratia cum idem corpus nunc calet, nunc friget; nunc cæruleo, nunc puniceo colore imbuitur. Aristoteles pro exemplis qualitatum, ad quas fit alteratio, affert sanitatem, ægritudinem, & figuram, quia idem animal modò sanum est, modò ægrum: idem corpus nunc rotundam, nunc angularem figuram obtinet. Contra hæc obiicit D. Thomas quod sanitas, & ægritudo pertinent ad primam speciem qualitatis, figura ad quartam: Aristoteles autem in Physicis decreuit neque ad primam, neque ad quartam speciem qualitatis, sed ad tertiã duntaxat, dari per se alterationem. Quare non videri istiusmodi exempla ad rem propositã facere. Occurrit D. Thomas alterationem primò & per se in solis tertiæ speciei qualitatibus versari: per accidens autem interuentu aliarum qualitatum inueniri etiam alterationem in aliis speciebus, vt cum per alterationem calidi, & frigidi mutatur animal è sanitate in ægritudinem, aut è contrario; & cùm per alterationem mollitudinis, & duritiæ nouam accipit figuram. Nobis tamen hæc solutio non placet. Primum quia sanitas, & ægritudo per se quidem in nulla categoria constitui possunt, cùm non sint vnumquid, sed

Obiectio.

Solutio D. Thomæ.

aliquis, vtrum hoc ipsum, quod simpliciter nõ est, è contrarijs sit alterum: verbi causa, vtrum non ens sit terra & id, quod graue est, ens verò ignis & quod leue est, an non: sed ens terra, non ens verò terra materies, atq; ignis similiter? ϒ & vtrum materies vtriusque diuersa sit, an nec ex sese mutuò fierent, nec ex contrarijs: nam hisce, igni, inquam, terræ, aquæ, & aëri contraria insunt. An partim est eadem, partim diuersa. Quod enim aliquando cùm sit, subijci solet, est idem; at ratio non item eadem est. Sed de hisce hactenus.

---

sed collectio multorum entium, nimirum quatuor primarum qualitatum. Reductiè verò non in prima specie qualitatis, cùm sint qualitates subiectæ sensibus, sed in tertia collocari debent, vt suo loco plenius, ac planius dicemus. Præterea existimandum non est interuentu, seu merito quatuor primarum qualitatum dari alterationem ad sanitatem, & ægritudinem, tanquam ad rem ab ipsis qualitatibus distinctã; cum sanitas nihil aliud sit, quàm calor, frigus, siccitas, humor cum certa proportione ad naturam subiecti; similitérq; ægritudo non sit aliud quàm eædem qualitates cum defectu illius proportionis, seu cõuenientiæ. Quare dicendum potiùs est cum ad quatuor primas qualitates, in quibus sanitas, & ægritudo consistit, alteratio per se detur, dari etiã posse alterationem non per accidens, vt D. Thomas vult, sed per se ad sanitatem, & ægritudinem (quãuis hæc non terminetur per se ad relationem proportionis, & conuenientiæ, quam sanitas adiunctam habet, neque ad defectum talis conuenientiæ, quæ ægritudinem comitatur) proindéque exemplum sanitatis, & ægritudinis, quod Aristoteles attulit, non esse à re proposita alienum.

Non placet.

CAP. IIII.

Text. 23. a *DE generatione autem atque alteratione, quo inter se discrepent, agendum. Nam hasce mutationes inter sese diuersas esse, dicimus. Cùm igitur subiectũ quippiam sit, & affectio, atque qualitas, qua de subiecto nata est dici, ab eodem diuersa sit, sitque vtriusque horum mutatio; alteratio* b *sanè est, quando sensibile subiectum permanens, in suis mutatur affectibus; qui aut contrarijs, aut inter contrarios medij sunt; sicuti corpus idem permanens, vicissim modò sanum, modò ægrum est: atque ita, quanquam idem, alias teres atque rotundum*

Quod ad figuras attinet, etsi inficiandum non sit resultare eas interdum post alterationem terminatam per se ad alias qualitates: expeditior tamen, & communior responsio ad obiectionem D. Thomæ erit, si dicamus in exemplis non requiri veritatem. Nam quod ad figuras non sit per se alteratio, vel ex eo constat (vt rationes alias omittamus de quibus lib. 7. Physicor. cap. 3. quæst. 1.) quia vt Aristoteles diserté docuit, omnis alteratio est ad qualitates extremas, vel medias, hoc est, quæ vel sint duo extrema contraria, vt calor, & frigus; albedo, & nigredo: vel media inter duo extrema, vt color cæruleus, & puniceus: in figuris autem contrarietas non datur.

Vera solutio.

Ad figuras non est per se alteratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

zatur. Posuit tamen Aristoteles hic exemplorum loco figuras, quia in iis magis conspicuum erat fieri variationem permanente subiecto.

Definitio generationis, corruptionis.

[a] *At cùm totum mutatur.* Tunc generationem dari inquit, similiterque corruptionem, cum res tota sic mutatur, vt subiectum sensibile, quod antea erat, non supersit: veluti cum ex aere ignis fit. Hinc colligunt interpretes tam generationis, quàm corruptionis definitionem. Vtraque enim est mutatio totius nullo subiecto sensibili manente. Ac quod vtramque voluerit Aristoteles hoc loco definire inde patet, quia initio huius libri promisit explicaturũ se quid esset generatio, & corruptio: quod libro 2. cap. 1. text. 1. explicatum á se inquit: id autem nó alibi, quã hoc loco præstitit. Sed de tota hac materia separatim quæstionibus differemus.

γροῦλος, ὅτε ὃ γιγνόμενος, ὁ αὐτός τι ὤν. [c] ὅταν δ' ὅλον μεταβάλλῃ, μὴ ὑπομένοντος· οἷον ἐκ τοῦδε τοῦ ἀέρος ὅλου γίγνεται τοῦδε τοῦ ὕδατος ὅλου, ἢ ἐξ ὕδατος ἀὴρ, ἢ ἐξ ἀέρος παντὸς ὕδωρ, γένεσις ἤδη τοῦδε τοῦ τινός, τοῦ δὲ φθορά. [d] μάλιστα δ', ἂν ἐκ μεταβολῆς ᾖ ἐξ ἀναισθήτου εἰς αἰσθητόν, ἢ ἀφῇ, ἢ πάσας τὰς αἰσθήσεις· οἷον, ὅταν ὕδωρ γένηται, ἢ φθαρῇ εἰς ἀέρα· ὁ γὰρ ἀὴρ ὀπτικῶς ἀναίσθητον. [e] ἐν δὲ τοῖς ἐάν τι ὑπομένῃ πάθος τὸ αὐτὸ ἐναντιώσεως ἐν τῷ γιγνομένῳ καὶ ἐν τῷ φθαρέντι· οἷ, ὅταν ἐξ ἀέρος ὕδωρ, εἰ ἅμα ψυχρὸς ἡ καὶ δεῖ τότε θάτερον πάθος εἶναι ἐκ τοῦ μεταβάλλοντος. εἰ δὲ μὴ ἔστι μᾶλλον· οἷ ὁ μουσικὸς ἄνθρωπος ἐφθάρη, ἄνθρωπος δὲ ἄμουσος ἐγένετο· ὁ δὲ ἄνθρωπος ὑπομένει τὸ αὐτό. εἰ μὲν οὖν πάντα μὴ πάθος ἐστὶ καθ' αὑτό, ἢ μουσικὴ καὶ ἡ ἀμουσία, τῷ μὲν γένεσις ἂν εἴη, τῷ δὲ φθορά. διὸ ἀνθρώπῳ μὲν ταῦτα πάθη, ἀνθρώπῳ δὲ μουσικῇ, καὶ ἀνθρώπῳ ἀμούσῳ, γένεσις καὶ φθορά. τινὶ δὲ πάθος τῷ ὑπομένοντι· διὸ ἀλλοίωσις τὰ τοιαῦτα. [f] ἔστι μὲν οὖν καὶ τὸ ποσὸν ἢ ἡ μεταβολὴ τῆς ἐναντιώσεως, αὔξησις καὶ φθίσις· ὅταν δὲ κατὰ τόπον, φορά· ἔστιν δὲ καὶ πάθος καὶ τὸ ποιόν, ἀλλοίωσις· ὅταν δὲ μηδὲν ὑπομένῃ, τὸ δὲ ἕτερον πάθος ἢ συμβεβηκὸς ὅλως, γένεσις. τὸ δὲ φθορά. ἔστι δὲ ὕλη, μάλιστα μὲν καὶ κυρίως τὸ ὑποκείμενον γενέσεως καὶ φθορᾶς ἁπλῶς. σχεδὸν δέ τινα καὶ τὰ ταῖς ἄλλαις μεταβολαῖς, ὅτι πάντα ἁπλῶς τὰ ὑποκείμενα, ἐναντιώσεών τινων. ἀλλὰ μὲν οὖν γένεσις καὶ φθοράς, εἴτε ἔστιν, εἴτε μή, καὶ πῶς ἔχει, καὶ περὶ ἀλλοιώσεως, τοῦτον διωρίσθω τὸν τρόπον.

Dub. [b] *Caterum in hisce.* Non consentiunt interpretes in explicatione huius loci. Videtur tamé Aristoteles dubitationé quandam in eo remouere. Etenim cum dixisset in generatione mutari totum: in alteratione qualitates: ambigeret quispiam an in generatione totum duntaxat mutaretur, & non qualitates, quemadmodum in alteratione qualitates mutantur, non verò totum. Respondet cùm qualitas est communis genito, & corrupto, non oportere illam mutari in oppositum, vt si aqua in aërẽ conuertatur, aut contra: quia vtrique humiditas, & frigus conueniunt, non oportet istiusmodi affectiones deperire, aut in contrarias mutari. Num velit hoc loco Aristoteles eandem numero, an eandem specie duntaxat affectionem, quæ fuit in re corrupta, manere in re genita: separatim differendum à nobis erit, cum in quæstionem vocabimus, verum in interitu cuiusque rei fiat vsque ad materiam primam resolutio.

Solutio.

Discrimen inter generationem, & alias mutationes physicas.

[f] *Cùm igitur contrarietatis.* Duplex ponit discrimen inter generationem, aliasque mutationes physicas, quorum alterum à termino ad quem: alterum à subiecto desumitur. Primum est, quod terminus accretionis, & decretionis sit maior, & minor quantitas: lationis locus, siue vbi: alterationis qualitas: generationis verò sit id, cuius accessu tota substãtia mutari dicitur, id est forma substantialis. Secundum est, quod subiectum generationis sit materia prima in suo proprio significatu, aliarum autem mutationum, sit materia impropriè sumpta.

rotundam est, alias anguli speciem præsefert. [c] *At cùm totum mutatur, nec sensibile quicquam vt subiectum idem permanet, sed perinde euenit, vt cùm ex toto semine sanguis, aut ex tota aqua aër, aut ex aëre toto aqua fit, iam quod est tale, generatio huius est, & illius corruptio.* [d] *Et maximè si ex insensibili ad id quod aut tactu, aut sensibus vniuersis sensibile est: mutatio fiat, aut contrà; vt cùm ex aere gignitur aqua, aut eadem in aërem corrumpitur; etenim propemodum insensibilis est.* [e] *Caterùm in hisce, si qua è cõtrarietate affectio eadem remaneat in eo, quod ortum est, quàm prius in eo, quod interijt, erat; ceu si cum ex aëre sit aqua, aëris perspicuitas, aut frigus, in aqua remaneat: affectionum alterutram eius esse, in quod mutatio fiat, minimè oportet. Sin minus, erit alteratio, verbi causa, musicus homo corrumpitur, & homo non musicus gignitur; homo verò idem perseuerat. Si ergò, musica, atque musicæ vacuitas non esset affectio per se hominis, generatio profectò foret alterius, & alterius corruptio. Quapropter hæc hominis affectiones sunt; hominis verò musici, hominisq; non musici est. Proinde circa ea, quæ eiusmodi sunt, alteratio existit.* [f] *Cum igitur contrarietatis mutatio in quantitate est, accretio est, atque decretio: cum in loco, latio: cum in affectu, atque qualitate, alteratio.* [g] *At cùm id non remanet, in quo affectuum alter, aut omninò accidens exitit, tum generatio vnius est, & alterius corruptio. Porrò subiectum ortus & interitus susceptiuum, maximè quidem, ac propriè materies est. quodam autem modo & id quoque, quod cæteris aliis mutationibus subijci solet: propterea quod subiecta omnia quarundam contrarietatum susceptiua sunt. De generatione igitur & corruptione, si est nec ne, & quo pacto est, item de alteratione, hoc modo sit definitum atque determinatum.*

QVAESTIO I.

Quid sit alteratio, & quo pacto ad generationem sese habeat.

ARTICVLVS I.

Explicatur alterationis Definitio.

Vt 6. Topic. c. 2. & 2. Elench. cap. 2.

SÆPE admonet Philosophus, ei, qui inueniendæ, aut illustrandæ veritatis studio disputat, declinandam esse, quasi scopulos, vocabulorum ambiguitatem; quòd nullus sit frequentior Sophistis locus magnáq; hinc pars errorum existat in omni disciplina: videlicet quia, teste Platone in Cratylo, & D. August. lib. 6. de quantitate animæ, *Plato. D. August.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Similitudo causa erroris.

cap. 32. vt rerum, ita verborum cognatio, & similitudo hallucinandi occasio est. Quoniam igitur de alteratione, quæ generationem, & interitum præit, differere statuimus, à multiplicitate, & notione verbi ordiemur. Alteratio, vt constat ex iis, quæ tradita sunt ab Aristotele lib. 7. Physic. cap. 2. text. 12. & lib. 2. de anima cap. 5. text. 51. & 58. aliisque in locis, bifariam sumitur: vno modo secundum laxiorem significatum comprehendentem tam proprias, & germanas, quàm improprias, & translatitias alterationes; atque ita alterari dicimus elementa non solum dum qualitatibus inter se contrariis immutantur; sed etiam dum solari luce perfunduntur; & animam cùm intelligit, aut sentit, aliunvè eiusmodi affectionẽ recipit: sicque alterationis nomen vsurpauit Aristoteles 8. Physicæ Auscultationis lib. cap. 3. text. 26. cùm scripsit animum opinando, imaginandoque alterationis motum subire: sic etiam Plato interdum animi affectus alterationes appellat.

Duplex notio alterationis.

De hac duplici notione alterationis Simpl. 2. de an. text. 28. D. Th. in 2. d. 17. q. 2. art. 1. Her. Gand. quodl. 9. q. 1. Iand. 7. Physic. q. 6. & 7. De hac vt Theophrast. & Strato apud Simpl. lib. 6. Physic. text. 32.

Secundò accipitur alteratio minus amplè, magisque ad propriũ vsum, & consuetudinem Philosophorũ, pro mutatione tantùm successiuæ, quæ fertur in qualitatem subiectam sensibus, contrariũ habentem, vti mox enucleatiùs explicabitur. Hoc posteriori modo de alteratione locutus est Aristoteles primo libro de cœlo cap. 3. text. 20. vbi ostendit corpus cœleste alteratione vacare eiusdemque rei esse alterationem, & interitum admittere; atque in eodem sensu disseruit superioribus huiusce libri capitibus de alteratione; è cuius doctrina definitio hæc colligi potest. Alteratio est motus ad qualitatẽ sensibilem, mediam, aut extremam. Exempli gratia, calefactio aquæ,

Definitio alterationis.

est alteratio; quia est motus ad caloreẽ, qui est qualitas sensibilis, hoc est, per se mouens sensum, & est qualitas extrema; quia calor, & frigus sunt duo extrema contraria. Non requiritur tamẽ ad rationẽ alterationis, vt semper in alterum contrariorum extremum tendat: sat enim est, si vel feratur in extremum, vt in colorem, aut albedinem; vel in medium, vt in colorem cæruleum qui inter candorem, & nigredinem medium obtinet. Porrò in hac definitione vicem generis habet motus; cætera locum differentiæ. Dicitur, motus, ad excludendas mutationes instantaneas, & vniuersim quidquid nõ est motus, seu mutatio continuè facta. Additur, ad qualitatem, vt reiiciatur verbi gratia, accretio, cuius terminus est quantitas, & alij motus, qui non versantur in qualitatibus. Sensibilem, vt remoueantur mutationes continuæ, quibus interdum nonnullæ qualitates sensui nequaquam obnoxiæ augescunt; vt cùm quis habitum iustitiæ intendit, adhibente voluntate per continuam successionem maiorem, ac maiorem conatum. Quod enim talis acquisitio continua, atque adeò motus, etsi non Physicus, in iis habitibus comparandis dari queat, ostendimus lib. 3. Physicorum cap. 2. quæst. 1. art. 2. Denique adiicitur, mediam vel extremam, vt secludantur motus, quibus qualitates sensibiles, expertes tamen contrarietatis, acquiruntur; cuiusmodi est illuminatio, qua corpus lucidum aliud corpus illuminat, dum ad

Eius interpretatio.

ipsum

ipsum continua latione appropinquat, in eoque lumẽ continuè auget. Non enim hæc luminis productio, alteratio propriè vocatur; quia lumen neque contrarium extremum, neque medium est. Ideò autem sola alteratio hac definitione comprehensa, alteratio propriè censetur; quia illa, cui traditæ in ea conditiones competunt, in solis rebus generationem subeuntibus inuenitur. Propria verò alteratio, vt scripsit Aristoteles lib. 7. Physicorũ cap. 3. text. 16. & cap. 1. huius libri text. 1. generationis comes est, viáque ad illam. Neque officit quod non omnem alterationem subsequatur generatio: sat enim est illam ad hanc naturæ præscripto, atque instituto tanquam ad finem ordinari; adeò vt hac sublata illam funditus tolli necesse sit, docente Aristotele loco proximè citato. Nimirum, vt cæteras omittamus rationes; quia (sicuti idem Aristoteles hoc in lib. cap. 7. text. 51. inquit) omne agens nititur sibi passum assimilare; non redditur autem passum perfectè simile, nisi assequatur formam substantialem eandem specie cum forma agentis, si agens vniuocum sit. Quare cùm eiusmodi forma generatione inducatur, consequens est, vt alteratio propria quæ sit. sine habeat generationem, quo dempto cesset: nõ enim natura media adhibet ad finem impossibilem. Lege Ægidiũ in interpretatione illius textus ad primum huius libri caput. Saxoniam quæst. 3. Marsilium quæst. 4.

Alteratio propria quæ sit.

Quod siquis obiiciat nõ omnem alterationem hic definitam ad generationem ordinari, vt patet in dealbatione, aliisque id genus alterationibus, quarum termini colores sunt, qui nihil per se conferunt materiæ ad recipiendam formã. Occurrẽdum huiusmodi quoque alterationes suo modo generationem spectare, & si non per se, & ex vi suorum terminorum; sed quatenus eas perpetuò comitatur mutatio circa primas qualitates generationis opifices, ex quarũ varia commistione oritur colorum diuersitas. At enim quia istiusmodi alterationes non per se generationem spectant, consueuit adhuc strictiùs sumi alteratio; nimirum pro ea, quæ ad solas primas qualitates tendit, & hæc à Philosophis generationis comes absolutè vocatur, diciturque alteratio; quia tendit ad alterum peculiari modo acceptum, per quod videlicet, tanquam per medium itur ad aliud, id est, ad compositum diuersæ naturæ, quod est terminus generationis.

Obiectio.

Dilutio.

Consule D. Tho. opusc. 37. cap. 3.

Lege Arist. libr. 2. huius op. cap. 2. text. 8.

ARTICVLVS II.

Quibus rebus inter se alteratio, generatioq; dissideant.

VIA ad rei, de qua agitur, naturam introspiciendam multùm confert obseruare eius ab aliis rebus dissimilitudinem, iis præsertim, quæ cum ea maiorem habent affinitatem, & coniunctionem; operæ pretium erit quæ potissimùm inter generationem, & alterationem discrimina sint, explicare. Differunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primum discrimen. Aristot.

gitur primùm alteratio,& generatio penes terminos,à quibus proficiscuntur: quia terminus à quo alterationis, est positiuum quid. Nam cùm Socrates alterationis motu albescit, è nigro v.g. efficitur albus: Terminus autem à quo generationis, teste Aristotele,lib.1. Physic.cap.7.text.58.est aliquid priuatiuum; ignis enim è non igni priuatiuè accepto generatur. Quod item significauit Aristoteles, cap.3. huius lib. text.11. docens generationem simpliciter esse,qua fit ens simpliciter ex non ente simpliciter. Vbi per non ens simpliciter,non intelligit negationem totius entis,quod est nihil (quia ex nihilo viribus naturæ nihil fit) sed non ens actu; vt generatio simpliciter dicatur effici ex non ente actu, cuiusmodi est materia cum priuatione,vt interpretatur D.Thomas.

2. Discrimē. Differunt secundò ratione terminorum, ad quos tendunt, quia terminus ad quem alterationis,est qualitas; generationis verò substantia. Vnde per generationem tribuitur rei genitæ esse simpliciter;per alterationem esse secundum quid;quia nimirum res per substantiam habet esse absolutè; per qualitatem esse tale, vt esse calidum. Hinc fit,vt generatio longè sit præstantior alteratione; quandoquidem, vt aduertit D.Thom. 1.p.quæst.45.art.1. colligiturque ex iis,quæ docuit Aristot,lib.1. Physic.cap.1. text.4. & cap.45.text. 31. & 48. mutationis excellentia dignitate termini ad quem æstimatur;at substantia dignior est qualitate.

3. Discrimē. Tertiò differunt,quia alteratio est motus, proindéque successionem vendicat:generatio autem non motus est, sed mutatio subita, vt sentit Aristot.lib.5. Physic. cap.1.text.8. & lib.6. capit.5.text.45. eiúsque interpretes tum inibi,tum ad textum 129.lib.4.operis eiusdem, & D. Damascenus in suis Physicis cap. 7. Qua de re in progressu fusiùs. *Auerr.4. Physic. com. 129.Simpl.5. Physic.text.3.*

4. Discrimē. Quartò, quia omnem generationem proximè antecedit alteratio.Nam citra opem qualitatum,quibus materia ad nouam formam accipiendam præparatur, nihil gigni potest:at non omnem alterationem proximè anteit generatio: quandoquidem licet tempore generationis momẽtum subsequente res genita alterari queat, non tamen id rata naturæ lex,aut necessitas postulat.

5. Discrimē. Quintò,quia generatio recipitur in nudam materiam,vt in 5.lib. Physic.cap.1.text.7.& hoc in lib.cap.4.text.24.Aristoteles monuit; at subiectum alterationis est materia sub actu formæ constituta, quod Aristoteles text.23. capitis proximè citati vocat subiectum sensibile, aiens alterationem effici eodem subiecto sensibili permanente. Ideò autem huiusmodi transmutationum id, quod diximus, subiectum est, quia id earum subiectum censeri debet, quod vtrique termino subiicitur, & idemmet ab vno extremo ad aliud transfertur; ita verò se habet subiectum sensibile respectu alterationis,& materia prima in se sumpta respectu generationis. Nam cùm Socrates ex candido fit pallidus, idemmet per successionem candori, & pallori subest, & à candore ad pallorem migrat. *D.Thom. de potent. qu.3. art.2.* *Subiectũ generationis, & alterationis.* *Rich. in 4. d. 11. qu 3. ca 1. prima.*

Item

Item in generatione, sola materia prima sub vtroque extremo eadem perseuerans à priuatione ad formam transit; siquidem prioris formæ abscessu omnia vetera accidentia extinguuntur, vt progressu ostendemus.Vbi licet obiter aduertere cum D.Thom. lib.4. contra gent. cap.63. mirum discrimen inter transubstantiationem, quæ fit in mysterio diuinæ Eucharistiæ, & inter generationem substantialem: in hac enim manet substantia,nempe materia,& pereunt accidentia: in illa perseuerant accidentia panis, & vini, & desinit esse eorum substantia. *D. Thomæ obseruatio.*

ARTICVLVS III.

Dubij cuiusdam enodatio.

QVÆRI à quibusdam solet non minus obscura,& difficili, quàm curiosa, & iucunda inuestigatione, vtrum cùm Polypus, Chamæleon, & aliæ quædam animantes, rerum, quas attingunt, colores exhibent, veram subeant alterationem,qualem primo huius quæstionis articulo diximus. Constat in primis experientia, refértque Aristoteles lib.9.de histor.anim.cap.37.Plinius lib.9.cap.29.Oppianus lib.1.Solinus Polyhist. cap.43. Lucianus in sermone Menelai,& Protei,& alij; nonnulli polypum cuicúnque se petræ affixerit, eius colorem repræsentare,adeò vt pisces falsa imagine delusos, & vltro se prædoni offerentes deuoret, sicuti testatur D. Basil. homil.7. de mundi opificio,& D.Ambrosius cap.8.lib.5.Hexameron. Similiter compertum est Chamæleontem reddere colores corporum,quibus insederit, vt testatur Plutarchus in symposiacis, & in commentario de adulatione,& alibi,D.Gregor.Nazianz.prima inuectiua in Iulianum.D.Augustin.lib.11.de Trinit.cap.2. D.Isidor. lib.2. Orig. cap.2. Tertull.in lib.de pallio, post Aristotelem,lib.2.de hist.anim.cap.11. & lib.1.Ethic. vbi ait, siquis à fortuna pendeat, & cum illa subinde mutetur,futurum vt veluti Chamæleon quispiam identidem varietur,nunc felix, nunc miser; & vtcunque fors alio, atque alio vultu respexerit,ita hunc quoque,vultum atque animum mutare.

D. Basil. in oratione 11. de inuidia, & ira, & in lib. de gentilium lectione. *Aristot. Plinius. Solinus. Lucianus. D. Basil. D. Ambros.* *Plutharc. D.Greg.Na. D.August. D.Isidor. Tertulli.* *Item Abulens. ad ca.11. Leuit.q.49.*

Tarandus etiam (animal id Scytharum est, bouis magnitudine, bifida vngula, ramosis cornibus, vrsino colore, capite ceruino simili) vt affirmat Plinius lib.8. cap.34. & Solinus Polyhist. cap.43. cuicunque rei appropinquarit, concolor ei fit, saxis, fruticis, floribus: denique sui coloris esse non libuit, sed alieni. Porrò autem quod ad Polypum attinet, Plutarchus in libro de causis naturalibus, cap.19. ait Polypum carnem foraminibus, meatibúsque compluribus distinctam habere, ideóque defluxu animorum è marinis saxis ad se attracto, receptóque, his corpusculis vestiri, & eorum colore circunquáque perfundi. Haec ratio minimè probanda est, Sapit enim Democritum dogma asserens actionem rerum naturalium *De Tarando Plinius. Solinus. Plutarch.* *Refellitur opinio. Democrit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium fieri per expirationem corporum ab agente, & receptionem eorundem in poris rei, quæ patitur, quod Aristoteles hoc in lib. à text. 57. vsque ad textum 76. confutat. Nam si ita res haberet, extenuarentur,& contabescerent corpora,dum vicissim agunt,ac perfectio illa,quam operando obtinent,in eorum incommodum, & dispendium perpetuò cederet. Nec satisfacit Plutarchus aiens illam atomorum emissionem peculiarem habere causam in re subiecta, propterea quòd petræ littorales, cùm assidua maris alluuie irrigentur, ac feriantur, frequenter à se exigua frustula dimittunt. Nec enim verisimile apparet ea frustula tam breui tempore sic Polypo aptari,& inhærescere,vt eum mox vndique tam concinnè vestiant,ac pingant,nec eadem alluuie, & salo huc illuc fluctuante dilabantur. Adde quod Polypus etiam cùm se applicuit præduro saxo,quod eiusmodi defluxiones non admittit,eius colorem refert.

Responsio Theophr.

Theophrastus causam huius mutationis reiicit in genuinâ quandam animalis ignauiam, & pauorem. Itaque transmutari Polypum censet eo pacto, quo homines, qui pro varietate perturbationum, metus, aut iræ v. g. commotis spiritibus hoc, aut illo colore afficiuntur. Constat enim Polypum natura meticulosum esse, & trepidum;adeò vt (quod testatur Athenæus) strepitu audito, aut viso piscatore omnino consternetur,nec cedat, aut fuga sibi consulat, vt reliqui faciunt pisces; sed saxis, quæ primò occurrunt, se applicet,

Impugnatur.

& cruribus illiget. Hæc Theophrasti responsio difficultatem minimè soluit. Námque esto Polypus metu decoloretur, & expallescat confluentibus ad intima spiritibus,& sanguine; non tamen causa redditur, cur etiam nulla pauoris causa interueniente colorem mutet pro subiacentium corporum diuersitate. Addit Plutarchus, in libro, quo differit plus ne rationis insit aquatilibus bestiis, quàm terrenis, Polypum non trepidatione, sed ex industria sese transformare, & eum colorem quasi vestitum dolo induere, vt hoc stratagemate insidias moliri, prædam agere, non cauentibus obrepere,& dolum struentibus fucum facere queat. Quo artificio tantum profecit, tantum comparat alimenti, vt tametsi alioqui stolidus habeatur, vt pote qui se vrinantium manu facilè capi sinat, & ad eam admonet; ab Aristotele tamen loco citato egregius œconomus, ac rei domesticæ administrator appelletur.

Polypus rei familiaris prudens.

Quod ad Chamæleontem spectat, Plutarchus proximè citato loco ait, illum ex metu, vicinarum rerum colores assimulare; sed hæc opinio coarguitur ea ratione, qua paulo ante aduersus Theophrastum de metu Polypi differuimus. D. August. lib. 11. de Trinit.

Opinio D. August.

cap. 2. videtur sentire eam mutationem ex imaginatione nasci, quia nimirum Chamæleon,cùm totus penè in pulmonem abeat,& plurimo infletur spiritu, atque adeo ob corporis tenuitatem mutationibus per quam obnoxius sit, colores, quos apprehendit, imaginatúrque, sibimet imprimit. Voluntas, inquit, circa imaginem sensui impressam tantam vim habet, vt si admodum violenta sit, vbi non resistit

resistit pigrior,duriorque materies,visibilem speciem, colorémque commutet. Licet videre corpusculum Chamæleontis ad colores, quos videt,facillima conuersione variari. Hæc D. Augustinus.

Duo tamen sunt, quæ rationem hanc minus probabilem reddunt. Primum, quod non videatur imaginatio Chamæleontis adeò semper intenta, ac vehemens esse in apprehendendis coloribus, vt ad eos corpori imprimendos perpetuò efficax sit:& tamen si quando aliis in rebus imaginationi similes effectus à quibusdam Philosophis tribuuntur,ij non ei semper, sed duntaxat,cùm vehementer intenta est,quantumlibet materia idonea, aptáque sit,tribui solent. Deinde Chamæleon non omnes,sed tantùm supposiri sibi corporis colores reddit: at fieri potest,vt hos non concipiat, si nimirum aliò dirigat aspectum. Item non repræsentat aut vicinos, aut distantes, quos in aliis corporibus,quibus non insidet, contuetur;cùm tamen hos imaginatrice facultate apprehendat:non est ergo putandum ab imaginatione hos ei colores indi.

Quid igitur statuendum?certè facilius est quæ alij dicunt impugnare, quàm dicere, quæ alij non impugnent. Illud certum est, quod didicimus narratione eorum, qui Chamæleontem in Africa, & Brasilia sæpe viderunt, nempe illum obscurè admodum colores referre, & primò quidem obscuriùs, subinde maiori perspicuitate, ita vt paulatim in eo peregrinus color eluceat. Deinde aduertẽdum etsi Chamæleon aduentitios colores repræsentet; vnum tamen vendicare sibi natiuum,ac propriũ,colori lacertæ similem, qui tanto magis absconditur, quanto illi nitidiùs apparent. His positis placet nobis ea,quæ videtur esse communior auctorum, qui de hac re differuerunt,sententia;nimirum tam polypum,quàm Chamæleontem, aliáque similis naturæ, & ingenij animantia colores illos reddere,non quod iis re ipsa imbuantur, sed quia cùm habeant corpus rarum,& transmeabile,per id tanquam per vitrum cernuntur rerum subiacentium colores; qui tamen, hallucinato aspectu,in ipsis animantibus videntur insidere; quemadmodum & vitrum rebus coloratis impositum pingi videtur coloribus, qui per ipsum translucent.Huius rei argumentũ est,quod Chamæleon,& polypus, quod aliis id genus similiter accidit, subiectos duntaxat colores referunt: & Chamæleon quidem tunc potissimùm, cùm aëre inflatur, referente Arist. lib.2.de hist.anim.cap.11. videlicet quia tunc quasi aërius,ac magis rarus,& translucidus euadit: sicuti & polypus,vt testatur etiam Aristoteles lib.4.de part.anim.cap.5.dum timore vrgetur, quia tunc gelidus coit in præcordia sanguis,& color, qui magis transparentiam impediret, euanescit. Hinc intelliges, quod ex Plutarcho superiùs retulimus, polypum de industria se transformare mutando colorem ad insidias,verum non esse;cùm ille siue insidietur, siue non, subiecti soli colores perpetuò repræsentet. Nec verò dictis obstat,quod nonnunquam, saltem in Chamæleonte, seu potius per Chamæleontem, non statim à principio colores distinctè

Solutio dubij initio art pro posiri.

Refellitur solutio Plutarchi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apparent. Potest enim eius rei causa esse, quod tunc maiorem aëris copiam sensim hauriendo, paulatim fiat translucidior, & ad reddendum colorem aptior. Nec item officit quod Chamæleon, teste Aristotele 2. de hist. animalium cap. 7. palleſcit cùm moritur, eundemque in posterum colorem retinet, nec reddit alienos. Id enim propterea accidit quia ob caloris defectum concrescit in eo sanguis, aliique humores; atque ita amittit diaphaneitatem, qua colores translucebant.

Quibus ita constitutis ad dubium, quod huius disceptationis caput erat, respondemus prædicta animalia, cùm in se eiusmodi colores re ipsa minimè recipiant, haud quaquam secundum eos alterari, nec item secundum eorum imagines, quia has non moru, sed instantanea mutatione recipiunt, & ad oculos transfundunt. Nec si talis mutatio successiua foret, alteratio propriè censenda esset, cùm alterario sit inter contraria, & species tam sensiles, quàm intellectiles, omni contrarietate vacent.

QVAESTIO II.

Vtrum alteratio sit continua, nec ne.

ARTICVLVS I.

Qui partem negatiuam tueantur, & quibus argumentis.

IN hac controuersia aduertendum, primò duobus modis intelligi posse aliquam mutationem esse continuam. Nimirum vel ratione mobilis, quia in eo per continuum fluxum forma extenditur: vel ratione formæ, propterea quòd ipsa in eadem parte subiecti continuè perficitur, intenditurque; siue eiusmodi intensio fiat secundum accrementa variarum partium, graduumque diuersorum eiusdem qualitatis, vt sentit Scotus in 1. sent. distin. 17. quæst. 3. D. Bonauentura secunda parte eiusdem dist. quæst. 2. Gabriel, & Gregorius quæstione 4. Ochamus quæst. 6. Maior. quæst. 8. alique nonnulli: siue absque nouorum graduum adiectione, accedente duntaxat modo quodam nobiliori, secundum quem eadem qualitas altiores quodammodo radices agat in subiecto, illudque magis actuet, & à potestate euocet; quod appellant intendi per maiorem radicationem. Quam sententiam amplexus est D. Thomas cùm alibi, tum in prima secundæ quæst. 52. art. 2. Caietanus eodem loco, Capreolus in 1. dist. 17. quæst. 2. conclusione 4. Ægidius eodem loco, Capreolus in 1. dist. 17. quæst. 2. conclusione 4. Ægidius q. 1. secunda parte dist. Argentinas ibidem art. 2. Carthusianus quæst. 2. & alij.

Duplex opinio de modo, quo qualitas intenditur.

Sententia negantiũ alterationem esse motum continuum.

Sunt igitur qui opinentur alterationem neutro modo continuam esse, sed tam intẽsionem, quàm extensionem qualitatis fieri per minima

nima interiectis morulis; exempli causa, cùm ignis aquæ applicatur, dari in aqua particulam quandam certæ, definitæque magnitudinis igni vicinioremque tota simul attingitur, & perfunditur calore, ita vt in nullam partem ea minorem calor produci queat. Præterea calorem vendicare sibi minimam quandam intensionem, qua ignis neque minorem, neque maiorem simul in re patiente efficere valeat. Itaque ex sententia horum Philosophorum postquam ignis aquam attigit, & frigoris repugnantiam aliquanto tempore debellauit, momento quodam nunc remotiore, nunc propinquiore, pro agentis efficacitate, aliisque circunstantiis, producit in aqua primum minimum caloris, idque æquabiliter in tota illa prima, & minima extensione. Deinde eo producto tantisper subsistit aqua sub illo minimo; nec ignis aliud mox inducit, sed aquam vlteriùs disponit, sibique subiicit, donec rursus in alio instanti minimum antea genitum magis perficiat, atque intendat, & nouum aliud in alia parte subiecti proximè cohærenti efficiat; sicque per huiusmodi accrementa progreditur alteratio successione quadam; dum generatio vnius gradus, siue vnius particulæ perfectionis succedit generationi alterius; non tamen continuè, quia mobile sub quolibet minimo aliquantulùm quieſcit.

Hæc opinio ita à nobis explicata defenditur à Capreolo in 1. sent. dist. 17. quæst. 2. art. 2. à Soncinate lib. 8. Metaph. quæst. 22. à Iuello, & à Ferrariense 8. Physic. quæst. 7. & quibusdam aliis D. Thomæ sectatoribus. Potest autem suaderi in primis quoad eam partem, quæ asserit alterationem non esse continuam ratione subiecti, hunc in modum. Negari non debet dari minimam qualitatem secundum extensionem; igitur qualitas non diffunditur continuo motu in subiecto. Probatur assumptum multifariè; primùm quia forma substantialis est definita versus minimum, vt à nobis in primo Physicæ auscultationis libro ostensum fuit; ergo & forma accidentaria eodem pacto definita erit; cùm vtrobique eadem ratio esse videatur. Secundò, quia si non daretur minima qualitas quoad extensionem in instanti producta, sed in qualibet portione quantitatis versus agens esset aliqua pars, quæ priùs successiuè fuisset alterata, sequeretur res permanentes non incipere per primum sui esse, cuius oppositum docet Aristoteles 8. Physic. cap. 8. text. 69. Tertiò quia cùm vnumquodque sit operationis suæ gratia teste Aristotele lib. 2. de cœlo cap. 3. text. 17. alienum est à natura gignere aliquid in eo statu, quo operari congruenter nequeat. Cùm igitur qualitates certam quantitatem deposcant ad congruenter operandum, non patietur natura gigni eas in quantumlibet exigua parte subiecti, sed certa, ac definita versus minimum. Accedit auctoritas Aristotelis lib. 8. Physic. cap. 3. text. 23. vbi ait eos, qui rem continuè alterari prædicant, rebus perspicuis aduersari.

Cap. 4. q. 1.

De medio quoad extẽsionem, lege etiã Auerr. lib. 8. Physic. com. 23. Iandunum lib. 6. Physic. q. 15. Ægidium 1. huius opin. quæst. 23.

Vnũquodque est gratia suæ operationis.

Iam verò quod alteratio nec quoad intensionem graduum continua sit, sed per minima, & per certa momenta discretè fiat, ex eo osten

Argum. pro negatiua parte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostenditur,quia si alteratio huiusmodi continuitate prædita esset,in quolibet momento temporis,quo res alterationem subit, produceretur noua qualitatis particula distincta à prioribus; quare cùm in quolibet tempore infinita sint momenta, sanè peracto motu alterationis qualitas producta infinitos gradus, infinitamque intensionem actu cohiberet. Deinde quia si acquisitio, atque adeò & remissio qualitatis non fieret per certa minima,concedendum esset calorem in infinitum remitti posse contra Aristotelem 6.Physic.cap.10. text.93.aientem in nulla mutatione infinitudinem dari. Consequutio probatur, quia tunc non daretur calor sub tam exigua intensione,quin adhuc sub minori seruari posset,atque adeo & in infinitum diminui. Postremò erit qui ita argumentetur, tota qualitas contraria,quæ iam erat in subiecto,momento pellitur:ergo ea,quæ per alterationem aduenit, momento inducitur, proindeque alteratio ratione formæ,quæ acquiritur, nec successiua,nec cõtinua est. Assumptum probatur,quia ex partibus intensiuis qualitatis in eadem subiecti portione pari firmitate inhærentibus non est maior ratio, cur accessu contrariæ potiùs hæc, quàm illa priùs aboleatur; quare simul vniuersæ interibunt, eodemque puncto temporis tota qualitas contraria subiectum occupabit.

ARTICVLVS II.

Solutio quæstionis.

Argumenta pro parte affir. quæst.

VERISIMILIOR tamen est, ac magis Peripatetica sententia Greg. Ariminensis in 1.sent.dist. 17. quæst.2. art.1.Gabrielis quæst.4. & aliorum,existimantium alterationem simpliciter motum continuum esse. Primùm, quia si alteratio non fieret nisi per minima discreta, & momentanea, vt aduersarij putant, sequeretur contra doctrinam Aristotelis, lib.5.Physic.cap.1.text.10.& cap.2.text.18.nullam mutationem esse verum motum,imò nec esse mutationem vnam,siquidem omnis motus est continuus teste eodem Aristotele lib. 5. Physic. cap.2. text.6.& lib.6. eiusdem operis c.6.text.59.& lib.5.Metaph.text.18. & omnis mutatio vna requirit vnitatem durationis, docente etiam Aristotele 5.Physic.capit.4. text. 41.quam vnitatem necesse est interposita quiete dissolui. Secundò, quia si in alteratione detur primum minimum,fas erit designare in ea primum mutatum esse, cuius oppositum asserit Aristoteles lib. 6. Physic.cap. 5.text. 46. Item non ante quodlibet mutatum esse præcedet moueri, contra eundem libro eodem cap.6.text.55. Adde quod si huiusmodi minimum esset æquabili tractu, parique intensione diffusum in priori parte subiecti; sequeretur agentia naturalia non explicare primo suas qualitates per actionem vniformiter difformem: siquidem istiusmodi actionis lex non patitur dari, saltem à principio actionis, in ali

Aristot.

in aliqua certa parte rei patientis æqualem intensionem caloris, vt alibi exposuimus.

Lib. 6. Physic. cap. 2. quæst. 1. ar. 2.

Præterea quod illa quies quam inter quælibet duo minima alterationis dari autumant,fictitia sit,ita concluditur. Producat ignis in aqua primum caloris minimum:tunc quoniam modo se habet tempore proxime sequenti?agit ne aliquid,an nihil?si nihil, otiatur igitur:cùm tamen nihil ei absit,neque obsit,quominùs agat. Si aliquid ecquidnam illud est (respondent, interim præparare, ac disponere aquam ad alterum minimum recipiendum. Sed rursum quærimus, num ea præparatio fiat nihil omnino producendo, an producendo aliquam qualitatem,verbi gratia. Si dent primum,ex eo refelluntur, quia intelligi non potest quo pacto ignis actione transeunte agat in vlteriorem extensionem, quæ nihil adhuc caloris ab igne accepit, & tamen in eam nihil producat. Si posterius,vt quidam eorum dant, aientes produci interim ab igni quandam raritatẽ calori prætuiam: iam hic multis modis impugnantur. Nam vel eiusmodi raritas continuè gignitur,vel discretè:si cõtinuè, admittunt continuam alterationem,quam negabant:si discretè,eadem quæstio,eademque impugnatio redibit. Deinde, aqua priùs calefit, tum interuentu caloris in raritatem abit. Non igitur ignis antequam calefaciat, raritatem calori præuiam infert. Tertiò, Aqua globo vitreo vndique obturato inclusa tepescit radio solis, nec tamen rarefit; alioqui confestim globus defringeretur non valens aquam sub ampliori quantitate continere. Igitur ortum caloris non semper raritatis productio antecedit.

Non posse dari quietẽ inter qualibet duo minima alterationis.

Postremò, cùm lucidum corpus motu continuo ad opacum accedit, continuè in eo lucem auget:ergo lux continuo alterationis motu intenditur. Probatur antecedens, quia quodlibet agens, quo patienti fit propinquius, eò in id fortiùs agit, proindeque magis in eo intendit qualitatem, quam in ipsum transfundit:quare si corpus lucidum continuo motu ad opacum progreditur, pari continuitate lucem intendet. Hoc argumentũ(etsi non sit ab alterationibus prorsus sumptis, nec enim illuminatio de earum numero est, vt ex iis, quæ superiori quæstione explicata sunt, constat) perurget aduersarios,nulli omnino alterationi continuitatem dantes: satisfacere tamen nituntur negando incrementa lucis respondere continuò accessui corporis lucidi ãd opacum. Sed non satisfaciunt, cùm nullam idoneam afferant rationem, cur si corpus lucidum tempore proximè hoc instans sequente est opaco vicinius,& nullo interim impedimento retardatur;cur, inquam, non illico intensiorem gignat lucem: præsertim cùm iam hic nullum detur effugium ad raritatem; tum quia traiiciendæ,imprimendæque luci non exigitur præuia raritas:tum quia potest sumi argumentum à sole comparatione cælestium sphærarum,quæ recipiendo lucem nõ rarescunt. Soncinas loco citato aduersariæ partis argumentis pressus decernit tandem in finẽ quæstionis tutiorem fortasse, ac magis compendiariam rationem

Responsio aduersariorũ.

Quæ nõ satisfacit.

Solutio alia Soncinatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem ad tollendam continuitatem alterationis esse, quòd eam natura ipsa qualitatis non ferat; quia cùm limitatæ perfectionis sit, nec possit in infinitum diuidi, consequens est vt continuo motu comparari nequeat, sed per interualla, & discreta instantia: At quàm futilis sit hæc responsio facilè apparebit ex argumentorum solutione, qua perspicuum fiet continuitatem motus non rectè arguere infinitudinem formæ, quæ acquiritur.

Quæ minus valet.

ARTICVLVS III.

Diluuntur primi articuli argumenta.

IGITVR ad primum argumentum eorum, quæ probare nitebantur alterationem non esse continuam ex parte subiecti, negandum est antecedens, & ad eius probationem dicendum, quod primo libro Physic. cap. 4. quæst. 1. art. 9. monuimus, non eandem esse rationem in formis substantiarum, & accidentium; namque substantiarum formæ sicuti nobiliores sunt, ita ad sui ortum plus requirunt, atque inter cæteras dispositiones definita egent quantitate: at formæ accidentium, vt pote deterioris notæ, & conditionis, non eodem pacto se habent. At secundum, res permanentes, quatenus motu producuntur, cum eo incipere, ac desinere ad eum modum, quem 8. Physicorum cap. 8. q. 2. art. 2. exposuimus. Quare nihil mirũ si qualitas, du malterationis motu gignitur, nõ incipiat per primũ sui esse, sed per vltimum non esse, vt motus. Ad tertium dic, effatum illud, vnumquodque est operationis suæ gratia, potissimùm intelligi de rebus per se cohærentibus, quibus vt esse per se, ita & agere propriè cõuenit; minus præcipuè verò de formis accidentariis. Quo fit, vt non multũ laboret natura, ne has in eo statu gignere incipiat, in quo mox operari cõgruenter nequeant. Adde etiam multo plus requirere quãlibet substantiã ad functiones suas obeũdas, quàm vnũquodq; accidens ad suas.

De inceptione verũ permanentium.

Explicatur locus Aristo. in Physicis.

Ad locum ex 8. Physicorum dicimus nihil cum iis, quæ asserimus, repugnare: nec enim ibi Aristoteles negat alterationem esse motum continuum; sed Heraclitum reprehendit, qui veritati palam contradicebat affirmãs omnia in cõtinuo motu esse. Cuius dogmatis meminit etiam Aristoteles lib. 4. Metaphysic. cap. 4. & Plato in Theæteto. At insistunt nihilominus aduersarij, vrgentque auctoritate huius loci, existimantes magnum se in eo habere præsidium ad suam sententiam tuendam. Videtur enim ibi Aristoteles non solam perennitatem Heracliticæ mutationis coarguere; sed tam decretioni quàm alterationi, suã propriã continuitatẽ adimere. Nã cùm antea statuisset nihil continuè augeri, aut minui posse, sed oportere dari inter mediã quietẽ, subiicit, Similiter autẽ & in omni alteratione; Non enim si id, quod alteratur, infinitè potest diuidi, idcirco & alterario; sed simul fit sæpe, vt coagulatio. Quibus verbis negat alterationem

Repugnãtia aduersariorum.

tionem diuiduam esse diuisione subiecti, in quo insidet: quæ tamen haud dubiè diuidua foret, si continuam extensionem comparatione subiecti vendicaret. Sed occurrendum cum Gregorio Arimensi in 1. dist. 17. quæst. 1. Aristotelicæ disputationis filum eo loco ita se habere. Primò quidem Aristoteles absolutè, & in commune reuicit dogma existimantium omnia perenni motu agi, neque vllo tempore quiescere. Deinde particulatim ostendit falsum id esse in singulis motibus, vt in motu ad quantitatem, quia impossibile est eandem rem continuè, id est, semper augeri, & diminui: sed aliquam necesse est interponi quietem. Idemque ait pronuntiandum de alteratione; quia nihil alteratur continuè, id est, semper, sed interdum quiescit. Quod autem subdit, Non si id, quod alteratur, infinitè potest diuidi, idcirco & alteratio: hunc habet sensum, esto quodlibet subiectum quantum, quod alterationem recipit, infinitas habeat partes, in quas secari possit, haud propterea quælibet alteratio obtinet partes infinitas, hoc est, quæ non nisi infinito tempore transigi debeant, sicuti Zeno de motu locali putabat, asserens nihil eo moueri posse: quia oporteret mobile finito tempore decurrere in magnitudine infinitas partes, quæ tempus infinitum postulent. Non obtinere verò alterationem eiusmodi infinitudinem ex eo ostendit Aristoteles, quia videmus res interdum subitò alterari, vt cùm aqua vi frigoris in gelu concrescit. Ac quod non neget eo loco alterationem secundum formam, quæ per eam gignitur, esse diuiduam, & continuam, ex parte subiecti, in quo diffunditur, patet: quia alioqui sibi non constaret, cùm sexto eiusdem operis libro, cap. 4. text. 57. palam doceat motum alterationis, & ipsum mobile diuisionem eandem subire. Accedit quod ibidem pari modo negat motum localem continuũ esse: hoc autem nisi intelligatur eo modo, quo diximus, non solùm est à veritate alienum, sed repugnat etiam contrariæ partis auctoribus, qui licet alterationi continuitatem adimant: eam tamen lationi absolutè attribuunt.

Confutatio ex Gregorio.

Primum verò argumentũ eorũ, quibus ostendi videbatur alterationẽ quoad intensionẽ formæ non esse continuã, facilè diluetur ab eo, qui dixerit non in quolibet momento tẽporis, quo res alteratur, gigni aliquã partẽ qualitatis, etsi in quolibet post initiũ motus insit iã subiecto (in facto esse, vt loquũtur) aliqua pars, quæ in alio priori momento non dum erat. Verùm huiusmodi partes non conflant qualitatem infinitè intensam, cùm nõ sint infinitæ æquales vni certæ, & inter se non communicantes. Ideò autem non in quolibet instanti gignitur aliqua pars qualitatis: quia nihil motu producitur, nisi cũ datur produci & moueri: at hoc nõ datur in instãti vel mutato esse, vt neq; motus. Sed quid dicendũ de alteratione, etsi impropria, cuius forma potest momento gigni, quo modo se habet imago rei, quæ videtur? Quid inquã dicendum, cùm ifiusmodi imago continuè intenditur, accedente per continuam

Non enim libet instanti respondere aliqua pars termini per motum producti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuam lationem oculo ad obiectū visile;non ne in singulis momentis intendetur,cùm in singulis sit obiecto vicinior,& obiectum quo minùs distat,eo perfectiori modo imaginé exprimat in oculo, eamque magis intendat?Videlicet negandum, etiam in re proposita intendi formam in instanti. Licet enim prima imaginis ab obiecto ad oculum traiectio momento perficiatur; tamen vltra illud instans, posteaquam oculus moueri cœpit ad obiectum, in nullo instanti imago intenditur,quia in nullo fit magis propinqua obiecto, sed in tempore,in quo dumtaxat mouetur. Quod dicimus de obiecto cōparatione imaginis,asserendum quoque est de luminoso, quod motu continuo accedit ad corpus,quod illuminat: nam post primū instans,quo appropinquare cœpit, in nullo instanti intendit in eo lucem,sed solummodò in partibus successiuis temporis,quo paulatim ad ipsum fertur,vt aduertit Gregorius in 2. sentent.dist.17.quæst.4. art.2.in quam sententiam lege, si placet,quæ scripsimus lib.3. Physic.cap.8.quæst.1.art.5.

De intensione luminis permotū luminosi.

Ad Secundū,neganda est consecutio,& ad eius confirmationem respondendum, licet non detur calor sub tam exigua intensione, quin adhuc sub minori suapte natura dari queat;nō proinde tamen obiectionem qualitatis in infinitum abituram. Nec enim diminutio fit secundum partes proportionales, sed æquales vni certæ, aut subinde maiores aucta progressu motus victoria agentis, vel nunc maiores, nūc minores, aut alia eiusmodi varietate,prout agentis,& patientis conditio tulerit. Quo pacto necesse erit absolui diminutionem qualitatis, cùm omne finitum detractione finiti, quæ tamen non fit per partes proportionales, tandem absoluatur.

Obiectio. Obiiciat aliquis, cùm lux diminuitur per recessum vniformem corporis luminosi,eam diminutionem fieri vniformiter,atque adeò

Dilutio. per partes proportionales. Sed occurrendum talem diminutionem nequaquā per partes proportionales effici:vt enim ita fieret, oporteret auferri primò medietatem lucis,deinde medietatem illius medietatis, atque ita in infinitū procedendo:at cùm lux prædicto modo diminuitur,non ita res habet:quia immediatè post instās, in quo extrinsecè incipit recessus corporis luminosi, & lucis diminutio,nō aufertur medietas lucis,sed pars incerta illius; quemadmodum immediatè post non sequitur pars certa motus,sed incerta, & indeterminata. Itaque negādum est ex eo quod diminutio alicuius rei vniformiter progrediatur, continuo sequi effici illam per partes proportionales. Quod ex iis,quæ libro 4. Physicorum pertractata sunt liquidò constat.

Ad vltimum erit fortasse qui respondeat, in gradibus qualitatis dari essentialem ordinem, ita vt in productione cuiuslibet qualitatis intensionem subeuntis detur gradus vnus,certus, ac determinatus, qui suapte natura priùs effici debeat, & à cuius effectione dependeat secundus; item secundum necessariò, ac per se supponi à tertio; atque ita rem habere progrediendo vsque ad summum, & vltimum

vltimum gradum.Hæc tamen solutio, quæ alibi ex professo confutanda erit,non placet;liberè enim & absque idoneo fundamēto ponit ordinem illum essentialis dependentiæ inter gradus. Igitur pro germana huiusce difficultatis solutione repetendum erit id, quod lib.2.Physic.cap.7.quæst.15.art.2.statuimus,nimirum causam naturalem ideò potiùs hunc singularem effectum,quàm illum produce re,quia eius actio ex ordinaria lege, & præscripto diuino determinatur per se à Deo ad hanc certam actionem,& ad hunc singularem effectum per eam edendum. Nam cùm causa naturali, ad id indifferens sit, & hic ignis v.c. indiscriminatim se habeat ad plures calefactiones, & plures calores eiusdem speciei producendos; ad auctorem naturæ pertinet hanc perplexitatem tollere, & efficacitate suæ potentiæ,ac voluntatis,ignem præfinire, & determinare ad singularitatem huiusce actionis, & caloris. Quæ est opinio Gregorij Ariminensis in 1.dist.17.quæstio 4.artic.2.ad 7. & distinct.36.quæst.1. Soncinatis 8. Metaphysic. quæstio 22. & aliorum. Porrò autem sicuti ea determinatio est ab auctore naturæ, ita & in productione qualitatis diuersos gradus habentis, ratio cur hic gradus priùs quàm ille producatur, similiterque in expulsione eiusdem qualitatis, cur hic potiùs, quàm ille priùs amittatur, ad eundem naturæ auctorem spectat præfinire, vt articulo citato disertis verbis annotauit Gregorius. Quare ad argumentum negandum est antecedens, & ad eius probationem dicendum, etsi ex parte causæ secundæ in se præcisè consideratæ non sit maior ratio, cur potiùs hic gradus, quàm ille priùs à subiecto expelli debeat; secus tamen rem habere si spectetur causa secunda, prout à Deo simul cum ipsa concurrente,determinatur.

Cur causa naturalis produ-at potiùs hunc effectū singularem, quàm illum.

QVAESTIO III.

Quem dignitatis locum alteratio inter cæteros motus vendicet.

ARTICVLVS I.

Responsio ad Quæstionem.

CONFERENDA à nobis hoc loco est alteratio cum reliquis motibus secundum eorum dignitatem: nam quod ad cætera attinet, nihil in eis, quod comparationem magnopere requirat,in præsenti disceptatione occurrit.Sit primum pronunciatum. Alteratio nobilior est,quàm motus ad quātitatem. Probatur,nam præstantia cuiusque motus,simpliciter metienda est nobilitate termini, ad quem tendit: siquidem motus ab eodem speciem sortitur, & dignitatem; at qualitas, quæ est terminus ad quem alterationis,excellētioris na-

Primū pronunciatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qualitas nobilior quantitate.

turæ est, quàm sit quantitas. Quod hisce argumentis conuincitur. Primùm; quia, vt libr. 1. Physic. capit. 4. quæst. 1. art. 1. exposuimus, quantitas sequitur materiam, qualitas formam; id autem, quod perfectiorem partem compositi sequitur, maiorem obtinet perfectionem. Secundò, quia quantitas nullius est efficientiæ, qualitas verò deseruit substantiæ vti principium actionum illius. Tertiò, quia qualitas competit nobilioribus substantiis, videlicet Angelis; quantitas non nisi corporeis, & ad materiæ faecem abiectis. Quartò, quia quò substantiæ dignitate plus eminent, eò qualitatibus magis præstant: at non ita res habet in quantitate, vt perspicuum est; siquidem elementa quantitate, ac mole præstant animantibus, & tamen minus nobilia sunt. Postremò, quia qualitas comprehendit multa, quæ secundum idem nomen, esto non secundum eandem rationem, Deo propriè, ac formaliter conueniunt, suntque perfectiones simpliciter, vt se habent intellectus, voluntas, sapientia. Quod de quantitate

D. Thom.

minimè dici potest. Vnde S. Thomas de potentia quæst. 9. art. 2. ait omnes species quantitatis ex sua notione imperfectionem habere, non autem omnes species qualitatis. Quod tamen nequaquam ita est accipiendum, quasi aliqua species qualitatis in se omni prorsus defectu careat, sitque perfectio simpliciter; cum omnes in categoria qualitatis sub eodem genere. Quod finitam habet naturam, contineantur; cúmque nihil finitum sit modis omnibus absolutũ; siquidem omnis limitatio & circũscriptio defectum notat. Sed nimirum sic id interpretandum erit, vt dicamus aliquas species qualitatis, vt voluntatem, & sapientiã secundum rationẽ analogam, Deo, & rebus creatis communẽ, ab omni imperfectione, & defectu abstractas, liberásque esse. Quod tamen nulli quantitati conuenit. lege D. Anselmum Monolog. 14. D. Thom. loco citato, Scotum in 1. dist. 8. quæst. 1. ad primum, Caietanum de ente & essentia cap. secundo comm. 2.

Duplex cõparatio lationis.

Quod ad lationem attinet aduertendum posse illam spectari, vel ratione mobilis, vel ratione termini, in quem fertur: atque ex parte mobilis dupliciter, aut quoad subiecti dignitatem, aut prout ipsum latio minus, magisve immutat, quàm cæteri motus. Enim verò, vt sentit Aristoteles lib. 8. Physic. cap. 7. text. 59. motus, qui de stabilitate, & constantia rei minus detrahunt, minoris imperfectionis notam subiecto inurunt, atque ita perfectiores sunt.

2. Pronunt.

Sit igitur secundum pronuntiatum. Alteratio comparata cum latione ratione mobilis, secundum vtramlibet illarum duarum notionum, imperfectior est; quàm latio. Huiusce pronunciati veritas inde suadetur, quia si mobilis dignitatem perpendamus, latio non solùm conuenit omnibus corporibus, quibus alteratio, tam viuentibus, quàm vitæ expertibus, sed etiam aliis, in quibus alteratio propriè sumpta nequaquã inest, nimirum cælestibus, quæ immortalia sunt, atque adeò saltem hac consideratione sublunaribus antecellunt. Deinde quia si subiecti mutationem spectemus, minus illud immutat latio, minusque de statu remouet, quàm alteratio teste Aristotele loco

loco cit. post Platonem in dialogo de Regno: quia terminus lationis, vt in 3. Physicæ auscultationis libro c. 5. quæst. 2. statuimus, nihil est aliud, quàm quantitas rei motæ aliter, ac aliter se habens quoad existentiam in ordine ad spatium, atque adeò per lationem nulla noua realitas aduenit mobili, sed modus quantitatis; at per alterationem acquiritur calor, frigus, aliæque huiusmodi qualitates à quantitate, & substantia mobilis re ipsa distinctæ: proindéque multo minus immutat latio subiectum, quàm alteratio. Ac iuxta hanc duplicem notionem loquitur potissimùm Aristoteles de motu locali in 8. Physic. c. 7. cùm illum cæteris motibus excellentiorem facit. Quod animaduertit, præter alios, D. Thomas eodem loco, & de malo quæst. 16. art. 10. ad 1.

Vt latio minus mutet subiectum in opinione existimantium eius terminũ non esse nisi locum, vide D. Thom. 1. p. q. 110. art. 3. Capr. in 2. d. 14. q. 1. art. 3.

Tertium pronuntiatum. Alteratio considerata ex parte termini, atque adeò simpliciter nobilior est, quàm latio. Hoc pronuntiatum est ex mente D. Thomæ loco proximè adducto, itemque Durandi in 2. dist. 15. quæst. 3. Ferrariensis in commentariis libri 2. contra gent. cap. 43. & lib. 3. cap. 82. atque aliorum complurium; facileque ex eo ostenditur, quia, vti supra dicebamus, terminus ad quem sicuti speciem, & distinctionem, ita nobilitatem motui absolutè confert; ac tanto proportione quadam maiorem, quanto ipse plus nobilitatis vendicat: constat autem qualitatem, quæ est terminus alterationis, nobiliorem sortiri naturam, quàm vbi, in quod latio tendit, cùm hoc nihil aliud sit, quàm quantitas spectata secundum eum modum, quem ante exposuimus. Quare minimè probanda est sententia Capreoli in 2. dist. 14. q. 1. art. 3. & Soncinatis. 7. Metaphys. quæst. 25. existimantium licet terminus alterationis termino localis motus nobilior sit, alterationem tamen motu locali imperfectiorem esse; quia cùm motus sit priuatio termini ad quem, quanto terminus est præstantior, tanto oportet motum deteriorem esse. Non est, inquam, probanda hæc sententia; quia, vt rationes alias, quibus confutari posset, omittamus, motus ex doctrina Aristotelis libro 3. Physic. cap. 2. text. 15. non est priuatio, sed positiuum quid, cùm sit entelechia, siue actus, licet potentiæ admistus, vt in eodem capite definitur.

3. Pronunt.

Improbatur sententia Capreo. & Son.

4. Pronunt.

Porrò aggenerario, ideſt, continua tendentia ad partialem substantiam, quæ tendentia semper comitatur motum ad quantitatem, licet inter motus non cõnumeretur, si motus nomen strictè, magisque propriè sumatur, vt lib. 5. Physicorum cap. 2. quæst. 1. art. 3. explicatum fuit, tamen si motus accipiatur pro tendentia successiua, & continua ad quamlibet formam, solet quóque inter motus censeri. Si igitur cum hac alterationem conferre libeat; sit quartum pronunciatum. Alteratio inferioris dignitatis est, quàm aggenerario. Patet, quia illa habet pro termino qualitatem, hæc verò substantiam; at substantia qualitatem nobilitate antecedit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS II.

Aliquot obiectorum dilutio.

Prima obiectio. VERVM contra superiora obiiciat quis. Accidentia, quæ ad substantiam officio magis appropinquant, ea quóque dignitate ad eandem propiùs accedunt: sed quantitas magis appropinquat officio ad substantiam, ergo & dignitate; proindeque motus ad quantitatē præstantioris notæ est, quàm motus ad qualitatem. Probatur minor, quia munus substantiæ est sustinere accidentia; at hoc etiam quantitas suo modo exhibet, cùm illius interuentu accidentia materialia fulciantur à supposito.

2. Obiectio. Secundò, Etiam quantitas sequitur formam, suamque habet efficientiam. Igitur ad astruendam maiorem dignitatem alterationis non rectè asseruimus qualitatem esse nobiliorem quantitate, quod illa sequatur formam, hæc materiam; Illa sit principium agendi, hæc omnis actiuitatis expers sit. Antecedens quoad priorem partem suaderur, quia dimensiones habent à forma terminum, definitamque mensuram; cùm formæ merito non solùm vaga, & inconstans materiæ potentia ad certum actum substantialem, sed etiam ad certam quantitatem determinetur. Anima enim rationalis v.g. causa est, cur homo tantam molem obtineat, nec in quantùlibet exigua magnavè quantitate aut gigni, aut conseruari possit, vt probè annotauit Simplicius lib. 1. Physic. text. 59. Deinde probatur idem antecedens quoad posteriorem partem, quia numerus est vna è quantitatibus, & tamen hunc miram habere in agendo vim satis confirmant Hippocratis, & aliorum medicorum placita, qui rationem dierum criticorum, id est, quibus decernitur quid de morbo futurum sit, ob insignem mutationem, quæ tunc frequenter accidit, ad numeros referunt; aiuntque ob maiorem imparis numeri perfectionem, & minorem paris, euenire quod crises imparibus diebus magna ex parte contingant; quod febris, quæ diebus paribus reliquerit, redire soleat, quæ verò imparibus certiorem valetudinem reddat; quòd morbi, qui repetunt per pares, sint longiores; qui per impares, breuiores. Vnde etiam est, quod annus sexagesimus tertius, quia numeri septimi, & noni multiplicatam, atque inuicem sibi connexam summam continet, climactericus, id est, gradarius appellatur, quòd à septimo orsus, vitam hominis veluti per gradus quosdam peragit, atque hominibus solet esse formidabilis, quod in eo, vt longa experientia comprobauit, multi diem obeant. Accedit quoque ad numerorum vim, & efficientiam probandam auctoritas sacrorum interpretum, qui in multis sacræ paginæ locis exponendis, numerorum mysteria accuratè, diligenterque obseruare solent; quod vtique non facerent, nisi in eis aliquam effectricem vim agnoscerent.

Dies critici. *Annus climactericus.* *Numeros etiã intueri maiores obseruasse primos maximos midabilis. Lege Cal. 22. c. 12. lib. 25. Cœlium 15. c. 7.*

3. Obiectio. Tertiò, nihil obtinet rationem mensuræ in aliquo genere, nisi id, quod in eo genere primũ nobilissimúmque est, vt tradit Aristoteles lib. 8.

lib. 8. Physic. cap. 9. text. 76. sed motus circularis docente etiam Aristotele, eodem loco, & lib. 10. Metaphys. cap. 2. text. 4. habet rationem mensuræ in genere motuum: est ergo inter omnes primus, ac nobilissimus. Quare non debuit alteratio omnibus lationibus quoad essentiæ nobilitatem absolutè præferri.

Dilut. 1. obiect. Ad primum horum dicendum cum Scoto in 4. dist. 12. quæst. 2. quantitatem quoad sustentandi officium propinquiorem esse substantiæ, quàm qualitatem: sed aliud esse munus, cuius merito qualitas substantiæ vicinior euadit, nimirum operationes exequi, siquidem qualitas est principium immediatum operandi, quantitas verò, vt dictum est, nullam agendi vim obtinet: constat autem præstantius quid esse operari, quàm sustentare more subiecti: illud enim actum, hoc potentiam sonat, hoc ad causalitatem materialis causæ reducitur, illud ad efficientem causam pertinet.

Dilut. 2. obiect. Ad Secundum, negandum est antecedẽs, & ad rationẽ, qua prior eius pars confirmabatur, respondendũ licet quantitas possit dici sequi formam quoad modum, seu præscriptionem mensuræ: tamen, si absolutè spectetur, dici sequi materiam ob eas causas, quas alibi retulimus. Id verò, quod afferebatur ad probandam posteriorẽ partem eiusdem antecedentis, refellendum est negando numerũ vllam ex se agendi vim, aut facultatẽ habere. Nam quæ in morbis, & hominum ætate, aliisque id genus secundũ diuersos numeros accidunt, ea non ad ipsorum numerorum efficacitatem, quæ nulla est, referri debent, sed partim ad cœlestium corporum influxũ humores cientem, temperamentúmque varie immutantem, partim ad ipsam humorũ vim, & abditiorem sympathiã, atque alias causas nobis ignotas, quæ numeris quibusdam lege quadã, institutóque naturæ comunctæ sunt. Et ad hunc sensum interpretãdi erunt Hippocrates, aliique optimæ notæ auctores, cùm numeris occultam vim ascribere videtur, videlicet numerorum nuncupatione significasse naturales causas, quæ, quia in recessu naturæ latent, per ipsarum comites numeros apposite indicantur. In quã sententiam lege quæ scripsit Galenus lib. 3. de diebus decret. c. 1. Celsus lib. 3. c. 4. Valleriola lib. 3. locorũ commu. c. 7. Leuinus lib. 2. de occultis naturæ miraculis cap. 32. Lalamantius in Galenum loco citato, Peramatus in lib. de hominis procreatione cap. 11. Fracastorius in libello de causis criticorũ dierum, & in lib. de sympathia, vbi etiam ostendit numeros, qua numeri sunt, nihil per se facere ad suauitatẽ, vel molestiã in sonis, & musica. Quod verò sacri diuinarum litterarum interpretes de numeris multa actè disputant, non eò faciunt, quod aliquam in iis agendi facultatem agnoscant: sed quia numeri pro varia ipsorũ cõpositione, & accessu, vel recessu ab vnitate, aliisvè huiusmodi affectionibus, diuersa mysteria congruenter designant, vt Clitouæus in libro, quem de mystica numerorum interpretatione composuit, latè ostendit.

Lib. 1. Physi. cap. 4. quæst. 1. art. 6.

De eadem re Fernel. lib. 4. Pathologia. cap. 11. Medina lib. 2. Sua. patẽ. Miranduła. lib. 3. contra Astrolo. cap. ibid.

Numeri nulla ex se vim agendi obtinent.

Dilut. 3. obiectio. Ad tertium respondemus id quod simpliciter est mensura dignitatis in aliquo genere, esse in eodem genere præstantissimum: sed in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui motus sit mensura alterationis.

nere physicarum mutationum in commune, dignitatis mensuram simpliciter haberi, non motum localem, sed generationem, cuius terminus est substantia; in genere autem motuum (late sumpto motus nomine) aggenerationem, quæ partialis quædam generatio est: dici tamen, ab Aristotele circularem lationē mensuram aliorum motuum, non absolutè, sed quoad velocitatem, durationem, & æquabilitatem; quatenus omnes velocitate superat, & ea duntaxat ab æternitate esse potuit; eaque præ cæteris motibus regulam, & vniformitatem seruat. Lege Ferrariensem ad cap. 82. lib. 3. contra gent. Iauellum lib. 10. Metaphy. quæst. 2.

QVÆSTIO IIII.

Quodnam sit subiectum alterationis, aliorúmque materialium accidentium.

ARTICVLVS I.

Explanatio controuersiæ.

PRÆNOTANDVM hoc loco est subiecti nomen dupliciter sumi, nimirum vel pro eo, quod dicitur accidentia sustinere vt quod, siue vt suiectum principale, quod vocari solet subiectum denominationis: vel pro subiecto inhæsionis, idest, cui accidentia proximè

Prima cõcl. inhærent. Hoc posito sit prima conclusio. Subiectum substinens, vt quod, materialia accidentia (quo nomine clarum est comprehendi etiam physicam alterationem) est compositum physicum singulare. Hæc conclusio est auctorum omnium communis, estque consentanea non solùm iis, quæ tradūt philosophi primo lib. Metaph. cùm

Actiones tũt suppositorũ. disputant num actiones sint suppositorum, sed etiam Theologorum doctrinæ in materia incarnationis, cùm agunt de communicatione idiomatum, hoc est, de mutua prædicatione diuinorum, humanorúmque attributorum inter hominem & Verbum diuinum incarnatum. Probatur autem illius veritas ex eo, quia eiusdem est sustinere, vt quod, cuius est per se & in actu perfecto subsistere, aliorúmque dependentiam vltimo terminare; hoc autem supposito duntaxat conuenit, quod in rebus naturalibus est solum compositū physicum; quandoquidem in iis id tantummodò eo pacto per se cohæret. Atque hinc est quod Aristoteles in categoriis capite de substantia docuit, non materiam, non formam, non communem aliquam

Aristot. naturam: sed primam substantiam, verbi gratia, Socratem, maximè substare. Videlicet, quia omnia eiusdem generis prædicata, omniáque accidentia per se fulsit, ac sustentat: nec eorum dependentiam ad aliud vlteriùs refert, sed in se claudit, ac finit, quod tamen neque materiæ,

teriæ, neque formæ concessum est: siquidem illa ab hac: hæc, si materialis sit, ab illa: vtráque à supposito pendet.

Hic aduerte licet subiectum materialium accidentium re ipsa sit suppositum physicum, hoc est, singulare per se existēs, completum, & incommunicabile: non tamen in vniuersum vt aliquid quorumlibet aliorum accidentium subiectū dicatur, hasce omnes conditiones requiri: sat enim est si sit singulare per se subsistens, hoc est, ita se habens, vt existat sine adminiculo alterius, cui innitatur, & à quo ita sustentetur, pendeátque in suo esse, cuiusmodi subsistētiam vendicat animus rationalis, qui tamersi, dum est in corpore, in eo & in toto composito existat, ab eis minimè pendet in suo esse, cùm ab eisdem separatus per se cohærere valeat. Non ita verò existunt cæteræ formæ, neque materia, vt diximus, neque etiam humanitas Christi: quandoquidem pendet in suo esse à Verbo diuino, à quo sustentatur. Ita fit vt animus rationis particeps, etiam dum est corpori vnitus, sustineat accidentia sibi propria, vt actus volendi, & intelligendi tanquam subiectum quod, minus tamen principale, quàm totum compositum: quemadmodum & eius subsistentia est partialis, compositi autem totalis, quod hoc loco obiter, & strictim diximus, alibi ex instituto, & vberiùs dicturi.

De hac re Caiet. 1 par. quæst. 76. a. 1. & 3. part. quæst. 6. art. 3. Ferr. lib. 2. cont. gent. c. 68. Soar. 3. part. disp. 17. sect. 1.

Animus rationalis, etiã dum est corpori vnitus, est per se subsistens.

Seconda conclusio. Neque materia prima per se absque beneficio formæ est subiectum inhæsionis materialium accidentium, nec sola forma, nec materia & forma simul, quasi vnumquodque accidens vtrique simul inhæreat. Prior pars huiusce conclusionis asseritur à D. Thoma 1. part. quæst. 77. art. 6. Capreolo in 2. dist. 13. quæst. 2. art. 1. Ochamo quodlibeto 2. quæst. 11. Caietano ad caput. 7. libri de ente, & essentia quæst. 16. ac cæteris penè auctoribus communi assensu: probatúrque ex eo, quia omnis actus secundus supponit actum primum. Quare cùm accidentia sint actus secundi, & forma substantialis actus primus, necesse erit accidētia supponere formam substantialem, & ex consequenti nullū accidens inesse materiæ per se, ac seorsim spectatæ. Item quia ex vnione materiæ cū forma substantiali fit vnum per se: ex vnione eiusdem cum accidentibus fit vnum per accidens: ens autem per se est prius ente per accidens, quemadmodum & vnitas multitudine.

2. Concl.

Omnis actus secũdus supponit actum primum.

Secunda pars ita ostenditur. Idē est subiectū inhæsionis materialium accidentium in homine, & in cæteris compositis physicis: sed in homine anima non recipit accidentia materialia: ergo neque aliæ formæ in suis cōpositis. Probatur minor, quia vt dicitur in libro de causis, omne id, quod in aliquo per inhæsionem recipitur, necessariò sese ad naturam recipientis accommodat, proindeque si subiectum materiæ, & diuisionis expers sit, sensumq; fugiat etiã accidēs, quod ei inhæret, earundem conditionū particeps erit. Cùm igitur constet prædicta hominis accidētia non ita se habere: siquidem re vera materialia sunt atque extensa, & sub sensus cadunt; planum relinquitur animam humanam nullo pacto esse subiectum materialium accidentium;

Subiectum accidentium materialiũ non potest esse sola forma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Refellitur opinio Durandi.

dentium; atque adeò nec cæteras formas: quicquid in contrariam partem scripserit Durandus in 1.dist.8.quæst.4.secunda p. dist. Neque huiusce rationis vim eleuat, quòd eadem humana anima recipitur in materia extensa, & tamen non sese ad illius extensionem effingit: sed immaterialis atque insectilis manet. Nõ enim quidquid in materia recipitur, legem illam subit; sed quidquid in ea recipitur per inhæsionem, quo pacto se habent omnes formæ accidentiæ: quanquam ex substantialibus etiam nonnullæ extensionem materiæ sequantur, videlicet quia deterioris notæ sunt magisque in materiam demersæ, vt imperfectorum animantium, & rerum non viuentium formæ.

Subiectum accidentium materialiũ non potest esse forma, & materia.

Tertia pars eiusdem conclusionis hunc in modum suadetur; idem accidens singulare per se vnum nequit in duobus subiectis, etiam partialibus, simul inesse, igitur accidentia materialia non recipiuntur simul informa, & materia. Antecedens ostenditur, nam id vno è duobus modis accideret; vel ita, vt vna pars accidẽtis inhæreret in forma, altera in materia, vel ita, vt totum accidens in materia, & totum in forma pariter exciperetur, quorum neutrum esse potest. Non primum, tum quia iam illa pars, quæ esset in materia, non penderet à forma, nec quæ esset in forma, penderet à materia, vt à propriæ inhæsionis subiecto, quod aduersariorum sententiæ repugnat: tum quia nulla ratio est, cur potiùs hæc; quàm illa pars à sola forma, vel à sola materia dependeat. Non secundum, quia si accidens materiale totum simul esset in materia, & totum in forma, sequeretur quodlibet tale accidens vendicare sibi duplicem inhæsionem partialem, vnam respectu formæ, alteram respectu materiæ: quod à veritate aberrare ex eo constat; quia in homine accidentia materialia nec ex toto, nec ex parte possunt in eius forma, quæ spiritalis est, inhærere, vt paulò ante ostensum fuit: quare nec in aliis subiectis inhærebunt in forma: alioqui maiorem dependentiam haberet calor aquæ verbi gratia ab eius forma, quàm potentia ridendi à forma Socratis, siquidem potentiæ ridendi esset pro subiecto sola materia; calori autem tam materia, quàm forma.

3. Conclus. Tertia Conclusio. Subiectum, cui immediatè inhærent materialia accidentia, non est totum compositum. Veritas huius conclusionis, quæ intelligenda est cum ea moderatione, quam adhibemus in solutione argumentorum, apud eos, qui totũ à partibus simul sumptis non distinguunt, cóspicua iam est ex dictis, cùm probatum fuerit non posse idem accidens in materia, & forma pariter insidere. Sed eadem absolutè constabit iis argumentis, quibus mox quartam conclusionem suadebimus.

4. Conclus. Quarta conclusio. Subiectum inhæsionis materialium accidentium est materia prima, supposito tamen actu formæ substantialis. Hæc conclusio est Alensis 4.par.quæst.4.memb. 2. art. 4. Gregorij Ariminensis in 2.distinct.11.quæst.2.artic. 2. Heruæi quodlibet 2. quæstione 10. Iauelli 8. Metaphys. quæstione 2. Marsilij hoc in lib.

quæstio

quæstione 7. Saxoniæ quæst. 6. & aliorum complurium; eandemque putant nonnulli fuisse de mente Diui Thomæ quæstione 25. de Veritat. artic. 6. licet postea in 1. par. quæstione 77. artic. 6. oppositum dixerit, statuens subiectum inhæsionis accidentium esse totum compositum; quod pleriique eius sectatores defendunt, vt Caietanus ad caput septimum libri de ente & essentia, Capreolus in 2. distinct. 13. quæstione 1. artic. 3. quibus accedit Durandus in primo distinct. 8. in 2. parte distinct. quæstione 4. num. 15. Probatur autem nostra Conclusio hisce argumentis. Accidentia in eo hærent, de cuius potestate excitantur, & quod disponunt: atqui non excitantur de potestate formæ, aut compositi; sed materiæ, è cuius gremio in actum prodeunt, vt in primo Physicæ Auscultationis libro explicatum fuit: nec item disponunt formam, aut compositum (nec enim præparant nisi id, in quod forma introducitur) ergo accidentia materialia in sola materia inhærent.

De opinione D. Thomæ dissensio.

q. 12. art. 4. cap. 9.

Verùm quoniam hæc ratio tantùm colligit institutum in accidentibus, quæ educuntur de materiæ potestate, quæque illam disponunt ad substantiales formas recipiendas; cùm tamen non omnia accidentia materialia istiusmodi sint; quandoquidem nonnullæ corporeæ qualitates, quæ naturæ vim excedunt, qualis erit subtilitatis dos, quam Diuus Thomas, aliique permulti inter qualitates recensent, non exeunt è potentia materiæ, vt liquet ex iis, quæ in Physicis loco citato docuimus. Præterea multa sunt accidentia materialia, ordinis naturalis, quæ ad formam excipiendam non præparant, vt lux, vt potentiæ organicæ, vt species, quibus sensus ad functiones suas vtuntur: ideò adducendæ à nobis erunt aliæ rationes omnia materialium accidentium genera complectentes, nimirum hæ. Quodlibet compositum naturale constat ex forma tanquam actu, & ex materia tanquam potentia. Igitur cùm forma data sit ad operandum, & eliciendas actiones, materia data erit ad patiendum, & actiones, si tamen materiales sint, recipiendas. Quod ex eo etiam confirmatur, quia cum quantitas, quæ est fundamentum omnium materialium accidentium, sequatur materiam, vt alibi ostendimus, consequens est vt materia sit prima radix recipiendi accidentia materialia, & vt ipsa primò, atque immediatè recipiat. Præterea materiæ sub actu formæ nihil deest quominus possit, ac debeat recipere accidentia materialia: igitur ipsa erit subiectum inhæsionis talium accidentium. Consecutio liquet, frustrà enim quæreretur aliud subiectum, si materia ita sumpta sat est. Antecedens ostenditur, quia materia prima est iam tunc substans, ac suopte ingenio potẽtia receptiua, & est ens in actu per formam substantialem: hoc autem sufficit ad præstandum recipiendi officium. Ac sanè quidem si materia nuda substantialem formam recipere valet; imeritò ei ornatæ iam, & instructæ actu substantialis formæ denegabitur facultas ad recipienda accidentia. Cur autem materia vt hoc munere defungi possit, istiusmodi actum substantia-

D. Bon. in 4. d. 49. 2. p. d. art. 2. qua. 1. Rich. ibidem art. 4. qu. 2. Palud. dist. 44. q. 3. Cap. 8. 1. Hisp. ibidem, Ferr. 4. cont. gent. c. 86.

Quædã qualitates corporales non educuntur à potestate materia.

Forma, & materia diuersa munia.

Quantitas sequitur materiam.

Lib. 1. Phys. cap. 4. q. 1. a. 1. cum D. Th. & Scot. post Platonem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Num forma requiratur vt conditio ad recipienda accidentia.

lis formæ præexigat, ex probatione primæ partis secundæ conclusionis manifestum est,& iis,quæ mox dicemus,planius fiet.

Quæri solet num materia vt recipiat accidentia,requirat formam tanquam causam, rationémve recipiendi, vt quidam volunt; an vt conditionem, sine qua non reciperet, vt alij arbitrantur. Respondemus quemadmodum materia, vt existat, eget forma tanquam ratione ipsam substantialiter perficiente, & vt causa formali non interna,seu componente;sed externa existentiæ ipsius, hoc est,vt materia ipsa existat:(quandoquidem existentia materiæ est imperfecta, & quasi inchoata,egétque actu formæ, quo perficiatur,vt in rerum natura sit) ita vt recipiat accidentia indigere forma, vti causa ipsam complente, & ab inertia, ac potentialitate euocante ad id munus obeundum; quatenus exequi id non potest nisi existat sub actu perfecto, & existere sic nequit absq; ea formæ causalitate,& beneficio. Verùm quia ad ipsam accidentium receptionem non ita concurrit forma, quasi accidentia, vel ex toto, vel partiatim recipiat,vt superiùs conclusum à nobis fuit;ideò verè, & appositè eos loqui opinamur, qui aiunt materiam ad recipienda accidentia non exigere formam, vt cõcausam receptionis passiuæ in eodemmet causæ genere; sed exigere illam vt causam formalem, qua completè fiat habilis ad id officium præstandum. Quæ dependentia, vt liquet, maior, præstantiórque habetur,quàm ea,quæ est à conditione,sine qua non.

ARTICVLVS II.

Materialia accidentia interuentu quantitatis in materiam recipi.

Negatiua partis asserentes.

PORRO non est hoc loco absque examinatione prætereundum num materialia accidentia proximè,an interuentu quantitatis inhæreant materiæ. Ochamus tractatu de Eucharistia, cap.28. & in 4. q.7. & quodlibet.4.q.39.Maior dist.12.q.2.Marsilius q.9.art.2.Aliacensis q.5. Maior dist.12.q.2.Gabriel lect.4.in Can. Aureolus apud Capreolum in 2.dist.18. q.vnica. art.2. ad negatiuam partem deflexere,aientes accidentia non inhærere quantitati, sed immediatè recipi in substantiam. Pro qua opinione hæc sunt argumenta. Ex doctrina Aristot.4.Metaph.cap.4.text.4,accidens non accidit accidenti,& vt tradit Boëtius in lib.3.de Trin.cap.3.forma simplex non potest subiici; videlicet quia subiici pertinet ad rationem materiæ: atqui accidens accideret accidenti, & forma simplex subiiceretur, si quantitas esset alicuius accidentis subiectum.Nullum ergo accidens in quantitate, vt in subiecto recipitur. Secundò, quemadmodum substantiæ conuenit per se esse, & substare; ita accidenti inhærere: ergo sicuti repugnat substantiæ inhærere; ita accidenti per se esse, vel substare,aut aliud accidens recipere. Tertiò,nihil, quod ab alio dependet,

Eorum 1. argum.

Capr. in 2. d. 42 q.1. in solut.arg. Ad c.65.lib.1. contra gen. Bassolius 4. d.12. q. art.3.

2.

3.

dependet,terminat dependentiam eiusdem rationis; sed omne accidens dependet à subiecto: ergo nullum subiecti dependentiam terminat,aut subiecti vice fungitur.

Assertio partis affirm.

Asserendum tamen quod maior,meliórque pars philosophorum tuetur,videlicet accidentia materialia recipi,& inhærere primò quãtitati,deinde eius interuentu materiæ.Id affirmat D.Tho.3. p.q.77. art.2.& 4. contra gentes cap.65. Henricus quodlibeto 8.q.15.Ægidius in theorematis à propositione 36. Capreolus in 2. dist. 18.q. vnica. Gregor.dist.12.q.2. Heruæus q.vnica. Paludanus q.3.D.Bonauentura art.1.q.3. Durandus q.1. Richardus in 4. d.12. q.2. circa 1. pr.Alexander 4.p. quæst.40.memb.1.& 2. Albertus in 4.dist.12. artic.6. & alij. Probatur autem hæc assertio. Num cùm materiam quantitas sequatur,nec vllam habeat agẽdi vim, vt alibi docuimus; consentaneum videtur,vt à natura contributa sit materiæ tanquam adiutrix intermediumvè ad recipiẽda accidẽtia. Secundò,quia accidentia corporalia sunt extensa,vt sensu patet;vel ergo extẽsione sibi propria,vel solius quãtitatis.Non sibi propria,alioqui multæ extensiones essent in eodem situ,nempe extensio quantitatis, & aliorum accidentium; ex quo sequeretur non repugnare duo corpora simul esse:igitur extensione solius quantitatis;quia nimirum accidentia in ea insunt, ad eiúsq; dimẽsionem per accidens diffunduntur. Tertiò, Accedit Theologicum argumẽtum. Namque in diuina Eucharistia, cùm accidentia panis eundem retineant situm,quẽ antea,& sequantur quantitatem,quocunque illa mouetur; haud dubiè manẽt inter se vnita, & colligata,ratione alicuius subiecti; non alterius,quàm quantitatis (siquidem materia, & forma panis desierunt esse) igitur insident quantitati, cui ante consecrationem inhærebant, nisi quod ea quantitas,quæ priùs fuerat subiectum quo; nunc diuinitus extra materiã seruata sit subiectum quod,vt in progressu fusiùs explicabitur.Præterea,nisi quantitas sacramentalis esset subiectũ aliorum accidentium,nullum eorum ab iis speciebus posset naturaliter expelli, vel denuò acquiri:hoc autẽ experientiæ repugnat,cùm sensu pateat species refrigerari,& incalescere, aliisq; id genus alterationibus immutari: ergo &c. Probatur maior, quia illa expulsio est ab aliquo subiecto, & illa acquisitio,cùm sit actio positiua,similiter in subiecto aliquo recipitur,& de alicuius subiecti potestate educitur;at hoc subiectum, nisi sit quantitas, nullum omnino erit. Nec satisfaciet qui dixerit posse hæc omnia diuina virtute præstari absque subiecti adminiculo: non enim, etiam in re tam ineffabili, miracula citra necessitatem, aut idoneam rationem multiplicanda sunt, vt communis theologorum doctrina admonet. Fatendum est igitur accidentia inhærere materiæ interiectu quantitatis, non tamen vltimo, cùm per quantitatem insint materiæ, per hanc verò sustententur à supposito, vt diximus. Vnde cùm suprà asseruimus accidentia immediatè recipi, & inhærere in materia, non omnem prorsus meditationem exclusimus, sed meditationem duntaxat substantialem;

Lib.2. Physi. cap.7.q.14. art.2.

Prima ratio.

2.

3. *Accidentia in diuina Eucharistia.*

Confutatio resp̃sionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia videlicet materia prima, nulla alia substantia interposita, recipit accidentia.

Dilutio argumentorum pro parte negativa.

Contrariæ verò partis argumenta nullam habent difficultatem. Ad primum eorum dic Aristotelem eo loco tantùm velle vnum accidens non posse alteri accidere tanquam sustinenti per se more substantiæ; Boëtium verò loqui de forma simplicissima, quæ est Deus, cui repugnat vlli accidenti subesse, tum ob alias rationes, tum quia subiici accidentibus importat modum quendam materiæ, & potentialitatis, quæ in diuinam naturam cadere non potest: cadit tamen non solùm in ipsam materiam, & cõposita; sed etiam in quantitatem, quæ, prout recipit, quasi rationem materiæ induit, vt & reliqua subiecta. Ad secundum respondendum est, quemadmodum conuenit substantiæ per se esse, & substare; ita & accidenti suopte ingenio inhærere subiecto; atque ita vt substantiæ repugnat inhærere; sic accidenti esse per se, id est, non vẽdicare talem naturam, vt à subiecto per se pendeat, eique inhærere possit. Similiter dicendum repugnare quantitati substare aliis accidentibus vi sua, vt subiectum quod: id enim supposito proprium est: nihil tamẽ obesse, quominus eis subiiciatur vt quo, siue vti medium recipiendi, cùm eo pacto sic recipiat, vt tamen inhæreat. Ad tertium, id, quod ab alio dependet, non terminare vltimò alterius dependentiam eiusdem rationis, atque ita quantitatem non vltimò terminare depẽdentiam accidentium, quæ in eo recipiuntur; id enim, vti diximus, supposito peculiare est.

Lege apud Scot. in 4. d. 12. q. 2. legiverem interpretationem.

1.

2.

Quantitas quo pacto, nõ possit vi sua accidentibus substare.

3.

D. Tho. 3. p. q. 77. a. 2. ad 2.

ARTICVLVS III.

Obiecta aduersus ea, quæ primo articulo concluſa sunt, eorumq; refutatio.

Obiect. contra 1. conclus. primi art.

Contra singulas primi articuli conclusiones offerunt sese argumenta, quæ explicanda à nobis hoc loco sunt. Aduersus primam hoc. Si suppositum physicum sustentaret accidentia, etiam Verbum Diuinum in mysterio Incarnationis diceretur sustentare accidentia humanitatis assumptę: nam quoad supposita denominanda, eadem vtrobique ratio esse videtur: atqui hoc asserendum non est; ergo neque illud. Probatur minor, quia vt subiici, ita & sustentare, ad materialem causam pertinet, qui modus causandi, cùm imperfectionem contineat, in Verbum Diuinum cadere non potest.

Secundò, Actio, qua Deus tribuit esse materiæ primæ huius lapidis, non hunc lapidem denominat, sed ipsam materiã dumtaxat; igitur nõ omnes actiones materiales habẽt pro subiecto denominationis suppositum physicum. Antecedens probatur. Nam actio illa re ipsa est creatio, cùm etiam nunc conferat materiæ primæ esse ex nihilo: vnde & Deus, vt alibi ex D. Augustino retulimus, adhuc creare cœlos dicitur; quia idem esse, quod eis à prima origine ex nihilo impertiit,

D. Thom. de potẽt. q. 3. art. 3. ad 8.

D. August.

impertiit, nunc quóque sine intermissione eodem pacto confert; certa creari, quæ tamen appellatio in suppositũ ipsum non conuenit.

Tertiò, Anima Christi nõ subsistit per se, id est per subsistentiam propriam; sed per subsistẽtiam Verbi Diuini; & tamen denominatur ab actionibus sibi propriis, vt ab actu intelligẽdi, & volendi, tanquã subiectum quod: ergo vt aliquid sic denominetur non oportet, vt subsistat per se, & sine adminiculo alterius, à quo pẽdeat in suo esse: Cuius oppositum circa eandẽ cõclusionem asseruimus. Maior probatur, quia Verbum Diuinum, vt fides docet, descendit ad inferos: at non nisi ratione animæ subsistentis per ipsum. Minor propositio ostenditur, quia anima rationis particeps in quolibet alio homine dicitur sustentare vt quod sua accidentia, vti suprà monuimus; quod non est denegandum animæ Christi, cùm nihil de eius dignitate & excellentia propter hypostaticam vnionem detractum fuerit.

Anima Christi subsistit per subsistẽtiam Verbi diuini.

Deinde aduersus secundam conclusionẽ. Quantitas inhæret materiæ ante omnem formæ causalitatem; igitur accidẽtia recipiuntur in materiam per se sumptã. Antecedens probatur, primùm quia forma ignis, v.c. cùm extendatur extensione materiæ non nisi materiã iam extensam, atque adeò affectam quantitate subire potest. Quare priùs quàm forma in materiam recipiatur, proindéque antequam materia sub actu formæ sit, oportet quantitatem inhærere materiæ. Secundò confirmatur idem antecedens, quia vt se habent accidentia spiritalia ad formam humanam; ita materialia ad materiam: sed illa inhærent in forma sine dependentia à materia: ergo hæc inhærebunt in materia absque dependentia à forma.

Obiect. contra 2. conclus.

Aduersus tertiam. Id constitui debet subiectum accidentium, per quod accidentia definiri solent, id verò est compositum physicum comparatione materialium accidentium, vt ex definitionibus, quas Aristoteles, aliique philosophi tradiderunt, planum est; igitur subiectum inhæsionis ipsorum non est aliud, quàm compositum physicum. Item accidentia, quæ sunt idem re cum composito, vt est relatio identitatis specificæ, quæ est inter Socratem, & Platonem simul existentes, & actio, qua Deus cœlum Empyreum creauit, ac nunc etiam conseruat, necessario fatendum est in ipsomet cõposito physico inhærere; qui enim fieri potest, vt sint idem re cum aliquo, & tamen in eo non insint: ergo saltem huiusmodi accidentia inhærent primò, atque immediatè in composito.

Obiecta aduersus 4. cõclusi.

Aduersus quartam. Materia, vt rectè ait Commentator initio lib. de substantia orbis, substantiatur per posse, eiusque essentia in ratione potentiæ cõsistit, vt in primo Physicæ auscultationis, c. 9. quæst. 3. art. 1. tum argumentis, tum auctoritate Platonis, & Aristotelis; aliorumque philosophorũ ostendimus: ergo cùm nihil à propria natura decidere queat, siue materia cõiuncta sit cũ forma, siue non; in nullo statu desinet esse ens in potẽtia: atqui subiectum alterationis, & aliorum motuũ est ens in actu, vt Aristoteles hoc in libro cap. 4.

Plato. Aristot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

text.24.docuit.Igitur saltem motus non inhærent in materia,etiam constituta sub actu formæ.Secundò. Generatio substãtialis vel inhæret in materia nuda,vt Aristoteles loco proximè citato, & cap.1.lib. 3.Physic.text.7.asserit; vel potiùs in forma,cum qua est idem re, vt cæteræ actiones cum suis terminis.Non igitur omnia accidentia inhærent in materia, supposita causalitate formæ substantialis.

Solutio 1. argu. v. aduersus 1. cõclus.

Superiora argumenta hunc in modũ soluenda erunt.Ad primum contra primam conclusionẽ concessa maiori neganda est minor;& ad eius confirmationem dicẽdum,licet sustentare accidẽtia in rebus creatis ad materialem causam spectet, & imperfectionem includat; quia illæ sustentant vt subiectain mysterio tamen incarnationis aliter se habere;quia Verbum Diuinũ eatenus tantùm accidentia humanitatis,sibi dumtaxat mediatè vnita dicitur sustentare, quatenus ipsorum dependentiam vltimò terminat; non quia simul inhærent in ipso,aut in natura,cũ qua sit idem realiter, id est diuina,quod vocamus hoc loco sustentare vt subiectum, sicuti sustentant supposita creata. Illa autem dependentia à Verbo, prout est præcisè à Verbo, ad nullius causæ genus propriè pertinet, vt lib.2.Physic.c.7.quæst. 1.art.3.diximus.Lege Scotum in 3.dist.1.quæst.1.art.1.Capreolum ibidem art.1.& in 2.dist.5.quæst.2.

Solut.2.

Quod ad secundum argumentũ attinet,multorum opinio est, vt octauo Physic.lib.retulimus,creationem non esse actionem ; idque non nulli,præsertim è recentioribus philosophis,eo potissimum argumento nitũtur suadere,quia si creatio esset actio,cùm hæc requirat subiectum,id nõ aliud esset,quàm res ipsa,quæ creatur;quod tamen neutiquam videtur esse posse , quia subiectũ est prius accidente, quod recipit;creatio verò , cùm sit actio productiua , necessariò antecedit rem productã : atque ita subiectũ esset prius creatione, & rursus creatio prior subiecto,quod repugnat.Responderi tamen solet creationem esse natura priorẽ re creata in genere causæ efficientis;rem verò creatam in genere materialis , seu subiectiuæ causæ antecedere creationẽ.Nec esse incõmodum vnã,eandémque rẽ diuerso causæ genere esse alia tum priorem,tum posteriorem.Quod concedit D. Thomas de potentia,quæstione 3. art. 3.vbi cùm statuisset creationem passiuè acceptã esse relationem quandã , videlicet creaturæ ad creatorem , significatã per modũ mutationis ratione nouitatis incœptionisvè importatè,in responsione ad 3.argumentum,ita scripsit, Relatio illa accidens est, & secundũ esse suum considerata, prout inhæret subiecto,posterius est,quàm res creata;sicuti accidẽs subiecto tum intellectu , tum natura posterius est ; quamuis non sit tale accidens,quod causetur ex principiis subiecti. Si verò consideretur secundum suam rationem,prout ex actione agentis innascitur prædicta relatio;sic est quodammodo prior subiecto. Hæc D. Thomas,quibus verbis perspicuè admittit prioritatem illam,quam diximus,in accidente,& subiecto;licet non putet creationẽ actiuam esse actionem

Ratio existimantiũ creationem non esse actionẽ.

Solutio proposita rationis.

D. Thomas.

De relatione creaturæ.

Lib.8. Phys. cap.2.quæst. 1.art.3.

actionem mediam inter rem creatam,& Deum;vti nos esse arbitramur.Sed vrgent aduersæ partis defensores argumẽto,vt ipsi putant, irrefragabili , quo probare niruntur rem creatam , etiam in ratione causæ materialis , esse posteriorem actione creandi , eamque modis omnibus supponere;atque, ita nõ posse nos illis prioritatibus argumentum diluere. Subiectum,inquiunt, vt exerceat causalitatem recipiendo accidens,debet priùs natura existere;cùm omnis eiusmodi causalitas supponat existentiam causantis:vt autẽ existat,debet produci,& accipere esse;hoc autem accipit per creationem:ergo subiectum siue res creata etiam in ratione causæ subiectiuæ, est quid posterius creatione. Præterea potest eadem assertio deduci ad aliud incommodum hoc modo. Creatio spectata vt est actio productiua, priùs natura existit, quàm exerceat causalitatem in rem creatam:sed in illo naturæ momento nondum existit res creata , quæ est subiectum creationis;cùm nondum sit producta : ergo tunc existet creatio sine subiecto,quòd saltem naturæ viribus fieri non potest.

Contra datã solutionẽ insistunt aduersarij.

Sed hæc negotium exhibent iis, qui non satis aduertũt quidnam sint illæ prioritates & instãtia naturæ, & quidnã ex illis possit colligi,quid non possit. Certè huiusmodi instantia , vt alibi ex Durando commonuimus , nõ sunt mẽsuræ durationũ;sed potiùs signa quædã indicantia è duabus , aut pluribus rebus aliquã interse dependentiã, aut ordinem habentibus,posse vnã consideratione præintelligi alteri;quo modo creatio,vt est via ad conferendum esse, præconcipitur Angelo,qui creatur;& Angelus, prout creationem potest recipere, præconcipitur creationi. Ex quo non sequitur aut creationẽ re ipsa, & à parte rei,vt loquuntur,existere sine Angelo,aut cõtra ; cùm illæ prioritates nõ sint veræ mensuræ , vti diximus,durationũ, sed antecessiones naturæ,& mutuæ dependentiæ, quæ in causa est, vt vnum alteri præconcipi queat. Ita liquet quidnam proposito argumento respondendum sit. Negandæ enim sunt omnes illæ consecutiones, subiectum est prius natura creatione;ergo existit sine creatione,siue antequam sit creatio:irẽ creatio est prior naturã re creata ; ergo existit sine re creata,siue re creata non existente:Item prius est accipere esse , quàm causare ; ergo res priùs existit , quàm causet, siue existit non causando:sicuti nec probè colliges, animal est prius natura homine , & bellua ; ergo existit non existente homine , & bellua, siue antequam hæc existant. Sunt enim omnes istiusmodi consequentiæ à secundum quid ad simpliciter : quia à prioritate illa naturæ, & à præconceptione , & existentia obiectiua in intellectu , quæ est existentia secundum quid , arguunt realem existentiam,quæ est existentia simpliciter. Quod si pronunciata illa ; subiectum , vt exerceat causalitatem , debet priùs existere : actio priùs existit , quàm exerceat causalitatem , seu priùs quàm per eam aliquid causetur, aliáque his similia,vsurpent verbum,existit,vt importat existentiam realem, ita vt sit sensus subiectum , aut actionem (in re proposita) sine suis causalitatibus , vel ante illas in natura rerum existere,

Occurritur aduersarijs.

Instãtia natura quid sint.

Lib.4.Physi. c.14. quæst. 3.art.2.

Lege de his prioritatibus Heruæi quod lib. 4. quæst.10.

Prioritates natura quã vim habeãt.

neganda

Universidad de Deusto
Biblioteca

neganda sunt,quia naturæ prioritatibus,realis existentiæ anteces-
sionem falsò attribuunt.

Libuit ad hanc difficultatem enodandam hoc loco digredi, non
solùm vt argumenti solutio exactior esset,ac plenior : sed quia hæc
ipsa explicatio in hoc opere non semel nobis vsui futura est. Igitur
Creatio materiæ est actio. ad argumentum respõdendum creationem materiæ esse actionem,
vt octauo libro Physicorum ex professo ostendimus, dicendúmque
istiusmodi actionem sustentari à supposito,non à materia:quia hæc
non habet propriam subsistẽtiam:sed producitur,existitque depen-
denter à forma, & est in toto tanquam in eo,ad quod vltimò suam
dependẽtiam terminat:(vnde & minùs propriè creari dicitur) atque
hoc sat est ad tuendam veritatem nostræ conclusionis, qua asseru-
imus subiectum sustinens vt quod materialia accidentia, esse totum
Cap.2 quæst. 1.art.3. compositum. Nihil verò obstat quod lapis,cuius materiã creari di-
Occurritur tacitæ obiectõ. cimus,non denominetur creari : quia licet vocetur subiectum quod
omnium accidentium,non tamen oportet,vt ei omnium appellatio
conueniat,etiam eorum, quæ ipsi repugnant : quomodo sese habet
in proposito exemplo creatio respectu huius lapidis.Sic etiã in my-
sterio incarnationis licet anima Christi incœperit esse, non ideo ta-
Christus non dicitur incœpisse esse. men suppositum,id est, Verbum Diuinum, aut Christus dicitur in-
cœpisse esse,vt est communis Theologorum assertio, definita,vt ait
Caietanus 3.part.quæst.16.art.9.ab Alexandro Sexto. Nimirũ quia
cùm esse,quippiam commune sit omne esse comprehendens,siquid
incœpisse esse perhibeatur,sensus erit,id antea nullum habuisse esse,
quod de Verbo Diuino, & de Christo non verè dici,planè constat.

Solut. 3. arg. contra 1. cõclus. Ad tertium respondendum est etsi anima Christi non subsistat
per propriam subsistentiam,vt rectè probat argumentum, denomi-
nari tamen vt quod ab actionibus sibi propriis, quia est quid subsi-
stens per subsistentiã Verbi sibi propriè, imò & prius natura, quàm
humanitati applicatam:atque ita non pendet aliunde sicuti pendent
materia,& formæ materiales,& humanitas ipsa, vt dictũ est. Atque
hac ratione intelligi debet id,quod diximus,videlicet non sustenta-
re vt quod,nisi id,quod propriam obtinet subsistentiam : propriam
inquam,id est,vel sibi propriè applicatam.

Solutio 1. argum. contra 2. conclu. Ad primum contra secundam conclusionem negandum est an-
tecedens,& ad eius probationem dicendum formam ignis, cæteras-
que formas recipi in materiam extensam extensione quantitatis:li-
cet enim forma,cum materiam subiè, in genere causæ formalis, &
efficientis antecedat quantitatem,& ita quantitas hac consideratio-
ne non inhæreat nisi in materia supposito actu formæ:tamen in ge-
nere causæ dispositiuæ, & materialis quantitas nostro intelligendi
modo vtcumque formam præit. Ad secundum negandum est ante-
Solut. 2. cedens,quia forma humana,cùm subsistat per se,potest recipere, &
sustentare simul propria accidentia;materia verò non subsistit? per
Solut. 1. arg. contra 3. cõclus. se vt dictum fuit.

Ad primum contra tertiam conclusionem dicito id,per quod acci-
dentia à philosophis definiuntur, cùm per attributionem ad sub-
iecta explicantur, non esse subiectum inhæsionis, de quo in argu-
mento quæritur,sed subiectum quod, siue principale;id autem nos
concedimus in materialibus accidentibus esse ipsum compositum
physicum, vt ex prima conclusione initio controuersiæ tradita pa-
tet.Ad secundum fatemur accidentia, quæ sunt idem re cum toto, *Solut.2.*
inhærere ipsi: neque de his nostra tertia conclusio intelligenda est,
sed de aliis ordinariis accidentibus,& quæ magis propriè materialia
vocantur;quia per materiam,quasi per eorum radicem, compositis
conueniunt.

Ad primum contra quartum dicimus materiam ex sua natura, & *Solut.1.arg. contra 4 cõclus.*
intrinseca ratione esse puram potentiam;id tamen non obstare,quo-
minus prout est substantiali formæ coniuncta,accidentaria appella-
tione dicatur ens in actu, hoc est, actuata per formam : nam etiam
tunc seruat rationem potentiæ,cùm neque in se sit actus, neque ex
actu,& potentia more compositi physici coalescat, vt in lib.1.phy-
sic.capit.9.quæstione tertia,articulo primo exposuimus. Ad secun- *Solut.2.*
dum respondendum est, cùm generatio substantialis sit via ad for-
mam, peculiare illi esse inter alia accidentia, vt inhærtat in materia
nuda,interuentu tamen formæ,cum qua est idem realiter, saltem si
forma materialis sit,qua de re suo in loco.In materia,inquam,nuda,
quia sicuti forma, vnitur nudæ materiæ in eo momento naturæ,
quo subsequentes dispositiones præit; ita generatio interiectu for-
mæ in eandem materiam nudam suo modo recipi dicenda est.

Obiiciat tamen aliquis. Generatio inhæret immediatè in forma, *Obiectio.*
& interuentu formæ in materia;Ergo supponit formam,atque adeò
dicetur generatio recipi in materiam supposito actu formæ;nullun-
que supererit discrimen ex parte subiecti inter generationem,& mo-
tum, cæteráque accidentia;quod iis, quæ sæpe ex Aristotele retuli-
mus, contradicit. Vt hæc obiectio diluatur aduerte, cùm in eodem *De subiecto generationis.*
instanti temporis fit generatio,& forma actuet materiam, & subse-
quentes dispositiones inferantur,& resultet compositum,non reci-
pi generationem in materia, quæ re ipsa per aliquam veram, & rea-
lem durationem nuda sit,nullamque formam habeat; item non exi-
stere generationẽ,quin iam tunc sustẽtetur à supposito,ideſt,à com-
posito physico,atque adeò quin prærequirat tanquam prius natura
in genere causæ materialis suppositum ipsum, & actum formæ sub-
stantialis,tanquam conditionem,sine qua materia nullum actum se-
cundum admittit. Quare reliquum est,vt generatio cætenus tantùm *Quo pacto dicendũ sit generationẽ recipi in materiam nudam.*
dicatur recipi in materiam nudam absque actu formæ,quatenus ex-
cipitur in materia non habente aliquam formam substantialem,
quam ipsa non inuehat,siue producendo,siue eius vnionem dumta-
xat attingẽdo;quod tamen nec motui, nec aliis accidentibus con-
uenit;siquidem hæc omnia supponunt, inueniunrque formam ge-
nerationẽ introductam. Adde quod generatio secundum rationem
causæ agentis,formam antecedit, prout causa agens eius interuentu

Universidad de Deusto
Biblioteca

formam producit, aut saltem vnit, quæ tamen causalitas neque in notum cadit, vt planum est, neque in reliqua accidentia, quæ antecedenti generationis formam comitantur, vt progressu ostendemus.

Discrimen inter subiectum generationis, & aliorũ accidentium.

Ita patet ratum adhuc manere discrimen inter generationem, aliáque accidentia; hæc enim supponunt materiam sub actu formæ introductæ: illa sub actu formæ, quã ipsa introducit. Quo fit, vt generatio, & forma sumpta tanquam vnum quid (siquidem realiter idem sunt) nudam materiam inueniant, vtpote sine forma, & accidentibus; cùm hæc prioris formæ abscessu pereant exceptis iis, quæ sunt idem re cum materia, vt relatio creaturæ, & respectus similitudinis, vel identitatis specificæ inter duas materias simul existentes, aliáque id genus, quæ in materia perpetuò insident, neque à certa definitáque forma dependent, vt nec ipsa materia.

Quæstio.

Superest adhuc in præsenti disceptatione exquirendum circa dependentiam accidentium à materia sub actu formæ, num saltem diuina virtute possit aliquod accidens inhærere soli materiæ omni

Opinio Durandi.

substantiali forma destitutæ. Durandus in 2. sent. d. 13. quæst. 2. negat id fieri posse, quia ex formæ, quæ materiæ primò aduenit, & ex materia fit vnum per se; quandoquidem vbi non est nisi vnus actus, ibi est simpliciter vnum; vnum autem simpliciter, est vnum substantiale, ac per se. Quare si forma accidentaria nudæ materiæ inhæreret, ex accidente, & substantia fieret vnum per se, & substantiale;

Responsio.

quod repugnat. Contraria tamen sententia tuenda est, quia materia nec vt existat, nec etiam vt recipiat accidentia, eget actu formæ necessitate absoluta, sed physica duntaxat, quæ suppleri à Deo potest, vt in primo physicæ Auscultationis libro disseruimus. Deinde quia si Deus conseruat quantitatem absque omni subiecto, vt in diuina Eucharistia patet; non dubium quin eandem quantitatem in materia, vt in subiecto, licet imperfecto, absque adminiculo formæ conseruare queat: cùm illud ex se maius, atque operosius sit, quàm hoc. Nec Durandi argumentum vim habet; non enim ex materia,

Non ex qualibet forma, & materia fit vnum.

& qualibet forma, quæ primò, etiam diuinitus, materiæ aduenire potest, vnum fiet; sed ex materia, & forma eiusdem generis, hoc est, quæ ambæ sint in genere substantiæ, namque hæ solæ inter se ordinem, & proportionem ad vnum per se componendum sortiuntur. Itáque non vbicumque est vnus actus, ibi est vnum simpliciter, quia si huiusmodi actus, accidens sit, non fiet nisi vnum per accidens, quod non vnum, sed plura absolutè dicimus: si autem sit actus substantialis talem materiam suapte natura informans, ex eo, & materia vnum per se fiet.

Cap. 9. quæst. 6. art. 3.

Arist. lib. de au. cap. text. 7. Cap. 2. Met. 6. text. Th. 1. q. 7. a. 7. Alens. 2. q. 7. m. 2.

QVAESTIO V.

Vtrum quodlibet accidens diuina virtute alieno subiecto inhærere possit, an non.

ARTI

ARTICVLVS I.

Argumenta pro parte negatiua.

Sensus propositæ quæst.

CONSTITVTO accidentium subiecto, in quæstionem vocamus num per diuinam potentiam possit quodlibet accidens transferri à subiecto, in quo est, ad subiectum alienum, id est, ad subiectum, in quo non est, vel etiam denuò produci in subiecto, cui ex cõsueto naturæ ordine non competit. In negatiuam partem hæc sese offerunt. Quemadmodum accidens in commune essentialiter respicit substantiam in commune, ita & hoc accidens hanc substantiam singularem sibi propriam, cui ex ordine naturæ conuenit: sed accidens non potest esse extra subiectum, ad quod essentialiter refertur: quia iam respectum illum sibi intrinsecum amitteret. Nullum ergo accidens potest alieno subiecto inhærere. Item non minùs repugnat vnum accidens existere per alterius existentiam, quàm esse in subiecto alterius: vtrobique enim par difficultas occurrit; sed primum non videtur admittendum; ergo nec posterius. Tertiò, forma Socratis non potest informare materiam Bucephali: ergo nec accidentia illius, materiam huius; consectio videtur perspicua: quandoquidem accidentia, cùm insint per inhæsionem, magis pendent à proprio subiecto, quàm forma à materia. Antecedens probatur, quia compositum coagmentatum ex illa forma, & materia, nec esset Socrates; quia componeretur ex materia Bucephali, nec Bucephalus, quia constaret ex forma Socratis, nec verò esset aliud individuum alterius speciei, cum ea nulla sit, daretur igitur aliquod animal singulare sub nulla specie animalis contentum, quod nemo dixerit.

Primũ arg. pro parte negatiua.

2. Argum.

3. Argum.

Præterea, quod saltem accidentia materialia, & immaterialia non possint commutatis subiectis inhærere, ita videtur concludi. Sensibile, & insensibile, siue materiale, & immateriale sunt rationes generis: At hanc amitterent istiusmodi accidentia si commutatis subiectis inhærerent: ergo &c. Probatur assumptio; quia si accidens sensibile esset in subiecto immateriali, careret extensione partium, sine qua nihil sensum mouere potest; atque ita non iam maneret accidens sensibile. Item si accidens immateriale esset in subiecto sensibili, & extenso, obtineret extensionem; quia omne, quod in aliquo recipitur, necessariò conditionem recipientis sequitur: quare iam accidens immateriale maneret extensum, & sensibile.

4. Argum.

Deinde. Vt accidentia alicui subiecto per inhæsionem vniantur, debent inter se ordinem, & proportionem habere; atqui subiectum materiale nullum habet ordinem aut porportionem ad accidens spirituale: similiter neque subiectum immateriale ad materiale accidés, cùm sint omnino dissentanea, & alterius ordinis: nó possiunt ergo istiusmodi accidentia per inhæsionem iis subiectis vniri, eisque

5. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confirmatio argumenti. messe. Confirmaturque argumentum, quia sicuti ob defectum proportionis, & ordinis, forma cœli non potest, etiam diuina virtute, vt in libris de Cœlo diximus, informare sublunarem materiam, si ponamus hanc specie differre à cœlesti; ita ob eundemmet defectum nequibunt accidentia corporalia per inhæsionem copulari subiectis immaterialibus, aut è conuerso. Denique Angelus nullo modo potest informare materiam; vnde néque dum mouet cœlum, néque dum corpus assumit, eis vnitur tanquam forma informans, sed tanquam motor: ergo pari ratione néque forma accidentaria spiritalis vllo pacto poterit materiæ copulari.

Lib. 1. cap. 3. quæst. 6. ad 1.

6. Argum.

ARTICVLVS II.

Quid in re proposita sentiendum videatur.

POTEST hæc controuersia intelligi de accidentibus, quæ sunt idem re cum subiecto, vel de iis, quæ à subiecto realiter differunt. Item de accidentibus materialibus, vel immaterialibus; ac de vtrisque ita vt fiat cõparatio inter accidentia materialia, & subiecta materialia; & inter accidentia immaterialia, & subiecta immaterialia: vel ita, vt cõmutentur subiecta, & materialia accidentia cum subiectis immaterialibus; immaterialia cum materialibus conferantur.

1. Conclusi. Sit prima conclusio. Nullum accidens idem re cum vno subiecto potest in alio diuina virtute constitui. In hac conclusione nomine subiecti intelligimus tam subiectum inhæsionis, quàm denominationis, tam subiectum quod, quàm subiectum quo. Est autem eius veritas perspicua. Nam quæ sunt idem realiter, ita se habent, vt nequeat vtrumque disiungi ab altero (licet in horum nonnullis, id, quod est prius, interdum inueniatur sine posteriori, quoad eius formalem rationem, vt potentia generandi absque paternitate) si enim ambo ab se mutuò separata consisterent, necessariò essent diuersæ realitates, nec iam tale accidens, & subiectum idem re dici possent. Itaque nequit relatio creaturæ, quæ est idem re cum hac anima rationali, in alia anima constitui: nec figura, quæ est idem re cum hac quantitate, in alia quantitate poni.

Relatio creaturæ est idem re cum illa.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Quodlibet accidens materiale potest diuina virtute esse in quouis subiecto materiali, & quodlibet immateriale in subiecto, siue immateriali, siue materiali. Hæc probatur, quia si Deus cõseruat humanitatẽ in suppposito alieno, vt patet in mysterio incarnationis; & quantitatẽ extra omne subiectum, vt in diuina Eucharistia; certè non est, cur non possit conseruare istiusmodi accidentia in subiecto non suo: cùm inde nulla sequatur repugnantia, vt ex argumentorum solutione constabit. Aduerte autem bifariam intelligi posse immateriale accidens constitui in subiecto materiali. Vno modo, vt ponatur in eo indiuisibiliter, siue quia ponitur in vno aliquo dumtaxat puncto talis subiecti, alioqui extensi; siue quia

Lege Toletum lib. de anima. 2. Cap. 2. d. 3. q. 2. art. 2.

Duplex sensus propositæ conclusionis.

quia collocatur in eo subiecto redacto per diuinã potentiã ad indiuisibile sub puncto quantitatiuo, & positiuo: seu absque eiusmodi puncto. Altero, vt ponatur in subiecto extẽso, & eius quantitatẽ per accidens extendatur. Nostra ergo conclusio, de subiecto secundum priorem considerationem intelligi debet. Nam secundum posteriorem veri similius est nullum accidens spiritale posse recipi: etsi contrarium defendat, præter alios, Capreolus in 2. dist. 31. quæst. 1. art. 3. ad 1. contra 3. conclusionem admittens qualitatem spiritalem habentem intentionale esse, posse absolutè recipi in subiecto quanto. Probatur tamen nostra sententia ex eo, quia nihil potest tali modo recipi, extendique, nisi constet partibus entitatiuis extensionẽ subeuntibus: his autem nullum accidens spiritale constat, sicuti neque spiritalis substantia, cùm sint ex sua quidditate indiuisibilia. Nec verò eas partes diuina virtus conferre illis potest, sicuti neque puncto; alioqui à propria natura decideret. A qua tamen non decidet accidens extensum, si fiat actu inextensum in immateriali subiecto: adhuc enim ibi retinebit partes suas entitatiuas, etsi non extensas, sed ad punctum collectas: quemadmodum nec materia beneficio quantitatis per accidens extensa naturam propriam amittet, si remota quantitate ad indiuisibile reuocetur.

Probatio secunda conclusionis.

Tertia conclusio. Non omnia accidentia materialia possunt diuina virtute immateriali subiecto inhærere: quædam tamen possunt. Prior huiusce conclusionis pars suadetur. Nam quantitas (quod pari modo intellige de cæteris accidẽtibus, quæ idem re sunt cum quantitate, eamque secum intrinsecè deferunt, vt figura) nõ potest diuina virtute inhærere Angelo, aut animæ rationali: etenim licet quãritas (vt alibi docuimus) possit indiuisibili in ordine ad loci dimẽsionem respondere; facta tamen comparatione ad subiectum, cui inhæret, necessariò seruat extensionem; quia hæc ad eius essentiam pertinet, secundum quam extensionem non potest non subiectũ, in quo est, extendere; proindéque oportet tale subiectum habere partes entitatiuas substantiales, quæ per quãtitatem explicari, ac fundi queant: hæ verò, vt substantiæ materiali competunt (esto non nisi quantitatis beneficio actu extendantur, & ordinentur) ita immateriali, vti diximus, repugnant, vt lib. 5. Metaph. ex professo ostẽdemus. Quamquam verò proprium sit quantitatis extendere substantiam; tamen ea quoque accidẽtia, quæ sunt idem realiter cum illa, suo modo substantiam extendunt, non quidem per se, & ex officio, sed ob comitantiam quantitatis, cum qua eandem realitatem obtinent; ideóque asseruimus non solùm quantitatem, sed accidentia, quæ idem re sunt cum ipsa, nullo modo posse spiritali substantiæ inhærere.

3. Conclusio.

Lib. 4. Physi. cap. 3. quæst. 4.

Proprium officiũ quantitatis extendere substantiam.

Posterior pars eiusdem tertiæ conclusionis, qua volumus omnia accidentia, præter quantitatem, ac præter illa, quæ cum ea idem re sunt, posse diuina virtute in subiecto immateriali recipi, iisdem rationibus stabilitur, quibus secunda conclusio probata est; licet vtrãque neget Ioannes Maior in primo distinct. 17. quæst. 10. & Gabriel

Universidad de Deusto
Biblioteca

super Canonem lect. 44. argumentis parum efficacibus; quorum præcipua art. 1. retulimus. Sunt autem duæ proximæ conclusiones intelligendæ de accidentibus realiter distinctis à subiecto, vt prima conclusio declarat. In quibus aduerte non omnem prorsus extensionem alienam esse à natura substantiæ spiritalis, sed extensionem magnitudinis, cuius est coextendere per se subiectum. Nam extensio motus spiritalis, vt eius, quo interdum habitus iustitiæ continuo voluntatis conatu intenditur, & augescit; quia non subiectum, sed acquisitionem formæ, quæ successiuè acquiritur, coextendit, non est cur à substantiis immaterialibus remoueatur, vt alibi monuimus. *Lib. 3. Physic. cap. 2. quæst. 1. art. 2.*

ARTICVLVS III.

Occurritur primi articuli argumentis.

Solutio primi argumenti. RESPONDEAMVS nunc ad argumenta initio proposita: Ad primum, quidquid sit de veritate maioris propositionis, quæ alibi examinanda erit, neganda est minor, dicendúmque licet accidens ponatur à Deo in subiecto alieno, non ideò amittere respectum, & ordinem, quem suapte natura ad proprium subiectum vendicat: nec enim is pendet ab actuali inhærentia; sed, vtcumque res se habeat, semper eam comitatur.

Solut. 2. Ad secundum neganda est maior; quia existentia est purus modus rei, ab ea realiter indistinctus, infitus ac proprius, qui proinde nequit rem aliam modificare: at subiectum non ita se habet ad accidentia, quæ recipit.

Solut. 3. Ad tertium negandum est antecedens, cuius confirmationem facilè dissoluet, qui dixerit compositum illud nec debere esse Socratem, nec Bucephalum, vt probat argumentum; oportere tamen esse individuum contentum sub specie hominis, quia materia prima est eiusdem speciei in omnibus corporibus sublunaribus; forma autem particeps rationis trahit materiam illam ad constituendum compositū speciei humanæ. Nec figura equina impediet quominus individuum illud re vera homo sit; quia figura, aliáque similia accidentia, vt non constituunt quidditatem rei, neque illam absoluta, sed physica tantùm necessitate comitantur; ita neque essentiam variant, potestque res sine iis, vel ipsis immutatis diuina virtute conseruari, vt in Physicis diximus cum Argentinate in 3. dist. 5. quæst. 1. art. 1. Scoto in 4. dist. 10. quæst. 2. Bassolio dist. 12. quæst. 2. & aliis contra Henricum Gandauensem quodlibet. 7. quæst. 17. Ægidium in 1. dist. 23. quæst. 2. Soncinatem 5. Metaphys. quæst. 22. Maironium in 4. dist. 12. quæst. 8. Fatendum tamen est eiusmodi individuum communi loquendi vsu, & consuetudine non simpliciter appellari hominem ob defectum organorum, quæ nomen hominis quodammodo connotat.

Num cum externa effigie bruti possit humana species conseruari.

Lib. 1. cap. 3. quæst. 11. art. 4.

Solut. 4. Ad quartum admissa maiori propositione negādum est accidentia illa commutatis subiectis rationem sui generis amissura; quia licet accidens materiale in immateriali subiecto extensione partium, quantitatis beneficio exhibita carere oporteat, proindéque in eo statu sub sensuum facultatem cadere non debeat: haud proinde tamen definet esse accidens natura sua sensibile: cùm non omnia, quæ actum impediunt, potentiam adimant; quod intellige de potentia remota essentiam rei perpetuò comitante. Ita verò albedo in Angelo posita, esto, prout in Angelo est, careat potentia proxima, vt sentiatur; quia sic re ipsa mouere sensum nequit: adhuc tamen ad id potentiam remotam seruat, quatenus suopte ingenio, & in subiecto naturæ suæ conuenienti ac debito, agere in sensum poterit. Pari modo accidens spiritale in materiali subiecto, adhuc erit immateriale, id est, suapte natura conueniens spiritali subiecto: & verò nec erit sensum mouens; tum quia nihil, nisi actu extēsum, agit per contactum, & sui imaginem in sensuum organa transmittit: tum quia accidentia spiritalia quocúmque modo se habeant, non continentur sub obiecto sensuum, atque vt nec sonus videri potest, nec color audiri: ita nec illa sentiri queunt.

Consule Durandū in 4. d. 12. qu. 1.

Accidēs materiale in immateriali subiecto adhuc dicitur natura sua sensibile.

Ad quintum concedendum est, vt accidentia alicui subiecto per inhæsionem vniantur, debere inter illa aliquem dari ordinē, & proportionem accommodationis; sed cùm hæc vnio non nisi diuinæ virtutis opera effici possit, vt à Deo fiat sufficere accommodationem secundum potentiam obedictiariam, qua inter se iungi queunt omnia, ex quorum copulatione nexuve nulla contradictionis implicatio existit. Quæ non sequitur ex vnione prædictorum accidentium, cum illis subiectis, quantumlibet inter se naturæ conditione dissentiant: sequeretur tamē si forma cœlestis informaret materiam inferiorem, & cum ea in vnius compositi substantialis naturam conueniret: esset enim eiusmodi compositum, ac non esset vnum per se: esset, quia ita dicitur: non esset, quia vnum per se in natura substantiali non constat, nisi ex substātiis ad id per se ac suopte ingenio coordinatis. Sicut enim vnum per se magis est vnū, quàm vnum per accidens; ita ad condendū vnū per se plura requirūtur, quàm ad vnū per accidens. Quo fit vt licet accidentia possint informare subiectū, quod ad ea recipienda naturalem potentiam, & inclinationem non obtinet: forma tamen cœlestis materiam sublunarem informare nequeat. Tandem ad id, quod de Angelo obijcitur, dicendum non posse Angelum vnire materiæ per inhæsionem, quia id repugnat naturæ substantiali, vt progressu ostendemus; nec vnquam formam substantialem ad constituendum compositum vnius naturæ per se, quia, vt iam alibi diximus, nullo pacto id conuenire potest enti completo, & perfecto in sua specie, cuiusmodi est Angelus. Patet autem non eodem modo se habere formam accidentariam spiritalem respectu materiæ, quo Angelus, illa enim per inhæsionem coniungitur subiecto, & non faciet vnum per se, sed per accidens cum materia.

Forma cœlestis nequaquam potest informare materiā sub lunarem.

Solut. 6.

V. Lib. 2. de cœl. cap. 3. q. 5. art. 4. lege etiam Scotū in quodl. q. 9.

QVÆ

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO VI.

Possit ne accidens diuina virtute conseruari extra subiectum.

ARTICVLVS I.

Quæ argumenta probare videantur non posse.

Primum argumentum. IN partem negatiuam hæc se offerunt argumenta. Id, quod fieri non conuenit, non potest fieri à Deo, qui summa prudentia, & sapiẽtia omnia operatur; sed non conuenit poni accidentia extra subiectum; non possunt ergo extra subiectum à Deo poni. Minor probatur, quia si accidentia sint extra subiectum, dabitur occasio errandi sensibus. Nam cùm externa accidentia sint naturalia signa latentis substantiæ (vnde philosophi per accidentia in substantiarum cognitionem venere) vtique sensus communem, & ordinariam naturæ legem secuti iudicabunt sub esse accidentibus separatis substantiam, cùm re vera non subsit.

2. Argum. Secundò, Deus non potest rerum naturas euertere; atqui euerteretur accidentium natura, si per se cohæreant extra subiectum; non possunt ergo extra subiectum esse. Probatur assumptio, quia vt docet Aristoteles 5. lib. Metaphy. c. 30. text. 35. accidẽtis esse est inesse, & accidens natura sua est ens alterius, id est, substantiæ, sicuti substantia, est ens per se, vt ex vtriusque definitione constat. Quare vt substantia à natura sua decideret, si esset in alio, vt in subiecto; ita & accidens, si per se existat extra subiectum.

3. Argum. Tertiò, Vt in libro de causis dicitur, intelligentiæ sunt finitæ versus partem superiorem, infinitæ versus inferiorem; quia videlicet à Deo, vt à superiori, & prima causa suum esse accipiunt, quod proinde ad mensuram recipientis finitum, limitatúmque est: & tamen eædem, cùm non sint formæ in materia, minimè finiuntur, aut terminantur ad capacitatem alterius naturæ recipientis. Pari ergo modo accidentia, si non sint in subiecto, assequentur infinitudinem quandam versus partem inferiorem more substantiarum materiæ expertium: hoc autem non est admittendum, sequeretur enim accidentia ob illam infinitudinem manere extra naturæ suæ terminos: non igitur accidentia extra materiam esse possunt.

4. Argum. Quartò, Hic candor sortitur rationem singularitatis à subiecto, in quo est, ab eoque natura candoris ad certum gradum, qui pluribus communicari nõ possit, definitur: ergo si hic cãdor extra omne subiectum, id est, extra substantiam, & quantitatem consistat, non erit quid singulare, sed commune, quasi vna ex ideis, quas Aristoteles in disciplina Platonica, vt figmenta quædã naturæ, impugnauit.

Confutatio responsionis. Neque obstat quod quantitas extra subiectum conseruetur à Deo cum propria singularitate; quia quantitas inter cætera accidentia id habet propriũ, vt per se indiuiduetur, quatenus positio, quæ est ordo partium in toto, in eius ratione includitur; vbi autem concipitur diuersitas partium eiusdem speciei, necesse est indiuiduationem intelligi. Vnde est quod plures candores concipi non possint nisi vt sunt in diuersis subiectis; possint tamen multæ lineæ, quamquam secundum se considerentur, propter situs diuersitatem, quæ etiam diuersitas sat est ad contribuendam singularitatem materialibus accidentibus, quæ in quantitate fundantur, quatenus in ea, etiam extra materiam, cõseruatur radix indiuiduationis. Quo iam liquet esto quantitas extra substantiam conseruari queat, tamen saltem qualitatum naturæ repugnare extra substantiam, & quantitatem poni.

Cap. 3. quæst. 1. art. 2. Quintò, Nec motus localis potest esse extra quantitatem rei motæ, cùm ab ea re ipsa non differat, vt libro tertio Physicorum decreuimus, nec item passio sine eo, quod patitur, cùm sit actus patientis; & ex consequenti neque actio, quæ est idem re cum passione; nec denique relatio creaturæ sine re creata, & omnino relationes absque iis subiectis, cum quibus idem re sunt: ergo saltem hæc accidentia nequeunt per se diuinitus conseruari. *1. Argum.*

Sextò, Magis repugnat esse accidentia sine subiecto, quàm subiectũ sine accidentibus; cùm magis dependeat posterius à priori, quàm prius à posteriori; sed quædã sunt accidentia, sine quibus subiectum esse nequit: Ergo eiusmodi accidentia multo minus extra subiectum esse poterũt. Minor suadetur, quia res non possunt consistere absque suis natiuis proprietatibus, vt homo sine facultate ad ridendum, & ad capessendas disciplinas: tum quia hæc certo, & ineuitabili quasi partu naturæ proueniunt, tum quia alioqui fieri etiã à Deo posset, vt id, quod vni naturale est, non sit ei naturale. Id verò quàm sit absurdum ex eo constat, quia sicuti repugnat mutari naturã, ita repugnat non congruere naturæ, quod ei antea congruebat. *6. Argum.*

Postremò, Aristoteles lib. 1. Physicorum cap. 4. à text. 39. reprehendit Anaxagoram, quòd asseruerit mentem rerum omnium procreatricem fuisse conatam secernere à subiectis affectiones, vt habitus, colores, aliáque id genus, quæ tamen nullo pacto secerniqueunt. Id quod etiam ibidem ex eo confirmat, quia alioqui daretur album, aut sanum, (separata nimirum albedine, & sanitate à subiectis) quod de nullo diceretur. Putat ergo Aristoteles non posse accidentia extra subiecta, quibus insident, à Deo collocari. *7. Argum.*

ARTICVLVS II.

Certum esse, posse diuina virtute conseruari accidentia extra subiectum.

Per vim naturæ accidẽs extra subiectũ ponere. IN hac disceptatione non defuerunt, qui affirmarint posse accidens naturæ viribus absque omni subiecto esse, vt Auicebron Maurorum princeps in libro Fontis vitæ, & ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anicenen. Pythagoras. Plato. Sed refellun-tur.

antiquioribus nonnulli, veluti Pythagoras, qui posuit numeros re ipsa per se cohærentes, quales Mathematici sola consideratione à materia abiungunt. Item Plato, qui, vt eius dogma interpretatur Aristoteles, asseruit quantitatem dimensiuam, vt cæteras formas exemplares siue ideas, existere extra omnem substantiam. Sed hos refellit communis sensus, consensúsque philosophorum; & conditio, ad natura ipsa accidentium, quæ ob tenuitatem sui esse ita pendent à subiecto, vt neque extra illud produci, neque conseruari, nisi ab eo fulciantur, possint. Hac ergo sententia reiecta, tota præsens disquisitio non de vi causarum naturalium respectu accidentium, sed de potentia diuina est.

Conclusio.

Sit verò conclusio, de qua Christiano Philosopho dubitare non licet, posse Deum conseruare accidentia extra subiectum. Hæc con-

Concil. Constanti. Lateran. Tridentinũ. De consecr.

clusio stabilitur auctoritate Ecclesiæ Orthodoxæ, quæ in Concilio Constantiensi Sessione 8. & in Lateranensi sub Innocentio 3. cap. Firmiter, & in Tridentino Sessione 13. Can. 2. & de consecratione distinct. 2. Can. Species, & Can. Nos autem; aliisque in locis docet in mysterio Eucharistiæ peracta consecratione manere diuina virtute accidentia panis, & vini extra subiectum. Quod etiam tradidere Pa-

Perrus Soto de Eucha. lect. 6. Alensis. lib. 4. Alanus c. 17.

D. Gregor. Cyrill. Alex. Ieros. Aug. Theoph. Mac. Innoc. Hugo.

tres, D. Gregorius in homil. Paschali, Cyrillus Alexandrinus homil. de cœna Dominica, Ieroſolymitanus catechesi 4. D. Augustinus apud Prosperum lib. sententiarum, Theophylactus Ioan. 6. Macharius Ægyptius homil. 27. Innocentius lib. 4. cap. 34. Hugo de Sacramentis lib. 2. parte 8. Quod vberiùs explicant doctores Theologi in 4. dist. 11. & D. Thomas 3. p. quæst. 77. & in opusc. 59. Alensis 4. p. quæst. 10. m. 7. art. 1. Vualdensis to. 1. de Sacram. à cap. 76. Turrianus in priori parte tractatus de Euchar. cap. 5. à quibus refutantur, conuincunturque Vuithclephus, & Oecolampadius, aliique eiusdem farinæ homines propositæ conclusionis veritati temerè aduersantes, aientésque nos dum asserimus conseruari diuinitus accidentia extra subiectum, commune ius naturæ, ordinémque violare, cùm natura rerum ita à Deo ordinata sit, vt si auferantur substantiæ, accidentia deperire, & in nihilum redigi oporteat. Certè hi dum naturæ patroni esse volunt, veritatis desertores fiunt, ipsique naturæ principi, & rerum omnium auctori Deo iniuriam faciunt, eum ita naturæ decretis subiicientes, vt nihil supra vsitatum rerum cursum ab ipso fieri posse contendant.

Probatio cõclus. ex D. Thom.

Probat autem propositam conclusionem D. Thomas lib. 4. contra gent. cap. 65. & 3. p. quæst. 77. art. 1. quia idem iudicium ferendum est de rerum productione, & de earum conseruatione; diuina autem virtus potest effectus causarum secundarum sine ipsis causis secundis producere, sicuti potuit hominem efformare absque semine, & valetudinem ægrotis tribuere absque naturæ opera, ob suæ virtutis infinitatem; & quia ipsis causis secundis agendi vim impertit; magisque dependent effectus à prima causa, quàm à secunda. Quare & causarum secundarum effectus absque ipsis conseruare, atque adeò

& acci

& accidentia absque adminiculo substantiæ per se fulcire, & sustinere poterit. Aduerte autem cum D. Thomas ait posse virtutem diuinam effectus causarum secundarum sine ipsis causis secundis producere, non esse id intelligendũ de causis materialibus, & formalibus, quæ absoluta necessitate concurrunt ad effectus; vt materia, & forma ad totum componendum; sed de iis, quæ ad illos physica tantùm necessitate requiruntur. Quo modo concurrit ignis in genere causæ efficientis ad generandum ignem, & quælibet substantia in genere causæ materialis ad sustentanda sua accidentia, & forma in genere causæ formalis extrinsecæ ad actuandam materiam primám: etsi

Quæ causa sint effectus possit Deus se solo producere, aut conseruare.

Lib. 1. Physi. c. 9. q. 6.

hunc concursum non putarit D. Thomas posse diuina virtute supleri, ita vt materia valeat absque actu formæ consistere.

Sciendum verò, licet fide cõstet accidentia panis, & vini in diuina Eucharistia extra subiectum manere: esse tamen controuersiam inter Theologos quæ nam accidentia non solum extra substantiam, sed etiam extra quantitatem per se diuinitus conseruari queant. Nam Ægidius theoremate 35. & Argentinas in 4. dist. 12. q. 1. art. 1. aliíq; nonnulli id solis permanentibus concedunt, quod putent successiua necessariò includere subiectum, saltem minus principale, quod est quantitas. Præterea Ægidius à theoremate 36. vsque ad 39. & in libro de esse & essentia quæst. 11. & Herneus quodlib. 8. q. 3. & quodlibet. 11. quæst. 29. aliique è sectatoribus D. Thomæ arbitrantur non posse qualitatem extra substantiam & quantitatem à Deo poni. Cui sententiæ adstipulatur D. Thomas libro 4. cõtra gent. c. 64. & quodlibet 7. art. 10. vbi negat posse plures candores concipi extra omnem dimensionem, adductus quarto superioris articuli argumento: etsi ipsum aliter interpretari conentur Capreolus in 2. dist. 3. q. 1. art. 3. & Sotus in 4. dist. 10. quæst. 2. art. 2. Nobis tamen asserendum videtur omnia accidentia, quæ à substantia re ipsa distinguuntur, posse extra substantiam; & omnia, quæ re ipsa differunt à quantitate, posse etiam extra quantitatem diuina virtute conseruari. Huiusce assertionis veritatem probat communis illa ratio, quod non sit diuinæ potestati subtrahendum id, ex quo nulla contradictionis repugnantia sequitur, quo modo se habet prædictorum accidentium conseruatio extra subiectum: præsertim cùm accidẽtium quidditas non sit inhærere actu in substantia, vel quantitate, sed ad ea respectu transcendenti referri.

Quæ accidẽtia possint à Deo conseruari extra subiectum.

Priuatim verò quod non repugnet qualitatem, vt colorem, vel lucem extra subſtantiam, & quantitatem diuinitus seruari, vt probè asserunt Scotus in 4. dist. 12. quæst. 2. Durandus quæst. 1. Paludanus quæst. 2. art. 2. Sotus dist. 10. quæst. 2. art. 2. Capreolus in 4. dist. 12. quæst. 1. Marsilius quæst. 9. Ferrariensis 4. contr. gent. cap. 65. & alij hunc in modum concluditur. Non magis, quin potiùs minùs pendet calor à quantitate, quàm à materia quantitas, ergo sicut quantitas sine materia, ita & qualitas sine quantitate esse poterit. Antecedens probatur, quia quantitas pender à subſtantia tanquam à

Posse qualitatem cõseruari diuinitus extra omne subiectũ.

Probatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

subiecto simpliciter ac principali, calor verò à quantitate, vt à subiecto secundum quid, ac minus præcipuo, à quo proinde minorem esse dependentiam oportet. Accedit ad arguméti confirmationem testimonium D. Basilij homil. 2. & 6. de opere sex dierum, vbi docet lucem solis fuisse creatam prima die, mansisseque absque vehiculo, & sede, subiectovè tribus diebus, ac tandem quarta die conditum solem, eidemque lucem illam primigeniam insitam fuisse. Quibus similia scripsit etiam D. Damascenus lib. 2. de Fide Orthodoxa. cap. 7. Gregorius Nazianzenus in oratione de nouo die dominico, Theodoretus in quæst. super Genesim quæst. 14. & 16. Burgensis in additionibus ad primum caput Geneseos, Lynconiensis in idem caput, Vualdensis lib. primo de Sacramentis cap. 77. Porrò horum auctorum testimonia adduximus non quòd putemus lucem extra omne subiectum primò diuinitus fuisse creatam; sed vt eorum auctoritate refellamus eos, qui id fieri posse negant; cumque fateantur posse manere quantitatem extra substantiam, reque ipsa manere in Sacra Eucharistia; contendunt tamen non posse qualitatem diuina virtute, etiam extra quantitatem seruari. Iam verò quod ens successiuum Dei potestate queat poni extra subiectum, à quo realiter differt, ex eo ostenditur, quia non repugnat calorem, quem Deus potest extra omne subiectum constituere, ab eodem per continuum motum augeri, atque adeò existere continuum motum calefactionis, qui ens successiuum est, extra substantiam, & quantitatem.

D. Basilius.

D. Damasc. Theodor. D. Greg. Naz.

Posse ens successiuum diuinitus poni extra subiectum.

ARTICVLVS III.

Argumentis initio adductis nihil contra ea, quæ proximo articulo asserta sunt, confici.

Solut. 1. argumenti.

DILVENDA nunc sunt argumenta initio proposita, quorum explicatione, ea, quæ diximus, illustriora euadēt. Ad primum cōcessa maiori negāda est minor, & ad eius confirmationem dicendum accidentia, etiā separata, esse naturalia signa substantiæ, atque ita adhuc significare naturaliter latere substantiā, nisi circa illa præter ordinariā legem, cursumque naturæ Deus aliquid moliatur. Itaq; signis ipsis nulla inest falsitas. Quod si quis absque vlla limitatione, saltē implicita, absolutè iudicet subesse illic substantiam, is quidem decipietur; at non signorum vitio, aut quod ei errandi occasio data sit à Deo, qui in eo miraculo id, quod conueniēs est, præstat: sed propria temeritate, aut miraculi ignorātia. Et verò illos, qui cælesti disciplina imbuti sunt, in diuinæ Eucharistiæ mysterio fides haud quaquam sinit hallucinari, intellectum erudiens, docensque non subesse illis accidentibus substantiam.

Accidentia extra substantiā quo pacto sint naturalia eius signa.

Solutio 2. argum.

Secundi argumenti maior propositio vera est; sed falsa assumptio: nec eius probatio robur habet. Namque accidentis quidditas non est in esse actu substātiæ; nec esse actu ens alterius, hoc est alteri inhærens;

inhærens; sed esse id, cui secundum ordinariam naturæ legem conuenit non existere per se, sed inhærendo alteri. Aduerte tamen accidens imitationem quandā habere substantiæ, cum extra subiectum ponitur non quod tunc amittat existentiam accidentis, & acquirat subsistentiam, siue existentiam substantiæ; quicquid velit Alensis 3. part. quæst. 40. m. 1. art. 1. ad 6. Nam cùm existentia sit purus modus, ac proprius cuiusque rei, eidémque intrinsecus, vt supra docuimus, qui proinde rem aliam modificare nequit; certè nullo pacto aut existentia substantiæ, accidentis; aut existentia accidentis, substantiæ accommodari poterit: alioqui eadem res esset accidens, & non esset, sumiturque esset substantia, & non esset substantia. Eatenus ergo accidens extra subiectum, imitari substantiam dicitur, quatenus accidens manet per se, id est, non fultum ab aliqua substantia, cui inhæreat.

Scotus in 3. d. 2. q. 1. art. 1. Gab. ibidē Ochamus q. 9. post Orig. 2. Periar. c. 6. Damasc. lib. 3. Fid. c. 11. Basil. homil. 25.

Existentia vnius rei nequit alteri aptari.

Quod igitur in argumento opponebatur, videlicet futurum vt accidens propriam naturā amitteret, si per se esset, quemadmodum & substantiæ sua deperiret, si alteri inhæreret: id quidem partim verum est, partim falsum. Verum, si esse per se sumatur pro existere per existentiam substantiæ: id enim ita repugnat, vt salua & incolumi rei quidditate stare non possit, ob rationem paulo ante adductam. Falsum, si accipiatur esse per se, pro non inhærere actu.

Repugnat existere accidens per existentiam substantiæ.

Adhuc tamen quæstio est vtrum vt accidens non inhærendo actu, retinet diuinitus propriam naturam, quia etiā tunc seruat aptitudinem, & propensionem ad inhærendū: ita & substantia non existendo per se, sed inhærendo in subiecto, naturam suam conseruare queat, quia licet actu non existat, per se, potest tamen suopte ingenio ita existere. Gabriel lect. 44. in Canonem, haud omnino à parte affirmatiua abhorret; sed negatiuam approbat communis sententia, in qua tamen explicanda illius assertores non conueniunt. Sunt qui dicant ideo substantiam inhærere non posse, quia inhærere est effectus formalis accidentis, qui proinde sine accidente neutiquam dari potest. Sed hi non omnino satisfaciunt; quia inhærere non est effectus formalis accidentis, sed inhærentiæ. Quare dicendum potiùs congruenter iis, quæ suprà annotauimus, ideò substantiam non posse inhærere, quia inhærentia est purus modus existendi ipsius accidentis sic illi propriùs, vt implicet contradictionem modificare substantiam, cùm sit incapax talis modi: esset enim, ac non esset substantia, vt ante argumentabamur.

Dubium.

Responsio Gabrielis.

Germana Solut.

Verùm cōtra superiora obiiciat aliquis, subsistentia est proprius modus naturæ; & tamē potest alteri cōmunicari, ita vt per eam aliena natura subsistat: ergo quamuis existentia sit modus rei, nihil impediet, quominus rem aliā modificet. Secundo, natura humana existens in supposito diuino caret propria subsistentia: ergo res aliqua absque modo illi propriò, & realiter indistincto, conseruari potest.

Obiectio 1.

2.

Priori obiectioni occurrendum, si loquamur de subsistentia diuina, eam non esse modum. Si de creata, modum quidem esse: non

Refutatio 1. obiectionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen modum parum, vti est existentia. Nos verò non asseruimus ideò existentiam vnius rei non posse alteri communicari, quia est modus rei; sed quia est purus modus illi proprius, & intrinsecus; vt suo loco planiùs, ac pleniùs explicãdum erit. Adde probabilius esse subsistentiam creatam non posse alienæ naturæ communicari, ita vt per eam subsistat, & suppositetur, vt docet D. Thomas 3. part. qu. 3. art. 1. Caietanus ibidem, Durandus in 3. sentent. dist. 1. qu. 5. Paludanus quæst. 1. art. 2. Sotus in 4. dist. 9. qu. 2. artic. 2. aliique D. Thomæ sectatores. Item Henricus quodlib. 11. quæst. 10.

Refutatio 2. obiectionis. Posteriorem obiectionem facilè diluerit, qui similiter dicet posse naturam conseruari sine propria subsistẽtia, quia hæc non est purus modus, vt existentia. Quod si quis adhuc vrgeat accidens conseruari diuinitùs extra subiectum absque inhærentia, quæ est purus modus existentiæ ipsius accidentis. Respondendum erit modum illum, quem inhærentia addit existentiæ, non esse purum modum existentiæ simpliciter intrinsecum rei; de quo tantùm in præsentia loquimur; siquidem importat ordinem ad extrinsecum, videlicet ad subiectum; ideoque nihil mirum si existentia accidentis sine illo modo per diuinam potentiam retineri valeat: nec tamen res sine propria existentia conseruari queat. Accedit quod cùm amissa existentia, res pereat, atque omnino esse desinat, fieri non potest vt res, amissa existentia, conseruetur.

Solut. 3. arg. primi art. Triplex genus formarum. Pro solutione tertij argumenti aduertendum tria esse formarum genera. Est enim quædam forma, quæ est ipsum esse simpliciter; quia nec accipit esse ab alia causa superiori, nec recipitur in aliquo inferiori, & hæc forma est Deus, qui iccirco omni ex parte, ac modis omnibus absolutam infinitatem obtinet. Aliæ formæ sunt, quæ accipiunt aliunde esse, & non recipiuntur in materia, nempe intelligentiæ à corporum concretione abiunctæ, quæ partim dicuntur infinitæ, partim finitæ, vt in argumento explicatur. Aliæ denique sunt formæ vndequáque finitudinem habentes: quæ & esse hauriunt à causa superiori, & in materia, siue subiecto excipiuntur: istiusmodi sunt omnia accidentia, & formæ substantiales materiam informantes. Licet autem vniuersæ formæ tam secundi, quàm tertij generis re ipsa terminatam, ac certis limitibus concluſam naturam habeant: tamen quæ à materia, & subiecto liberæ sunt, dicuntur quodammodo infinitatem adipisci; quia earum perfectio ad mensuram, modúmque recipientis non circunscribitur, & terminatur. Sed neque hanc qualemcunque infinitudinem simpliciter obtinebunt accidentia extra subiectum; quia tametsi non limitentur actu à substantia recipiente, debetur tamen eis ea limitatio, retinentque ad eam, infitam aptitudinem; quo fit vt nequaquam dici queant extra propriæ essentiæ terminos diuagari.

Solut. 4. Ad quartum dicimus hunc candorem non indiuiduari per subiectum, sed per differentiam singularem sibi intrinsecam, quam, etiam extra substantiam, & quantitatem retinet. Quare non erit candor extra

extra omne subiectum, commune quid, velut idea Platonica, vt D. Thomas censuit quodlibet. 7. art. 10. Sed erit indiuiduum categoriæ qualitatis; poterúntque plures candores concipi, si Deus plures extra omne subiectum conseruare voluerit. Neque placet discrimen illud inter quantitatem, & qualitatem quoad principium indiuiduationis: vtraque enim ex differentia sibi interna, & incommunicabili singularitatem accipit, vt lib. 5. Metaphysicæ differemus. *De qualitate extra omne subiectũ.*

Ad quintum, fatendum est lationem physicam non posse dari sine quantitate, & vniuersim ea, quæ sunt idem re cum subiectis, non posse extra subiecta diuinitus constitui, vt supra monuimus. In quo numero censetur relatio creaturæ ad creatorem, & omnino respectus cum suis fundamẽtis comparati; & tam actio, quàm passio collatæ cum rebus, quæ per actionem producuntur. Siquidem omnis actio est idem re cum termino, & passio non distinguitur realiter ab actione; cùm ambæ simul concurrunt. Et verò potest dari actio extra omnem substantiam, & quantitatem; si nimirum Deus separatum ab his calorem producat, quod fieri potest. In quo euentu num danda sit actio sine passione controuersia est alibi à nobis ex professo tractanda. Responderi tamen interim potest, neque tunc dandam actionem sine passione; eadem enim caloris productio, vt progreditur à Deo, dicetur actio; vt in ipsomet calore recipitur, passio vocabitur. Nec mirum quòd calor suæ productionis subiectum fiat, cùm Angelus actionem, qua creatur, recipiat, vt superiùs diximus. Quamuis illud in calore maiorem ingerat difficultatem, quòd calor dicatur recipere, cùm alioqui non fit subiectum natura sua aptum ad recipiendum, sicuti est Angeli substantia. Verùm id totum ad diuinæ potentiæ vim referri debet. *Solut. 1.* *Possit ne dari actio sine passione.*

Postulat Sextum argumentum vt explicemus num subiecta possint absque suis proprietatibus, à quibus realiter differunt, virtute diuina conseruari. Quod non possint opinio est Capreoli in prima distinct. 3. quæstione 3. & distinct. 4. quæst. 1. Caietani 1. part. quæst. 54. artic. 3. & ad cap. 7. libri de ente, & essentia, Soncinatis libro octauo, Metaphys. quæstione prima, idémque nominatim de substantia materiali respectu quantitatis asserit Heruæus quodliber. 8. quæstione 3. Adducuntur autem hi, aliique eiusdem partis defensores ea potissimùm ratione, quòd, vt argumento obiiciebamus, eiusmodi proprietates naturali fluxu ab essentia dimanent. Contraria tamen sententia vera est, cùm negari non debeat, quantumuis loco citato repugnet Capreolus, & Caietanus, quoties duo aliqua inter se realiter distincta ita sunt affecta, vt neque vnum ex altero componatur, sicut totum ex partibus; neque alterum contineat totam alterius essentiam, vt materia & forma vnitæ essentiam compositi Physici; posse vtrumuis ab altero seiungi, quandoquidẽ nulla inde contradictionis repugnantia existit. Hanc partem secutus est præter alios Ferrariensis ad c. 65. lib. 4. contra gentes, pro eademque steriisse contendit S. Thomam 1. part. quæstion. 66. aliisque in locis: *Dubium.* *Sententia quorundã.* *Dubij explicatio.*

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui tamẽ quæstione vltima de spiritalibus creaturis, & in quæstionibus de anima quæstione 12. ait subiectum existere sine propria passione, nec possibile esse, nec intelligibile.

Solut. 6. His positis ad argumentum respondendum est, licet ordinariè ex se maius sit conseruare accidentia extra subiectũ, quàm subiectum sine accidẽtibus; neutrum tamẽ contradictionis repugnantiã inuoluere, nisi interueniat identitas vnius cum altero, tunc enim nequit vtrumuis ab altero seperari. Deinde ad reliquam eiusdem argumenti confirmationem dicendum, esto proprietates necessitate physica dimanent ab essentia; posse tamen diuinitus impediri subtrahente Deo generalem, communemvè concursum, quo ad earum ortum siue emanationem, vnà cum subiectis è quibus fluũt, concurrit. Nec proinde concedendum fieri posse, vt id, quod alicui naturale est, naturale ei non sit, vti probat ratio in argumento adducta: præsertim cùm inter proprietates secundum suam entitatem à propriis subiectis diuulsas, & inter earum subiecta per mansura sit naturalis conuenientia, cuius merito adhuc Socrates, exempli gratia, intellectrici vi destitutus, suopte ingenio particeps intellectus dicetur.

Qua necessitate proprietates ab essentia dimanent.

Solut. 7. Vltimo argumento concedendum est Aristotelem negare eo loco posse mentẽ diuinam separare accidentiã à subiecto. Quod eius dictum erit fortasse, qui explicare velit de potentia Dei ordinaria, non de absoluta, ad quam miraculorum editio spectat. Verùm huic interpretationi obstat, quod Aristoteles nullam videtur in Deo agnouisse potentiam, præter ordinariam. Quin vero in nulla parte Philosophiæ turpiùs errauit, quàm in ea, quæ de diuina potentia est; cùm asseruerit Deum necessitate naturæ mundum procreasse, nec posse alium mundum, aliamvè materiam primam producere, vt colligitur ex iis, quæ ab illo tradita sunt lib. 8. Physicor. cap. 1. text. 7. & cap. 6. text. 52. & lib. 1. de Cœlo cap. 9. text. 95. Quod verò contra Anaxagoram obiiciebat, futurũ nempe si accidens esset extra subiectum, vt album, & sanum de nullo dicerentur, facilem habet explicationem. Si enim album, & sanum concretè vsurpentur, vt ipsa nomina præseferunt, negandum erit positis accidentibus extra subiecta fore vt esset album, & sanum, quod de nullo enunciarentur; nec enim tunc existerent album, & sanum: quandoquidem important accidentariam formam, eiusque formalem effectum subiecto communicatum, qui effectus extra subiectum dari non potest, cùm subiectum ipsum inuoluat. Quod si album, & sanum accipiantur abstractè, nimirum pro albedine, & sanitate, tunc fatendum posse hæc dari, etsi in nullo subiecto insint, aut de eo dicantur; ex quo tamen nulla sequitur contradictio.

Aristotelis error circa diuinam potentiam.

De hac re nostris comment. lib. Physi. quæst. 3.

QVÆ

QVÆSTIO VII.

Quidnam accidens amittere, aut acquirere debeat, vt diuinitus extra subiectum maneat.

ARTICVLVS I.

Quid circa vtranque partem controuersiæ sentiendum videatur.

IN accidente, quod ad priorem quæstionis partem attinet, hæc considerandа occurrunt. Relatio transcendens ad substantiam, aptitudo vt in substantia existat, actualis inhærentia in eadem, itémque existentia, & relatio vnionis. Igitur dum accidẽs diuina virtute constituitur extra substantiam, non amittit respectum transcendentem ad illam, cùm in hoc eius essentia consistat; nec item aptitudinem, vt substantiæ inhæreat, quia eiusmodi aptitudo nihil est aliud, quàm non repugnantia nexu prorsus indissolubili consequens naturam accidentis, sicuti & aliæ proprietates negatiuæ. Quod verò ad actualem inhærentiam spectat, duo ab ea importantur, existentia videlicet, & talis existentiæ conditio, modúsve: quia nimirum id, quod inhæret, existit in aliquo vt in subiecto, à quo actualem dependentiam inhæsiuam habet. Si ergo nudam existẽtiam spectemus, dicendum eam non amitti ab accidente extra subiectum posito; quia existentia non distinguitur, nisi vt modus rei ab eo, cuius existentia est: sicque re superstite, & incolumi semper manet. Quod si de modo existentiæ sermo sit, planũ est de perdi tunc illum ab accidente: cùm iam non actu pendeat à substantia. Vnde etiam patet quid de relatione vnionis pronuntiandum sit. Nam vbi primùm accidens à substantia disiungitur, nemo ignorat dissolui continuò prædictum respectum, qui ex mutuo vtriúsque nexu, & copulatione resultabat.

Quid importetur nomine actualis inhærentiæ.

Num verò oporteat accidens, vt extra subiectum conseruetur, aliquod nouũ esse acquirere beneficio diuinæ virtutis ipsum immediatè sustentantis, quæstio est, cuius partem affirmatiuam sequuntur Henricus Gandauensis quodlibet. 4. quæst. 7. & 16. & 36. & quodlibet. 8. quæst. 36. & quodlibet. 10. quæst. 8. Ferrariensis 4. contragent. cap. 66. Caietanus 3. p. quæst. 77. art. 1. & alibi asserentes Deum per actionem, qua tunc quantitatem quasi manu tenet, contribuere illi nouum esse, ratione cuius existat vt quod, fiatque idoneum subiectũ ad reliqua accidentia materialia suscipienda. Huius opinionis præcipua ratio est, quia quantitas vi propria, & suopte ingenio non potest sustinere accidentia: cum id sit officium substantiæ: quare si à Deo cùm suo tantùm esse conseruetur, nec illi quicquam amplius adiiciatur, non poterit in se accidentia recipere, aut sustinere.

Num accidens debeat acquirere nouum esse extra subiectũ.

1. Opinio.

2. Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Ratio. Secundò, Idem confirmari poterit hunc in modum. Accidentia seruata in quantitate extra substantiam exhibent effectus, quos præstarent, si adhuc interuentu quantitatis eidem substantiæ inhærerent, vt in speciebus diuinæ Eucharistiæ experientia docet. Vel igitur ad hos effectus edendos supplet Deus causalitatem, influxumque substantiæ operantis per huiusmodi accidentia: vel conferreis ad operandum nouum esse, nouámque virtutem. Primum non videtur dandum, ne tot cumulentur miracula; ergo posterius, quod facilius compendiosiúsque est. *3. Ratio.* Tertiò, Deus conseruat quantitatem extra subiectum non ingenere causæ materialis, sed efficientis, vt est communis Theologorum doctrina; conseruat ergo illa per aliquam actionem; ea enim est causalitas, seu modus causandi efficientis causæ: sed omnis actio ad aliquod nouum esse terminatur; igitur quantitas extra subiectum accipit nouum esse.

2. Opinio. Nihilominus oppositum asserendum est cum Scoto in 2. dist. 12. quæst. 2. & in 4. dist. 12. quæst. 1. & 2. Paludano quæst. 1. & 3. art. 2. Marsilio quæst. 9. art. 4. ad 4. Richardo art. 1. quæst. 2. videlicet quantitatem non accipere tunc simpliciter nouum esse; sed retinere antiquum sub nouo modo. Namque vel acciperet nouum esse essentiæ, quod repugnat, cùm essentia stabilis sit, nullúmque ferat incrementum, aut imminutionem: vel existentiæ; quod supervacaneum foret; siquidem accidens, dum incolume est, propriam seruat existentiam, nec alia præterea indiger, sed tantùm; vt sibi sua conseruetur. Cæterùm quod tunc nouum existendi modum sortiatur, inde perspicuum fit, quia quantitas inerat antea in substantia, tunc cohæret per se; antea erat subiectum quo reliquorum materialium accidentium, tunc fit subiectum quod eorundem. Aduerte autem nouum hunc modum nihil positiuum quantitati addere, sed negationem tantùm vnionis, & actualis dependentiæ à substantia. Etenim eo solùm quod quantitas extra subiectum manet, absque alicuius positiui accessu, è subiecto quo, redditur quod; quia ad id sat est ita recipere, sustineréque accidentia, vt iam non sit id, cuius interuentu substantia, vti principale subiectum, ea recipit ac sustentat.

Eius confirmatio.

Lege etiam Sot. d. 10. q. 1. art. 2.

Num quantitas extra subiectū posita acquirat modū positiuū.

Alij tamen putant quantitatem accipere tunc modum quendam positiuum; quod ita esse ex eo ostendunt, quia portio illa noui, & efficacioris concursus, quem tunc Deus adhibet, cùm positiuum quidpiam fit, necessariò habebit terminum positiuum, qui alius esse non potest, nisi modus positiuus, seu quantitas sub illo modo. Cui hæc sententia magis placuerit, is dicet non posse quantitatem retinere existentiam sine subiecto, nec reddi capacem suscipiendi per se accidētia, nisi ei per diuinū concursum accedat modus positiuus, qui per negationem vnionis, & actualis dependentiæ à substantia declarātur, esto is non in sola negatione consistat; vt contrariæ partis defensores volunt, aientes totum diuinum concursum terminari quidem ad positiuum, nempe ad existentiam quantitatis, ad quam antea terminabatur; sed quia tali existentiæ deest sustentaculum subiecti, rependi

rependi hoc, & resarciri per maiorem eiusdem concursus efficaciam. Quo etiam pacto eundem calorem, quem Deus, & causa secunda producunt, poterit Deus se solo efficere absque vlla accessione noui modi ex parte termini producti. Qua item ratione si Deus materiam absque actu formæ conseruet, non opus erit positiuum quid formæ adiicere, sed duntaxat potentiorem impendere concursum, quo formæ causalitas suppleatur.

Conseruatio accidentium extra substantiam, & quātitatem.

Et hæc quidem de quantitate extra subiectum, dicta à nobis sunt. Quod attinet ad lucem, candorem, cæteráque accidentia, quæ aliorum subiecta esse non solent, neque è subiecto quo, fiunt subiectum quod; erit fortasse, qui putet multo minus ex diuino concursu tribuendum eis modum aliquem positiuum, si extra substantiam, & quantitatem constituantur. Sed non ita est; nam cùm accidens, quod extra omne subiectū actione diuina ponitur, debeat eiusmodi actionem in se recipere, vt supra decreuimus, proindéque exercere in illam, subiecti causalitatem, idque non suopte ingenio, sed supra naturæ propriæ vim; certè ad id munus obeundum conferetur illi à Deo, saltem modus aliquis positiuus, idem re cum ipso accidente: quemadmodum & ordinaria causalitas cuius libet subiecti sita est in quodam modo simili, positiuo, vt in Physicis differuimus.

Lib. 2. cap. 7. q. 6. art. 2.

ARTICVLVS II.

Explicantur duo argumenta proximi articuli. Agitur de actione, & interitu accidentium extra subiectum.

DILVENDA nunc sunt argumenta, quibus ostendi videbatur debere accidentia, cùm extra subiectum manent, nouum esse accipere. Ac primi quidem solutio ex dictis conspicua est. Pro secundi verò explicatione aduertendum posse nos loqui vel de productione vnius accidentis ab alio posito per diuinam potentiam in quantitate extra substantiam: vel de productione formæ substantialis ab eodem. Si igitur de priori productione loquamur, non dubium, quin eà possit dari naturaliter absque vllo peculiari concursu Dei supplentis influxum formæ: si enim aqua calefacta ab igne producit calorem, non concurrente ad id forma ignis per aliquem seu totalem, seu partialem cōcursum sibi proprium; cùm talis forma ibi non detur, cur calor separatus egebit eo formæ concursu, quem proinde suppleri à Deo oporteat?

Opinio quorūdā de productione formæ substantialis.

Quod si de posteriori productione sermo sit, aiunt nonnulli debere tunc Deum supplere concursum formæ substantialis; quia arbitrantur substantialem formam non produci nisi vel à sola substantia peractionem ipsi propriam, & quæ non simul ab accidente eliciatur; vel certè non produci, nisi pariter à substantia, & accidente; ita vt ex concursu vtriúsque fiat vnus integer, & totalis concursus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cursus. Quare cùm posito accidente extra subſtantiam, forma subſtantialis talem concursum exhibere non valeat, siquidem non ibi existit; consequens erit, vt is compensetur à Deo, si tunc aliqua forma subſtantialis producenda sit.

Verùm prædicta sententia nobis in Physicis non placuit. Censuimus enim cùm ignis vicinum ignem generat, non dari modum illum seu proprij, & distincti, seu partialis concursus ex parte ignis, sed sufficere vnà cum concursu primæ causæ eũ, qui ab accidentibus ignis immediatè elicitur, qui ipsi quoque igni attribuitur, eiúsque est, quatenus talia accidentia sunt virtus ignis, eiúsque instrumentum.

De concursu accidẽtis separati.

Ita porrò non minor, nec minus efficax est concursus accidentis separati, quam dum subſtantiæ inhærebat. Proindéque ad argumentum respondemus neque Deum separatis accidentibus conferre nouum esse, aut virtutem; neque vt illa operentur, opus esse, vt suppleat in eis Deus actiuam causalitatem, influxúmve, quem subſtantia præsens conferebat. Quidquid in contrariam partem asseruerit Scotus in 4. dist. 12. quæst. 3. Durandus quæst. 2. D. Bonauentura art. 2. quæst. 3. Ochamus quæst. 7. Alensis 4. p. quæst. 40. memb. 2. Gabriel lect. 45. in Canonem.

De interitu separatorum accidẽtium.

Quod de actiuitate separatorum accidentium diximus, pronuntiandum similiter est de amissione, interitúque eorundem: possunt enim vi naturæ amitti, & aboleti. Vtrúnque de communi Theologorum consensu tradit D. Thomas 3. p. quæst. 77. At enim Durandus in 4. dist. 12. quæst. 2. art. 2. existimat quantitatem extra subſtantiam nõ naturali, sed diuina virtute destrui posse. Quod ita probat; Quantitas illa non corrumpitur corruptione subiecti, cum ibi nullum sit: nec contrarij appulsu, quia quantitati nihil est contrarium, vt docet Aristoteles in categoriis cap. de quantitate: nec per diuisionem, quia quantitas natura sua in infinitum diuidua est: non sunt autem plures modi, quibus ea per facultatem naturæ corrumpi valeat; non potest ergo ita corrũpi. Adde quod quantitas extra subiectum immediatè à Deo conseruatur proindéque vt esse desinat, oportet Deum peculiarẽ illum cõcursum subtrahere, ad quem inhibendum

Non placet Durãdi opinio.

aut retardandũ nulla vis naturæ videtur sufficere. Ad hæc tamen dicendum posse quantitatẽ corrũpi quoties in ea datur alteratio, aliáve mutatio, quæ secũdum naturæ ordinem sufficeret ad corruptionem subſtantiæ, si ibi esset. Nam quod hæc, aliáque iis similia, perinde se habent accidentia, ac si eis substerneretur propria subſtantia. Cùm verò talis mutatio euenit, ex lege ordinaria, subſtrahit Deus peculiarem illum concursum, quo quantitatem seruabat, vltro cedendo actiuitati causarum naturalium.

Lege D. Th. 3. p. q. 77. a. 2. Capr. in 12. q. 3. Paludan. quæst. 4. Carr. 2. Ref. q. 2. Rubio tract. 4.

Verùm nonnulla adhuc aduertenda hoc loco sunt. Primum est, ea quæ de actione, & corruptione accidẽtium extra subiectum asseruimus, intelligenda esse cum accidentia sunt extra subſtantiã; sed tamen in quantitate. Si enim extra quantitatem sit, tunc nec agere, nec pati naturæ viribus possunt; quia ad omnem actionem,

Sine quantitate nõ datur actio agentis corporei.

& passio

& passionem agentium corporalium requiritur contactus, qui ministerio quantitatis fit. Secundum est, cùm dicimus accidentia administrare eadem actiones extra subiectum, non pronunciari id à nobis de actionibus vitalibus: de his enim quid affirmandum sit, vt an facultas videndi speciebus visibilibus consignata ex se visionem edere queat extra subiectum, in libris de anima statuemus. Nec item de manationibus, quibus species panis, & vini refrigeratæ, aut aliter affectæ sese vltro ad temperiem naturæ suæ cõuenientem reuocant.

Emmanationum præcipua causa generans.

Nam cùm hæ, quarum præcipua causa est generans, non fiant interuentu qualitatis alicuius, quantitatisve, sed à forma subſtantiali immediatè proficiscantur, vt lib. 8. Physicorum cap. 4. quæst. 1. ostendimus. Cùm etiam in diuina Eucharistia forma panis, & vini esse desierint; asserendum erit (quod loco citato, aliorum sentẽtiis omissis, monuimus) eiusmodi fluxus manationésve præstari illic immediatè à solo Deo ex lege huius mysterij ineffabilis, & ex vi prioris, præcipuique miraculi, quo subſtantia panis & vini in corpus, & sanguinem Christi conuersa sunt: præstari, inquam, vt dictæ manationes eo modo procedant, ac si adhuc ibi panis, & vini subſtantia maneret. Atque ita sentiendum esse, vt diximus, de iis manationibus affirmant tum alij priuatim, tum communiter illi, qui omnes specierum sacramentalium actiones ad diuinam virtutem referunt, è quorum numero sunt Ochamus in 4. quæst. 7. Scotus distinct. 12. quæst. 1. Durandus eadem distinct. quæst. 2. Gabriel super Canonem lect. 45. Alensis 4. parr. quæst. 40. memb. 2. art. 2. Quò etiam propendet D. Bonauentura distinct. cit. artic. 2. quæst. 3. & Paludanus quæst. 4.

De generatione subſtãtiæ ex speciebus sacrã Eucharistia.

Tertium est, cùm ex speciebus sacramentalibus aliqua subſtantia aggeneratur, vt in nutritione; vel de integro gignitur, vt cùm ex iis putrefactis vermes enascuntur, solere Deum materiam subiicere, vel eandem, quæ per transubſtantiationem panis desierat, vel aliam de nouò creatam, ne nutritio absque accessu nouæ materiæ partialis; vel generatio absque integra materia detur; quod, vt attendenti planum erit, repugnantiam inuoluit.

ARTICVLVS III.

Diluitur tertium argumentum primi articuli. Ostenditur causalitatem subiecti respectu accidentium non suppleri à Deo in genere causæ materialis.

Quorundam opinio.

POSTVLAT tertij argumenti difficultas, vt exponamus quo causæ genere suppleat Deus causalitatẽ subiecti respectu accidentium, cùm illa extra omne subiectum conseruat. Sunt qui putent supplere in eodẽ causæ genere, hoc est, in genere causæ materialis, siue subiectiuæ, dempta tamen omni imperfectione. Aiunt eum causalita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem subiecti duo importare; sustentationem, & receptionem. Deum verò subire sustentationé, quia sustentat; & quasi manu tenet accidentia; non subire autem receptionē; quia nō ita ea sustentat, vt ipsi inhęreāt; alioqui imperfectionis notā haud quaquā euaderet. Quod autē asserendū sit Deū non in genere causæ efficiētis, sed materialis accidētia fulcire, eo potissimùm argumēto probāt, quia vt causa efficiēs, & materialis inter se specie distinguūtur, ita & earū causalitates. Quo fit causalitas vnius per alterius causalitatē suppleri non possit.

Modus causandi causa materialis.

Prætereà cùm huius sententiæ auctores opinentur causalitatem causæ materialis, seu subiectinæ consistere in modo quodam positiuo non transeunte in effectum, sed manente in re, quæ denominatur causa; vt nos etiam in Physicis constituimus, aiunt quoties Deus supplet causalitatem causæ materialis, imo & dum ordinariè concurrit cum materia, vt causa vniuersalis cū sua particulari (quod similiter volunt præstari à Deo in eodem causæ genere) aduenire ei nouum modum positiuum, qui in ipso Deo insideat; quod item inquiunt accidere in concursu Dei dum in quodlibet alio causæ genere concurrit: siquidem arbitrantur omnes prorsus causalitates in iis modis consistere.

Lib. 2. cap. 5. quæst. 6. a. 2.

Confutatio superioris sēntiæ.

Verùm hæc sententia nequaquam admittenda est. Primùm quia cùm ij modi non fuerint ex æternitate in Deo, sed ei de nouo accedant; sequeretur dari in Deo potentiam passiuam ad illos recipiendos, & ex consequenti Deum non esse actum purum, ac simplicem. Deinde vel ij modi incipiunt inesse Deo per actum intellectus, aut voluntatis; vel resultant in essentia diuina: quorum neutrum dici potest; siquidem per actum intellectus nihil producitur manens in Deo præter Verbum Diuinum; & per actum voluntatis nihil præter Spiritum Sanctum. Ponere autem in Deo illas resultantia; absurdum est, & inauditum in Theologia; nulla ergo ratione tales modi possunt Deo aduenire. Postremo id, quod ex non habente aliquid, fit habens aliquid, haud dubiè mutatur; siquidem aliter afficitur nunc, atque antea: sed Deus ex non habente hos modos, fit habens illos; cùm iis ab æterno caruerit; & hi modi sunt aliquid, quia non sunt nihil, alioqui causalitas causæ materialis in nihilo fita esset; igitur Deus mutatur, contra illud Malachiæ 3. Ego Deus, & non mutor; & Iacobi 1. Apud quem non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio; & illud in cap. Firmiter de Summa Trinitate, & Fide Catholica, ex Concilio Lateranensi 2. Vnus solus est verus Deus, æternus, immensus, & incommutabilis. Neque satisfaciunt qui respondent accessionem talium modorum non sat esse ad veram rei mutationem. Est enim triplex gradus eorum, quæ aduentu suo rem mutant. In primo continentur illa, quæ ab eo, cui denuò aduenium, realiter differunt, vt candor à Socrate. In secundo, quæ differunt essentialiter, & non realiter, vt relatio à suo fundamento. In tertio, quæ differunt tanquam modi à rebus, quarum modi sunt, vt materiæ, vel formæ causalitas ab ipsa materia, & forma; &

Malachias. Iacobus. Cap. Firmiter.

Triplex gradus eorum, quæ suo accessu rē mutant.

existentia

existentia rei ab essentia. At enim licet quæ in tertio consistunt gradu rem minus mutent; negari tamen non potest eam reuera mutare, cùm eorum interuentu res aliter, atque antea, positiuè sese habeat. Siue ij modi sint absoluti, siue respectiui, dummodò ponantur non per solum intellectum aduenire, aut extrinsecùs tantum denominare, sed à parte rei in ipsa diuina substantia inesse.

Sanè cùm Deus non solùm immutabilis sit; sed omnino immutabilis, ita vt immutabilitas ex Patrum, & scholasticæ Theologiæ professorum doctrina proprium Dei attributum sit: qui tamen prædictos modos Deo attribuunt, Deum si non reali, aut formali; modali tamen mutatione cunctis rebus creatis mutabiliorem faciunt. Cùm enim Deus ex eorum sententia in omnibus quatuor causarum generibus secundum modos illos sibi ex tempore accedentes concurrat; oportebit ipsum innumerabiles modos partim stabiliter sustinere, partim singulis horæ quadrantibus, singulisque momentis de nouo subire. Siquidem quot in mundo existunt substantiæ separatæ, quot animæ rationis compotes, quot materiæ, quot denique entia, quæ per creationem producta fuere, quibus etiam nunc Deus idem esse confert: similiter quot inueniuntur in rebus creatis operationes, seu fixæ, vti sunt visiones beatificæ; seu trāscurrentes, vt nostrates cogitationes, vt calefactio ignis, aliæque id genus (ne omnes sigillatim percurramus) totidem modi ad effectricem causam pertinentes Deo conuenient. Idemque in cæteris causalitatum generibus accidet; ita vt quot numero sunt causalitates materierum, & subiectorum, substantiales, vel accidentarias formas sustinentium; quot formarum, finium, & exemplarium; totidem numero modi ad hasce causas spectantes Deo insint. Quin & simul quot causalitates ex iisdem generibus cessant quotidie circa creaturas, cum quibus Deus secundum illos modos necessariò concurrit; totidem modi perpetua varietate desinant in Deo existere. At quis non videat hanc modorum accedentium, & recedentium turbam, & colluuionem à syncerissima diuinæ naturæ simplicitate omnis potentialitatis, & mutationis experte, omnino alienam esse?

Nulla prorsus mutatio in Deum posse cadere.

Adhuc Deus rebus à se creatis idem esse cōfert.

At dissoluimus ea quibus aduersarij potissimum nituntur. Aiunt posse Deum munus, & officium causæ materialis, de qua hic loquimur, ab omni nota imperfectionis liberare. Nō ita est: quia causalitas materiæ ex sua natura, est essentia, est causalitas passiua; quæ proinde ita imbibitam habet imperfectionem, vt ab ea eximi nequeat. Vnde illud D. Thomæ lib. 2. contra gentes cap. 25. quod communis Theologorum consensus approbat. Non potest ea Deus, quæ posse, est potentiæ passiuæ. Cùm verò obiiciunt posse Deum sustentare non recipiendo; aduerte sustentare in commune, esse quid indifferens ad sustentare absque receptione, & cum receptione: sed contrahi ad diuersas species per aliam, & aliam differentiā, vt, exempli gratia, ad sustentationem, quæ fit per terminationem dependentiæ à supposito: quam sustentationē omnis imperfectionis expertē

Dilutio arg. pro sententia initio art. pro posita.

Sustentatio variis modis sumitur.

subir

Universidad de Deusto
Biblioteca

subit Verbum Diuinum respectu humanitatis:& ad sustẽtationem, qua Deus dicitur sustentare res omnes conferendo illis esse actiuè, quæ similiter nullam inuehit imperfectionem:& ad eam,qua quodlibet subiectum sustinet accidentia recipiendo illa, similitérque materia formas ab ipsa dependentes:quæ receptio est specifica differentia,seu quasi differentia contrahens sustentationem in commune ad eam, in qua subiecti, & materiæ causalitas sita est. Quare vt homo absque propria suæ speciei differentia esse nequit, ita nec causalitas materiæ absque receptione. Vnde cùm receptio imperfectio sit, repugnat sustentare Deum accidentia in genere causæ materialis, sicuti repugnat ea in se recipere.

Obiectio. Sed opponat aliquis. Materia recipit animam rationalem, neque tamen eam sustentat; ergo recipere non est differentia contrahens

Dilutio. sustẽtationem in commune ad sustentationem materialem. Respondetur recipere,dici analogicè de receptione materiæ comparatione accidentium, formarúmque ab ea dependentium; & de receptione eiusdem,collatione animæ rationalis, quam materia nequaquam sustentat,vt pote independentem à corpore quoad suum esse: ideóque nihil mirum si posterior hæc receptio seorsim à sustentatione abiuncta inueniatur.

Vera sentẽtia explicatio. Dicendum ergo est cùm Deus conseruat accidentia extra subiectum, supplere causalitatem causæ materialis per concursum causæ efficientis, vt est communis Theologorum sententia in 4. dist. 12. aliisque in locis. Licet enim causa secunda vim alterius causæ in diuerso causæ genere supplere non possit;prima tamen ob suam eminentiam,& infinitatem potest.Præstat verò id Deus adhibendo potentiorem, & efficaciorem concursum, quo, absque sustentatione passiua, conseruet esse accidentis compensando concursum, quem ad id subiectum ante præstabat. Atque vt antea, dum accidentia inhærebant subiecto, impertiebat illis Deus esse effectiuè, & ad esse, quod eis subiectum passiuè dabat, ipse in genere causæ agentis concurrebat:ita & nunc idem esse effectiuè confert, sed actione valentiori,ac miraculosa,qua causalitatem subiecti supplet.Quibus ita expositis ad argumentum, cuius occasione hæc differuimus, respondendum est conseruare Deum per aliquam actionem accidentia extra subiectum, nec oportere omnem actionem terminari ad nouum esse rei.

Responsio ad 3.arg.primi.

QVAESTIO. VIII.

Detur ne substantialis generatio,an non.

ARTICVLVS I.

Etsi eam veteres negarint:negari tamen non posse.

DISSER

Constat ex Arist. lib. 1. Metaph.c.2. & ex Laërt. lib.7.

DISSERVIMVS hactenus de natura alterationis, deque eius,& aliorum accidẽtium materialium subiecto; proximum est,vt de generatione substantiali,quæ alterationem sequitur, disputemus. Ac primùm quod ad propositam quæstionem spectat:Rudioris seculi philosophia nullam in rebus naturalibus substantiam, præter materiam, agnouit;& quod huius erroris consectarium erat, omnem substantialem generationem è medio sustulit.Non ita Plato,& Aristoteles, horúmque alumni. Academici, & Peripatetici, quiquamlibet rem naturalem ex materia,formáque substantiali,composuere,asserentes elementa omnia,& ex his concreta corpora, secundum substantiam gigni,& interire;gigni quidem accessu formæ; interire eiusdem abscessu,occasuve. Licet verò Aristoteles tum superioribus capitibus, tum aliis in locis longa disputationũ serie veteres Philosophos confutarit,ostenderitque dandam esse substantialem generationem;nos tamen id in præsentia breuiter commonstrabimus hũc in modum.

Falsa veteris Philosophia opinio de generatione rerum.

Plato in Timæo. Arist. lib. 2. huius op. c.9. & 1. Phys.c. 7. & lib. 2. de an. c.1. & lib. 7. Metaph.c.4. & lib.12.c.2.

In rebus physicis,quæ sub lunæ orbe continẽtur,vt in igni,aliisque elementis,& in mistis,præter materiam,dantur formæ substantiales, ac circa huiusmodi formas accidit mutatio ab vna ad aliam sub eadem communi materia,vt à forma aquæ ad formam ignis,hæc aut mutatio est generatio substantialis. Negari ergo non potest dari talem generationem. Maior propositio huiusce argumentationis membratim ostenditur, ac prima eius pars, videlicet dari in rebus physicis formas substantiales,ita suadetur.Passim experimur aliquas peculiares operationes rata constantia quibusdam rebus conuenire, quæ aliis non competunt,vt igni calefacere,aquæ refrigerare. Cùm igitur huiusmodi operationes non sint à materia,quæ vt nullum ex se habet actum, ita nullam agendi vim possidet; consequens est,vt sint à forma substantiali. Nec huiusce rationis vim effugiet,qui responderit esse illas à formis accidentariis, nec ab vlteriori alio fonte dimanare. Quærimus enim cur hæ ipsæ formæ accidẽtariæ quibusdam rebus conueniant, aliis non; vt cur igni calor,non aquæ; cur aquæ frigus,non calor,competat? Sanè cùm huius rei causa non sit materia,tum quia est pura potentia,tum quia ex se non magis hanc, quàm illam qualitatem poscit; cum in omnibus rebus sublunaribus sit eiusdem infimæ speciei; reliquum est, vt sit forma substantialis, quæ eiusmodi qualitates primò ex se fundit, tum earum interuentu actiones edit. Idem quoque priuatim in mistis Peripatetici quidam ostendunt.Namque in iis aliquid datur, quod quatuor primas qualitates in sua proportione continet,& coërcet: hoc autem non esse aliud,quàm formam facilè conuincitur.Non enim est materia, cùm hæc nihilo magis hanc,quàm illam qualitatum intensionem exigat. Nec sunt ipsæ primæ qualitates, vt quæ sibi aduersentur, & interitum vicissim moliantur. Nec vero est qualitas aliqua ex earundem qualitatum per mistione orta. Nam potiùs ea à primis qualitatibus penderet,quàm primæ qualitates ab ipsa.Restat igitur,vt sit substan-

Assertio,& comprobatio formæ substantialis.

Materiam nullam habere actiuitatem Arist. hoc lib. ca.7. tex.55. Alcin. lib. de doct. Plat. cap.11. Plot.c.12.lib. 7. Enn. 3. D. Augu.lib. de nat.boni.cap. 18.

Lege D.Th.1. p.q.76.art.3. Caiet. 2. de ani.c.1.

Materia omnis actiuitatis expers.

Fœcunditas formæ substantialis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia aliqua iis, prior, ac nobilior, quæ toti composito præsit, & potentiorum qualitatum vim dominatu suo cohibeat, ac refrenet, id est, forma substantialis. Idque videtur Pythagoræis occasionem dedisse appellandi formam harmoniam; videlicet, quia contrarias qualitates, quoad eius fieri potest, ad concētum, & amicitiam redigit. Quare perspicuum manet singulis compositis physicis suam formam substantialem competere.

Forma aut Pythagoræis harmonia.

Quod autem circa huiusmodi formas, hoc est, ab vna ad aliam, mutatio detur, ex eo constat, quia cùm ignis lignum vrit, consumpto ligno prodit, remanétque eius loco quippiam easdem habens proprietates, & operationes, quas ignis; siquidem lucet, sursum nititur, calefacit. Cùm igitur hæc à forma oriantur, vt paulò ante ostendimus, & non ab alia, quàm à forma ignis, vt tanta affectionum conuenientia, & similitudo declarat; manifestum relinquitur fuisse denuò introductam formam ignis in materiam ligni; atque adeò ab huius ad illius formam mutationem esse factam; quod similiter de aliis eiusmodi transmutationibus pronuntiandum erit.

Iam quod hæc mutatio, sub eadem materia communi accidat, ex eo cōcluditur, quia vel materia, quæ priùs sub forma ligni extiterat, manet sub forma ignis: vel non: si manet, habetur propositum: si non manet, sed omnino perit, vel ergo alia à generante ignem producitur, vel sola forma ignis residua est; quorum neutrum dici potest.

Materia à solo Deo accipit esse per creationem.

Non primum, quia materia, vt in Physicis ostendimus, à solo Deo accipit esse per creationem: non posterius; quia, vt alia absurda prætereamus, sequeretur compositum naturale constitui ex sola forma. Reliquum est igitur vt eadem materia singularis sub vtroque termino perseuerans prædictam mutationem sustineat.

Lib. 1. cap. 6. q. 1. art. 2.

Lege Arist. lib. 2. de gener. an. cap. 3.

Perpetuitatis appetitus.

Sed alia etiam ratione probari potest dari substantialem generationem. Namq; omnia cōposita sublunaria se tuendi, ac perpetuandi ingenitum habent à natura appetitum, vt (quod Aristoteles lib. 2. de anima cap. 4. text. 34. & 35. animaduertit) hac ratione, quoad fieri possit, primam causam, quæ immortalis est, imitētur. Cùm igitur sese eadem numero conseruare nequeant, quia corruptioni sunt obnoxia, consequens est vt nitantur se conseruare in propria specie, perenni aliorum, atque aliorum singularium successione; hoc verò non aliter assequuntur, quàm per generationem, qua de nouo genita in intereuntium locum subrogantur. Datur ergo in rebus physicis talis generatio, alioqui natura, quæ nihil incassum efficit, appetitum illum frustra indidisset.

ARTICVLVS II.

Occurritur argumentis, quibus substantialis generatio oppugnari potest.

EXPLICANDA hoc loco sunt aliquot argumenta, quæ quis afferret ad substantialem generationem è medio tollendam. Primum

mum est; Id, quod non est per se, non debet produci nisi ab eo, quod per se est: atqui formæ rerum naturalium non sunt per se; quia non per se cohærent, & sunt participationes quædam formarum absque materia per se existentium: ergo ab iis debent effluere in materiam, non autem ab agente naturali per generationem. Nulla ergo datur substantialis generatio, saltem quæ naturalium agentium virtute fiat.

Primum argum.

Secundum est. Cùm totum ex suis partibus coagmentetur, & constet, non potest aliquid dici totum produci, nisi tunc omnes eius partes efficiantur: sed id, quod substantiali generatione fit, dicitur totum produci, vt docuit Aristoteles cap. 4. huius libri text. 23. aiens generationem esse mutationem totius siue ad totum: ergo eius, quod ita gignitur, necesse est partes omnes tunc efficij; at hoc impossibile est, cùm materia à nullo agente creato vnquam fiat, vt supra diximus; sed à solo Deo initio mundi creata sit: ergo nulla generatio substantialis re vera datur. 2.

Aristoteles.

Tertium. Generatio terminatur ad esse, teste Aristotele 8. Physicor. cap. 7. text. 62. hoc autem esse non est ipsum esse substantiæ, seu essentiæ (quia id non ex tempore, sed ex æternitate vnicuique rei inest, vnde & Aristoteles 7. Metaph. cap. 8. text. 27. scripsit essentiam, siue substantiam non fieri) est ergo esse existentiæ: sed hoc esse est accidentarium rei creatæ; siquidem existere, vt Theologi vno consensu docent, ad solius Dei essentiam pertinet. Igitur nulla generatio habet pro termino substantiam, sed esse accidentarium; proindéque omnis generatio est accidentaria, nulla substantialis. 3.

D. Hil. 6. de Trinit. Boët. de hebd. c. 1. D. Th. de ente & ess. c. 4. & lib. 1. cōtr. gent. c. 22.

Essentia in est rebus ex æternitate.

Quartum. Si vlla esset substantialis generatio, Id, quod per eam fieret, caperet esse in instanti, vt est communis philosophorum vox aientium generationem substatialem esse momentaneam actionem; atque ita id, quod gignitur, dum fieret, iam esset: sed hoc palam negat Aristoteles multis in locis, vt 6. lib. Physic. cap. 6. text. 59. & 8. lib. Physi. cap. 8. tex. 69. vbi ait nihil simul esse, & fieri: ergo &c. 4.

Quintum. Si daretur generatio substantialis siue generatio simpliciter, sequeretur posse aliquid generari ex non ente simpliciter; sed hoc fieri nequit, quia non ens simpliciter est nihil: ex nihilo autem per naturam nihil fit: ergo nulla datur generatio simpliciter. Consecutio probatur, quia sicut se habet generatio secundum quid ad non ens secundum quid; ita generatio simpliciter ad non ens simpliciter: sed generatio secundum quid fit ex non ente secundum quid, vt generatio albi ex non albo: ergo generatio simpliciter fit ex non ente simpliciter. 5.

Ex nihilo nihil per naturam.

Hæc tamen argumenta paruo negotio diluuntur. Ac primum quidem attingit dogma Auicennæ existimantis formas physicas illabi in sinum materiæ ex influxu, & virtute intelligentiæ, sublunarium corporum, vt ipse aiebat, gubernatricis. Quem errorem refellit D. Thomas 1. part. quæst. 65. art. 4. & lib. 3. contra gent. cap. 69. eundemque nos confutauimus lib. 1. Physic. Nunc igitur ad

Dilutio 1. argum. Error Auicennæ.

Cap. 9. qu. 12. art. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

argumentum duntaxat respondentes, negamus formas, quæ non existunt per se, debere produci à formis, quæ per se existunt absque materia. Habent enim suas causas physicas per se existentes, à quibus comproducantur, videlicet agentia naturalia. Eáque vi carent intelligentiæ, vt loco citato ex communi Aristotelis,& Theologorum sententia demonstrauimus.

Dilut. 2. Ad secundum respondendū est licet totum ex suis partibus coalescat; tamen, vt aliquid dicatur totum produci, non oportere tunc omnes eius partes fieri: sufficit enim per earum vnionem incipere esse illud compositum,quod antea non existebat, vt Socratem; esto aliqua eius pars antea extiterit;imo licet ambæ præcesserint,non tamen vnitæ vt fiet in resurrectione corporum, quæ erit quædam regeneratio, qua totum iterum producetur, & reuiuiscet ex partibus iam antea existentibus,sed diuulsis,ac tunc iterum copulatis.

Resurrectio regeneratio quædam.

Dilut. 3. Ad tertium,generationé terminari ad esse,hoc est,ad substantiam rei sub esse existentiæ, ita vt substantia sit terminus qui, existentia verò terminus sub quo,quæ existentia licet accidentariò rebus creatis competat, non iccirco generationes substantiarum accidentariæ vocandæ sunt, cùm principalis terminus, vnde generationum species, & appellatio sumi debet,substantia sit. Quod autem obiicitur substantiam,& essentiam non habere causam(quidquid sentiendum sit de connexionibus essentialibus, & aliis, quæ perpetuam habere veritatem,ac nunquam cœpisse dicuntur, qualis est inter animal,& substantiam,inter hominem,& disciplinæ participes,de quibus alibi) dicimus substantiam, & essentiam quoad sui productionem in rerum natura,habere causam efficientem;quia cùm Socrates gignitur eius substantia,& essentia accipit à generante esse existentiæ,sub quo incipit esse, cùm antea non extaret. Neque hoc negat Aristoteles lib.7.Metaphys.loco citato:ibi enim,vt ex cōtextu orationis liquet, tantùm docet nec formam, nec essentiam abstractè sumptam propriè,ac simpliciter dici produci; sed comproduci, quatenus in præcipuo generationis termino, qui totum compositum est, continetur. Cùm audis formam non propriè dici produci, excipe animam rationis participem, quæ vt est per se existens, ita per se propriè effici dicitur,nimirum per creationem.

Quo pacto essentia non habeat causam.

De hac re D. Thom.q.10.art.3. de verit.q.3. art.5. ad 1. Capr.in 1.d. 8.q.1. Caiet. c.4. de ente & ess. Albert. post prad. 9. ex Auic. Alg. & Auer.

Forma non propriè dicūtur produci, excepta tamē rationali.

Dilut. 4. Ad quartum, Id, quod incipit esse per generationem substantialem propriè dictam, quæ est actio momentanea, in instanti accipere esse, & cùm gignitur, iam existere: Aristotelem verò locis in argumento adductis loqui partim de generatione accidentaria,partim de substantiali, non per se tamen sumpta, sed vnà cum præcedente alteratione; quæ alteratio dum est, dicitur aliquo modo res gigni, quatenus tenditur ad rem generandam,vt ad terminum ipsius alterationis,licet externum:cùm verò res hisce modis gignitur,nondum existit, vt manifestum est: quia quod albescit; verbi causa, nondum ex integro album est, & id, quod substantialiter generatur, id est, ad cuius substantialem generationem tenditur, non est. nisi in

Lege Hurt. quæst.8.3.p.

nisi in instanti introductionis formæ.

Dilut. 1. Ad quintum dicito,non ens simpliciter,bifariam sumi. Vno modo,ita vt particula, non neget ens in actu tantùm: & ita concedendum est generationem simpliciter; fieri ex non ente simpliciter; quia fit ex materia, quæ est non ens in actu; cùm sit pura potentia. Altero,vt neget absolutè tam ens in actu,quàm potentia;quo pacto negari debet generationem simpliciter fieri ex non ente simpliciter. Nec similitudo illa inter generationem simpliciter, & secundum quid, admittenda est:licet enim generatio secundum quid, fiat ex non ente secundum quid; non ideò generatio simpliciter erit ex non ente simpliciter,id est,neque ex ente actu, nec potentia.

Non ens dupliciter accipit.

QVÆSTIO IX.

An generatio substantialis rectè ab Aristotele definita sit.

ARTICVLVS I.

Explicatur definitio generationis substantialis.

Triplex acceptio generationis.

GENERATIO in doctrina Aristot. trifariā sumitur, fusè, strictè,medio modo. Fusè cōprehendit tam substātialem, quàm accidentariam generationem, sicque de illa egit Aristoteles lib.11. Metaph.cap.ult. & lib. 5. Physicor. cap. 1.text. 7. vbi generationem definiit, mutationem ex non subiecto in subiectum, id est, vt ibidem interpretes declarant,à termino negatiuo ad affirmatiuum, siue is substantia sit,siue accidens. Sic quoque de generatione locutus est Aristoteles hoc in libro cap.3.text.11.cùm dixit tam substantias, quàm accidentia generationem subire. Strictè verò accipitur generatio pro sola viuentium productione,vt in libro de vita,& morte cap.1. vbi generatio dicitur participatio animæ vegetatricis in calido. Denique medio modo spectata omnem, solámque generationem substantialem complectitur. Ac secundum hanc tertiam notionem disputauit de ea Aristoteles lib.12.Metaphys.cap. 1. text. 7. & hoc in libro cap.4.text.23. vbi docuit,cùm res gignitur, non manere idem sensibile subiectum.

De qua generatione dis seruerit hoc lib. Arist.

Igitur de generatione hoc tertio modo considerata, quæ ad huiusce operis disciplinam ex instituto pertinet,priori loco differemus. Eius verò quatuor potissimùm definitiones, quæ tamen re ipsa in vnam, eandémque recidunt, ex Aristotele colliguntur. Prima ex libro 3.Physicor.cap.1.text.14. Generatio est via ad naturam. Secunda ex 8.libro eiusdē operis cap. 7.text. 62. Generatio est mutatio ex non ente ad ens. Tertia ex hoc lib. cap.4.text.23. Generatio est mutatio totius nullo sensibili subiecto manente. Quarta ex hoc etiam

Quatuor definitiones generationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

libro,cap.5.text. 25. Generatio est mutatio à subſtantio potentiâ in subſtantiam actu.

Quæ in qualibet generationis reperiuntur.

Cùm autem generatio mutatio ſit,habeatque ſubiectum, cui inhæreat,itemque terminum à quo,& terminum ad quem. Hæc omnia in hiſce definitionibus, etſi non in ſingulis expreſſa; inueniuntur.Nam via,quod in prima definitione eſt, idem valet, ac mutatio, quodcũ cæteris definitionibus ponitur. Subiectum autem generationis,quod eſt materia prima,notatur in tertia definitione,cùm dicitur in generatione non manere ſenſibile ſubiectum, hoc eſt compoſitum,ſed materiam;idémque traditur in quarta, illis verbis, ſubſtantia potentiâ;ſiquidem materia dicitur ens potẽtia, ſine ſubſtantia potentiâ,vt alibi ex poſuimus. Terminus à quo, qui eſt priuatio formæ introducendæ, ſignificatur in ſecunda definitione, appellatione non entis. Terminus ad quem principalis, quod eſt compoſitum,indicatur in tertia definitione vocabulo totius;minus principalis,verò,qui eſt forma,in prima, nomine naturæ. Namque vt docet Ariſtoteles lib.2.Phyſic.cap.1.text.12.& 13.de partibus animalium cap. 1. aliiſque in locis, forma eſt præcipuum naturæ ſignificatum, pro quo accipitur natura cùm abſolutè ponitur.Idem etiam vtérque terminus ad quem, indiſcretè explicatur in ſecunda definitione nomine entis.

Lib.1.Phyſ. cap.9.quæſt. 3.art.2.

Apta generationis definitio.

Cæterum omnes ſuperiores particulæ poſſunt in vnam definitionem explicare colligi,hoc modo. Generatio eſt mutatio à priuatione formæ ſubſtantialis ad formam ſubſtantialem in materia. Locum generis habet mutatio,quæ vt D.Thomas,1.part.quæſt.45.art. 2.& in 2.diſt.1.quæſt.1.art.2.quæſtiuncula 3.& 2. cõtra gentes cap. 17.& 18.aliíque auctores animaduertunt,ſi propriè ſumatur,requirit ſubiectum, quod duratione antecedat formam, quæ per ipſam mutationem inducitur. Nihil enim mutari dicitur niſi ab vno termino,& ſtatu,in quo erat,ad alium tranſeat. Quare nec creatio, nec tranſubſtantiatio in myſterio Euchariſtiæ, neque conuerſio, qua Deus poteſt totam vnam creaturam in aliam conuertere, vt totum hominem in lapidẽ,mutationes dicuntur; quia non eis ſubeſt commune aliquod ſubiectum manens ſub vtróque termino. Igitur per particulam,mutatio,reiiciũtur à definitione generationis, tum hæc; tum; vt ſemel dicamus,quæcunque alia, quibus ratio propriæ mutationis non conuenit. Verba illa, à priuatione formæ ſubſtantialis ad formam ſubſtantialem excludunt mutationes accidẽtarias,quæ non tendunt ad ſubſtantialem formam,ſed ad accidentariam, cuiuſmodi eſt calefactio. Porrò licet omnis mutatio ad formam ſubſtantialem, ſit in materia,ſitque generatio;atque adeò nihil per vltimam definitionis particulam denuo reiiciatur: eam tamen adhibuimus ad maiorem explicationem;vt in definitione tradita enucleatè apparerent tria illa principia, quæ ad conceptum quidditatiuum generationis ſubſtantialis requiruntur, materia, nimirum, forma, & priuatio, vt lib.1.Phyſicor.cap.7.cum Ariſtotele docuimus.

Legè D. Th. 4.contr.gẽt. cap.63.

** Qui requirat propria mutatio.*

Tria principia requiſita ad generationem.

Quæſtio

ARTI

ARTICVLVS II.

Obiecta, & eorum confutatio.

AD demoliendas tamen ſingulas particulas propoſitæ definitionis ſingula ſeſe offerunt argumẽta. Ac primùm quod generatio non ſit mutatio, hunc in modum oſtenditur. Si generatio eſſet mutatio,quidquid gignitur, mutaretur; ſed non ita eſt:ergo generatio non eſt mutatio.Probatur aſſumptio. Nam Verbum Diuinum genitum eſt ex Virgine Matre, & tamen non fuit mutatum, cùm in Deum nulla mutatio cadat;igitur generatio non eſt mutatio. *Primũ arg.*

Deinde.Quod non ſit mutatio ad formam, probatur. Terminus generationis nõ eſt forma, ſed compoſitum:ergo generatio eſt mutatio ad compoſitum,non ad formam.Antecedens oſtenditur.Nam cùm generatio tendat ad eſſe rei; id tantùm dicetur generari, quod per ſe exiſtit;nulla autem forma, rationali excepta,exiſtit per ſe, ſed duntaxat compoſitum,quod in ſuo eſſe ſubſiſtit. *2.Argum.*

Tertiò.Quod non ſit mutatio in materia, ita concluditur. Si generatio in materia eſſet,poſſet ipſam denominare; cùm omne accidens appellet ſubiectum, cui ineſt; ſed generatio non denominat materiam vt perſpicuum eſt; ſiquidem materia non dicitur generari;ſed creari.Igitur generatio non eſt mutatio facta in materia. *3.Argum.*

Ad primum horum conceſſa maiori propoſitione, ad minorem reſpondendum, Verbum Diuinum dici mutari ratione temporariæ generationis: non eſſe tamen abſolutè pronuntiandum aut Deum, aut Verbum diuinũ mutari, ſed cum adiectione, videlicet per communicationem idiomatum, & ratione naturæ aſſumptæ, ne videamur ipſi naturæ diuinæ in ſe mutationem tribuere. *Soluti primi argum.*

Cum Ariſt. lib.4.Phyſ.c. 9.tex.24.lib. 7. Metaphyſ. cap. 8. text. 26.& lib.8. cap. 5. text. 14.D.Th. 1. part. quæſt. 41. art. 1.& alij.

Ad ſecundum reſpondendum eſt terminum generationis principalem, eſſe compoſitum, idque tantùm propriè dici generari, vt probat argumentum;minus præcipuum verò, qui tamen per ſe formaliter ſpeciem tribuit generationi, eſſe formam; ideóque generationem rectè definiri mutationem ad formã,vt exprimatur id, quod eam per ſe ſpecificat:quamquam eadem non incongruè etiam definiatur per reſpectum ad totum, vt quidnam ſit eius principalis terminus,innoteſcat. *Solut.2.* *Compoſitum propriè generari.*

Ad tertium dicitò generationem denominare materiam ſecundum commune nomen mutationis: dicitur enim materia propriè mutari: non eam tamen appellare ſecundum peculiarem notionem ipſius generationis;etſi contrarium ſcripſiſſe videatur Auerroes, 1. lib.Phyſicor.comm.6.Iandunus.5.quæſtione 2. & Saxonia 1. huius operis quæſtione 2. & alij de grege Auerroiſtarum. Nec oportet omne accidens abſolutè appellare ſubiectum, cui inhæret, præſertim cùm appellat ſubiectum principale, vt in re propoſita euenit,in qua verbi gratia Socrates, qui eſt ſubiectum principale generationis,dicitur generari. *Solut.3.* *Materia dicitur propriè mutari, non tamen generari.*

QVÆ

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO X.

An definitio generationi viuentium rectè se habeat.

ARTICVLVS I.

Explicatur definitio generationis viuentium.

Triplex notio generationis viuentium.

EXPLICATA natura generationis subſtantialis in commune, proximum eſt vt quidnam generatio viuentis ſit declaremus. Generatio viuentis, vt de ſubſtantiali generatione dicebamus, tripliciter ſumi conſueuit, amplè, medio modo, preſsè. Amplè, pro productione viuentis à quocúmque. Quo pacto non ſolùm productio equi ab alio equo generante, ſed etiam muris, qui ex putri materia à Sole fit, generatio viuentis appellatur. Medio modo, pro productione viuentis ab alio viuente, ſeruatis certis conditionibus, de quibus mox dicemus. Preſsè, pro productione viuentis ab alio viuente, non quodlibet ſed per cognitionem operante.

Definitiones generationis viuentium.

Quod ergo attinet ad generationem viuentis primo modo acceptam, facile eſt eam definire, nimirum ita, Generatio eſt productio, ſeu proceſſio rei viuentis ab aliquo. Generatio autem ſecundo modo ſic definitur à D. Thoma prima part. quæſtione 27. artic. 2. con-

Ariſtoteles. uenienter iis, quæ tradidit Ariſtoteles lib. 7. Metaphyſic. cap. 8. text. 28. & lib. 8. Ethic. cap. 12. & in problematis ſect. 4. problemate 14. &

D. Damaſc. Diuus Damaſcenus lib. 1. Fid. Orth. cap. 8. Generatio eſt proceſſio viuentis à principio vitæ coniuncto ſecundum rationem ſimilitudinis, ſaltem in ſpecie infima. Per illa verba, proceſſio viuentis, reiicitur productio rerum vitæ expertium, vt aquæ, & lapidis. Per illa à principio vitæ, remouetur productio viuentium à non viuente, vt ranarum à Sole. Vt autem pateat quid per particulam, coniuncto, excludatur; ſciendum eſt viuens, cuius hic generatio definitur, debere eſſe initio productionis coniunctum producenti; ita vt ei quodammodo internum ſit, in eoque maneat, ſaltem quoad ſuum principium. Quo pacto leo fuit in leone generate ratione ſeminis, quod generans ex parte quadam alimenti defæcaciori intra ſe efformauit, & ſeminali virtute imbuit, vt deſeruiret tam ipſi vt inſtrumentum generandi, quàm fœtui vt materia, ex qua illius corpus partiatim coagmentaretur, vt ſuo loco fuſiùs explicabitur. Igitur per particulam, coniuncto, remouetur à definitione generationis emanatio

Creationi Angelorum cur non conueniat definitio generationis viuentium. Angelorum, & aliarum creaturarum viuentium, à Deo. Neque enim hæ fuerunt Deo creanti prædicto modo coniunctæ. Per illa verba, ſecundum rationem ſimilitudinis ſaltem in ſpecie infima, excludun-

tur, præter alia, capilli, ſi ponamus hos viuere, & informari alia anima diſtincta ab anima viuentis, cui in ſunt; qua de re in progreſſu.

Quod

Quod ad generationem tertio modo ſumptam ſpectat. Eius definitio ſic habet. Generatio eſt proceſſio viuentis à principio vitæ coniuncto, & per cognitionem, atque amorem operanti, ſecundum rationem ſimilitudinis ſaltem in ſpecie infima. Vbi verba illa, per cognitionem &c. quæ nihil aliud ſignificant, quàm tale generans debere eſſe præditum cognitione, atque adeò & amore, remouent generationem eorum viuentium, quæ citra cognitionem operantur, vt arborum, quæ ex aliis arboribus gignuntur. Differunt autem hæ tres definitiones, quòd prima latiùs pateat, quàm ſecunda; & ſecunda, quàm tertia. Nam quibuſcúmque conuenit tertia, conuenit ſecunda; & quibus competit ſecunda, competit prima: non tamen contra; ſiquidem prima competit generationi ranæ ex putri materia; non tamen ſecunda. Secunda competit generationi vnius arboris ab alia; non autem tertia. Præterea generatio tertio modo omnibus eſt abſoluta numeris, omniumque perfectiſſima. Ideóque quidquid per eam gignit, nomen patris; quod per eam gignitur, nomen filij obtinet. Et quidem meritò; non enim hæ appellationes ritè accommodantur niſi iis, quæ ſe mutuo diligunt, quod ſolis viuentibus cognitione præditis conuenit, vt annotauit S. Thomas 3. p. quæſt. 32. art. 3. & ad tertium caput epiſtolæ ad Epheſios lect. 4. Item Almainus in 3. diſt. 8. & Maior diſt. 13. quæſt. vnica.

Diſcrimina inter tres ſuperiores definitiones.

Eadem definitio communi Theologorũ conſenſu competit etiam generationi Filij in diuinis: quia Filius procedit à Patre, vt à principio vitæ cóiunctiſſimo, & ex vi intellectionis, per quã procedit, habet vt ſit imago Patris, eique omnino ſimilis; atque adeò, vt propriè Filius dicatur. Qui modus procedendi cùm non conueniat Spiritui Sancto, qui non per intellectionem, ad quam ſpectat ratio imaginis, ſed per actum amandi producitur, iccirco Filius vocari non poteſt. Quare & illius proceſſioni definitio generationis minimè competit. Verùm hæc fuſiùs perſequi non eſt huius loci, nec inſtituti.

Generatio Filij in diuinis.

Ex dictis facilè quis intelliget definitionem illam generationis ſubſtantialis in commune, quam ſupra attulimus, nempe, generatio eſt mutatio &c. non conuenire omnibus, quibus traditæ viuentium

D Th. 1. ſent. d. 5. q. 3. art. 1. Capr q. 1. a. 1. Henr. Gand. in ſumma a. 58 q. 1. Rich. in 2. d. 2. q. 6. circa 1. prin. generationes competunt, vti monet D. Thomas. 1. p. quæſt. 27. art. 2. quandoquidem Verbi diuini generatio neutiquam dici poteſt mutatio, ſeu via à non eſſe, ad eſſe; quia eius vita non prodiit à non ſe nec de potentia ad actum, vt manifeſtum eſt, cùm Deus ſit omnis potẽtialitatis expers, & actus puriſſimus, ac ſimpliciſſimus, in quem nulla cadit mutatio.

ARTICVLVS II.

Reſponſio ad argumenta contra ſuperiorem definitionem.

CONTRA ea, quæ in explicanda definitione generationis viuentium afferuimus, opponet quis hæc. Efformatio Euæ ex

Primum arg.

Universidad de Deusto - Biblioteca

costa Adami,de qua 2.cap.Geneseos, non fuit propriè generatio viuentis:vnde nec Adamus Euæ pater vocatur,neque inter Euam, & Adamum vlla ratio consanguinitatis intercessit, vt docet S.Thomas 1.p.quæst.92.art.1.ad 3. & tamẽ tota definitio generationis propriè
2. sumptæ illi cõuenit.Non igitur ea definitio rectè se habet. Secundò Aues, quæ incubatu suo ex alienis ouis fœtus educunt, vt non rarò fit,sunt parentes eiusmodi fœtuum;& tamen hi non eis coniunguntur,vt vitæ principio;sed iis,quæ oua concipiunt,& pariunt. Igitur cùm hæc propriè generatio viuentium sit,non videntur rectè adhibitæ in definitione illæ particulæ, principio vitæ coniuncto. Maior probatur, quia parentes sunt, qui materiam disponunt, & formam inuehunt:id verò præstant incubantes aues quæ oua tepefaciunt,& fouent,quoad pulli oriantur.

3. Tertio.Eandem generationem,qua vna arbor aliam generat,potest Deus se solo præstare; & tamen arbor genita non procedet à Deo,vt à principio vitæ coniuncto;ergo ea conditio,saltem absoluta necessitate, ad generationem viuentis non requiritur. Antecedens probatur,quia non est negandum posse Deum per se edere omnem effectum, quem exhibent causæ secundæ efficientes:idque adeò verum putat D. Thomas prima p. quæst.105. art.2.vt oppositam sententiam erroris nota coarguat.

Omnis causalitas causæ efficientis potest à Deo suppleri.

4. Quartò. Quod ad prædictam generationem non requiratur similitudo speciei inter sobolem,& progenitores, ostenditur:primùm quia generatio muli ex equa,& asino; siue ex asina,& equo,est propriè generatio viuentis, qualis est etiam ea,qua ex leæna, & pardo leopardus;ex lupo,& cerua lynx oritur:& tamen in iis proles differt specie à parentibus.Secundò, quia ex congressu dæmonis,& fœminæ potest per veram generationem humana soboles oriri, imo & sæpe ortam graues auctores asserunt:at humana soboles distinguitur specie à dæmone,vt planum est.

Responsio ad 1.argum.

Hæc tamen facilè diluentur.Ad primum concessa maiori propositione negatur minor, tum quia Eua non processit ab Adamo, vt à principio actiuo,quo pacto ea particula intelligi debet;tũ quia non processit secundum rationem similitudinis, saltem in specie infima. Enim verò licet Adamus,& Eua eandem speciem infimam naturam sortiantur; non tamen ea similitudo collata est Euæ ex vi illius productionis;cùm potuerit Deus ex costa Adami,sicuti Euã,ita & leonem pari modo efficere,vt obseruatum est à D.Thom. 1.quæst.42.art.2. ad 3.& in 4.sent.dist.40.quæst.vnica art.3.ad 1.

De procreatione Euæ ex costa Adami.

Ad 2.arg.

Ad secundum dic parentes pullorum,qui ex ouis nascuntur,haud dubiè esse tum auem fœminam,quæ oua in vtero concipit,& parit, tum alitem marem, qui pariter cum fœmina seminalem virtutem ouis imprimit,(nam hæc virtus ab vtróque parẽte deriuatur,vt progressu ostendemus)esse autẽ hos veros parentes; non eos,qui incubationis beneficium tantummodo exhibent,aliquot argumentis palam conuincitur.Primùm, quia non incubantibus, sed illis,vti vitæ

De procreatione pulloru ex ouis.

principio

principio, iunguntur ad modum superiùs explicatum. Secundò, quia illos similitudine referunt,vt videre est,cum gallina pauonum oua excludit.Tertiò,quia illi pullorum corporibus formandis de suo materiam præbent:quandoquidem,vt docet Aristoteles lib.3.de generatione animalium cap.2.Plinius lib.10. Naturalis historiæ cap. 53.pullorum membra ex albo oui effinguntur,vitellus autem, dum intra testam continentur,eis in pabulum & nutrimentum cedit.Postremò,quia si aues incubantes propterea quod oua ad exclusionem decoquunt,pullorum parentes dici deberent,idem ius sibi vendicarent quæcúmque id ipsum absque incubatu præstant,vt terra,fimus, & quædam alia, teste experientia, referentéque Aristotele lib.3.de generatione animalium cap. 2. & lib.6.de hist. anim. cap. 2. vbi ita scripsit,Incubitu auium fœtum excludi naturæ ratio est;non tamen ita solum oua aperiuntur, sed etiam sponte in terra, vt in Ægypto obturata fimo pulliciem procreant. Et Syracusis potator quidam ouis sub storea in terra positis tandiu potabat, donec oua ederent fœtum.Hæc ille.Ac nunc etiam Ægyptij ad vrbem Cayrum, & Cinæ multas ouorum centurias supra furni tectum leui subiecto igni disponunt; vnde compendio intra paucos dies erumpit numerosa soboles pullorum.

Albũ oui, & vitellus diuersa præstãt munia.

Aristoteles de incubatu auium.

Idem refert Plinius lib. 10.cap.54.tomus to.1.histor.lib.18.

Deniq́ue quod legitimi pullorum parentes non sint qui oua tantùm excludunt, satis indicat illud, quod de perdice ex Aristotele, Theophrasto,& Plinio referunt D.Ambrosius 6.Exam. cap.3.& D. Hieronymus ad decimum septimũ caput Ieremiæ in illa verba, Perdix fouit,quæ non peperit; videlicet perdicem aliena oua fouere,vt sacer vates inquit,sed pullos vbi eius, quæ oua peperit, cantum audierint,ad illam confestim aduolare, vt potè quam mirabili naturæ instinctu veram sibi matrem ouorum generatione cognouerint, significantes aliam nutricis functam esse officio,hanc parentis.

Aristoteles. Theophrast. Plinius. D.Ambros. D.Hieronym.

Ad id verò,quod pro aduersaria parte afferebatur,dicẽdum aues, quæ tantùm ouis incubãt,aliquo modo pro sua parte iuuare dispositionem materiæ ad pullorum formã introducendam; non tamen id sat esse,vt eorum parentes dicantur, cùm non disponant principaliter,vt faciunt alites,qui oua generant,eisque seminalem vim imprimunt. Ita patet solutio secundi argumenti, cuius maior propositio neganda est,& eius confirmatio refutanda ex iis,quæ diximus.

Aues,quatũtum incubant, non dispenere principaliter materiam.

Pro explicatione tertij argumenti aduertendum controuersiam esse num vitalem actionem creaturæ possit Deus se solo producere absque concursu viuentis. Negant Caietanus 1.p.q.26.art.3.& 3.p. quæst.9.art.1.Conradus prima secundæ quæst.51.art.4. Sotus in 4. sentent. distinct. 49.quæst.2.art.3. conclusione 1.& alij arbitrantes vitalem actionem pendere essentialiter à principio vitæ coniuncto, proindéque non posse eiusmodi dependentiã à Deo suppleri. Contrariam partem tuentur Gregorius in 1.dist. 3. quæst.1. art.2. Maironius dist.1. quæst.7. Aliacensis quæst. 3. art. 1. Ochamus quæst. 2. conclusione.2.& in 4.sentent. quæst.13. art.5.ad sextum.Gabriel

Ad 3.argum.

Quæstio de dependentia vitaliũ actionum à principio vitæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in 3.dist.14.quæst.1.& supplem.in 4.dist.49.quæst.2.art.3.dubio 2. Paludanus eadem dist.quæst.1.art.2.cõclusione 3.Capreolus quæst. 5.art.2.Marsilius in 3.quæst.10.art.2.conclusione sexta,Ferrariensis 4.contra gentes cap.59. Soncinas 9. Metaphys.quæst. 20. Olcot. quodlib.8.art.3.ac cæteri fere auctores communi consensu,vt testatur Gerualsius in tract.de notitiis. His adstipulatur tum ratio ex doctrina D. Thomæ in argumento adducta : tum quia nihil conuincit dependentiam actionis à principio vitæ coniuncto, cùm sit à causa purè efficiente,maiorem esse,quàm physicam. Quare cùm physica depẽdentia diuina virtute suppleri queat,licet essentialis nequeat,fit vt non videatur negandum posse quamlibet actionem vitalem à solo Deo produci.Quod ex eo etiam confirmatur;quia non actiorem nexum habet actus generandi cum anima,quàm potentia ipsa generatiua,nec maiorem potentia generatiua,quàm aliæ naturales facultates cum rebus inanimis,quarum propriæ sunt. At parum omnino (quantumuis nonnulli reclament)parum,inquam,verisimile est non posse Deum huiusmodi rerũ vita carentiũ facultates per se producere in subiectis,inhibito prorsus cõcursu formarũ,à quibus dimanãt.

Dependentia actionis vitalis à principio vitæ, non est maior, quàm physica.

In hac tamen dubitatione aduertendum dupliciter excitari posse præsentem quæstionem.Vno modo,an actio vitalis quoad substantiam,id est,quoad suam absolutam naturam,& entitatem à solo Deo produci possit.Altero,an ita possit produci,vt tunc dicatur vitaliter elicita.Quo posito asseruimus priori modo posse illam produci, vt probant rationes,quibus eam partem stabiliuimus;posteriori modo non posse. Etenim quando conditio producendi aliquem effectum apposita ex parte causæ efficientis,etiam creatę,ipsam causam includit,certum est non posse illum effectum cum ea conditione produci non concurrente eiusmodi causa:talis verò est conditio illa,vitaliter,quæ intrinsecè importat,atque includit principium vitę,à quo actio vitalis oritur.Nostra ergo sententia est eandem specie, & numero generationẽ,quæ fit à principio vitæ coniuncto, posse à solo Deo effici ; non ita tamen, vt tunc dicenda sit vitaliter elicita. Sed quæres num talis generatio in proposita definitione generationis comprehendatur.Respondemus non comprehendi;quia arbitramur definiri in ea non qualemcumque generationem viuentis ; sed eam duntaxat,quæ vitaliter elicitur, quæque communi philosophorum vsurpatione propriè vitalis appellatur ; etsi hæc, & illa, quam Deus produceret, eandem essentiam obtinerent. Nimirum definitio illa non omnes, quæ eandem essentiam, nisi eundem quoque productionis modum vendicent, complectitur ; etsi is modus accidentarium tantùm discrimẽ inducat. Ita cõstat quid ad tertium argumentum respondendum sit.Potest enim Deus eandem generationẽ,qua vna arbor aliam gignit,se solo præstare;ex quo sequitur ad exhibendam illammet generationem quoad substantiã, physica tantùm necessitate requiri,vt fit à principio vitæ cõiuncto ; licet vitalis productio talem conditionem absolutè exigat. Cùm verò dicitur posse Deum

Nihil posse vitaliter produci, nisi à principio vitæ coniuncto.

Dubitat.

Resp.

Solut. 3. arg.

Deum per se edere omnem effectum causæ secundæ actiuæ, id de effectu in se non de effectu secundum quemlibet modum, & conditionem spectato, intelligi debet.

Lege D.Tho. 7.Metaphys. text.28.

Ad quartum argumentum respondendum, est cùm dicimus generationem viuentis requirere conuenientiam in specie infima, intelligendum id esse de generatione ordinaria, ac secundum naturam ; non de ea, quæ præter naturam est, cuiusmodi habetur illa procreatio muli,& aliarum rerum, quæ in argumento afferuntur. Atque hæc responsio desumpta est ex doctrina Aristotelis libr. 7. Metaph.capit.8.text. 28. & Cyrilli Alexandrini libr.7. in Ioannem cap.10.Vel(quod eodem fere recidit) dicendum sat esse prædictam generationem ex instituto,finéque agentis tendere in simile secundum speciem infimam ; licet ob impedimentum ab ea similitudine deciscat. Impediunt enim se duorum animantium natura differentium semina, quorum mistio in causa est, vt proles in tertiam speciem degeneret;retenta,quantum fieri potest,inter illam, & parentes similitudine citra conuenientiam in specie. Lege Aristotelem lib.2.de Generatione animalium cap.6. D. Thomam q.3. de veritate art.8.ad 4.Magnum Albertum lib.16.de animalibus c.15.tract.1. Auerroem,& Alensem ad text.illum septimi libri Metaphys.Porrò quod diximus de generatione muli, aliorúmque animãtium à duobus parentibus inter se specie diuersis, similiter dicendum de iis, quæ à duobus parentibus inter se cõuenientibus specie ita gignuntur,vt ab vtroque specifica natura distinguantur;sicuti accidere perhibent in quibusdã auium generibus.Nã ex aquilinis pullis Haliæetus à patribus specie differt, & hic nõ Haliæetos,sed phenas gignit; ex phenis autẽ milui nascũtur;nec milui aues suæ speciei procreant, sed diuersæ;atque hîc demum sistitur, & fit degenerandi modus.

Solut. 4.arg.

Aristot. Cyrill. Alex.

Aristotel. D. Thom. M. Albert. Alens.

De aquilarũ pullis.

ARTICVLVS III.

Soluitur posterior pars quarti argumenti. Disquiritur num ex congressu dæmonis,& fœminæ humana soboles gigni possit.

Lege quoque Eugub.lib.9. de perenni Phil.c.32.& 38.

CIRCA posteriorem partem eiusdem quarti argumenti aduertendum est ex D.Augustino libr.8. de ciuitate Dei c.17. Apulcio in lib. de Socratis Dæmone, Psello in lib.de Dæmonibus,Maximo Tyrio sermone 26. Plutarcho in libro de Iside, Platonicorum fuisse dogma Dæmones natura sua præditos esse aërio corpore, & perturbationibus, atque obscœnis voluptatibus, vt homines, afficiSecundum præterea quosdam alios auctores adductos verbis illis capit.6.Geneseos,Ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt ; existimasse Dæmones, vel Angelos (ob id nimirum è dignitate,& gratia deiectos)propriis, vel assumptis corporibus fœminarum concubitu liberos procreasse. Ita sensit Philo in libro de

D. Augustin.

Platonicum dogma de Dæmonibus.

Quod aliud fuerit Angelorũ peccatũ dostores in 2. dist.5.

Philo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioseph. Clem. Alex. Lactantius. Tertullianus Iustinus M.

Gigantibus, Iosephus lib. 1. Antiquitatum cap. 5. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum, Lactantius lib. 2. cap. 15. Tertullianus in lib. de habitu muliebri, & de velandis virginibus, Iustinus Martyr in priori Apologia pro Christianis, vbi ita scripsit. Deus eorum, quæ sub cœlo sunt, curam commisit designatis ad hanc functionem Angelis, qui ab officio decedentes, victique fœminarum amore susceperunt ex eis progeniem, quam vulgus vocat Genios: & prouecti ad maiorem audaciam, genus humanũ sibi subdiderunt partim Magicis litteris, partim incusso metu pœnarum, partim commonstratis sacris, quæ constant victimis, odoramentis, atque libaminibus, quorum tenebantur cupidine; deuinctisque per hos affectus animis, passim miscuerunt omnia maleficiis. Quapropter poëtæ, ac fabulatores nescientes, Angelos, & ex iis prognatos Genios rem habuisse cum masculis, & fœminis; ciuitates, gentesque à se memoratas retulerunt ad ipsum Iouem, eiusque, ac fratrum eius Neptuni, Ditisque filios, & horum progeniem. Hæc D. Iustinus.

De Geniis.

1. Prænũciatum.

Præsens tamen controuersia duplici pronunciato decidenda est. Primum sit. Dæmones virtute sua nõ possunt cõcubitu fœminarum generare. Quod ita probatur. Dæmones sunt substantiæ corporis expertes; & à materia abiuncti: sed nulla eiusmodi substantia potest propria vi aliquam formam inducere in materiam, vt lib. 1. Physic. ostendimus; igitur Dæmones nequeunt virtute propria generare. Maior probari solet tum aliis argumentis, tũ quia constat Lucæ cap. 8. fuisse in vno homine Dæmonũ legionem, quæ continet sex mille sexcentos sexaginta sex: at si Dæmones corporei essent, non possent in eodem corpore simul consistere, cùm penetratio corporũ sola diuina virtute dari queat. Adde quod Angelos, siue Dæmones corporibus esse præditos, etsi nõ sit sententia erroris nomine condemnanda, est tamen parum tuta post decretũ Concilij Lateranensis secundi cap. Firmiter de summa Trinitate, & fide catholica, in quo dicitur Deum ab initio temporis vtramque de nihilo condidisse creaturam, spiritualem, & corporalem, Angelicã & mundanam; deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam. Cùm igitur Concilium Angelos, è quorum ordinibus Dæmones ceciderunt, appellet creaturam spiritualem, prout à corporali distinguitur; palam docet tam Angelos, quàm Dæmones incorporeos esse.

Dæmones esse incorporeas substantias.

Cap. 9. q. 12. art. 2.

Damoni. & Angelos esse incorporeos affirmat D. Dionys. 4. de diuin. nom. & Greg. Nyss. in lib. de orat. D. Cyrillus mil. 22. in Gen. D. Cyp. lib. 4. in Iob c. 10. D. Greg. lib. 4. dial.

Conc. Late.

Quin verò nec si Dæmones essent naturâ sua præditi corporibus, vt quorundã sentẽtia fuit, possent, ex fœminis vi sua liberos suscipere; quia generatiuum teste Arist. lib. 2. de anima c. 4. text. 34. supponit vegetatiuum: omne autem corpus, quod vegetatur, & nutritur; corrumpitur; vt docet etiam Arist. lib. 1. de Cœlo cap. 3. text. 21. & hoc in lib. cap. 3. text. 26. quare si Dæmonibus vis generandi competeret, haud dubiè essent corruptioni obnoxij, quod falsum est.

Dæmones fœminis dare posse contra Caiet. Lazer. sub Leon. decimo Sess. 8. & Clarissimi cuiusdam Cantuariensis.

2. Pronunc.

Secundum pronunciatum. Probabile est Dæmones corpore extrinsecùs assumpto, & ad humanam effigiem conformato, posse fœminarum congressu, virtute seminis virilis aliunde arrepti, humanã sobolem

sobolem procreare. Huiusce pronunciati veritas, quam tuetur D. Thom. in 2. dist. 8. quæst. 1. art. 4. & Richardus in 1. dist. 9. quæst. 1. circà primũ principale, indè suadetur, quia, vt ex D. Augustino, aliisque Theologis 1. lib. Physic. ostendimus, Dæmones possunt edere effectus naturales applicando ad idoneam materiã naturalia actiua, ad quos illa ingenitam vim habeant. Virtus autem generãdi ex parte viri est in semine, quod Dæmon succubus potest à viro accipere, deinde factus incubus in vterum fœminæ transfundere.

Cap. 10. q. 12. art. 3. Lege Dur. in 3. dist. 7. q. 4. D. Th. 1. part. q. 91. art. 2.

Ac quod aliquando improbi Dæmones cum fœminis ita concubuerint multi graues auctores testantur. Qua de re ita scripsit D. Augustinus lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 23. Creberrima fama est, multrique se expertos, vel ab eis, qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Syluanos, & Faunos, quos vulgo incubos vocãt, improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum appetisse, ac peregisse concubitum; & quosdam Dæmones, quos Dusios Galli nuncupant, hanc assiduè immunditiam, & tentare & efficere, plures, talesque asseuerant, vt hoc negare impudentiæ videatur. Hæc Diuus Augustinus.

Citatur hic locus à D. Th. 1. part. q. 51. art. 3. ad 6.

D. August.

Idem constat ex epistola decretali Innocentij Papæ huius nominis Octaui, vbi statuitur, vt fidei Inquisitores in maleficas mulieres cum Dæmonibus turpiter consuetudinem habentes, vti par est, animaduertant. Idem affirmat etiam Abulensis quæstione 6. ad cap. sextum Geneseos aiens ex iis conceptibus robustissimos, & procerissimæ staturæ homines nasci, propterea quod vt etiam D. Thomas in 2. dist. 8. quæst. 1. art. 4. ad. 3. & Durandus quæst. 2. aduertit, Dæmones nouerint vim seminum; & opportuniora tempora ad generandum, quibus admirandi, & inusitati partus obueniant. Additque Abulensis ex quorundam opinione Merlinum vatem in Anglia celebrem eo modo fuisse generatum: idemque de Homero poëta refert in eius vita Plutarchus ex Aristotele lib. 3. Poëticæ, & Politianus in sua præfatione in Homerum: quod tamen poëticum videtur. Aduertere autem eos, qui à Dæmonibus ita gignuntur, non dici eorum filios, sed illorum potiùs, à quibus semen decisum capiunt, & à quibus gignendi virtus semini imprimitur. Quemadmodum neq; ij, qui ignem vrendis lignis admouent, propriè dicuntur ligna vrere; sed ignis, cuius calore lignorum materia ad formam ignis disponitur.

Decretũ Innocentii.

De Merlino, quẽ ferũt ex cõgressu Dæmonis generatum.

D. Th. 1. par. q. 51. art. 3. ad 6.

Porrò secundum hoc pronunciatum non certa; sed probabili duntaxat assertione constituimus; quia etsi non videatur dubitandum posse Dæmones applicando naturalia actiua passiuis producere animalia, quæ ex putri materia oriuntur, quo pacto eorum ope Magi Pharaonis veros serpentes exhibuerunt, vt D. Augustinus 20. lib. de Ciuitat. Dei, cap. 19. & lib. 3. de Trinitate cap. 7. & 8. aliique auctores affirmant: tamen num ad generationem humanam semen aliundè assumptum ita accommodare valeant, vt proles concipiatur, ambiguũ est; idque fieri posse negant nonnulli ex schola Medicorum; propterea quod virtus seminalis insideat in partibus seminis tenuissi

D. Augus. de serpentibus Magorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

temissimis, hoc est in spiritibus, qui hinc illuc transferri non possunt; quin euanescant. Quod minimè mirādum est, cùm neque Dæmones possint corpora ex elemētis formare adeò humanis similia, vt siquis ea diligenter, & considerate attrectaret, non posset facilè deprehendere non humana, sed fictitia esse, ob discrepantiam mollitudinis, & duritiæ, ac reliquæ temperaturæ, quam exactè effingere in potestate Dæmonum non est. Id quod affirmat, & exemplis comprobatum fuisse memorat Caiet. in commentariis secund. secundæ quæst. 95. a. 3. Cæterum D. Thom. in 2. dist. 8. quæst. 1. a. 4. arbitratus, vt supra retulimus, posse. Dæmones modo illo humanam prolem edere, ait facile iis esse (cùm magna celeritate moueantur, moueántque corpora eis quoad lationem obsequentia) adhibitis externis fomentis calorem, & spiritus in semine assumpto ad breue illud tempus conseruare.

Idem negat Ioannes Lucid. lib. 1. de emendatione tempo. c. 4.

Dæmonum imbecillitas in efformandis corporib.

Opinio D. Thom.

Explicatur locus cap. 6. Genes. 6.

Quod verò attiner ad locum illum Geneseos, videntes filij Dei filias hominum, &c. quem, vti supra retulimus, multi ita interpretati sunt, vt asseruerint Angelos, vel Dæmones propria vi humanā prolem genuisse; dicendum nomine filiorum Dei non significari ibi Angelos, aut Dæmones, sed ortos ex sancta stirpe Seth; nomine autem filiarum hominum eas, quæ erant de familia Cain; vt explicat D. Clemens lib. 1. Recognit. D. Cyprianus sermone 5. D. Athanasius lib. de quæstionibus script. quæst. 19. D. Augustinus lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 23. D. Chrysostomus homil. 22. in Genesim, D. Cyrillus lib. 9. contra Iulianum, Cassianus collatione 8. cap. 23. D. Thomas 1. part. quæst. 51. art. 3. ad 6. Eucherius, Theodoretus, Genadius, Rupertus, Albinus in explicatione eius loci. Alij nomine filiorum Dei, secundum phrasem Hebræam, & sacræ paginæ consuetudinem significari inquiunt filios iudicum, principum, ac potētum. Qua de re D. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis. His non obstat, quod vbi vulgata editio habet, filij Dei, alia versio habet, Angeli Dei. Primùm quia lectio illa communis non est. Deinde quia adhuc appellatione Angelorum non Angelici spiritus; sed homines indicantur. Nam & Dei cultores, iustiue in sacris litteris interdum Angeli nuncupantur, Lege D. Augustinum quæst. 3. super Genesim, & 15. de Ciuitate Dei cap. 23. & D. Chysostomum homil. 21. in Genesim.

Stirps Seth. Deū colebat.

Altera eiusdem loci interpret.

QVAESTIO XI.

Vtrum generatio sit conuersio.

ARTICVLVS I.

De conditionibus ad conuersionem requisitis.

Prima conditio.

IN hac disceptatione aduertendum primò est ad rationem conuersionis quinque conditiones requiri. Prima est, vt id, quod conuertitur, desinat esse. Probatur, quia in omnibus

nibus conuersionibus ita fieri videmus. Nam v.g. cùm aër conuertitur in ignem, desinit esse aër, cùm panis in diuina Eucharistia transmiliter cùm vxor Lot Genes. 19. in statuam salis conuersa fuit, extincta est. Deinde ratione confirmatur; quia quod conuertitur, transit in aliud; id enim nomē ipsum, & notio conuersionis indicant; quod autem in aliud trāsit, proprium esse amittit. Vnde D. Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei, capit. 18. ait non fuisse veras conuersiones illas, quas Ethnici poëtæ prædicabāt à Magis, aut Diis effectas, vt Arcadum in lupos, sociorum Diomedis in aues; comitū Vlyssis in diuersi generis bestias, Iphigeniæ in ceruam. Non enim per eas, qui conuerti dicebantur, desinebant esse; sed Dæmonū præstigiis humano aspectui subtrahebantur. Non est tamen necesse, vt res conuersa quoad omnes suas partes, ex quibus cōstat, pereat. Nam conuersio vxoris Lot in statuam salis, vera fuit conuersio, & tamen remansit eius materia. Quod pari modo accidit in conuersione aquæ in vinum Ioann. 2. Nec enim opus fuit aliam in iis materiam de nouo creari, aut aliunde asciscī. Sat ergo est per interitum, abscessumve solius formæ desinere esse compositum, si id, quod conuertitur, compositum sit.

Homerus Odyss. 10. Virgil. 7. Æn. Ouid. 14 & 12. Met. in. Item Boëtius lib. 4. de consol. Phil. metro 3.

D. Augustin. de poëticis transformationibus.

De conuersione vxoris Lot.

Nonnunquam tamen omnes compositi partes esse desinunt, vt in sacræ Eucharistiæ mysterio; vbi fit conuersio tam formæ, quàm materiæ panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, vt docet Concilium Tridentinum Sess. 13. cap. 8. can. 2. Vniuersim autem istiusmodi conuersiones, in quibus tam forma, quàm materia deperit: solius diuinæ virtutis sunt. Etenim vt natura in omni actione, & mutatione supponit materiam, solamque formam inducit; ita solam formam salua materia potest expellere: Deus autem vt vtrumque in sua potestate cohibet, & vtrumque valet producere; ita non minus vnum, quàm alterum potest extinguere, & in aliud mutare, vt animaduertit S. Thomas 4. contra gent. capit. 63. & in 3. p. quæst. 75. artic. 4. ad 3.

Idem asserit D. Th. 3. p. q. 75. a. 6. & in 4. d. 11. ibidē D. Bon. 4. q. 2. Hugo Vict. lib. 2. p. 8. c. 9. Innoc. lib. 4. de myst. c. 8. & 19. Lege etiam Concil. Lat. c. Firm. Constant. Sess. 8.

Conci. Trid.

Natura in omni actione, & mutatione supponit materiā.

Ex dictis facilè quiuis intelliget non eosdem loquendi modos in omnibus conuersionibus, verè, ac propriè vsurpari posse. Etenim in conuersionibus accidentariis verà, propriáque habentur hæc pronuntiata, candidum fit nigrum, molle fit durum; in substantialibus verò non item: hæc enim, aër fit ignis, homo fit cadauer, minus propria sunt. Ratio discriminis est, quia non ritè dicitur vnum fieri alterum, nisi quando manet idem commune suppositum; siue idem singulare per se subsistens; hoc autem manet, cum mutatio penes sola accidentia contingit, non cum fit penes ipsam substantiam. Multo minus autem vsurpari solent eiusmodi propositiones in conuersionibus supernaturalibus, in quibus nulla pars rei, quæ conuertitur, manet, vt in diuina Eucharistia. Ideoque Theologi docent si ferāmus, vt interdum accidit, falsam esse hanc propositionem, panis fit corpus Christi: in iis tamen, quæ naturæ vi perficiuntur, verissi-

Quædā obseruāda circa modos loquēdi in cōuersionibus.

Lege Soarīū 3. p. q. 75. disput. 51. Sect. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

milior est ea loquendi ratio; propterea quod in illis eadem communis materia subiiciatur vtrique termino, vt diximus, sed neque in iis simpliciter admittitur à Philosophis.

Siquis autem petat num in conuersionibus substantialibus aptè vsurpentur particulę, de, vel, ex. Vt liceatne dicere de aëre, vel ex aëre fieri ignem. Respondemus in conuersionibus naturalibus vtrumque verè propriéque dici. Nam particula, de, indicat subiectum substantiale, seu materialem causam vtrique termino communem. Particula verò, ex, non necessariò importat habitudinem causæ, vel principij, vt cùm dicimus homo fit ex corpore, & animo; sed etiam successionem, vel ordinem cuiuslibet termini à quo; vt cùm creatio definitur productio ex nihilo; & cùm nox dicitur fieri ex die. Patet autem ex dictis sensum vtriúsque particulæ, aptè cõuenire in conuersionem substantialem naturalem. In supernaturalibus autem, in quibus nihil substantiæ, eius, quod cõuertitur, remanet; vsus particulæ, de; locum non habet: quia talis loquendi modus falsus est, vt satis constat, nisi ea particula, sumatur pro particula, ex, vsus verò particulæ, ex, vtrobique communis est, quia in omnibus conuersionibus inuenitur successio, vel transitus ab vno ad alterum.

Particula, ex, vt latissimè pateat.

2. Conditio. Secunda conditio requisita ad veram conuersionem, est, vt id, in quod fit conuersio, aliquo modo accipiat esse, vel nouam dependentiam, aut aliud quid simile. Probatur, quia alioqui si res, in quam alia conuertitur, eodem prorsus modo se habeat, atque antea; nihil causæ erit, cur ea, quæ conuertitur, in illam potiùs, quam in aliam conuerti dicatur. Item quia cõuersio, cùm non fit pura desitio, alioqui esset annihilatio, vel corruptio; cùmque non fiat per solam subtractionem concursus causæ agentis, sed per influxum positiuum illius, atque adeò per actionẽ; consequens est vt tendat in rem aliquid ei conferendo eò modo, quò diximus. Et hoc quidem planum est tam in naturalibus conuersionibus, quam in iis, quæ supra naturæ vim peractæ fuerunt, quibus noua forma in materiam introducta est, vt in conuersione vxoris Lot, & aquæ in vinum, de quibus supra. Siquidẽ id, in quod aliud ita conuersum dicitur, re vera generatur, accipitque de nouo esse. Sed idem quoque in diuina Eucharistia suo modo contemplari possumus; vbi corpus Christi per actionem, qua panis in ipsum conuertitur, accipit esse substantiale, non quasi tunc de nouo productum; cùm iam id à parte rei habeat; sed illud idem esse sub nouo modo supernaturali cum dependentia à speciebus. Sic enim sub iis latet, vt eas ex lege sacramenti, quòcunque deferantur, comitetur, & iisdem corruptis sub eis esse desinat.

Corpus Christi in diuina Eucharistia accipit esse substantiale.

3. Conditio. Tertia conditio, quæ ex duabus superioribus colligitur, est vt versetur inter duos terminos vtrinque positiuos. Nam cùm conuersio sit transitus quidam, & in omni transitu detur vnum, à quo, & aliud, ad quod tenditur; opportet in omni conuersione dari terminum à quo, & terminum ad quem. Debere autem hos, esse duas res positiuas inde constat, quia nihil amittit esse, nisi quod esse habet, atque

Scot. in 4. d. 11. q. 3.

atque adeò quod est quidpiam positiuum: & nihil terminat veram, positiuáque actionem, nisi quod verum, & positiuum esse obtinet. At id, quod conuertitur, amittit esse: & conuersio est vera, ac positiua actio terminata ad id, in quod fit conuersio.

4. Conditio. Quarta conditio est, vt sit connexio quædam, & dependentia inter desitionem termini à quo, & successionem termini ad quem: ita vt ille desinat, quia hic subsequitur, & vi desitionis successio fiat: alioqui non diceretur vnum conuerti in aliud: sed erit pura desitio vnius, & simplex productio alterius.

D. Th. 1. p. q. 75. & 4. cõtr. gent. c. 63. Sc. in 4. d. 9. q. 2. a. 2. ad 3. Durãd. d. 11. q. 2.

5. Conditio. Quinta conditio est, vt sit aliquid vtrique termino commune; alioqui non dabitur connexio, & ordo inter terminos conuersionis. Quod autem tale quid in omnibus conuersionibus inueniatur, inductione conspicuum fiet: siquidem cum per conuersionem noua forma materiam subit, interuenit communis materia: & in mysterio Eucharistiæ manet Christi corpus sub eisdem speciebus, sub quibus panis fuerat; idemque suo modo continget in cæteris conuersionibus, quæ diuinitus fieri possunt, si modò propriè conuersiones fuerint. Obiiciet tamen aliquis, Deus ex communi sententia Theologorum potest conuertere lapidem in Angelum v.c. & quamlibet creaturam in aliam: atqui nulla pars lapidis, nec aliquod eius accidens potest manere in Angelo. Igitur ad veram conuersionem non necessariò dandum est aliquid commune vtrique termino. Occurrendum, posse in Angelo diuinitus seruari aliqua accidentia, quæ in lapide extiterant, & viceuersa, vt alibi ostensum à nobis fuit, idque ad rem propositam sat esse.

Scot. in 4. d. 11. q. 1. a. 2. & in quodl. q. 10. Rich. d. 10. a. 3. q. 2. Palud. d. 11. q. 3. Cap. a. 3. ad 1. Dur. cõtra 2. concl. Mai. q. 1. a. 3. Sot. d. 9. q. 2. a. 4. Gabr. lect. 40. in Can. Bolar. lib. 2. de Euch. c. 13.

Obiectio.

Responsio.

ARTICVLVS II.

Disputatio quæstionis, eiusque dilutio.

HIS ita explicatis, erit qui probet generationẽ neutiquam esse conuersionem. Primùm, quia terminus à quo generationis est priuatio; cõuersionis autem positiuum quid, vti diximus. Secundò, quia in generatione manet eadem materia: in conuersione autem interdum manet, vt de virga Aaronis affirmat D. Chrysostomus in Ioannem homil. 21. & D. Thomas in 2. dist. 18. q. 1. a. 3. & 4. At non ita res habet in diuina Eucharistia v.g. vbi neque forma, neque materia panis manet. Tertiò, quia conuersio importat duplicem actionem, alteram negatiuam, qua res, quæ conuertitur, euanescit; alteram positiuam, qua ponitur id, in quod fit conuersio: generatio autem non est nisi vna simplex actio: neque obstat, quod tam generatio, quàm conuersio possunt ferri in eundem terminum, vt cùm generatur ignis, in quem aër conuertitur. Non enim vnitas specifica actionis sumenda est præcisè à termino ad quem materialiter sumpto, sed secundum modum & rationem

Primum arg. pro parte negat. quæst. 2.

3.

Cõfutatio responsionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

formalem,sub qua terminat:at ignis terminat generationem,vt quid generabile;conuersionem autem vt quid conuertibile, (liceat enim inopia vocabuli sumere conuertibile pro eo, in quod fit conuersio) constat autem diuersam esse rationem generabilis, & conuertibilis. Generabile enim dicit producibile ex priuatiuo, vt termino à quo, seu potiùs ex priuatione formæ rei, quæ gignitur sub eadem communi materia. Conuertibile autem,producibile ex alio positiuo, in cuius vicem succedit,seruatis cæteris conditionibus,quas paulò ante recensuimus.Itaque vt productio hominis per creationem,& generationem, esto in eundem materialem terminum ferantur, omnium consensu distinguuntur specie;quia creatio terminatur ad hominem, vt producibilem ex nihilo; generatio autem vt producibilem ex alio iuxta modum, quem diximus:ita generatio, & conuersio, licet habeant eundem terminum ad quem materialem; ob diuersitatem rationis formalis, natura, speciéque inter se different.

Creatio,& generatio eiusdem vt differant.

Primũ pronuntiatum.

Hæc controuersia duplici pronuntiato enodabitur.Primum est, Omnis generatio,quæ naturæ viribus fit,est conuersio: non tamen omnis, quæ diuinitus dari potest. Prior pars ostenditur, quia cùm natura aliquid generat, semper vnum in alterum conuertit, vt cum ex aëre generat ignem,vel ex aqua terram.Idemque in cæteris eiusmodi videre licet. Posterior pars suadetur, quia si Deus nunc creet materiam, & eam præuiis accidentibus disponat, deinde formam ignis in ea producat: talis productio erit generatio, vt liquet ex iis, quæ à nobis in hoc libro, & in primo Physicorum tradita sunt: & tamen ea generatio non erit cõuersio,quia tunc nihil dabitur, quod dici possit in ignem conuerti:ergo non omnis generatio, quæ diuina virtute effici potest,conuersio est.

Cap. 7. q.1. art.4.

2. Pronũtiatum.

Secundum pronuntiatum. Cùm generatio,& conuersio in productione alicuius rei simul concurrunt; sunt vna, & eadem actio realiter; non tamen eadem essentialiter. Huius pronuntiati veritas,

Probatio prioris partis.

quoad priorem partem, ex eo ostenditur; quia conuersio est actio positiua & realis; nec enim est sola desitio rei, quæ conuertitur, vt ex dictis constat. Non sunt autem ponendæ in generatione duæ actiones;vna,quæ dicatur conuersio;altera, quæ vocetur generatio, cùm eam multiplicationem nulla ratio,aut necessitas persuadeat:ergo generatio,& conuersio cùm simul concurrunt,sunt vna,eademque actio realiter.

Confirmatio posterioris.

Deinde quod non sit eadem actio essentialiter,quæ erat posterior pars eiusdem pronunciati, probatur; quia conuersio in suo conceptu quidditatiuo includit terminum à quo positiuum: generatio autem non nisi priuatiuum.Præterea idem ostendunt aliæ differentiæ,quas diximus inueniri inter conuersionem, & generationem. Idem confirmant rationes initio huius articuli à nobis adductæ;planè enim concludunt dari intrinsecam distinctionem inter generationem,quà generatio, & quà conuersio est; non tamen maiorem, quàm

quàm essentialem. Vbi aduerte conuersionem esse quid commune comprehendens sub se varias species,vt conuersionem panis in corpus Christi,conuersionem vxoris Lot in statuã salis, conuersionem aëris in ignem, cùm ex aëre ignis generatur, aliásque huiusmodi. Verùm cùm ex aëre fit ignis, licet ibi interueniat species quædam conuersionis eadem re cum generatione eiusdem ignis; ea tamen conuersio distinguitur specie à generatione ignis,vt prædicta argumenta conficiunt.

Igitur ad ea,quæ initio huius articuli proposuimus, dicendum iis tantummodò concludi generationem, & conuersionem distingui inter se essentialiter, intellige cùm simul concurrunt: alioqui cùm vna absque alia inuenitur,vt adductis exemplis ostendimus,planum est illas re ipsa differre. Aduerte autem circa tertium argumentum nomine conuersionis non ex æquo importari actionem positiuam, & negatiuam; sed illam primò, hanc secundaria ratione, & vt quid connotatum.

Responsio ad arg. pro parte negat.

QVAESTIO XII.

Vtrum generatio sit vera actio momentanea; an non.

ARTICVLVS I.

Opinio existimantium non esse.

HERVEVS in tractatu de vnitate formarum quæst. 17. Cajetanus 1.part. quæst.54. art. 3. & in libello de ente & essentia quæst. 17. aliique nonnulli negatiuam partem amplexi sunt aëites vbi primùm materia accidentibus ad recipiendam formam necessariis præparata,ac disposita est,resultare in ea formam (si modo ex iis fit, quæ de materiæ potestate educuntur)resultare, inquam, vi antecedentium dispositionum sine vlla noua actione, similitérque in generatione hominis,momento,quo à Deo anima corpori dispósito infunditur, nullam dari neque ex parte Dei, neque ex parte generantis actionẽ, qua vnio animæ cum materia attingatur, vel qua producatur compositum. Quod si his authoribus opponas Aristotelé numerantem generationem inter mutationes, actionésque positiuas. Occurrunt non loqui tunc Philosophum de generatione nuda, hoc est, de introductione formæ per se, sed vnà cum præuia alteratione, prout extrinsecùs terminatur ad esse rei in instanti genitæ.

Vt lib.5.Phy. cap.1.

Videtur autem hæc sententia hisce argumentis comprobari. Primum, quia si generatio pro introductione formæ esset vera actio momentanea, vnum è duobus incommodis sequeretur; vel aliquã substantia foret immediatũ principiũ suæ operationis, quod admit-

Primum arg. pro parte neg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendum non esse ostendimus in Physicis; vel aliqua substantia ageret interuentu accidentium, quæ non existunt, quod est contra Aristotelem 1. lib. Poster. cap. 4. vbi ait, id quod non est, non posse esse causam eius, quod est, & lib. 2. Phys. cap. 4. text. 37. & lib. 5. Metaphy. cap. 2. text. 3. vbi docet effectum in actu, & causam in actu esse simul. Sequi verò ex his alterum, patet. Nam eo pũcto temporis, quo forma materiam subit, nullum iam est in ea accidens à generante productum, facta videlicet resolutione vsque ad materiã primam. Quare vel generans eiusmodi actionem immediatè eliciet è sua substantia; vel certè ex accidentibus, quibus antea materiam apparauerat, quæ tamen iam euanuère.

lib. 2. phys. 7. quæst. 12. art. 6.

Id quod non est, non posse esse causam eius 9 quod est.

2. Argum. Secundò, Omnis actio est accidens, & omne accidens recipitur in singulari per se existente, vt docet Aristoteles lib. 1. Metaphys. cap. 1. atqui generatio sumpta pro introductione formæ non ita se habet; quandoquidem eius subiectum est materia prima, asserente eodem Aristotele hoc in libro capit. 4. text. 24. ergo talis generatio non est vera actio.

3. Argum. Tertiò. Hanc sententiam probant multa loca Aristotelis. Nam in lib. Categoriarum cap. 13. generationem numerat inter species motus. Quod etiam facit lib. 3. Phys. cap. 2. text. 6. aliisque in locis. Præterea lib. 5. eiusdem operis cap. 1. text. 7. asserit in omni mutatione dari prius; & posterius & lib. 6. cap. 3. text. 22. probat vniuersim id, quod mutatur, partim esse in termino à quo, partim in termino ad quem; & cap. 6. text. 54. & 55. ait omne, quod mutatur, tempore mutari, nec fieri posse, vt quicquam in instanti mutationem subeat. Et denique lib. 7. cap. 4. text. 34. comparat inter se generationes quoad tarditatem, & velocitatem. Quibus perspicuum videtur non dari in disciplina Arist. generationem, quæ sit vera mutatio positiua, actióque momentanea, proindéque veram generationem nihil aliud esse, quàm alterationem, quæ formæ introductionem præcedit.

ARTICVLVS III.

Constituitur vera Sententia: diluuntur argumenta aduersariorum.

Assertores partis affirmatiuæ, quæ defenditur.

CONTRARIA tamen opinio, & veritati, & Peripateticæ doctrinæ consentanea est, eãque amplectitur D. Thom. in q. de potentia q. 3. art. 3. Henr. Gandauensis quodlib. 9. quæst. 4. Scotus in 2. dist. 2. quæst. 9. Capreolus in 2. dist. 13. q. 1. art. 3. Alensis 3. part. quæst. 7. mem. 6. Auerroes lib. 4. Phys. comm. 129. & lib. 5. comm. 8. Simplicius lib. 5. eiusdem operis ad text. 8. ac cæteri ferè tam Græci, quàm Latini interpretes. Nam quod nonnulli pro contraria sententia D. Thom. alioſque graues auctores citant, quia interdum in eis legunt generationem esse terminum extrinsecum alterationis; leui planè indicio

Quæstiuncula 1. q. 14. ad 1. Alensis in 2. 1. Alensis quæst. 52.

indicio id colligunt. In neutra enim sententia inficiandum est alterationem terminari extrinsecùs ad generationem, cùm ad eam ordinetur. Nec quicquam impedit, quominus vna actio sit terminus extrinsecus alterius, vt calefactio illuminationis.

Primùm igitur quod generatio sumpta pro momentanea formæ introductione distinguatur intrinsecè, & essentialiter ab alteratione, ostenditur, tum quia generatio ita spectata habet pro termino substantiam; alteratio qualitatem; talis verò differentia ex parte termini intrinsecum, & essentiale discrimen ponit inter mutationes, vt alibi docuimus. Secundò quia cùm introductionem formæ non antecedat vna alteratio, sed multæ; tot videlicet, quot accidentia generans in materiam inuehit, vt eam recipiendæ formæ idoneam reddat: vel generatio consistit intrinsecè in vna aliqua dumtaxat earum alterationum: vel in collectione omnium; quorum neutrum dici potest: non primum, cùm nulla sit maior ratio, cur in vna, quàm in alia ponatur. Non secundum, quia sequeretur generationem non esse vnam simplicem mutationem; sed plures, contra communem sententiam Philosophorum, præsertim Aristotelis lib. 5. Physic. cum de vnitate mutationum disserit. Igitur inter generationem prædicto modo consideratam, & inter alterationem necessariò constituendum est essentiæ discrimen; quod nonnulli contrariæ partis auctores negant.

Lib. 5 Phys. cap. 4. q. 1.

Eius rationes.

Generatio non est alteratio.

Generatio est mutatio vna, simplexque.

Deinde, quod generatio pro momentanea introductione formæ sit vera, & realis actio, ostenditur; quia generatio ita accepta, est mutatio, vt in confesso est apud omnes; cùm per eam materia in instanti generationis aliter se habeat secundum formam, quàm recipit, ac sese habebat tempore generationem antecedente. Deinde hęc mutatio est realis, vt satis indicat eius terminus, tum proximus, & immediatus, qui est forma; tum mediatus principalis, qui est compositum. Item verò talis mutatio infertur ab agente, hoc est, à generante, siue ab introducente formam: est ergo actus agentis: atqui actus agentis, vt agens est, nihil est aliud, quam actio: igitur prædicta introductio formæ, est vera, & realis actio momentanea. Præterea cùm leo leonem gignit, datur vera actio, qua generans formam geniti, saltem vt terminum minus principalem producit, vnitque cum materia; siquidem producere, & vnire, est agere: atqui istiusmodi actio re ipsa generatio est, vt quæstione proxima ostendemus; igitur generatio est vera actio. Denique aggeneratio, quæ datur dum viuens nutritur, est vera actio: siquidem est motus continuus, vt progressu demonstrabimus, & omnis motus realiter est actio, vt lib. 3. Physicor. cap. 3. quæst. 1. art. 2. docuimus: ergo & totalis generatio, vera actio dicetur; cùm vtrobique eadem sit ratio.

Generatio est vera, & realis actio.

Postremò, quod hæc nostra sententia Peripatetica sit, ex eo probatur, quia Aristoteles multis in locis facit generationem mutationem realem, diuersam ab alterationis motu, formæ introductionem præeunte, vt lib. 5. Physicorum capit. 1. vbi mutationem

Quod hæc opinio sit Aristotelis.

in gene

Universidad de Deusto
Biblioteca

in generationem, & in motus, vt in distincta membra partitur. Et hoc in lib.capit.4.textu 24.& rursus lib.5.Physicorum cap. 1. textu 8.vbi docet aliud esse subiectum generationis,aliud alterationis; & eodem lib.cap.primo text.9.& capit.5.text. 51. cùm affirmat generationem non esse motum,propterea quod hic inter terminos contrarios illa inter cõtradictorios versetur:& eodem libro cap.1. text. 10.cùm ait ad substantiam non esse per se motum,atque ita generationem motum non esse.

Responsio ad argumẽta superioris art. Ad 1.

Quoniam igitur argumenta alterius opinionis, & si in speciem probabilia sint, non tamen institutum probant;ea diluemus. Ad id, quod initio propositum fuit,respondendũ est è duobus illis incommodis primum non rectè colligi;secundum in tali euentu reuera incommodum non esse.Etenim substantia nõ attingit generationem, nisi interuentu accidentium, quæ licet in eo instanti pereant;adhuc tamen eorum vis generans actionem generandi elicere potest : sat enim est perseueralsse illa vsque ad instans generationis extrinsecè; neque in eo,nisi ratione subiecti intereuntis, desiisse. Quæ enim ita desinunt, censentur quodammodo adhuc esse cùm inter momentum generationis,& antecedens tempus,quo extiterunt,nulla duratio interiecta sit.

Ad 2.

Ad secundum concessis iis,quæ in eo assumũtur, respondendum est, licet generatio in materiam recipiatur, id non esse impedimento,quominus dicatur à supposito, siue singulari per se existente sustineri,& in co recipi. Nam cùm materia sit pars suppositi, dicetur quidem generationem sustentare, vt quo; ipsum verò suppositum, vt quod.Si quis verò vrgeat generationem tum forma, tum supposito priorem natura esse; quare non videri quo pacto in illo originis momento substentari queat à supposito.Respondemus,quod supra, esse quidem priorem in genere causæ agentis, posteriorem in genere causæ materialis.

" Generatio substentatur à supposito.

Ad 3.

Pro solutione tertij argumenti,quod Aristotelicæ doctrinæ testimonijs innititur,repetendum est, quod alibi monuimus ex Simplicio lib.5.Physicor.text.8.& Auerroe lib.6. Physicor. comm. 59. & lib. 8.comment.55.M.Alberto 1.huius operis tractatu 1.cap.21. & aliis,generationem apud Aristotelem (quod etiam aduersarij fatentur, vt initio quæstionis præfati fumus) interdum sumi pro alteratione præuia vnà cum suo termino extrinseco, qui est formæ substantialis introductio : nonnunquam pro sola introductione eiusdem formæ.Igitur cùm Aristoteles,generationes motibus annumerat, easve quoad velocitatem, & tarditatem comparat;generationis nomen in priori sensu accipit, non in posteriori. Item locis aliis in argumento adductis, vbi de mutatione loquitur, non agit de mutatione in toto suæ significationis ambitu, prout motum, generationémque comprehendit;sed pressiùs, vt interdum solet, prout de mutatione successiua duntaxat,siue de motu dicitur.Atque ita cùm ait in omni mutatione dari prius, & posterius; perinde est ac si dicat,

Duplex acceptio generationis.

dicat, in omni motu. Et in hunc sensum alia his affinia testimonia accipienda sunt.

QVÆSTIO XIII.

In quanam actione generatio propriè consistat.

ARTICVLVS I.

Decernitur consistere in actione,qua generans vnit formam cum materia.Disquiritur num in humana generatione talis actio detur.

QVIA superiori disputatione conclusum à nobis fuit generationem esse veram,germanãque actionem,proximum est vt quænam actio ea sit, scrutemur.Hæc difficultas, vt explicatè enodetur, aduertendum est cùm quippiam generatur, præter antecedẽtium dispositionum productionem,in qua generationem propriè sumptam minimè sitam esse ostendimus;dari productionem formæ, siue introductionem, vnionemve eiusdem cum materia; itémque productionem totius.Quærimus ergo in quonam ex his generatio formaliter constitui debeat.Quod non in productione totius, ex eo suadetur; quia,vt inferiùs à nobis probabitur,totum non efficitur per aliquam veram actionem sibi propriam distinctam ab ea,qua forma gignitur, seu vnitur cum materia. Quare cùm generatio sit vera actio, non consistet in ea,qua totum peculiariter fiat.Deinde quòd non consistat absolutè in illa,qua producitur forma,probatur,quia vt rectè ait Caietanus 1.p.quæst.118.art. 2.& Hispalensis 1.sentent. distinct.5. quæst.1.art.3.& Soncinas 8. Metaphy.quæst. 14. productio formæ non pertinet per se ad rationem formalem, & intrinsecam generationis(intellige nisi productio formæ,& eius vnitio in eandem formaliter actionem recidant, qua de re infra.) Nam in resurrectione, quæ iterata quædam generatio est,non producetur forma,sed vnietur. Et si aliud quoduis agens; productam iam ab alio formam cum materia copulare posset;haud dubiè diceretur generare, si eam tantum cum materia coniungeret; quemadmodum parieti calcem admouens, parietem dealbare perhibetur; cùm tamen candorem ipse non producat, sed calci inhærentem parieti admoueat, iungatque. Supereſt ergo,vt generatio consistat formaliter in actione, qua forma in materiam inducitur,seu cum ea copulatur.

Quod generatio nõ consistat in productione totius.

Nec in prod. formæ.

Sed in vnitione cũ materia.

Verùm quonam pacto id in humana generatione constet, grauis dubitatio est;in qua duæ occurrunt celebriores sententiæ.Prima est D.Thomæ 1.p. quæst.118.artic.2.ad 4.& lib.2.contra gentes capit. 89.aliisque in locis, Scoti in 1. distinct. 17.quæst. 3. Richardi in 2. distinct.

De generatione humana.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliæ opin. distinct.17.quæst.3.Capreoli dist.15.quæst. vnica, Bassolij distinct. 19.quæst.vnica art.3.Ferrariensis ad caput citatum contra gentes,& aliorum complurium, qui ex parte hominis generantis nullam ponunt actionem, quæ intrinsecè attingat animam rationalem, eam cum materia vniendo; aiuntque, vt homo hominem gignere dicatur,iuxta celebre illud pronunciatum Aristotelis lib.2. Physi.cap.2. text. 26. Sol, & homo generant hominem; sat esse præparari ab eo materiam,in quam,vbi primùm perfectè disposita est,Deus animam infundit,vnitque corpori. *Abulensis ad c.22.Matth. q.238.*

Aristot.

2. Opinio. Secunda opinio est Caietani 1.p.q.18.art.2.Soncinatis lib.8.Metaph.q.14. aliorúmque arbitrãtium in generatione humana dari ex parte hominis generantis actionem terminatã intrinsecè ad animam rationalem,non secundum se, vt absolutè accipit esse,siue prout est creabilis (sic enim terminus est creationis)sed quatenus accipit esse in materia,& cum ea copulatur,siue prout est corpori vnibilis. *Præsertim recentiũ Philosophorum.*

Prioris sententiæ fundamentum. Prior sententia ex eo probatur, quia superuacanea videtur talis actio à generãte elicita;cùm Deus,dum animam creat,infunditque, eam simul vniat; esto id non præstet per eandem formaliter actionem, sed per actionem re ipsa eandem, formaliter tamen diuersam, quatenus creatio terminatur ad esse animæ absolutè;vnitio verò ad inesse,hoc est,ad esse eiusdem prout inest in materia,eamque informat,ac sibi coniungit.Secundò,quia non posse dari talem actionem ex parte generantis, videtur manifestum. Nam cùm illa debeat esse spiritalis(vt quæ pro termino habeat immaterialem substantiam,reque ipsa idem cum ea sit, quemadmodum & cæteræ actiones cum suo termino intrinseco)vtique non poterit à potentia gignente,quæ materialis,& corporea est,ac nullo pacto aliunde eleuatur,efficienter proficisci.

Rationes pro secunda opinione. Posterior opinio ex eo suadetur,quia cũ generatio,vt supra ostendimus,consistat in actione, qua forma materiæ copulatur, cùmque anima rationis particeps,sit formalis terminus,à quo humana generatio speciẽ sortitur;non videtur quomodo talis generatio constare queat,nisi detur actio,quæ circa animã versetur,eáque vti proprium terminum intrinsecè attingat,& materiæ vniat.Nec satisfaciũt, qui ponunt actionem illam ex parte solius Dei creantis simul animam, copulantísque cum materia. Nam si homo ad eam eliciendam non concurrit,cũ in ea formaliter, propriéque generatio consistat,haud propriè dicetur hominem gignere,vel certè humana generatio cum aliorum viuentium generatione non vniuocè conueniet; quorum primum etsi concedat Henricus Gandauensis quodl.3.quæst. 16.& Marsilius 1.huius operis q.2.a.2.Posterius verò Abulensis super lib. Geneseos c.2.Neutrum tamẽ Peripateticæ doctrinæ consentaneum est.Non primum:cùm Aristoteles loco illo Physicorum,quem antè citauimus,communi philosophorum consensu absolutè pronunciet hominem à sole,& homine generari,& libr.2. huius operis capit.6. text.39.& lib.12.Metaph.cap.3.text.13. hominem generare hominem. *Henric.Gãd.* *Aristot.*

nem.Non secundum;cùm idem lib.2.de partibus animalium cap.1. dicat hominem gignere hominem,vt stirps stirpem ex subiecta sibi materia. Nec probanda est responsio Ochami quodlib.2. quæst.10. & 11.vbi ait ex eo quod homo productionem,vnionemque animæ sensitiuæ, quæ cum anima rationali permaneat, simul attingit, dici hominem generare; esto circa animam rationis participem nullam edat actionem.Hæc enim sententia præterquam quod ponit in homine plures animas, quod progressu confutabimus, quod ad præsentem disputationem attinet, ex eo refellitur, quia vt homo non constituitur in esse hominis per animam sensitiuam; sed per rationalem;ita vt quis dicatur hominem generare,non sat erit solam formam sensitiuam producere,aut vnire materiæ. *Reijcitur opinio Ochami.* *In quæst. vtrum in homine plures insint animæ, an vna tantum.*

Præterea,quod vt homo dicatur generare hominem,non sufficiat induci ab illo dispositiones, quibus perfectis Deus animam creat,ex eo conuincitur,quia si dispositiones,vt generãtis instrumẽta ipsam actionem generandi non edunt;sed obseruiunt duntaxat ad reddendam materiam susceptiuã formæ idoneam; profecto vt tales dispositiones non concurrunt actiuè,sed habent sese ex parte materiæ;ita nec generans dicetur per eas actiuè concurrere,proindéque nec merito illarum dicendus erit homo generare,cùm generare sit agere.

Ex doctrina Aristot. lib.5. Metaph.c.15. Denique idem ex eo concluditur, quia relatio paternitatis, qua Sophroniscus refertur ad Socratẽ,habet pro fundamento proximo aliquam actionem;non aliàm,quàm eam, qua Sophroniscus attigit vnionem animæ Socratis cum eius materia: siquidem productio antecedentium dispositionum non est vna actio, sed plures specie differentes,vt alibi docuimus.Quare inficiandum non est dari talem actionem à generante editam. *Quod sit fundamentũ proximũ paternitatis.*

ARTICVLVS II.

Probabilius videri etiam in generatione hominis dari ex parte generantis actionem,quæ animam intrinsecè attingat,eam corpori vniendo.

His ita disputatis quamuis vtráque pars controuersiæ admodum probabilis sit, & nos priorem alibi secuti fuerimus:nunc tamen re diligentiùs cõsiderata posteriorem, quam scimus in philosophantium schola in dies magis probari,quæque Aristotelis doctrinam magis sapit,eligendam iudicamus:iuxta quam dicendũ erit cum Scot. in 4.d.43.q.3.a.3.& Capreolo eadem dist.q.2.art.3.contra Henricum Gandauensem quodlib. 11.q. 14. & alios, non posse animam separatam propria virtute vnire se materiæ diuinitus dispositæ:siquidẽ indiget prædicta actione vnitiua. Quare ad primum argumentum aduersariorum respondemus, cùm Deus animam rationis participem creat, eam simul vnire, non tamen se solo, sed simul cum generante; concurrendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

videlicet cum eo per communem concursum ad eam actionem vnitiuam, quam generans seminariæ virtutis interuentu elicit: habet enim humana proles ex naturæ ordine talem à suis parentibus dependentiam, quemadmodum & cætera composita naturalia à suis. Quamquã posset Deus, si vellet, absque opera generantis, efficaciorẽ concursum adhibendo, animam corpori perfectè vnire, vti faciet in resurrectione, quæ, vt paulò post dicemus, generatio quædam est.

Prima quæstio.

Solut. 2. arg. Ad secundum respondendum, actionem, qua generans attingit vnionem animæ rationalis cum materia, esse idem re cum anima, essèque immaterialem, quamuis eliciatur à potentia corporea non eleuata; nec id pro absurdo reputandum esse. Primò, quia non est actio productiua rei spiritalis, sed eius vnitiua dumtaxat. Secundò, quia non per se, ex vi agentis causæ; sed quasi ex accidente spiritalis est, quatenus videlicet incurrit in spiritalẽ terminum, à quo immateriale esse sortitur. Tertiò, quia licet tendat in animam rationalem, quæ quoad substantiam supra materiæ conditionem eminet; versatur tamen circa illam, quatenus habet quodammodo esse materiale, & dependens à corpore, vt loco citato primæ partis, rectè dixit Caietanus; siquidem esto secundum se à corpore non pendeat; nihilominùs quoad officium informandi, actuandique materiam, quo pacto in eam ferrur vniendi actio, ab illo dependet. In quam sententiam lege D. Thomam in quæstionibus disputatis, quæst. vnica de anima art. 1. & Henricum Gandauensem quodlib. 6. quæst. 14. Sanè in aggeneratione hominis, vt supra annotauimus, similis actio datur, qua animus materiæ denuò accedenti vnitur: alioqui aggeneratio non esset motus, cùm omnis motus sit idem re cum actione mouentis: & tamen ea actio spiritalis est; licet à virtute nutriente, siue augente, quæ materiæ inhæret, proficiscatur. Quare nihil mirum si cùm homo de integro generatur, idem eueniat.

Quo in euentu possit actio spiritalis elici à potentia corporea.

Anima rationalis quoad officiũ informandi pẽdet à corpore.

In 8. Physicorũ 3. c. 2. q. 6.

QVAESTIO XIIII.

Vtrum humanæ generationes supra naturæ vim editæ propriè, vniuocéque generationes sint: an non?

ARTICVLVS I.

Argumenta Partis negatiuæ.

AVCTOR eius opusculi, cui titulus est, Sermones ad fratres in eremo. (circumfertur inter opera D. Augustini) D. Anselmus lib. 2. cur Deus homo. Alensis 3. p. quæst. 8. m. 1. D. Bonauentura, & Richardus initio libr. tertij Sent. aliique nõnulli quatuor humanæ generationis modos recensent. Primus est absque mare, & fœmina, vt productio Adami. Secũdus absque fœmina, sed interueniẽte mare, vt productio Euæ, cuius corpus

Quatuor humanæ generationis modi.

corpus Deus ex Adami costa efformauit. Tertius absque mare, sed concurrente fœmina, cuiusmodi fuit humana Christi generatio ex Virgine. Quartus ex mare, & fœmina, qualis est ordinaria, & communis aliorum hominum generatio. Ad primum membrum reuocari potest resurrectio. Nam & Christi resurrectio, generatio appellatur verbis illis Psal. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Quæ etiam de Christi resurrectione intelligenda esse docuit D. Paulus actorum 13. sumpto inde argumento ad astruendam fidem resurrectionis Christi. Et Matthæi 19. communis corporum resurrectio, dicitur à Christo regeneratio.

Lege D. Greg. Naz. orat. in sanctum baptis.

Resurrectio in diuinis lit. generatio, vel regeneratio vocatur.

Est ergo non leuis controuersia, an vt generationi quarto modo sumptæ, ita & reliquis tribus propriè, vniuocèque conueniat physicæ generationis definitio, quam superiùs inculcauimus. Pro parte negatiua hæc sunt argumenta. Primùm, quia cùm tres illæ generationes naturæ vim excedant, miraculosæ sunt; miraculosum autem, & naturale videntur distingui inter se, nec in vnam definitionem conuenire. Secũdùm, quia generatio, vt superiori quæstione statuimus, consistit formaliter in vnitione formæ cum materia ad quam generans vnà cum Deo concurrit: & tamen ad nullam illarum triũ generationum concurrit generans. Item, quia prima, & secunda generatio non sunt actiones vitales, cùm non procedant à principio vitæ coniuncto; at vitales actiones à non vitalibus videntur genere distingui. Præterea generatio exigit in materia naturalem potentiam, siue aptitudinem ad recipiendam formam (siquidem generatio est progressio à priuatione formæ in subiecto natura apto) sed re intereunte non manet iam in materia talis potentia, seu aptitudo ad illius rei formam; quemadmodũ nec in natura datur potentia actiua, quæ illam possit introducere: ergo si illamet forma rursus in materiam diuinitus inferatur, vti fiet in resurrectione corporum; non poterit ea introductio generatio appellari. Deniq; generatio humana Christi habet pro termino Personam Verbi, cùm actiones non nisi ad suppositа terminentur, & ibi nullum sit suppositum humanum, sed diuinum dumtaxat, quod est Persona Verbi incarnati: atqui persona dicitur de persona diuina, & humana analogicè: ergo generatio humana Christi non conuenit cum alijs generationibus nisi analogicè. Ex quo sequitur illi, cæterisque generationibus prædictam definitionem quæ vna, & vniuoca habetur, non ritè accommodari.

Primũ arg. pro parte negatiua.

2.

3.

4.

De analogia inter Personam diuinã, & creatam D. Th. 1 part. q. 29 art. 4.

5. De termino generationis humanæ Christi.

ARTICVLVS II.

Explanatio controuersiæ, & dilutio argumentorum superioris articuli.

AD difficultatem hanc explicandam aduertendum est posse nos considerare generationem, vel quoad essentiam, & ea, quæ pertinent ad conceptũ quidditatiuũ illius; vel quoad

Multiplex consideratio generationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Responsio ad quæst.

extrinseca,& quasi connotata. Quo posito dicimus in primis si generatio priori modo sumatur,omnes illas generationes eandé communem rationem generationis sortiri: si secundo modo, tres priores à quarta non parum differre. Huius assertionis prior pars ex eo ostenditur,quia quæ spectant ad naturam, & quidditatiuum conceptum generationis, prout mutatio est, sunt transitus à priuatione formæ ad formam in materia,vt sæpe diximus;prout verò est actio, sunt vnitio formæ substantialis cum materia. At hæc omnia in generationibus illis cernuntur,vt erit consideranti perspicuum, & ex argumentorum solutione apertius euadet.

Discrimen inter Physicas & supernaturales generationes.

Posterior pars ostenditur. Quia in generationibus physicis priùs materia ab agente naturali successiuè disponitur: at in illis tribus non ita res habuit. Namque in iis, esto Deus formam materiæ non nisi dispositionibus aptæ, paratæque intulerit; dispositiones tamen haud pedetentim, sed instanti introductæ fuerunt. Prætereà in ordinaria hominum generatione licet solus Deus animam creet; eius introductionem,& vnionem cum materia attingit agens physicum, cum quo ad id generali concursu concurrit Deus: in productione verò Adami,& Euæ nulla circa id generátis, imo nec alterius agentis creati,vt docet D.Thomas 1.part.quæst.91.art.4.interuenit actio; nec etiam interueniet in resurrectione: in qua cineres quidem ab Angelis erunt colligendi,vt asserunt scholasticæ Theologiæ professores in 4.dist.43.cum D.Augustino 3.de Trinitate cap.4.& D.Gregorio 4.lib.dialogorum cap.5.& D. Chrysostomo homil. 8. in 1. ad Thessal. aliisque patribus:verùm nec corpora distinguenda organis, & reliquo accidentium apparatu instruenda;nec animę iis copulandæ erunt, nisi solius Dei virtute;vt est etiam communis Theologorumdoctrina loco citato.

Lege D. Chrysost. hom.12. in Genesim.

Idem sentit Alensis 2.p. quæst. 74. m. 2. art.1.

D. Augustin. D.Gregor. D. Chrysost.

Quod vero ad humanam Christi generationem attinet,præstitit circa eam beata Virgo omnia, quæ ad veram generationem humanam à matre necessariò exhibenda sunt;cùm vera Christi mater sit: sed quod ex parte viri actiuè præstandum erat, suppletum fuit opera Spiritus Sancti iuxta illud Lucæ 1. Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Qua etiam virtute vitalis facultas, & concursus Virginis ad celerrimè euocandum, attrahendumque purissimum sanguinem ad locum conceptionis, excitatus fuit,& ad delineandum, efformandúmque pro sua parte, momento temporis,corpus Christi. Sicque præparatio materiæ,& organorum distinctio,quæ ad introductionem animæ rationalis infantium masculorum quadraginta circiter diebus perficitur, in generatione Christi absque successione vno instanti absoluta fuit; vt scripsit D. Damascenus lib.3.fide.orthodoxæ cap.2.D.Thomas 3. part. quæst. 33. art. 1. D. Bonauentura in 3.distinct. 3. quæstione vltima. Paludanus quæst.3.Richard.artic. 3.quæst. 2. Gabriel distinct. 4. quæst. vnica art.2.Alensis.3.part.quæst.8.memb. 2.& quæst.9. membro 4. & 4.part.quæst.34.memb.3.aliique Theologi communi assensu.

Beatam Virginem quæ præparauit se matrē Dei definitum fuit in Concil. Ephes. & Chalced. & in 6. Synod. act.4.& 18. habetur etiam ad Hebr. 7.vers. Cicil.Later. sub Martino 1.can.3.& alijs.

Luc. 1.

Quot dierū spatio mēbra infantilia masculorum efformentur.

De spatio formationis fœtus M. Aldr. 9.de anim. 4. 5.tract.1.

Ita

Ita patet si hæc,quæ retulimus, aliáque huiusmodi, quæ naturæ generationis extrinseca sunt,& ab ea quasi connotantur,perpendérimus, vulgarem hominum generationem, & tres illas, de quibus agimus non eandem habere rationem. Cæterùm quia hæc non variant substantiam, & essentiam, vt pote cuius identitas nec à modo faciendi,nec à principio actiuo per se pendet;dicendum erit prædictas omnes generationes propriè, & vniuocè generationes esse, & in vnius speciei naturam eandémque essentialē definitionem,qualis est ea,quæ à nobis ex Arist. tradita fuit,conuenire; quæ est multorum Theologorum sententia,vt testatur Capreolus in 1. distinct. 5. quæst.vnica art. 1. Certè non minus generationes naturales, & supra naturæ vim editæ, in vnam quidditatem, & rationem consentiunt;quàm illuminatio aëris à sole deriuata,& ea,qua Deus se solo, si velit,eundem aërem collustrabit.

Quæstionis proposita diuisio.

Identitas essentiæ nā pendet per se à principio actiuo.

Solutio primi arg. pro parte neg.

Ad primum igitur argumentum superioris articuli, dicendum est, etsi miraculosa distinguantur modo, & ex parte principij actiui ab iis,quę per naturam fiunt;non tamen ab eis essentia differre, cùm cætera consentiunt,vt in re proposita accidit. Ad secundum respondemus generationem consistere in formæ cum materia vnitione,ad quam in ordinariis generationibus concurrit simul agens creatum; in extraordinariis verò,ad quas illius consortiū non admittitur; id, quod ab eo præstandum erat diuinitus compensatur. Ad tertium dicito ex eo præcisè,quod vna operatio sit vitalis,alia non vitalis,non colligi inter eas discrimen essentiæ, vt ex iis, quæ superiùs diximus,constat. Enim verò eandē prorsus intellectionē, quam Socrates elicit,potest Deus se solo producere. Et tamē illa vitalis dicetur, vt pote à principio vitæ coniuncto orta;hæc autem non vitalis.

Solutio.2.

Solutio.3.

Lege Capr. in 4. d. 43. quæst.1.

Lib. 1. cap.9. quæst.3.art.1.

Pro solutione quarti argumenti animaduertendū est potentiam materiæ, quod ad præsentem locum attinet, duobus modis sumi. Nimirum vel pro respectu transcendenti, & ordine ipsius materiæ ad formam, à quocúmque, & quouis modo illa inducatur: vel pro aptitudine materiæ ad recipiendam formam ab agente naturali. Si potentia priori modo spectetur, cùm non sit aliud, quàm ipsamet substantia, & essentia materiæ, vt in Physicis exposuimus; non dubium, quin corrupto composito adhuc illa maneat in materia. Ac de huiusmodi potentia intelligendus est D. Thom. 1. quæst. 104. art. 4. ad 3. vbi ait etsi cùm forma interit, nihil eius residuum sit,non dici formam annihilari, quia adhuc manet in potentia materiæ.Si autem potentia posteriori modo sumatur,re intereūte non iam relinquitur in materia huiusmodi potentia;quia sicut in natura non existit aliqua potentia actiua, à qua semel corruptum reparari queat; ita nec in materia datur ad formam corruptam, vel à materia separatam potentia illa passiua talem vim actiuam respiciens:dabitur tamen potentia obedientialis in ordine ad Deum.Hinc ad argumentum respondebis,vt sit vera generatio quoad substantiā,sat esse dari in materia potentiā priori modo cum prædicta aptitudine obedien

Solut 4.

Materia potentiā dupliciter sumi.

Explicatur locus D. Th.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dientiali: quia cùm generatio dicitur procedere à priuatione, vt à termino à quo; & priuatio definitur negatio formæ in subiecto natura apto; ea aptitudo, siue potentia non debet limitari ad potentiam in ordine ad agens naturale, sed indiscriminatim accipienda est: quamquam in ordinarijs generationibus vtriusque potentiæ ratio in materia simul inueniatur.

Solut. 5. Ad quintum, humanam Christi generationem terminari ad personam Verbi, nō secundū se; sed vt cum humanitate, ineffabili compositione, componit hunc hominem, siue vt subsistit in humanitate, ita vt terminus principalis sit suppositum ipsum, formalis autem, à quo generatio sumit speciem, sit forma humana, quæ non solum est eiusdem speciei cum formis aliorum hominum, sed & homo ille Christus in eandem naturam specificam cum cæteris hominibus conuenit, vt est Patrum & Scholasticæ Theologiæ professorū communis doctrina, de qua suo loco. Ita patet analogiam inter personam diuinam, & personas aliorum hominum nihil obstare, quominùs generatio humana Christi cum aliorum hominum generationibus vniuocè conueniat; cùm vniuocatio generationis non à persona, sed à forma petenda sit.

Vniuocatio generationis vnde.

QVAESTIO XV.

Vtrum forma, an compositum sit terminus per se generationis?

ARTICVLVS I.

Diuersæ auctorum sententiæ.

Prima opinio. NOMINE formæ non intelligimus hoc loco eam, quam vocant formam totius, cuiusmodi est humanitas; sed formam informantem, quam appellant formam partis, qualis est anima hominis, vel equi. Porrò terminari generationem ad formam, & ad compositū, inter Philosophos liquet. Quo tamen pacto, & ad quodnam horum primò, ac per se terminetur, controuersum est. Quidam arbitrantur generationem terminari intrinsecè, & per se ad totum; ad formam autem non nisi ex concomitantia, quatenus in toto includitur. Quæ sententia ex eo ostendi potest quia terminare per se, & intrinsecè generationem conuenit supposito: id verò compositum est, non forma. Item quia idem est terminus per se generationis, qui postea erit corruptionis; corruptio autem non nisi ad compositum terminatur, vt patet in hominis interitu, vbi non extinguitur forma, sed compositum. Quare non forma, sed compositū erit terminus per se generationis. Præterea cùm nulla forma, excepta humana, sit per se subsistēs; nulla, nisi ea potest obtinere esse; nisi id à toto mutuetur; atque adeò nulla nisi productione totius, in quo inest, efficitur.

De hac diuisione formæ 3.p. q. 13. art. 2.

Ex hac videtur Scot. 7. Metaph. 10. Trihaim. lib. 2. in 1. de gen. q. 3.

Anima humana est per se subsistens.

De hac vt Soncin. lib. 7. Metaph. quæst. 32.

Alij

Alij censent in qualibet generatione duplicem actionem dari, quarum vnaquæque suum terminum per se primò vendicet; altera formam, altera compositum. Quæ opinio eo potissimùm stabilitur argumento, quia vt forma, & compositum re ipsa inter se distinguuntur; ita distinctas realiter actiones poscunt; cùm actiones realiter distinctæ non sint aliud, quàm res diuersæ in fieri. Alij postremò in generatione vnam duntaxat ponunt actionem, quæ primò, & intrinsecè in formam, in compositum verò secundariò, & extrinsecè, sed vt in præcipuum terminum feratur. Huius opinionis fundamenta proximo articulo iacienda erunt.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

ARTICVLVS II.

Quid in re proposita asserendum videatur.

Lege D. Th. in 1. d. 5. q. 3. & 3. p. q. 6. a. 5. Ferr. 1. cōt. gent. cap. 26.

PRAESENS quæstio aliquot assertionibus explicanda est. Prima sit, Terminus generationis primus primitate intentionis, est compositum. Hæc assertio ex eo perspicua est, quia vt forma nobilitate præstat materiæ, ita compositum formæ, quod alibi docuimus: & vt materia est propter formam, ita forma est propter compositum; cùm ergo generans in id, quod excellentius est, & cuius gratia reliqua sunt, præcipuè contendat, ad idque primò, tanquam ad scopum, actiones suas dirigat, necessariò compositum in eius intentione primum erit; esto forma, & materia executione priora sint; quatenus materia tempore quamlibet formam; forma verò origine compositum antecedit.

Prima assertio.

Lib. 2. Phys. 6. 7. q. 3. art. 2.

Secunda assertio. Terminus generationis, qui vt quod producitur, non est forma, sed compositum. Hæc est Aristotelis lib. 1. Metaph. cap. 1. & lib. 7. eiusdem operis cap. 8. text. 26. & lib. 12. cap. 5. text. 13. & lib. 4. Physic. cap. 9. text. 84. & lib. 1. cap. 7. text. 67. nec non & aliorum auctorum communis: D. Thomæ. 1. p. quæst. 45. art. 1. & in 1. sentent. distinct. 5. quæst. 3. art. 1. Capreoli ibidem quæst. 1. art. 3. ad argumenta contra primam conclusionem, Scoti in 2. d. 2. quæst. 7. & in 3. distinct. 4. quæst. vnica. Argentinatis distinct. 19. quæst. 1. artic. 1. Ferrariensis 1. contra gentes capit. 26. Soncinatis 7. Metaph. quæst. 23. Magni Alberti 1. huius operis c. 21. & aliorum. Eam verò ratio illa ostendit, quia cùm productio terminetur ad esse; vt vnumquódque est, ita producitur. Quare id, quod per se est, per se producetur. Cùm igitur nulla materialis forma sit per se, siue vt quod; sed tanquam id, quo aliud est; compositum autem per se sit, & vt quod: planè sequitur non formam, sed cōpositum vt quod, siue vt principalem terminum produci. Item per generationem accidentariam non fit per se forma, vt albedo; sed compositum, id est, album; neque fit musica, sed musicus, vt docet Aristoteles libr. 7. Metaph. capit. 8. text. 26. & 27. ergo neque per substantialem generationem fiet per se, siue vt quod, forma, sed compositum naturale.

2. Assertio.

D. Thom. Capreo. Scot. Argent. Ferrar. M. Albert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. Assertio. Tertia assertio. Terminus formalis, & proximus generationis est forma. Hæc & Aristotelis, & aliorum auctorum, quos supra citauimus, etiam communis est; ostenditúrque hunc in modum. Generatio, vt docet Aristoteles lib. 2. physi. cap. 1. text. 14. est via ad naturam, id est, ad formam; &, vt in primo eiusdem operis libro concluditur, est principium generationis, non nisi quia formaliter generationem terminat, vt demonstratillius definitio, nempe, Generatio est mutatio à priuatione formæ ad formam in materia; ergo forma est terminus formalis generationis. Deinde generatio consistit in introductione, siue vnitione formæ: ergo proximus illius terminus est forma, atque adeò forma est terminus formalis, & proximus generationis: minus tamen præcipuus, vt ex confirmatione proximæ assertionis manifestum est.

De hac re Iãdunus lib. 7. Metaph. q. 16.

Generationis definitio.

4. Assertio. Quarta assertio. Forma, & compositum in generatione non terminant diuersas actiones: sed vnam duntaxat, quæ intrinsecè terminetur ad formam, extrinsecè ad ipsum compositum. Hanc assertionem, etsi magni nominis philosophi non sine probabilitate impugnent, ex eo veram putamus, quia nulla ratio, aut necessitas cogit istiusmodi actiones multiplicare, cùm post vnitionem formæ cum materia, quæ intrinsecè attingit formam (siquidem hæc est immediatus eius terminus, vt ex superiori assertione patet) cum inquam possit absque noua actione resultare totum: maximè quia non apparet à quo tunc eiusmodi actio elici debeat. Nam quod à materia, & forma geniti non oriatur, inde constat, quia materia, & forma non causant totum per aliquam actionem: siquidem, vt à nobis in physicis ostensum fuit, sola causa efficiens pro causalitate, seu modo causandi, actionem vendicat. Meliori specie probabilitatis dicet quis elici prædictam actionem à virtute seminali; sed neque id placet: non enim probabile videtur duas ab ea simul actiones proficisci; vnam, qua forma cum materia vniatur; alteram, qua producatur totum. Adde quod Aristoteles cùm de generatione disserit, nullam in ea agnoscit actionem, quæ ad substantiam tendat, præter illam, quam in materia nuda recipi ait, quæ certè non est nisi formæ introductio, quæ idem subiectum, quod forma ipsa, vendicat. Quis enim dicat productionem totius recipi in materia?

Causalitas formæ, & materiæ non est actio.

Lib. 2. cap. 8. quæst. 7.

5. Assertio. Quinta assertio. Generatio est idem re cum forma, non autẽ cum toto, seu composito. Probatur quoad priorem partem, quia actio est idem cum termino, quem proximè attingit: is autem, vt ex dictis patet, non est totũ, sed forma. Deinde quoad posteriorem; quia si generatio esset idem cum toto, cùm ea sit idem cum forma, vt nunc ostensum fuit; vtique pars, & totum essent inter se idem, ex vulgato illo axiomate, quæ sunt eadem in vno tertio, sunt eadem inter se.

Obiectio. 1. Obiiciat aliquis, quemadmodum per generationem forma vnitur materiæ, sic matèria vnitur formæ. Non igitur maior ratio est, cur

Obiectio. 2. generatio sit idem potiùs cum forma, quàm cum materia. Item in generatione hominis creatio est idem cum anima rationali; ergo si vnitio

vnitio eiusdem animæ cum corpore, profecta, vti diximus, à generante, est etiam idem cum anima; certè generatio, & creatio erunt inter se idem, iuxta pronunciatum illud, cuius ante meminimus, quæcunque sunt eadem in vno tertio &c. Ad primum horum concesso antecedente, neganda est consecutio. Quia actio vniendi debet esse idem cum ea parte, quæ trahitur ad vnionem cum altera; forma autem, dum introducitur, quodammodo ad materiam trahitur, non ad formam materia: cùm hæc vna, eademque manens, sit abeuntium, & succedentium formarum quasi commune receptaculum, vt scripsit plato in Timæo. Ad secundum concedendum est, quod probat, videlicet vnitionem animæ rationalis, & creationem eiusdem, esse idem re ob identitatem termini; non tamen idem quoad formalitatem, & essentiam.

Dilut. 1. obi.

Dilut. 2.

6. Assertio. Sexta assertio. Actio, qua materialis forma producitur, & vnitur, est vna, eademque actio, non solùm re, sed essentia. Hanc statuunt Scotus in 2. distinct. 17. quæst. 1. & in 4. distinct. 12. quæ. 1. Soncinas 7. lib. Metaph. quæst. 23. & lib. 8. quæst. 14. ac cæteri fere auctores. Suadetur autem ex eo, quia cùm esse formæ materialis non sit esse per se, sed esse in materia; consequens fit, vt talis forma per eandem actionẽ recipiat esse, & illud esse recipiat in materia, eique vniatur; sicuti cãdor per eandemmet actionẽ gignitur, & subiecto copulatur.

Esse formæ materialis.

ARTICVLVS III.

Responsio ad primi articuli argumenta.

EXPLICANDA nunc sunt argumẽta initio quæstionis proposita, qua ex parte superiores conclusiones oppugnant. Ad primum dicimus: licet ad suppositum, hoc est, ad singulatia per se existẽtia, spectet terminare per se, ac principaliter generationẽ, sicuti & cæteras actiones: non tamẽ opportere, vt terminẽt intrinsecè; id enim formæ proprium est. Ad secundum respondemus eundem esse terminum principalem generationis, qui corruptionis, videlicet totũ; sed quemadmodum proximus terminus generationis est forma; ita proximum corruptionis esse formam: non quasi omnis forma toto intereunte pereat; siquidem humana immortalis est; sed quia omnis, cùm totum perit, definit informare corpus; atque ita etiam ea, quæ manet, quodammodo amittit esse, non simpliciter, sed in materia. Ad tertium negandum est formam existere per existentiam totius, ideſt, à toto derivatam. Habet enim non solùm forma, sed etiam materia existentiam sibi propriam, ac peculiarem, vt lib. 1. Physic. ostendimus. Quin verò cùm materia, & forma priùs natura habeant esse, quàm compositum, & illius causæ sint; potiùs partes toti, quàm totum partibus existentiam communicant.

Responsio ad 1. arg. pro 1. opin.

Vt forma per accidens corrũpatur explicat D. Th. lib. 2. contra gent. cap. 55.

Ad 2.

Cap. 2. 3. 4. n. 1.

Et if materia suam habet existentiam.

De hac re Herv. tract. de vnitate q. 1.

Ad argumentum pro secunda opinione dicendum, non omnia,

Ad arg. pro 2. op.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ re ipsa distinguuntur, produci actionibus realiter diuersis. Sunt enim nonnulla, quæ licet ita differant; non tamen plures actiones vendicant; quia vna duntaxat ad eorum productionẽ sat est, vt in re subiecta accidit. Sufficit enim formæ vnitio, quam totius resultantia absque noua actione confestim sequitur. Neque actiones realiter distinctas nihil esse aliud, quàm res diuersas in fieri, absolutè verum est; sed tunc solum, cùm quælibet earum rerum per se fit, & vna alterius effectione non producitur, vt nonnunquam euenit.

Totum absq; noua actione emergit.

QVAESTIO XVI.

Quibus rebus generatio, & corruptio inter se conueniant, & differant: & de quibusdam earum affectionibus.

ARTICVLVS I.

Explicatur corruptionis definitio.

ANTEQVAM generationem cum corruptione conferamus, corruptionem definiemus, sicuti & superiùs generationem. Reiecta eorum sententia, qui arbitrati sunt corruptionem esse latentiam rerum apparentium; generationem verò esse exitum rerum latentium, vt Anaxagoras, Anaximãder, aliique non pauci, de quibus primo Physicæ Auscultationis libro: amplectẽda est ea corruptionis definitio, quam interpretes ex iis, quæ docuit Aristoteles cap. 4. & 5. huius libri, colligunt, videlicet, Corruptio est mutatio totius, id est, ex toto, sub eadem communi materia. Mutationis nomen sic erit hoc loco accipiendum, vt tam positiuas, & reales, quàm negatiuas mutationes comprehendat. Nec enim corruptio, vt paulò post dicemus, positiuum quid est, sed negatiuum. Quoniam autem in mutatione propriè dicta semper manet commune aliquod subiectum; id enim mutationis nomen, vti supra monuimus, secum affert; reiicienda erunt per hanc particulam ea, quæ non sunt mutationes, vt annihilatio v.g. sicut enim actio creandi, mutatio non est; ita nec annihilatio; quia in neutra oportet dari commune subiectum, quod transitum á non esse ad esse, vel ab esse, ad non esse in se recipiat. Particula, totius, idest, ex toto, indicat terminum à quo corruptionis, esse totum, & ex consequenti terminum ad quem eiusdem debere esse non totum, cùm omnis mutatio docente Aristotele 5. lib. physic. c. 1. text. 7. inter extrema opposita versetur. Ponitur ergo hæc particula ad discrimen generationis tam accidentariæ, quàm substantialis; quia licet vtráque sit mutatio; neutra tamen est ex toto, id est, ex tota substantia: siquidem generatio accidentaria non est mutatio ex substantia; substantialis autem non est mutatio ex tota substantia in non substantiam, vt ex Socrate in non Socratem, sed è conuerso

Definitio corruptionis.

Corruptio nõ est actio positiua.

Nec creatio, nec annihilatio mutationes sunt.

è conuerso ex non tota in totam, vt ex non Socrate in Socratem. Additur sub eadem communi materia, vt apertius maneat quodnam subiectum corruptionem sustineat, ac sub vtroque illius termino perseuerer. Itaque si placeat corruptionem enucleatiùs definire, sic definienda erit: Corruptio est mutatio totius in non totum sub eadem communi materia.

Lege Arist. lib. 2. Metaphy. c. 2. text. 7. & interpretes, & cap. 3. huius. lib. text. 18.

Duo hic aduertenda sunt; imprimis nomen corruptionis interdum impropriè à philosophis vsurpari; videlicet non pro formæ desitione, quàm paulò ante definiuimus, sed pro introductione formę, cùm nobilior forma abiicitur, & deterior introducitur, vt, exempli gratia, cùm ex viuente fit cadauer; id enim corruptionem potiùs, quàm generationem vocamus. Cuius rei causa est, quia plus attendimus ad amissionem formæ præstantioris, quàm ad introductionem eius, quæ ignobilior est.

Duplex vsurpatio corruptionis.

Scot. in 4. d. 11. quæst. 4.

Deinde aduertendum ea, quæ corrumpuntur, & generantur, non dici propriè mutari, quod iam facilè quiuis ex dictis colliget: siquidem id, quod propriè mutationem subit, necessariò priùs existit sub termino à quo, deinde sub termino ad quem; at id, quod corrumpitur, sub termino ad quem iam non existit, quia desiit esse; & id, quod generatur, non fuit sub termino à quo; quia nondum erat: non igitur hæc propriè, ac philosophicè loquendo dicenda sunt mutari, intelligi per se primò, sed duntaxat ratione materiæ, quæ sub vtróque termino manet.

Quæ corrũpuntur, & generantur, nõ propriè dici mutari.

ARTICVLVS II.

Multiplex conuenientia, & discrimen inter generationem, corruptionemque.

D. Th. opusc. 32. cap. 5. De potent. quæst. 3. Caiet. 3. p. quæst. 35. a. 1.

MVLTIS autem modis inter se conueniunt, ac dissident generatio, & corruptio, Conueniunt primò; quia vtraque pro subiecto habet materiam primam: vt enim cùm res generatur, ita & cùm interit, fit vsque ad materiam primam resolutio, proindéque nullum manet subiectum sub vtróque extremo, præter materiam. Secundò, quia vtráque alteram perpetuò comitatur, quod significauit Arist. c. 3. huius lib. text. 17. cùm dixit generationem vnius esse corruptionem alterius, vt suo loco seorsim explicabimus. Tertiò, quia vtráque in eodem momento datur: nam eodem puncto temporis, quo res corrupta desinit per primum sui non esse, incipit res genita per primum sui esse. Quartò, quia vtráque materiæ, & rebus dissolubilibus naturalis est, vt progressu exponemus. Quinto, quia, vt generatio, teste Arist. lib. 1. phys. cap. 7. text. 67. aliisque in locis, non est propriè nisi compositi, ita & corruptio; vt enim sola per se subsistentia propriè accipiunt esse, sic ea tantùm propriè esse amittunt, vt sæpe diximus.

Prima conuenientia.

2.

3.

4.

Sola per se subsistentia propriè accipiunt esse.

D. Th. 1. 2. q. 113. art. 7. & in 1. d. 17. q. 4. art. 1.

D. Th. in 2. d. 19. quæst. 1. a. 2. ad 2. vt corruptio nũ sit propriè nisi compositi.

Dissident quoque eædem inter se, primùm quod generatio sit

Primùm discrimen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutatio realis, ac positiua: corruptio verò negatiuum quidpiam, vt ex vtriusque termino ad quem satis patet. Generatio enim tendit in substantiam, quæ antea non erat; corruptio in negationem substantiæ quæ antea fuerat, vt 5. Phys. cap. 1. text. 7. & cap. 3. huius lib. text. 16. & lib. 2. de generatione animalium cap. 4. docet Arist. Sed enim, vt ad rationem generationis necesse est produci compositum; non tamen est necesse produci formã; sed viri denuò materiæ, siue tunc producatur, siue non: ita ad corruptionem necessarium est, vt compositum intereat; non tamẽ opportet, vt forma aboleatur; sed vt desinat informare materiam, siue corrumpatur, siue non. Vt cumque tamen res habeat, semper corruptio, etiam ex parte formæ, terminatur ad negatiuum; quia semper tendit ad non esse informationis, siue ad non esse formæ in materia, vt iam supra monuimus.

Corruptionis terminus negatiuũ quid.

2. Differ.

Differunt etiam, quia per corruptionem itur ab actu in potentiam; per generationem à potentia in actum: siquidem materia, intereunte composito, actum formæ, quem habebat, amittit; per generationem, actum, quem non habebat, recipit. Præterea, quia licet tam ad generationem, quàm ad corruptionem materia concurrat, peculiari tamen modo dicitur apud Philosophos corruptio à materia proficisci. Vnde Materia ab Arist. lib. 7. Metaph. c. 7. text. 22. vocatur principium non essendi, nimirum quia ratione priuationum, quibus referta est, semper composito interitum machinatur, vt 1. Phys. cap. 4. quæst. 4. art. 2. exposuimus. Postremò, quia corruptio est malum naturæ; generatio autem bonum: quo fit, vt hanc natura per se, illam verò non nisi per accidens intendat.

3.

Materia principiũ nõ essendi.

4.

Opinio existimantium corrupt. esse, quid positiuum.

Sunt tamen, qui contra id, quod statuimus, opinentur corruptionem non esse mutationem negatiuam; sed positiuam. Quod videtur posse ostendi, primùm quia lib. 5. Physic. cap. 2. numeratur ab Aristotele inter mutationes positiuas, ac reales. Deinde, quia non minus videtur corruptio aliquid positiuum, quàm annihilatio; cùm vtraque terminetur ad non esse rei; at quod annihilatio positiuum quippiam sit, ea ratio probat, quia vt creare, ita & annihilare solius Dei est, non ob aliam sanè causam, nisi quia requiritur ad id infinita virtus; virtus autem infinita erga creaturas in agendo, atque adeò in aliquo positiuo cernitur. Igitur annihilatio non est aliquid negatiuum.

Ad primum horum dicendum, Aristotelem loco citato non solas mutationes reales, & positiuas, sed etiam negatiuas promiscuè numerare. Ad secundum, tam corruptionem, quàm annihilationem esse quid negatiuum; annihilationem verò non arguere in annihilante infinitam virtutem, propterea quod si Deus rem quampiam in nihilum velit redigere, id per aliquam actionem præstiturus sit; sed quia debet cessare ab actione, qua tanquam primum essendi principium, esse rei influit, & conseruat, quod est solius primæ causæ infinitam potentiam habentis. Lege D. Thom. 1. part. quæst. 104. art. 3. & 4.

Annihilatio est quid negatiuum.

ARTI

ARTICVLVS III.

Quonam modo Corruptio dicenda sit naturalis.

EX iis, quæ superiori articulo posuimus, etia sunt à nobis accuratius expendenda. Primum est, num corruptio sit naturalis. Secundum, vtrum natura feratur per se in generationem. Tertium, an natura ex accidente duntaxat corruptionem intendat. Quod ad primum attinet, in partem negatiuam ita obiicitur. Id, quod rei contrarium est, nullo modo potest ei dici naturale, corruptio est contraria tam naturæ compositi, quàm formæ; non potest ergo dici naturalis respectu eorum. Minor probatur, quia corruptio destruit compositum, & formam caducam; formam verò immortalẽ, id est, humanã, etsi non destruit, expellit eam tamen à corpore, ad quod informandum naturalẽ habet propensionem. Id autem, quod rem euertit, aut remouet ab eo statu, ad quem sponte ingenio inclinatur, haud dubiè contrariũ naturæ est. Præterea, Naturale & violentum, vt tradit Arist. lib. 5. phys. c. 6. tex. 57. distinguuntur inter se, vti membra opposita; sed est quoddam genus mortis, atq; adeò & corruptionis violẽtæ: ergo saltem ea corruptio nequaquam erit vocanda naturalis. Deinde, Id, quod in natura non habet principia, & causas, non potest esse naturale, atqui ita se habet corruptio; cùm sit quid negatiuum, vt ex dictis constat; ergo &c.

Argumenta partis negatiuæ.

Naturale, & violentum.

Non est tamen ob hæc recedendum à communi placito Philosophorum, qui corruptionem appellant naturalem affectionem. Sed aduertendum naturale trifariam sumi. Primò, vt artificioso, & supernaturali opponitur. Secundò pro eo, ad quod res, vt ad suam perfectionem propendet. Tertiò pro eo, quod sequitur rei naturam, vtcunque sese ad illam habeat. Deinde aduertendum corruptionem posse conferri cum materia, cum forma, cum toto, seu composito. Sit igitur primum pronunciatum. Si naturale primo modo spectetur, corruptio est naturalis tam respectu materiæ, quàm formæ corruptibilis, & compositi. Patet, quia corruptiõ competit hisce tribus; materiæ tanquam subiecto, quod recipit corruptionem; formæ caducæ, & eius composito, tanquam iis, quæ corrumpi dicuntur non conuenit autem iis ab arte, nec supra naturæ vim; atque adeò respectu illorum nec artificiosum, nec supernaturale quidpiam est; erit ergo naturale secundum primam vsurpationem.

Naturale tripliciter sumi.

Primum pronunciatum.

Lege Ferr. lib. 2. contra gent. cap. 94.

Si verò naturale secundo modo sumatur, aliter rem pronunciatum sit. Corruptio est naturalis respectu materiæ, non tamẽ respectu formæ, aut compositi. Probatur quoad priorẽ partem; quia cùm materia inclinetur ad recipiendam quamlibet mutationẽ, vt ad propriam actum perfectionemque, inclinabitur etiam suo modo ad recipiendam corruptionem, quæ mutatio quædam est, etsi non positiua; sed negatiua. Item quia cùm materia formas, vt suam maximam perfectionem, expetat; & iis, quas non dum actu possidet,

Secundũ pronunciatum.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non nisi interueniente corruptione potiri queat; certè ipsam etiam corruptionem expetet,& ad eam inclinabitur;etsi non per se,sed ex accidente; quandoquidem nihil propendet per se nisi ad bonum: *Corruptio mali quid.* corruptio verò, malum quidpiam est. Huiusce probationis vis iis, quæ sequenti articulo dicimus, apertior fiet. Posterior autem pars eiusdem pronunciati inde liquet, quia cùm forma, & compositum insitam à natura propensionem habeant ad tuendum, perpetuandúmque suum esse; nequaquam ad interitum, vti ad suam perfectionem,propendere queunt,sed eum potiùs toto conatu effugient: & in hoc sensu scripsit Aristoteles primo lib.de cœl.cap.6. text. 37. senectutem, aliásque eiusmodi affectiones, quæ rei perniciem moliuntur,contra naturam esse. *Lege D. Th. 2.contra gent. cap 15.& dist. quæst. de malo art. 3.ad 18.arg.*

Tertium pronunciatum. Postremò si naturale sub tertia consideratione expendatur, sit tertium pronunciatum.Corruptio est naturalis respectu formæ corruptibilis,& eius compositi,atque etiam materiæ suo modo.Probatur quoad formam,& compositum;quia quoties potentia,siue aptitudo aliqua comitatur rei naturam;actus,qui tali potẽtiæ, siue aptitudini respondet,eamq; necessariò consequitur,etiã rei naturã sequi dicitur:constat autem corruptibilitatem esse potentiam,siue aptitudinem,quæ res caducas comitatur;& corruptionem esse actum, seu quasi actum, qui eã necessariò sequitur. Quare planũ fit corruptionem in prædicto sensu naturalem esse respectu formæ,& compositi *Mors naturalis homini.* interitum subeuntium,& hoc pacto mors est naturalis homini.Quade re D.Thom.in 2.sent.dist.30.q.1.a. 1. Durandus eadem dist. q.1. Capreolus ibidem a.1.Richard.dist.29.q.2. Ægidius q.3. Est autem *Vnde proueniat corruptibilitas mixtis.* corruptibilitas homini, sicuti & cæteris mixtis ingenita, tum quia componuntur ex materia contrariorum susceptrice, quæq; alias, & alias formas subinde appetit, & nouæ formæ desiderio priorem dimittit;tum quia,saltem viuentia,constãt ab intrinseco ex contrariis, *Vnde formis.* quæ rei interitũ pariũt.Formæ verò caducæ ideò corruptibiles sunt, quia vt materiam informent, certas requirunt dispositiones,quibus amissis seruari amplius in ea nõ possunt;cumq; extra materiã cohærere non valeant;quia ab illa quoad suũ esse dependent,euanescunt. *Lege Scot. 2.d.19.q.1. in 4. d. quæst.*

Quod ad materiam spectat, dici etiam potest corruptio eius naturam sequi, proindéque hac notione respectu illius naturalis iudicari,quatenus materia suopte ingenio commune ortus, & interitus subiectum est.

Responsio ad arg.initio ad ducta. Igitur ad primum argumentum eorũ, quæ initio articuli proposuimus,dicendum erit id, quod álteri propria contrarietate opponitur,vt calor frigori non eidem naturale esse:at corruptionem nõ ita opponi rei intereunti,sed eatenus ei contrariam appellari, quatenus per illam amittit esse,ad quod ingenitã habet propensionem. Nihil verò obstat, quominus id, quod ita aduersarium est, naturale esse possit,si naturale sumatur pro eo,quod rei naturam sequitur.

De morte violenta. Ad secundum respondendum est, mortem violentam (vt alias acceptiones omittamus) propriè vocari eam, quæ per externam vim *Lege Themistiã hic de cæsis.*

Plant.c.15.& 16. Arist.lib. de vita, & mort.c.15. & 7.Gal.lib.1. de sanit. tu. Auic. Fen.1. primi doct.3. c.3.Scot.in 2. d.19.quæst.1. vim infertur, vt cùm quis ferro perimitur: hanc autem contrariam esse naturali,hòc est,ei,quæ absque externa vi prouenit,marcescente videlicet calore ob temporis diuturnitatẽ, Sed enim mors quoque illa, & corruptio violenta, potest naturalis vocari, quatenus ipsam rei naturam sequitur,vt corrumpi possit, siue hinc, siue inde, siue intempestiuè,siue aliter ei mors obueniat. Ad tertium,dic licet corruptio negatiuum,seu priuatiuum quippiam sit; suo tamen modo causas habere.Itaq; causa subiectiua illius,est materia,quæ ipsum in se recipit;causa efficiens est id, quod naturale compositum dissoluit; finis autem proximus, generatio; quatenus naturæ instituto ideò res vna interit, vt altera gignatur. Quia tamen corruptio non est ens, huiusmodi causas non per se, sed per accidens vendicat, vt probat S.Thomas lib.3.contra gent.cap.15. *Quomodo corruptio causas habeat.*

ARTICVLVS IIII.

Quod generatio intendatur per se à natura.

Idem asserit D. Thom. 2. contra Gent. cap.89. Circa id,quod secundo loco examinandum proposuimus, num videlicet generatio intendatur per se à natura, erit qui partem negatiuam probare contendat hunc in modum. Natura, vt Auicenna. 1. suffic.cap.1. asserit, *Auicenna.* fertur per se in conseruandam speciem,non autem in multitudinem singularium corruptibilium,hæc enim abit in infinitum, à quo natura abhorret, cùm semper finitum quærat, vt ait Aristoteles 1. de generatione animalium cap. 1. ergo natura non curat per se ortum singularium corruptibilium. Deinde, Natura non per se intendit *Natura abhorret ab infinito.* imperfecta, cùm semper id, quod optimum est, spectare soleat, vt Aristoteles affirmat lib.2.de cœlo cap.5.text.34. & de iuuentute,& senectute cap.2.& lib.2.de generatione animalium cap.14.& tamen *Natura non pauca efficit imperfecta.* non pauca efficit imperfecta, & ⌒ obliqua, teste ipso Aristotele in Problematis sectione.10.problemate 44. ergo saltem horum gene- *Fœmina mas occasionatus.* rationem minimè intendit.Corroboraturque vis argumenti exemplo fœminæ, cuius productionem non intendi à natura, sententia est Aristotelis lib.2.de generatione animalium cap.3. vbi fœminam appellat marem occasionatum,id est,occasione magis,quàm intentione naturæ productum; quibus similia scripsit etiam lib. 4. eiusdem operis cap.2.& lib.7.politic.cap.16.

Nihilominùs asserendum intendi per se generationem à natura. Nam cùm omnibus rebus creatis,vt supra diximus, innatum sit vehemens se perpetuandi desiderium,entia verò naturalia corruptio- *Immortalitatis appetitus.* ni subiecta non nisi interuentu generationis perennitatem assequi valeant; consequens est,vt generationem per se maxime intendant. Ad superiora verò argumenta ita respondemus. Ad primum, cùm bonum speciei sit vniuersalius, atque adeò appetibilius; naturam ferri per se, ac primaria intentione in speciem: verùm cùm non nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

per singularia speciem conseruare possit, etiam in eorum multitudinem per se tendere; licet non primaria intentione, de qua interpretandus erit Auicenna, sed secundaria; ac minùs præcipua. Nec obstat, quod singularia corruptibilia non contineantur certo numero, & ex se alia aliis in infinitum succedant. Non enim istiusmodi infinitum natura refugit; sed maximè quidem infinitum actu in quocumque genere; deinde infinitum, etiam syncategorematicum, in multiplicatione specierum; de qua infinitudine disertis verbis loquebatur Aristoteles primo de generatione animalium loco citato.

A quo infinito abhorreat natura.

Bifariam entia naturalia dici imperfecta.

Pro secundi argumenti solutione aduerte duobus modis, quod ad præsentem locum facit, entia naturalia dici imperfecta: altero, quia inter reliquas species sui generis imperfecta sunt, vt mures inter species animãtium: altero, quia deformitatem aliquam, aut alium defectum suæ speciei aduentitium habent, vt monstra. Si igitur de priori entium naturalium genere loquamur, manifestum est intendi illorum generationem per se à natura; quia, tametsi aliorum comparatione imperfecta sint; obtinent tamen omnem perfectionem suæ speciei conuenientem, ac debitam; atque ita quoties ea gignit natura, facit optimum in ea specie. Si de posteriori, sciendum posse à nobis spectari vel solam causam particularem, quæ impeditur ne effectum absque imperfectione producat; vel eandem simul cum causa impediente, siue cum impedimento, ex quo potissimùm oritur defectus in re producta. Si de causa particulari iuxta primam considerationem sermo sit, fatendum talium rerum ortum non intendi per se ab illa; quia ita sumpta ab eo defectu abhorret: si iuxta secundum sensum, inficiandum est non intendi ab ea, vt lib. 2. physic. cap. 9. quæst. 6. ex instituto probauimus, non parum firmis argumentis, quæ, non est cur hoc loco à nobis repetantur. Itaque ratum adhuc manet generationem intendi à natura per se, etsi non à qualibet natura, siue à quolibet agente quouis pacto, sed ab aliis hoc, ab aliis alio modo sumptis.

De causa impediente perfectionem.

D. Th. de intentione naturæ in productione fœminæ.

De intentione autem naturæ in productione fœminæ ita scripsit D. Thomas 1. p. quæst. 92. art. 1. ad 1. Dicendum quod per respectum ad naturam particularem, fœmina est aliquid deficiens, & occasionatum; quia virtus actiua, quæ est in semine maris, intendit producere sibi simile perfectum secundum masculinum sexum. Sed quod fœmina generetur, hoc est propter virtutis actiuæ debilitatem; vel propter aliquam materiæ indispositionem: vel etiam propter aliquam transmutationem ab extrinseco: vt à ventis Australibus, qui sunt humidi, vt dicitur in lib. de generatione animalium: sed per comparationem ad naturam vniuersalem fœmina non est aliquid occasionatum, sed est de intentione naturæ ad opus generationis ordinata. Intentio autem naturæ vniuersalis dependet ex Deo, qui est vniuersalis auctor naturæ, & ideò instituendo naturam, non solùm marem, sed etiam fœminam produxit. Hæc D. Thomas, quæ etiam docuit in 2. sent. dist. 20. quæst. 2. art. 1. & lib. 3. contra gent. cap. 94.

Intẽtio naturæ vniuersalis.

cap. 94. Idemque sentiunt D. Bonauentura in 2. dist. 20. quæst. 6. Richardus quæst. 10. circa 2. principale, Egidius ead. dist. Ferrariensis ad caput citatum lib. 3. contra gent. Aiunt quippe licet fœmina intendatur per se à natura vniuersali, non tamen intendi per se à particulari. Durandus tamen in 2. dist. 20. quæst. 3. asserit cùm productio fœminæ prouenit ex influxu vẽtorum Australium, quos ad id multum conferre experientia constat, vel ex imaginatione parentum, quæ in delineatione prolis, & effingendo sexu miram vim habet, tunc generationem fœminæ etiam à causa particulari per se intendi. Hæc tamen limitatio aut probanda non est, aut explicationem desiderat. Nam quod ad Australium ventorum influxum spectat; siue ij, siue alij venti spirent, semper generans, vt ex inclinatione propriæ naturæ agit, intendit id, quod perfectius est, atque adeò masculum. Item verò cùm generans, fœminam cogitatione percipit, vt opitulante imaginatricis facultatis vi fœminam gignat; licet tunc dicatur produci fœmina ex instituto generantis, quatenus per electionem agit; non tamen dicetur intendi per se ab illo, vt operatur ex intentione naturæ: hæc enim ex se, vt cumque agentis voluntas se habeat, in masculi generationem perpetuò incumbit.

De hac imaginationis vi D. Th. in 2. d. 20. q. 2. art. 1. Auic. lib. 5. de anim. Galen. lib. de Theriac. ad Pisc. Fernel. 7. lib. Physi. cap. 12. Liuin. lib. 4. de occul. nat. mir. c. 7. & c. 29. lib. 1.

Optimo Diuinandi de intentione naturæ in productione fœminæ.

Hoc igitur dubium congruenter iis, quæ á nobis superiùs tradita sunt, sic explicandum erit, vt dicamus à progenitore in se sumpto non intendi per se generationem fœminæ, intendi tamen ab illo, si spectetur simul cum iis, quæ maris productionem inhibent, fœminæ autem inducunt. Et verò cùm sexus fœmineus non sit imperfectio peregrina speciei, sed quid ordinarium, etsi minus perfectum; cumque agens particulare nitatur conseruare speciem, & hanc non nisi concurrente fœmina conseruare possit: existimandum non est progenitorem, etiam secundum se consideratum, ita à fœminæ vt á monstri productione abhorrere; sed dari in intentione per accidens quasi gradus quosdam, & fœminæ ortum minus per accidens intendi, quam monstrum. Quoniam verò fœminæ productionem, & primi agentis cura ac prouidentia, & intentio particularis agentis secundum eam considerationem, quam diximus, per se spectant; cùm Aristoteles fœminam marem occasionatum vocat, fœminam comparat cum progenitore per se sumpto duntaxat.

Quo pacto fœminæ generatio intẽdatur à natura.

ARTICVLVS V.

Quod corruptio non intendatur à natura per se.

SVPEREST tertia dubitatio, an natura, siue agens naturale intendat per se corruptionem. Nam quod eam sic intendat videtur hisce argumẽtis concludi. Id, quod per se intendit finẽ, etiã per se intendit media ad finẽ; sed agens naturale per se intendit productionẽ compositi, ad quam corruptio via, seu medium est. Igitur agens naturale intendit per se corruptionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex quibus efflorescat mundi pulchritudo.

nem. Deinde, Naturæ auctor intendit per se pulchritudinem vniuersi; atqui, vt docet Aristoteles in lib. de mundo ad Alexandrum (si eius est illud opus) & D. Augustinus lib. 11. de Ciuitate Dei cap. 18. vniuersi pulchritudo efflorescit ex oppositione contrariorum, vt atri, & candidi; magni, & parui; boni, & mali; generationis, & interitus. Negari ergo non potest interitum per se intendi ab auctore naturæ, ac proinde etiam à natura, quæ illius est instrumentũ. Item, si corruptio non intenderetur per se à natura; ideò esset, quia corruptio est naturæ ipsius malum: sed quod non sit ostenditur, primùm quia malũ naturæ nõ potest fundari in bono naturæ: alioqui vnum oppositum stabiliretur in alio; corruptio autem recipitur, fundaturque in materia; quæ in genere naturæ bonum quid est. Item, quia corruptio non magis naturæ malum est, quàm annihilatio; hanc verò non esse malum appellandam docet D. Thomas in quæstionibus de potentia, quæst. 5. artic. 3. ad 14. Postremò, esto corruptio malum sit; tam ea, quàm quoduis aliud malum habet causam per se; ergo per se intenditur. Probatur antecedens, quia si malum non haberet causam per se, sed per accidens; sequeretur malum, vt cætera, quæ per accidens sunt, non in pluribus, sed in paucioribus euenire, quod falsum est.

Solutio dubij.

Ad hoc dubium respondet S. Thomas 3. contra gentes cap. 94. & 1. p. quæst. 19. art. 9. & quæst. 49. art. 2. Caietanus ibidem, Capreolus in 2. sent. distinct. 4. q. 1. art. 3. & distinct. 34. quæst. 2. art. 1. Henricus in sua summa art. 41. corruptionẽ non intendi per se à natura. Verùm vt rem enucleatè explicemus obseruandum erit bifariã posse quippiam dici intendi per se. Vno modo, quia nõ intenditur propter aliud, hoc est ob aliud quid assequendum; quo pacto sanitas dicitur ab ægroto intendi per se, non autem deambulatio; quia hæc quæritur gratia alicuius, nempe sanitatis; illa verò non item. Alio modo dicitur quid per se intendi, quia in se est obiectum terminans actum intentionis, appetitionisve alicuius; siue ad aliud quid vlteriùs referatur, siue non: quo sensu deambulatio dicitur per se intendi, quia in se est obiectum electionis ægroti; licet ægrotus deambulationem ipsam ad obtinendam valetudinem ordinet.

Dupliciter intendi aliquid per se.

His positis quod corruptio à nullo agente intendatur per se priori modo, in confesso est apud omnes philosophos. Cùm enim finis cuiúsque actionis semper sit aliquod esse, quod per eam acquiritur, aut conseruatur; & corruptio priuet rem suo esse, neutiquam fieri potest, vt per se spectata sit finis intentus ab agente. Vnde Aristoteles lib. 2. physic. cap. 2. text. 23. negat mortẽ, quæ corruptio quædam est, posse dici finẽ. Quod verò nec posteriori modo possit corruptio intendi per se (intellige ob aliquam præstantiam sibi intrinsecam) simili argumento ostenditur. Etenim malum non potest sic obiectum esse intentionis, aut appetitionis alicuius; corruptio est malum, sicuti & generatio eius oppositum, est bonum quid: ergo. Maior patet ex doctrina tum D. Dionysij 4. cap. de diuinis nominibus

D. Dionys.

asserentis malum esse præter intentionem in rebus; nihilque ad malum respiciendo operari; tum Arist. 1. Ethic. cap. 1. vbi ait omnem actum, intentionemve ferri in bonum. Quod tam de appetitu naturali, quàm de animali, & rationali intelligendum esse ostendit S. Thomas. 1. part. quæst. 19. art. 9.

Malum esse præter intentionem.

Diluamus igitur aduersariæ partis argumenta. Primi difficultate permoti quidam manus dedere, concedentes generans etsi non primaria, secundaria tamen intentione per se corruptionem intendere. Nihilominus dicendum si ij auctores intentionẽ per se aliter, quam à nobis explicata fuit, vsurpare velint, ita nimirum, vt etiam perhibeatur intendi per se quicquid necessariò exigitur ad obtinendum finem, licet in se malum sit, non esse negandum posse dici eo pacto corruptionem intendi per se secundaria intentione. Persistendo autem in nostra doctrina, & loquẽdi modo, qui probatior, & communior est apud philosophos; respondemus non omne, quod medium vt cumque dicitur, intendi per se ab expetẽte finem; sed opportere, vt tale medium non sit expers omnis bonitatis, vt est corruptio, quæ sicuti est non ens, ita nullam bonitatem participat.

Dilut. 1. arg.

Ad secundum, concessa maiori respondendum est ad minorem, vniuersi pulchritudinem resultare ex oppositis; non tamẽ per se ex omnibus, quia ex malis, & defectibus, vt docet D. Dionysius 3. cap. de diuinis nominibus, & D. Thomas 1. part. quæst. 19. art. 9. ad 2. per accidens tantùm sequitur, quatenus bona, formæ, perfectionésque, illorum vicinitate, & comparatione illustriora fiunt, ac magis commendantur. Lege D. Augustinum 17. de ciuit. Dei cap. 8. & lib. 3. de libero arbitrio cap. 9. & lib. 1. de ordine cap. 7.

Dilut. 2. arg.

Lege. M. Alb. 2. part. sum. tract. 21. quæst. 62.

Ad tertium, concedendum est prius pronunciatum, dicendúmque corruptionem esse malum, & ad primam rationem, quæ id oppugnat, negandum est malum naturæ, quod est priuatio boni naturalis, non posse fundari in eo, quod naturaliter bonum quid est; videlicet in materia. Ad id verò, quod obiicitur, vnum oppositum non posse in alio esse, respondet D. Augustinus in Ench. circa existentiam mali in bono fallere Dialecticorum regulam negantem contraria posse cohærere simul. Quod D. Thomas in quæstionibus de malo quæst. 1. art. 2. ad 5. interpretatur de fallentia vmbratili, seu quoad primum aspectum. Videntur enim malum priuationis, & bonum subiecti, in quo est, inter se opponi; re tamen vera non opponuntur; quia malũ (intellige priuatiuè sumptum) tantùm opponitur bono, cuius est priuatio, vt cæcitas aspectui; non autem bono, quod conuenit rei, in qua priuatio recipitur, vt annotauit idem Sanctus Doctor articulo citato ad tertium, & lib. 3. contra gentes capit. 11. ibidémque Ferrariensis. Neque his obstat quod D. Dionysius 4. cap. de diuinis nominibus ait malum neque esse existens, neque in existenti; tantùm enim significat malum sicuti non est aliquid positiuum; ita nec in subiecto positiue existere. Deinde ad secundam rationem, quæ etiam probare nitebatur corruptionem malum non

Dilut. 3. arg.

Dictũ Aug. de existentia mali in bono.

 esse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, negãdum est eodem pacto se habere annihilationem quoad rationem mali, quo se habet corruptio. Annihilatio enim malum esse nequit, vt explicat Sanctus Thomas loco in argumento adducto; quia omne malum, cùm priuatio quædam sit, fundamentum obtinet in aliquo bono: annihilatio verò, quia rem omnino destruit, nihil in ea relinquit, quo ea priuatio niti possit: ideóque, vt ante rerum creationem malum nullum erat; ita nec malum vllum foret, si Deus cuncta in nihilum relabi sineret. Vbi aduerte obiter cum D. Thom. in quæstionibus disputatis, quæst. 5. de potentia art. 4. in solutione 6. argumenti ideò Deum creaturam intellectualem in se peccantem non redigere in nihilum, licet ex iustitia posset; quia cùm in re annihilata vt nihil mali, ita nihil boni remaneat; sequeretur in tali iustitia nihil esse misericordiæ admixtum, cùm tamen, vt dicitur in Psalmo 24. vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas.

Annihilatio non est malũ quid.

Cur Deus in se peccantes non annihilet.

Dilut. 4. arg.

Ad vltimum respondetur inficiando antecedens, & ad eius confirmationem dicendo, in primis cum D. Thoma 1. parte quæst. 49. art. 3. ad 5. non in omnibus rerum generibus malum maiori ex parte euenire; quia generabilia, & corruptibilia, in quibus duntaxat naturæ malum contingit, sunt exigua pars totius vniuersi. Item, quia si de particularibus singularum specierum defectibus loquamur; ij pauciores insunt: licet in hominibus maiori ex parte malum morale sit ob inferioris appetitus ad sensibilia procliuitatem; & quia, vt Aristoteles lib. 2. Ethic. cap. 6. ait, multifariam contingit deflectere à medio, in quo virtus consistit. Sed quod multa, quæ causas per accidens habent, vel vt plurimùm, vel semper eueniant, ostendit. D Th. in disputatis, quæstione 1. de malo art. 3. in responsione ad 17. argumentum exemplo eius, qui in forum emptionis gratia tendit, & vel semper, vel vt plurimùm inuenit in foro hominum multitudinem, cuius tamen inueniendæ gratia forum non petit; & eius, qui voluptatis gratia aliquam edit actionem, cum qua semper coniuncta est peccati deformitas, quam ille per se non quærit. Quibus patet, esto corruptio non nisi causas per accidens vendicet; id tamen non impedire, quominus in omnibus rebus caducis reperiatur.

Cur in hominib. maiori ex parte inueniatur malum morale.

QVAESTIO XVII.

An corruptio vnius sit alterius generatio?

ARTICVLVS I.

Argumenta, quæ pro parte negatiua afferri possunt.

HERTO huius libri capite, textu 17. & 20. docuit Aristoteles semper corruptionem vnius esse generationem alterius; idemque scripsit lib. 3. Physic. cap. 8. text. 73. & lib. 12. Metaph. cap. 2. text. 7. Verùm quia effatum hoc nonnihil dubitationis

nis continet, discutiendum hoc loco est. Nec desunt argumenta, quæ id oppugnent. Primum sit, Generatio est verum, & positiuum ens; corruptio negatiuũ quid, vt ex iis, quæ superiùs disputata sunt, constat. Igitur corruptio nó est generatio: nisi quis dicat vnam, eandemque rem & esse ens, & non ens, quod nemo rectè dixerit. *1. Argum.*

Respondeat aliquis huiusmodi pronunciatum non esse capiendum in sensu, qui identitatem, sed qui nexum, vel causam indicet; id est, generationem vnius dici corruptionem alterius, non quod generatio re ipsa idem sit, atque corruptio; sed vel quia hæc duo mutuò connexa, & complicata sunt; ita vt alterum sine altero non detur, vel quia vnum alterius causa est; quatenus corruptio saltem dispositiuè causat generationem; generatio quodammodo effectiuè corruptionem, qua loquendi figura eclypsis dicitur interiectio terræ inter Solem, & Lunam: putrefactio, interitus caloris; ira, feruor sanguinis circa cor; quia eclypsis fit interiectu terræ, aliáque eiusmodi similiter. *Responsio.*

De ipsiusmodi sensu causali differit Arist. lib. 6. Topic. cap. 3.

Verum quod hæc responsio non satisfaciat, hunc in modum suadetur. In diuina Eucharistia, cùm primum species panis desinunt esse in ea temperie, in qua cõseruarent formam panis, si ibi esset, desinit sub illis esse corpus Christi, & generatur aliquod compositum physicum pro ratione dispositionum, quæ in quantitate præcesserunt, vt est communis doctrina Theologorum in 4. sent. dist. 12. At in hoc euentu datur generatio, supponẽte Deo speciebus materiam vel illam eandem, quæ in consecratione euanuerat, vel aliam denuò creatam. Præterea intereunte homine gignitur forma cadaueris, nec tamen interit forma hominis. Item dum viuens nutritur, corrumpitur alimentum, neque noua forma, aut nouum animal denuò gignitur. Ergo nec semper generatio vnius cum alterius corruptione, nec vnius corruptio cum alterius generatione copulata est. Item ortum vnius accidentis non semper antecedit alterius amissio: ergo saltem in formis accidentariis non datur prædicta connexio. Antecedens conspicuum est in lumine, in saporibus, in odoribus, in speciebus, quæ sensui & intellectui imprimuntur, aliisque compluribus, quorum ortus aliorum interitum non deposcit. *Confutatio responsionis ex alio argumento.*

D. Th. 3. part. q. 77. art. 5. & lib. 4. contra gent. cap. 66.

Ad hæc. Certum est apud Iapones in insula, quam Gotum vocant, animal quoddam esse corporis magnitudine, & figura simile cani, vel, vt alij narrant, Lupo. Quod primò quidem in terra viuit, deinde certo tempore mare incipit frequentare, in eóque se natatu assiduo exercens paulatim efformatur in piscem; ac tandem membris iam in piscis figuram compositis pelago se dat, fitque marina bellua, vna de squamigero grege. Cùm igitur animãtes, quæ in aquis degunt, specie differre videantur à terrestribus, nequibit istiusmodi animal è terrestri in aquatile commutari, nisi aliam formam substantialem capiat; & tamen non amittat eam, quam ante habuerat; alioqui interiret: induit ergo nouam formam superstite priori, & quod inde consequens est, datur generatio sine corruptione. *3. Argum. Animal, quod ex terrestri fit aquatile.*

ARTI

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

Statuuntur aliquot assertiones, quibus tota quæstio explanatur.

PLANVM est generationem vnius non idem re esse, atque alterius corruptionem, vt euicit primum superioris articuli argumentum. Restat ergo, vt Aristotelica propositio in vtrouis duorum sensuum, quos ibidem subiecimus, vera sit. Sed adhuc ea sub priori sensu bifariam intelligi potest, nimirum vel vt sermo sit de forma, siue substantiali, siue accidentaria; dicatúrque nunquam exoriri nouam formam, quin prior corrumpatur, & contra. Vel de composito, sic vt affirmetur non posse compositũ vnum sine præeunte alterius corruptione gigni; similiterque vice versa.

Prima conclusio. His prænotatis sit prima conclusio. Non semper ortus nouæ formæ substantialis, antecedentem alterius obitũ requirit; tamen semper extinctionem, decessumve prioris, nouæ successio consequitur.

Confirmatio. Prior pars huiusce conclusionis patet in morte hominis, vbi, vt supra argumentabamur, introducitur forma cadaueris, & tamen anima, etsi recedit à materiâ, non tamen interit. Posterior verò ex eo ostenditur, quia si vna forma intereunte, alia in materiam non succederet; cùm in materia non sit, nisi vna forma substantialis, vt suo loco ostendemus, relinqueretur materia absque omni substantiali forma. Diximus, succederet, non autem produceretur; quia cùm vna forma interit, non necesse est, vt in eius materia producatur alia de nouo, sed sufficit, vt antea producta eam tunc denuo subeat, vt in hominis verbi gratia nutritione accidit.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Semper vnius compositi substantialis productio cum alterius occasu, seu totali, seu partiali; semper vnius occasus cum alterius productione, vel saltem aggeneratione coniunctus est. Hæc quoad priorem partem inde ostenditur, quia si aliquod substãtiale compositũ in lucẽ prodiret, quin aliud nec ex toto nec ex parte occũberet, sequeretur in eandẽ materiã, duplicem formam substantialem coire posse, videlicet eam, quæ præextiterat, & illam, quam noua generatio inuehit. Diximus, seu totali, seu partiali; quia non necesse est quoties aliquod compositum naturale gignitur, totum aliud corrumpi, vt patet cùm per actionem natiui caloris in humidum deperit pars viuentis, in cuius partis materiam inducitur forma alterius corporis; tunc enim gignitur quoddam totum, & tamen non perit totum aliud, sed illius pars. Deinde probatur conclusio quoad posteriorem partem; quia si quod substantiale compositum interiret, quin aliud nasceretur; id sanè fieret, quia agens naturale non aliam formam substitueret loco eius, quam depulit. In quo euentu maneret, vt proximè dicebamus, materia absque omni substantiali forma; & agens physicum, quoad eius fieri potest, mortalitati non succurreret; sed interitum, atque adeò naturæ malum per

Probatio.

Actio natiui caloris in humidum.

D. Th. 1. 97. Cont. part. 3. 76. art. 4.

per se intenderet, quorum vtrumque à naturæ prouidentia, & bonitate alienum est. Addidimus, vel aggeneratione, quia in nutritione, corruptio alimenti non est coniuncta cum generatione alterius rei, sed cum aggeneratione viuentis, quod nutritur. Obseruat autem Scotus in 2. dist. 12. quæst. 1. ideò generans patientis formam excludere, ipsumque interimere; quia cùm generationem intendat, & totam rei generandæ essentiam in sua virtute non cohibeat; siquidem eius materiam efficere non potest, opus fuit aliunde materiam quærere, nimirum à subiecto intereunte, eamque quodammodo suam facere, ac genito attribuere. Aduerte autem circa hanc Scoti rationem generans in productione hominis non solùm non continere in sua virtute materiam, sed nec formam, vt patet: siquidem hanc solus Deus creat, nisi habere in sua virtute sumatur admodum latè, ita vt etiam dicatur de eo, quod, etsi nequeat formam producere, habet tamen in sua potestate materiam disponere, qua dispositа Deus animam creat, cuius introductionem, & vnionem id, quod materiam disponit, simul attingat.

Lege Capr. in 2. d. 13. q. 1. art. 3.

Cur generãs patientis formam excludat.

Ægid. quod. l. 4. q. 11.

Tertia conclusio. Generatio vnius accidentis interdum amissionem alterius coniunctam habet; interdũ non. Prior pars huius conclusionis patet in quatuor primis qualitatibus. Nec enim V. G. calor vnquam acquiritur, quin frigus, vel ex toto, vel ex parte in eodem subiecto depereat. Posterior liquet in productione luminis, & aliorum complurium accidentium, vti superiùs ostendebamus.

2. Conclusio.

Probatio.

Argumenta verò initio quæstionis adducta nihil contra superiores conclusiones efficiunt. Ac primo quidem rectè occurrebatur. Cæteris ita respondendum. Imprimis cùm desinit esse corpus Christi sub speciebus panis, non dari ibi corruptionem, licet detur generatio compositi Physici. Verùm id non ex naturæ ordine, sed ex vi facti miraculi euenire. Quæ verò sequuntur de ortu cadaueris, & de productione accidentium soluta iam sunt. Ad illud de Iaponensi animali, dic cùm eiusmodi animal è terrestri fit natatile, nec nouam formam asciscere, nec antiquam speciem deserere: sed externã tantùm effigiem ad natatum accommodare. Itaque negandum est omne aquatile à quouis terrestri, specie distingui. Quod ex eo etiã confirmari potest, quia teste Cicerone 2. de natura deorum quædã serpentes oriuntur extra aquam, quę simul ac primùm niti possunt, nihil mutata natura, aquam prosequuntur. Et, vt docet Aristoteles lib. 1. de histor. anim. cap. 1. quædam primum in aquis degunt, deinde foris viuunt. Item, vt idem refert lib. 8. cap. 2. eiusdem operis quædam sunt bestiæ ancipites in vtróque elemento, terra, inquam; & mari viuentes, vt genus testudinũ, & tamen non propterea pertinent simul ad duas species. Quare neque quæ ex terrestribus omnino aquatiles fiunt speciem mutabunt.

Solutio argumentorum primi articuli.

De aquatilibus, & amphibiis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO XVIII.

An in cuiuslibet rei naturalis interitu fiat vsque ad materiam primam resolutio; necne.

ARTICVLVS I.

Quibus argumentis negatiua pars quæstionis ostendi videatur.

FIERI vsque ad materiam primam resolutionem, est nullum accidens eorum, quæ in re corrupta fuerant, nullamque eius substantialem formam in re genita permanere. Quia verò in præsentia suminus, quod progressu ostendemus, in qualibet re naturali vnam tantùm dari formã substãtialem, ac proinde re dissoluta nullã eiusmodi formã in materia supereſſe; tota hæc quæstio circa accidẽtia versabitur.

Assertores partis negatiuæ. Auicenna 1. suff. cap. 7. Auerroes in lib. de substantia orbis cap. 1. & in epitome Metaph. Henricus Gandauensis quodlib. 15. quæst. 7. Gregorius in 2. dist. 12. quæst. 2. art. 1. Gabriel dist. 16. quæst. vnica. Ochamus quodlib. 2. quæst. 11. aliique non pauci negatiuam partem tuentur, quæ hisce argumẽtis ostendi potest. *1. Argum.* Primo, si in puncto illo temporis, quo res gignitur, nullum manet accidens eorũ, quæ priùs materiam disponebant; sequitur induci formam in materiam non dispositam. quo enim pacto disposita sit, quæ accidentibus, per quæ disponitur, destituta est? sequitur relinqui materiam indifferentem ad quamlibet formam; siquidem nuda materia non magis ad vnam, quàm ad aliam formam determinata est. Sequitur materiam in instanti, quo receptura esset formam aëris, ad quam tempore antecedente disponebatur, posse formam ignis recipere, si ei in eodem instanti ignis applicetur, maximè cùm ignis actuosior sit, & efficacior ad agendum, nec eius actioni quicquam in eo puncto resistat. Cùm igitur hæc omnia absurda sint, relinquitur huiusmodi positionem, ex qua ea sequuntur, minimè probandam esse.

2. Argum. Secundò, alienum est à philosophica veritate spernere fidem sensuum, à quibus omnis nostra cognitio ortum capit: atqui sensus iudicat in homine mortuo eandem esse cicatricem, eandem figuram, & calorem, cæteráque eiusmodi quæ in viuente fuerant. Non igitur alia accidentia numero distincta; sed eadem omnino, quæ erant in re corrupta, manent in re genita.

3. Argum. Tertiò, Non minus, quin potiùs multò magis pendet materia à forma substantiali, quàm accidentia; cùm materia sit pura potentia, accidentia verò actus: atqui eadem materia, abscedente vna forma, permanet sub alia. Ergo & idem accidens. Confirmatúrque hæc ratio; quia si lumen ab vno corpore lucido productum, potest ab altero

4. Theophil. lib. 2. de anima text. 6.

tero conseruari, cur non & idem calor in eadem materia sub diuersis formis conseruabitur?

4 Argum. Quartò, Accidentia, quibus materia ad nouam formam accipiendam redditur perfectè dispositã, cùm sint certa quoad gradualẽ latitudinem, & in subiecto certo; opportet vt incipiant in materia per *Cap. 8. q. 1.* primum sui esse; atque adeo in instanti, vt ex iis, quæ 8. Physicorum libro docuimus, manifestum est; atqui hoc fieri nequit, si in eo momento, quo forma in materiam infertur, omnia accidentia pereunt; quia tunc dandum esset complementum latitudinis gradualis talium accidentium. Nullo igitur pacto ea perire dicendum est.

5. Argum. Quintò, Si omnia accidentia rei corruptæ momento generationis euanescerent, aliquid interiret sine corrumpente; aliquid gigneretur sine generãte; aliquid produceretur à suo cõtrario; aliquid sibi ipsi pernicié moliretur; aliquid ageret quãdo nõ esset; quæ omnia à veritate longè absunt. Prima huius consecutionis pars suadetur, quia cùm, exempli gratia, aqua in aërem vertitur, si aquę humor corrumpitur, à nullo corrumpitur; non enim ab humore aëris; siquidem vnum accidens non extinguit alterum eiusdem speciei; non à siccitate, cùm aër humidior sit, quàm aqua; non à colore, aut frigore, quia hæc humori non aduersantur: à nullo ergo interimitur. Secunda pars ostenditur, quia cicatrix, & candor, quæ in Socratis cadauere visuntur, neque à corrumpente, neque ab alia effectrici causa videntur produci. Tertia probatur, quia in visceribus eius, qui frigore interiit, manet aliquandiu calor; qui denuò gignitur, certè non nisi à frigiditate, atque adeò à suo contrario. Quarta demonstratur, quia id, quod est causa generationis, est etiam causa eorum, quæ generationem necessariò consequuntur, iuxta illud commune proloquium ex libro de causis propos. 1. quicquid est causa causæ, est causa causæ. Quare cùm accidentia, quæ disponunt ad formam recipiendam, sint causa generationis, si hanc necessariò consequitur eorundem accidentium interitus, vtique fatendum erit ipsa accidentia sibi interitum machinari. Quinta ex eo concluditur, quia dispositiones, quæ formam antecedunt, attingunt introductionem formæ in instanti generationis, & tamen in eo iam non sunt, vt aduersarij volunt.

Philosophicum axioma ex lib. de causis.

6. Argum. Postremò, Aristoteles hoc in libro cap. 4. tex. 24. affirmat cùm ex ære aqua gignitur, manere in genito eandem perspicuitatem, quæ fuerat in corrupto. Et libro 2. cap. 4. text. 25. docet ideò elementa symbolica, id est, quæ symbolum seu conuenientiam in aliqua qualitate habent, facilius inuicem transmutari; quia minùs operosum est, vnam, quàm duas qualitates è contrario expellere. Sentit ergo Aristoteles cùm res interit non omnes qualitates ab illa expelli, sed aliquas in re, quæ de nouo generatur, permanere.

De quãtitate interminata opinio Pythagoræ. Præter superiora argumenta possent ad idem institutum confirmandum adduci, ea, quibus probare aliqui nituntur quantitatem interminatam esse materiæ coæuam. Quam sententiam post Pytha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thaurer. Platonis, & aliorum.

ex Peripateticis nõ pauci. Est autem quãtitas interminata, quæ etiam dicitur dimensio simplex, & dimensio in potentia, vt explicat Gregorius lib.2.sent.d.12.quæst.2.art. 1.ad 5.nihil aliud, quàm triplex dimensio quantitatis in se spectata absque vlla certa figura, & termino; non quod ea sic actu existat, sed quia non nisi merito formarum hanc aut illam figuram, seu terminũ vendicet: quemadmodum materia ex se informis dicitur, quia natura sua non magis ad hanc, quam ad illam formam præfinita est, licet re ipsa nunquam omni forma careat. Itáque terminata, & interminata quantitas re idem sunt, modo tantum & ratione differunt. Cæterùm quia præcipuè rationes pro hac sententia, alibi à nobis inculcatæ, & solutæ iam sunt; nõ est, cur hoc loco à nobis repetantur. Legat, qui volet, Gregorium in 2.dist.12.quæst.2. Bassolium ibid.quæst.3. Iandunum ad lib.de substantia orbis quæst.17. Aureolum apud Capreolum in 2.dist.13. quæst.vnica.ar.2. Vtrum autem Auerroes dicat in corruptione non solum manere quantitatem, sed alia accidẽtia, controuersum est inter eius sectatores. Qua de re Caietanus in lib.de ente, & essentia q. 17. Soncinas lib.8.Metaph.q.9. Niphus cap.4.huius lib.

Lib.1.Phy. c.2.q.1.a.4.

De opinione Auerroïs.

ARTICVLVS II.

Defenditur pars affirmatiua controuersiæ.

NEMO, vt nobis quidem videtur, superiora argumenta, & ea, quæ pro aduersaria parte afferemus, expendet, qui, si æquus æstimator esse velit, non fateatur admodum esse probabilem eorum sententiam, qui negant interitu rerum naturalium fieri resolutionem, vsque ad materiam primam.

Conclusio affirmatiua.

Placet tamen contrariam assertionem, quæ magis Aristotelica videtur, tueri cum D.Thoma 1.p.quæst.76.art.6.cum vtróque illius magistro, Alense 4.p.quæst.57.m.4.& Magno Alberto.2.parte summæ de homine, cum Ægidio lib.2.huius operis ad textum.25.cum Heruæo de vnitate formarum q.16.& 17.& quodlib.4.quæst.10. Caietano ad caput.7.libri de ente & essentia quæst.17. Iauello 8.Metaph. quæst.7. Soncinate ibidem quæst.9. Hispalensi in 1.dist.5.quæst.1. art.4. Capreolo in 2.dist.13.quæst.vnica.art.3.vbi ait, etsi olim D. Thomas contrarium scripserat secutus placitum Auerrois de quantitate interminata; postea tamen seipso factum doctiorem, hanc, quam sequimur, opinionem docuisse, præsertim in summa Theologiæ, qui est quasi liber retractationum illius.

D. Thom. de trãct. de formis q. 6. & lib.4. Sent. d. 11. quæstiun. 1. ad 4.

Quorundam fundamentũ in hac sentẽtia tuenda.

Porró qui arbitrantur subiectum inhæsionis accidentiũ esse totum compositum, ij sententiam hanc ea potissimùm ratione confirmant, quod dissoluto subiecto necesse sit omnia illius accidentia funditus interire; alioqui posset accidens de subiecto in subiectum migrare. Verùm istiusmodi fundamentum labefactatum à nobis fuit in quæstione de subiecto accidentium, vbi ostendimus non esse id totum compositum, sed materiam, prout formæ subest. Alia igitur ingressi via sic institutum comprobabimus. Accidentia materialia inhærent in materia interuentu quantitatis; sed in corruptione non manet eadem quantitas; igitur neque alia accidentia materialia. Minor probatur, primùm, quia si in materia maneret eadem quantitas, sequeretur firmiorem esse vnionem materiæ cum quantitate, quàm cum forma substantiali; siquidem illa esset dissolubilis, hæc autem perpetua. Absurditatem verò consequẽtis id declarat, quia cùm forma, & materia pertineant ad idem genus, hoc est, suo modo ad eandem categoriam substantiæ, multò aptiora sunt ad mutuum nexum, & vnionem, eiúsque diuturnitatem seruandam, quàm materia, & quantitas; vnde & illa faciunt compositum per se, hæc per accidens; quæ autem sunt per se firmiora esse consueuerunt, vt in cæteris rebus videre licet, quàm quæ sunt per accidens. Deinde confirmatur eadem minor hunc in modum. Idem est ordo in recipiendo, qui in respiciendo; nec enim est, cur is peruerti, aut variari debeat: atqui materia prius respicit formam substantialem, ad quam vt ad finem ordinatur, vt cum ea in vnius compositi naturam associetur; igitur prius substantialem formam, quàm accidentariam recipit; sed non illam prius reciperet, si in omni generatione eadem quantitas permaneret, ergo &c.

Prima ratio.

Ordo idem in recipiendo qui in respiciendo.

Prætereà sublato vinculo, & causa vnionis dissoluitur vnio, sed actus secundus, quemadmodũm supponit actum primum, qui est forma substantialis, ita vnitur materiæ per eandẽ formã; ergo soluta vnione inter materiam, & formam substantialem, soluetur vnio inter materiam, & actum secundum, inter accidentia & eorum subiectum atque adeo re corrupta omnia accidentia interibunt.

2. Ratio.

Item subiectum accidentium, vt supra ostendimus, est materia prout subest formæ. Ergo sicuti accidentia absolutè sumpta pendent quoad sui conseruationem à materia, vt subest formæ absolutè spectatæ: ita hæc singularia accidentia pendebunt ab eadem materia quatenus huic certæ formæ subest; proindéque huius formæ abscessu, vel occasu omnia singularia accidentia delebuntur, alioqui transmearent ab vno subiecto ad aliud.

3. Ratio.

Denique teste Aristotele cap.4.huius libri text.23. corruptio est mutatio totius nullo manente sensibili subiecto: si autem re intereunte non omnia illius accidentia pereunt, manet idem sensibile subiectum. Necesse est igitur omnia interire. Item subiectum generationis, vt ex Arist. sæpè retulimus, est materia nuda: ergo forma adueniens nullum accidens in materia inuenit.

Vltim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

Diluitur Primum argumentum primi articuli. Agitur de concursu dispositionum respectu formæ.

ACCEDAMVS nunc ad diluenda argumenta contrariæ opinionis. Quoniam autem in primo agitur de dispositionibus materiæ, amplioris doctrinæ gratia explicabimus, quonam pacto illæ ad introductionem nouæ formæ concurrant. Aduertendum duo esse dispo-

Duo genera dispositionũ.

sitionum genera: quædam enim antecedunt introductionem formę, & in ipso generationis momento pereunt, vt proximo articulo statuimus: aliæ formam origine subsequuntur, & cum ea in eodem instanti incipiunt verbi gratia calor, quem ignis in aquæ materiam producit, dum propriam formam inducere in eam molitur; dispositio est introductionem formæ ignis antecedens: calor verò, qui priore intereunte formam ignis in ipso generationis puncto consequitur, & cum ea manet, dispositio consequens dicitur. Igitur circa priores dispositiones nulla est hoc loco difficultas. Nam cùm sint instrumenta, quorum interuentu efficiens rem gignit, ipsamque generandi actionem elicit, eó stat eas ad formæ introductionem actiuè concurrere: at circa posteriores nonnulla dubitatio est, quæ aliquot

Primum pronunciatum.

pronunciatis enodabitur. Primum sit. Dispositiones consequentes non concurrunt efficienter ad introductionem formæ. Pronunciatum hoc statuit Caietanus ad cap. 7. libelli de ente & essentia quæst. 17. & Hispalensis in 2. dist. 13. quæst. 1. memb. 2. probatúrque. Nam verbi gratia forma ignis est causa effectrix sui caloris; si igitur illemet calor, qui est dispositio ipsam formam consequens, ad introductionem formæ ignis efficienter concurreret, eadem forma sui ipsius causa esset; siquidem quidquid est causa causæ, est item causa eius, quod ab ea fit. Item dispositiones antecedentes præparant quantum sat est materiam, sufficiuntque per se ad effectiuè introducendam formam. Igitur superuacaneus erit consequentium dispositionum concursus in eo causæ genere.

2. Pronũciatum.

Secundum pronunciatum sit. Dispositiones cõsequentes concurrunt aliquo modo ex parte materiæ, seu in genere causæ materialis ad formam, eamque origine vtcúmque antecedunt. Hoc pronunciatum approbat, ediſſeritque S. Thom. in quæst. de Veritate quæst. 28. art. 8. hisce penè verbis. Dispositio, quæ necessaria est ad formam, quodammodo formam substantialem præcedit, nimirum secundum rationem causæ materialis: hæc enim dispositio ex parte materiæ se habet; sed alio modo, ex parte videlicet causæ formalis substantialis forma prior est, in quantũ & materiam, & materialia accidẽtia perficit. Idé asserit Capreolus in primo dist. 3. quæst. 3. art. 2. Soncinas 8. Metaphys. quæst. 9. & 17. Ferrariensis 2. contra gentes ad cap. 71. & alij.

alij. Quod autem prædicta antecessio nequaquam iis dispositionibus neganda sit, ex eo ostendi potest; quia illæ habent sese ex parte materiæ, quatenus eam vt congruentiæ vinculum reddunt aptam ad copulationem cum forma; adeò vt sine iis non posset vi naturæ talis nexus dari; siquidem, vt Arist. lib. 2. de anima. cap. 2. text. 24. docet, actus non nisi in agẽte apto, idoneoq; recipiuntur. Quoniam igitur tales dispositiones eo modo respectu materiæ se habent, sicut materia prior est, quàm forma: sic illæ dici poterunt materiã antecedere.

Obiectio cõtra 1. pronũc.

Sed contra prius pronunciatum iam aliquis obiiciat. Agens principale per consequentes dispositiones tanquam per instrumenta conseruat formam rei genitæ. Ergo nihil impedit, quominus per eas attingat productionem eiusdem formæ; si modo ea sit è numero illarum, quæ de potestate materiæ excitantur. Probatur consecutio, quia agens conseruare eo pacto formam nihil est aliud, quàm post primum instans generationis continuare collationem esse iam præhabiti; sed agens dedit esse formæ in primo illo instanti, & in eo iam erant dispositiones, nec quicquam eis deerat, quominus per eas ageret. Igitur iam tunc per eas contulit esse formæ (etsi nondum ipsas diceretur conseruare, quia non eis conferebat esse iam præhabitum) atque adeò potuêre consequentes dispositiones effectiuè attingere productionem formæ. Item contra secundum pronunciatum. Exce-

Obiectio cõtra 2. pronũc.

pto fine nihil causat antequam existat, sed dispositiones non existunt ante formam, quia nihil in rerum natura cohæret ante suam causam efficientem, causa autem efficiens dispositionum consequentium est forma: ergo hæ dispositiones nullam rationem causæ fortiuntur comparatione formæ.

Solut. 1. obiect.

Ad primum horum respondendum, cùm dispositiones, quæ per se consequuntur formam rei genitæ, actiuè oriantur ab eadem forma, vt calor, & siccitas à forma ignis, temperamentum à forma mixti; non dici agens per eas conseruare formam rei genitæ actiuè, quòd ipsæ agant in formam, sed quia forma per eas agit, suumque bonum procurat, & se tuetur, vt per virtutem motricem quærendo locum conuenientem: per nutritiuam, conuertendo alimentum; per calorem, resistendo externo frigori: similitérque per alia. Quare non rectè in argumento colligitur dispositiones consequentes posse attingere productionem formæ, eo quod agens per eas formam conseruat, cùm ciusmodi conseruatio actiua non sit per actionem in formam, sed à forma. Adde etiam dispositiones per se con-

Dispositiones per se consequentes formam rei genitæ conseruare formam dispositiuè.

sequentes formam rei genitæ conseruare formam dispositiuè, quatenus requiruntur ad tuendam vnionem inter materiã, & formam; siquidem forma non copulatur materiæ nisi aptè dispositæ, vt supra diximus; adeo vt si materia contrariis dispositionibus omnino occupetur, mox compositum dissoluatur. Cùm autem hic alter modus conseruandi non pertineat ad conseruationem actiuam, nec detur propriè nisi post instans generationis, sicuti nec prior, quia conseruare supponit esse iam præhabitum à re, quæ conseruatur;

mani

Universidad de Deusto
Biblioteca

manifestum est ex hac conseruatione, quæ per dispositiones consequentes fit, non rectè sequi posse, agens earum vi attingere productionem formæ, cùm per eas vt sic non agat. Locuti autem sumus in hac solutione de dispositionibus, quæ per se consequuntur formam rei genitæ; quia quæ ad illam ex accidente se habent, vt cicatrix ad formam cadaueris, eæ neutro modo obseruiunt ad conseruandam formam. Ad secundum maiori concessa dicendum est ad minorem, dispositiones non simpliciter existere ante formam; quia sic illam in genere causæ materialis origine antecedunt, vt eandem in genere causæ efficientis supponant

Responsio ad 1. arg. primi articuli.

His ita explicatis veniamus ad primum argumentum initio quæstionis propositum, cuius occasione hæc diseruimus. Respondemus ergo negandam esse consecutionem. & ad primam eius partem dicendum, formam induci in materiam dispositã; primùm quia accidentia, quæ secũ formæ inuehit, sunt priora origine in genere causæ disponẽtis, & materialis, vt diximus, atque ita forma inuenit materiam priùs natura dispositam: tum quia materia censetur in eo instanti præparata virtute earum dispositionum, quas tempore proximè antecedente habuerat: præsertim cùm hasce dispositiones non priùs exuat, quàm veterem formam deponat: earum siquidem corruptio prioris formæ amissionem consequitur, quam amissionem ingressus nouæ formæ in genere causæ formalis antecedit. Ad secũdam, & tertiam partem eiusdem consecutionis liquet ex dictis, quid dicendum sit. Est enim materia in eo puncto temporis determinata ad certam formam vi tam præcedentium, quàm consequentium dispositionum. Nec si ignis in eo instanti, materiæ ab aëre dispositæ applicetur, suam ei formam inducet, quantumlibet actuosior sit, quàm aër, propterea quod aër per proprias dispositiones materiam omnino præoccupauit, & ad recipiendam in eo instanti suam formam priùs tempore, & natura præfiniuit.

Aliorũ solutio, quæ improbatur.

Sunt etiam, qui opinentur esto materia à nullo agente ad certam formam determinata sit, nullúmque in se habeat contrarium, sed absque omni forma diuinitus constitat, adhuc ignem eam sibi momento disponere, & accommodare nõ posse; quia nimirum cùm calorem vniformiter difformiter in materiã explicet; necessariò temporis moram requirit, vt eum pro ratione, ac mensura suæ formæ perfectè intendat, atque adeò vt formam introducat. Nec quod ignis, inquiunt, nullam contrariam qualitatem, quæ ipsius actionem retardet, in materia offendat, ideirco legẽ illam, tenorémque agendi variabit: siquidem luci contrarium nihil est, quã tamen Sol non nisi dispari æquabilitate, siue vniformiter difformiter producit. Hæc tamen responsio est contra communem sententiam Philosophorum aientium posse ignem totam sui caloris latitudinem, & cum ea formam substantialem momento introducere in materiam, si illi nudæ cum sola quantitate applicetur. Ideo enim, cùm fit resolutio vsque ad materiam primam, ignis totum suum calorem in eam momen-

Capr. in 2. d. 12. quæst. unica art. 3.

momento infert, quia nullum inuenit contrarium, à quo detineatur. Nec illud de lege actionis vniformiter difformis vim habet. Namque eam legem non seruat calor nisi per accidens, nimirum inuento contrario, quod paulatim expugnet. Siquis autem interroget cur ignis ita se habeat, cùm tamen lux, cui nihil est contrarium, semper agat vniformiter difformiter. Occurrendum, discriminis rationem esse eam, quam alibi tradidimus, quia calor v.g. ab igni productus, est qualitas ex se disponens ad generationẽ ignis, proindéque debuit ita se habere, vt posset vniformiter diffundi ad materiã aptè, congruentérque disponendam. Lux verò non disponit materiam ad generationem, vt luce ipsa clarius est; ideóque nihil mirum si quantumuis luminosum in eodem spatio immoretur, non producat in eo lucem intensiorem, quam in primo instanti produxerat, sed perpetuò vniformem illam difformitatem seruet.

Lib. 1. de cælo cap. 11. q. 1. art. 3.

Calor quando nõ seruet legem actionis vniformiter difformis.

ARTICVLVS IIII.

Explicantur cætera primi articuli argumenta.

AD secundum argumentum eorum, quæ in primo articulo continentur, respondendum est nec debere Philosophum cognitionem sensuum aspernari, nec verò iis perpetuò fidem habere, cùm interdum hallucinentur. Ac quod ad præsens argumẽtum attinet, iudicium de identitate, & diuersitate accidentium non spectare ad sensus externos, qui res simplici duntaxat notione apprehendunt; sed præcipuè quidem ad intellectum; aliquo modo ad sensus internos; quæ potentiæ si rectè æstiment, non iudicabunt aliquod accidens eorum, quæ in re corrupta extiterant, in re genita seruari.

Responsio ad 2. arg. 1. artic.

Ad tertium dicendum est licet materia sit pura potentia; magis hoc accidens, quàm hanc materiam ab hac singulari forma pendere; quia materia suopte ingenio est quasi gremium, & commune receptaculum à natura institutum, vt accedentium, recedentiumque formarum vicissitudinem sustineat. Quo fit vt eadem omnino sub diuersis formis necessariò permaneat, non tamen idem singulare accidens. Ad argumenti confirmationẽ dicimus magis item vnumquodque accidens à suo subiecto, siue à materia, vt subest formæ, quàm à sua causa efficiente dependere, cuius rei indicium est, quod accidens relatione transcendenti, ac secundum suam essentiam ad subiectum refertur, non ita verò ad suum efficiens. Quare nihil mirum, si quod ab vna effectrici causa productum est, nonnunquam ab alia idem numero efficienter conseruetur; nec tamen idem in diuersis subiectis, siue in eadem materia sub diuersis formis perseueret.

Ad 3.

Accidens nõ refertur respectu transcendenti ad suum efficiẽs.

Ad quartum, dispositiones quæ nouam formam inducunt, quoad suam perfectionem, & complementum, & vt Philosophi loquuntur, in esse quieto, incepturas fuisse per primum sui esse in instanti

Ad 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

generationis. Verùm quia in eo, intereunte subiecto, ipsæ quoque vnà concidunt, ex accidente esse, quòd prædicto modo non incipiãt, quæ tempore immediatè antecedente momentum generationis iam totæ erant in fieri.

Ad 1. Ad quintum vt quid respondendum sit pateat, obseruandum est ex D. Thoma in disputatis, quæst. de charitate art. 11. ex Caietano in libello de ente, & essentia cap. 7. quæst. 17. & Capreolo in 2. dist. 13. quæst. vnica art. 3. quadrifariam accidentia interire posse. Primò ob

Quatuor modi perire accidentia.

conseruatricis causæ absentiam, sicuti lucido corpore remoto lumen euanescit. Deinde, per alterationem, qua contraria qualitas in subiectum inducitur, quomodo subeunte calore frigus corrumpitur. Tertiò, occasu subiecti, quo pacto mortuo Socrate eius risibilitas perit. Quartò, corrupto termino, sicque vno simili intereunte alterum simul interit. Et quia quot modis oppositorum vnum dicitur, totidem

Aristot. libr. Topic. cap. 15. vel 13.

Quatuor item gigni.

alterum dici consueuit, quadrifariã quóque accidentia generari contingent. Primò, ad præsentiam agentis, à quo eorum effectio, & conseruatio dependeat, vt se habet lumen respectu Solis. Secundò, abiectione contrarij, vt cùm in aqua depulso frigore calor gignitur. Tertiò, ad generationem subiecti, quomodo homine genito risibilitas oritur. Denique ratione termini reciprocãtis, quo pacto vna tantùm re alba, vt Cygno, existente, si res alia denuò albescat, cõsequitur Cygnus relationem similitudinis, quam antea nõ habuerat. His animadmaduersis neganda est prima pars consequentiæ, & ad rationẽ, qua confirmatur, dicendum, cum ex aqua aër gignitur, corrumpi aquę humorem non per se, sed per accidens ad corruptionem subiecti. Neganda item secunda pars, & ad eius probationem respondendum aliam cicatricem numero diuersam produci à genitore cadaueris non per se, aut ex instituto generantis; sed quia materia tempore antecedente ita secundum figuram affecta erat, vt in ipsa introductione formæ cadaueris aliter se habere nequiuerit. Itaque non ea solùm accidentia, quę per se, ac suapte natura formæ debentur, per naturalẽ consecutionem oriri solent vnà cum subiecto; sed alia etiam multa, quæ ipsum ex necessitate materiæ, in qua antea radices egerant, consequuntur. Ad tertiam partem dicendum, non esse incommodum aliquid efficiper accidens à suo contrario, & ita in visceribus eius, qui frigore interiit, gigni calorem interuentu frigoris, quod interitum attulit; gigni, inquam, per accidens, quatenus eiusmodi calor, qui materiam occupabat, quadam naturali consecutione in nouo subiecto sibi similem producit. Similiter quæ tertæ parti concedendum posse ali-

Cũ ex aqua aer gignitur, corrũpi aquæ humorem.

Non repugnat aliquid sibi ipsi per accidens interitum mouri.

Log. Capr. in 2. d. 15. q. vnica art. 3.

quid sibi ipsi damnum, & interitum afferre; non tamen per se, sed per accidens; præsertim si sit agens instrumentale à præcipuo agente directum ad alterius generationem; vt patet etiam in semine, quod cùm sit instrumentum rei viuentis ordinatum à natura ad generationem prolis, sui ipsius corruptionem per accidens molitur, dum intendit fœtus productionem, quæ non nisi corrupto semine dari potest, vt suo loco fusiùs explicabimus.

Sic

Sic ergo cum generans dispositiones inferat, ordinétque ad formæ introductionem, quæ nisi priori abeunte, atque adeò corrupto composito introduci nequit, mirandum non est si illæ sibi prædicto modo interitum pariant. Ad quintam, & vltimam partem quid respondendum sit, exposuimus superiori articulo.

Ad, id quod postremo loco ex Aristotele obiectum fuit, dicendum est, cùm ex aëre fit aqua manere quidẽ perspicuitatem non eandem numero, sed specie. Item faciliorem esse conuersionem inter elementa symbolum habentia, quàm inter non habentia; quia in priori generatione vna tantùm qualitas expelli debet; in posteriori duæ. Loquitur verò ibi Aristoteles de expulsione antecedente, qua materia ad recipiendam formam disponitur. Debet enim tunc ignis à materia aquæ humorem, & frigiditatem remouere: à materia verò aëris solum humorem; quamuis in ipsa momentanea formę introductione omnes qualitates, quæ in re intereunte extiterant, pariter deleantur.

Ad 6.

ARTICVLVS V.

Quo pacto dilui possint rationes eorum, qui negatiuam quæstionis partem tuentur.

QVIA eorum sententia, qui putant nõ fieri resolutionem vsque ad materiam primam, vt initio secũdi articuli monuimus, admodum probabilis est, aduersariorum rationes diluemus, vt eam, qui volet, tueatur. Ad primam, concessa propositione, neganda est assumptio, & ad eius confirmationem dicendum nihil mirum, quod firmior sit vnio quantitatis absolutè sumptæ, quàm formæ cum materia. Quãtitas enim sicut ad materiam officio propiùs accedit, quatenus est medium, cuius interiectu materia corporalia accidentia recipit: ita materiæ permanentiam æmulatur. Nec verò ex maiori conuenientia in genere substantiæ, qualis cernitur inter formam, & materiã, arguitur diuturnior nexus; quamuis inde maior vnio eatenus colligi possit, quatenus ex materia, & forma fit magis vnum, nempe vnum per se; ex materia verò, & quantitate vnum per accidens. Neque simpliciter verum est omnia, quæ in vnum per accidens cõueniunt, magis fluxa esse, minúsque diuturna, quàm ea, ex quibus fit vnum per se. Nam, exempli gratia, ex anima rationali, & ex specie intelligibili fit vnum per accidens: & tamen species intelligibilis semel acquisita perpetuò manet; cùm tamẽ anima ex qua, & materia fit vnum per se; à materia separetur. Ad confirmationem eiusdem argumenti dicendum materiam priùs prioritate originis respicere accidentia, saltem ea, quæ formam inducunt, quàm ipsam formam: atque ita priùs illa, quàm hanc, recipere; esto prioritate quasi intentionis, & ordine naturæ secundum perfectionem prius ad formam referatur.

Responsio ad 1. rationem.

Quantitas ad materiam officio propiùs accedit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad 2. Ad secundam,concedenda est maior, & ad minorem dicendum, actum secundum supponere actum primum, à quo oritur,itemque hæc singularia accidẽtia,vt insint in materia,requirere formam;non tamen hanc determinatè,quasi soluta inter illam,& materiam vnione, oporteat quóque omnium accidentium cum materia coniunctionem statim dirimi.

Ad 3. Ad tertiam similiter respondendum,horum accidentium subiectum non esse materiam,vt subest huic determinatæ formæ,sed huic vel illi; nisi sint accidentia ita propria tali formæ, vt cum sequenti minimè cohærere possint. Quo pacto se habet facultas ridendi ad formam humanam. Neque ex eo,quod calor, qui in aëre fuit, idem in igne,qui ex aëre genitus est,permaneat;sequitur calorem migrare ab vno subiecto inhæsionis in aliud; non enim migrat à materia, quæ est sub forma ad aliam materiam, quod inhæsionis subiectum est;sed transit ab aëre in ignem, hoc est ab vno subiecto denominationis ad aliud,quod nullum est incommodum.

Ad 4. Ad vltimam ex Aristotele,respondetur nomine subiecti sensibilis intelligi compositum,vt Philoponus interpretatur.Item generationem recipi in materiam nudam, non quidem nuditate accidentium; his enim adhuc induta est materia; sed nuditate formæ substantialis, quia cùm per generationem noua forma substantialis aduenit, prior abscedit; quod tamen in alteratione, cæterisque motibus,qui propriè motus dicuntur, non ita habet. Quo liquet etiam in hac sententia integrum manere discrimen inter subiectum generationis,& motuum. Sed ab aliis quóque assignari illud consueuit, quia subiectum,quod per generationem mutari dicitur, est materia prima;quod per motum cõpositum. Materia enim manet sub vtróque termino generationis; non compositum, & tamen hoc etiam sub termino motus perseuerat.

Discrimen inter subiectum generationis & motuum.

Lege Sum. 4. dist. 43.

Circa defensionem huius sententiæ quæ statuit non fieri resolutionem vsque ad materiam primam, notanda est, vltima pars quinti argumenti:ea enim multum negotij exhibet aduersariis: quia si in instanti generationis dispositiones non sunt,non apparet quo pacto possint tunc agere:cùm id,quod non est,non habeat virtutem agendi:nec id,quod est,possit physicè,& realiter pendere ab eo, quod nõ est.Item quia si fieri nequit,vt res,quæ futura est,quicquam efficiat antequam sit:certè non minus repugnabit rem,quæ præterijt, efficere aliquid postquam iam non est nec per se, nec per aliquam virtutem ab ipsa derelictam. Nec sat est extitisse dispositiones toto tempore antecedente,si re vera in eo instanti non sunt. Nihil enim refert multò, aut paulò ante desiisse:cùm repugnantia oriatur ex defectu entitatis,siue ex ipsa ratione non entis.

Id, quod nõ est, nõ habet vim agendi.

Occurrendum tamen his vtcumque est: hæc argumenta,quæ in aliis rebus concluderent;non habere vim in subiecta materia, vbi id, quod esse desinit,& quod nos nihilominus agere dicimus,perinde se habet, vt iam suprà monuimus, ac si adhuc esset quia per se quidem adhuc

adhuc existere deberet in eo instanti, nec nisi ex accidente perit intereunte subiecto.

QVAESTIO XIX.

Num in quolibet composito physico tot insint formæ substantiales re ipsa differentes,quot essentialia Prædicata.

ARTICVLVS I.

Qui affirmatiuam partem sequantur,& quibus eam argumentis probent.

QVIA forma est proximus, & formalis terminus, à quo generatio speciem,& vnitatem sortitur:accuratæ doctrinæ ratio postulat, vt hinc de formarũ in eodem composito vnitate, seu multitudine disseramus. Ac primùm quod ad præsentem attinet quæstionem; Auicebron in libro,qui inscribitur fontis vitæ, Ioannes Gandauensis 1. de anima quæst.8.& 2.Metaph.quæst.10.& Venetus lib.7. Metaph. affirmatiuam partem secuti,aiunt Socratẽ v.g.per vnam formam esse hominem, per aliam animal, per aliam corpus animatum; atque ita deinceps vsque ad genus summum.Pro qua opinione hæc potissimùm sunt argumenta. Ex varietate operationum, & munerum colligitur diuersitas, & multitudo formarum;cùm formæ sint principia agendi,& vnaquæque per operationes sibi proprias ab alia differat, sed in quolibet composito naturali tot generatim notantur operationes, & officia, quot sunt prædicata essentialia in eadem recta serie;ergo & totidem erunt formæ.Probatur minor,quia Socrati conuenit ratiocinari,sentire,viuere,interire,distendi corporaliter, & diuisibiliter; ac denique esse substantialiter: quæ singulatim respondent naturæ hominis,animalis, viuentis, corporis corruptibilis,corporis in commune,substantiæ. Nec satisfaciunt, qui dicunt hæc ab vna,eademque forma proficisci. Nã pari ratione posset quis dicere proprietates, quæ reciprocantur cum formis specie distinctis,vt hinnibile cum equo, discursiuum cum homine, esse ab eadem forma secundum speciem.Quo nihil absurdius.

De hac sententia Auicebronis D. Thomæ hoc loco ext.14.

Primũ arg.

Secundò,Id,quod conuenit homini per formã,per quam est substantia,conuenit ei,quatenus substantia est, & quod eidem hoc modo competit,omni substantiæ est commune:ergo si homo per eandem formam est rationis particeps,& est substantia; omnis substantia erit particeps rationis.

2. Argum.

Teriò,Quæ sunt ab eadem forma,non possunt ita se habere, vt vnum insit prius,alterum posterius: sed Socrates prius est substantia,quàm corpus,& corpus,quàm viuẽs,similiterq; vsque ad infima

1. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicata. Igitur hæc non sumuntur ab eadem forma. Minor probatur, quia quidquid supponitur ab alio, quod vicissim illud non supponit, est prius illo, vt constat ex iis, quæ tradidit Aristoteles in postprædicamentis capite de modis prioris.

4. Argum. Postremò, Accedunt testimonia Aristotelis, qui lib. 7. Metaphy. cap. 10. text. 33. ait partes definitionis respondere partibus rei definitæ, & lib. 2. eiusdem operis cap. 2. text. 6. probat non dari progressum infinitũ in causis formalibus, quia nó datur in prædicatis quidditatiuis. Quæ duo non ob aliã causam vera esse videntur, nisi quia quot sunt partes formales in definitione, & quot prædicata essentialia, totidem formæ physicæ inueniuntur in composito naturali.

ARTICVLVS II.

Astruitur pars negatiua. Diluuntur aduersariorum argumenta.

Assertores partis neg. CONTRARIA tamen sententia omnino vera est, quam communi assensione philosophi amplectuntur. D. Thomas 1. part. quæst. 76. art. 3. Magnus Albertus 2. p. summæ de homine, Ægidius in 2. dist. 18. in 2. principali quæst. 2. & in theorematis propositione 31. Gregorius in 2. dist. 16. quæst. 2. Capreolus in 2. dist. 15. quæst. vnica art. 3. Argentinas in 4. dist. 13. art. 14. conclusione 2. Soncinas 8. Metaphys. quæst. 12. Heruæus in tract. de vnit. form. quæst. vlt. & alij. Ostenditur autem huiusce opinionis veritas hoc modo. Id, cui plures insunt formæ, non potest esse simpliciter vnum; ergo si cuilibet composito naturali plures formæ insunt; nullum eorum erit vnum simpliciter in genere substantiæ; quod à philosophorum sensu abhorret. Antecedens probatur, quia vt forma dat esse, ita & vnitatem docente Aristotele 1. lib. Physic. text. 78. quare si forma non sit vna, nec erit vnum esse, nec vnum compositum per se, sed per accidés, vt item docet Arist. 7. Metaphys. cap. 13. text. 49. aiens è duobus entibus in actu, cuiusmodi sunt duæ substantiales formæ, non nisi plura simpliciter fieri.

Theophil. 2. de anim. text. 5.

1. Ratio.

Forma dat esse, & vnitatem.

2. Ratio. Secundò, Album per eandem formam habentem diuersos gradus formaliter tantùm differentes, est & album, & coloratum; similiterque Angelus per eandem naturam continentem diuersos gradus sola ratione distinctos obtinet diuersa prædicata essentialia. Ergo & Socrates per eandem formam includentem diuersos gradus, qui non re, sed ratione tantùm inter se diffideant, est homo, animal, viuens, &c. Consecutio non videtur quo pacto negari queat; cùm vtrobique æqua ratio sit. Antecedens præterquam quod communi philosophorum doctrina admittitur, ex eo suaderi potest, quia nec in Angelo sunt partes re ipsa distinctæ, cùm id eius simplicitati repugnet: nec in accidentibus præter intensionis, & extensionis latitudinem, alia partium re ipsa differentium multitudo inuenitur.

Corro

Corroboratúrque huiusce argumenti vis; quia vel forma, per quam Socrates est homo, est accidentalis, vel substantialis: non accidentalis, alioqui constitueret accidens; si substantialis, necessariò conferet esse substantiale: non ergo opus est alia forma, quæ Socrati esse substantiale tribuat.

3. Ratio. Tertiò, Si in Socrate tot essent formæ reipsa distinctę, quot essentialia prædicata, posset Deus cæteris formis extinctis, eam, qua Socrates substantia est, seorsim in materia seruare. Hoc dato, compositũ, quod coalesceret ex ea forma, & materia, esset singulare quoddã contentum sub genere summo in categoria substãtiæ; nec tamẽ cõtineretur sub aliqua illius specie, quod est manifestè absurdum. Non igitur Socrates per vnam formam est substantia, per aliam homo.

4. Ratio. Quartò, Vel omnes eiusmodi formæ distinctæ realiter à forma specifica equi verbi gratia inferũtur pariter in materiam eodẽ instãti, quo forma equi; vel antea, vel post. Si pariter, sequitur generationem equi (quod de aliis pari ratione dicendũ erit) non habere vnum formalem terminum, atque adeò non esse generationem vnam, cùm mutationes à terminis, in quos tendunt, vnitatem habeant. Si antea, sequitur formam equi non conferre esse simpliciter: id enim quod rei in actu substantiali constitutæ aduenit, non tribuit esse simpliciter, sed tale esse, seu esse secundum quid, vt calor, qui accidit materiæ actuatæ forma substantiali aquæ, non dat illi esse aquam, sed esse calidam. Si postea, cùm aduenient enti in actu, similiter sequitur eiusmodi formas nullum substantiale esse contribuere, sed tantùm esse secundum quid, atque adeò non substantiales, sed accidentarias esse. Quare nullo pacto ea formarum turba admittenda est. Plura ad hanc sententiam confirmandam habes apud Heruæum in tractatu de vnitate formarum quæst. 18. vbi eentum argumentis probat vnam tantùm dari formam in quolibet composito.

Solutio primi arg. pro parte aff.

Quæ verò contrarium probare nitebantur, parum momenti habent. Ad primum dicito ex distinctione specifica munerum, & functionum in diuersis suppositis, vt ex actione ridendi, & hinniendi, quæ non nisi in suppositis natura diuersis, nimirum in homine, & equo inueniuntur, rectè colligi specificam differentiam formarum non tamen ex actionibus specie distinctis, cùm reperiuntur in eodem supposito; tunc enim ab vna, eademque forma, virtute alias formas continente possunt illarum munia, atque operationes proficisci. Vt ab anima hominis, quæ eminenter continet formas brutorum animantium, & stirpium aliorúmque id genus, quod progressu enucleatiùs explicabimus. Quippe, vt Alensis 3. part. quæst. 84. art. 1. ex lib. fontis vitæ, & Boetius in tractatu de diuisione anima duerit, quò forma nobiliorem habet essentiam, eo plurium proprietatum, & operationum effectricem vim cõtinet; consueuitque natura, quæ in minùs perfectis, minúsque primæ vnirati coniunctis sparsit, ea in iis, quæ excellentiora sunt, colligere, vt alibi etiam annotauimus, asseritque ex Simplicio Theophilus lib. 2. de anim. text. 5.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solut.2. Ad Secundum, negandum est quidquid conuenit homini per formam, per quam est substantia, conuenire illi, quatenus est substantia, si particula, quatenus, sumatur reduplicatiuè, quo pacto accipi debet, cùm dicitur quidquid competit alicui, quatenus est substantia, competere omni substantiæ. Itaque ex eo quod rationale, & substantia conueniant homini per eandem formam, non sequitur hominem, quatenus substantia est reduplicatiuè, esse rationalem, quia reduplicatio exigit, vt forma reduplicata sit causa, cur prædicatum primò, & adæquatè insit subiecto. Quod in re proposita non accidit: nec enim ratio substantiæ eo pacto causa est cur homo sit rationis particeps, vt satis liquet.

Solut.3. Tertium argumentum soluitur inficiatione maioris propositionis. Possunt enim ab eadem forma secundum aliam, & aliam rationem duci prædicata quidditatiua, quorum vnum origine prius sit, aliud posterius; cùm istiusmodi antecessio naturæ concedatur in prædicatis substantiarũ separatarum, in quibus nulla est compositio realis, sed rationis tantùm, ac Metaphysica, vt suo loco dicemus. Nam Michael v.g. priùs natura est substantia, quàm Angelus.

Michael priùs natura substantia, quàm Angelus.

Solut.4. Ad quartum, respondendum cum Gregorio Ariminẽsi, Capreolo, Soncinate, & aliis, Aristotelem loco illo septimi libri Metaphysices agere tantùm de definitionibus, quæ per partes rei definitæ in obliquo tradentur, cuiusmodi sunt definitiones Physicæ, quarum partes definientes diuersis rei definitæ partibus respondent, vt planum est. Quod spectat ad locum alium ex libro secundo eiusdem operis, dicendum, si rationis contextus perpendatur, non loqui ibi Aristotelem, saltem expresse, de causis formalibus Physicis, nec probare has non esse infinitas, quia darentur infinita prædicata quidditatiua; sed demonstrare non dari infinitudinem in prædicatis essentialibus, quæ more Metaphysico formales causæ appellantur, quia si talis infinitudo daretur, necessariò existerent absurda, quæ ibidem colligit. Nec si Aristoteles probatione illa vteretur, ideò putaret totidem dari formas, quot prædicata quidditatiua: sed datis infinitis formis necessariò concedendam infinitatem eiusmodi prædicatorum; quia ex qualibet earum potest sumi aliquod prædicatum, esto non quodlibet distinctam formam requirat, sed ab vna, eadémque forma multa prædicata desumi queant.

Explicatur locus Arist. ex lib.2. Metaph.

QVAESTIO XX.

Dandane sit in rebus Physicis corporeitatis forma, an non.

ARTICVLVS I.

Opiniones, & argumenta eorum, qui affirmatiuam partem tuentur.

ANTI

ANTIQVA Stoicorum opinio fuit, quã secutus est etiam Pericles quidam Iydius, vt testatur Simplicius lib.1. physic. in sua digressione de corporeitate materiæ primæ, dari in qualibet re naturali formam quandam, quam vocant corporeitatis, quæ nimirum sit quasi præuia dispositio ad propriam, & specificam rei formam; quam sententiam amplexus fuit, & illustrauit Auicenna 1. suffic. cap. 2. Henricus Gandauensis quodli. 2. quæst. 1. & quodli. 4. quæst. 13. & 4. Scotus in 4. dist. 11. quæst. 3. Richardus in 2. dist. 17. in 1. principali. quæst. 5. Tametsi horum nonnulli in hoc placito tuendo, & explicando non parùm inter se dissideant; etenim, vt de cæteris taceamus, Auicenna credit ex forma illa corporeitatis, & materia prima constitui corpus categoriæ substantiæ, essèque eiusmodi formam materiæ cœuam, expertem ortus, atque interitus, & à formis specificis re ipsa distinctam.

Auicenna. Henric. Scot. Richard.

Eandem sententiam esse omniũ doct. Anglicorũ, & aliquot Parisiẽsium asserit Argẽtinas in 4. d. 12. art. 1. concluſ. 2.

Scotus verò censet ex prædicta forma, & materia prima effici incõpletũ quid, nempe corpus, quod est altera pars viuentis, proindéque corpus ita sumptum non poni directo in categoria substantiæ, sed ad eam reduci. Addit etiam formam corporeitatis non vbique, sed in reteriæ cœuam, & à generatione atque interitu liberam; sed cùm ex re non viuente viuens oritur, materiã primam omni substantiali forma, quam antea habebat, exui; eiq; duplicem induci formam; vnam eius viuentis, quod generatur; alteram corporeitatis, ex qua simul cum materia corpus, quod altera viuẽtis pars est, coalescat. Quod si postea è re illa viuente viuens aliud oriatur, vt ex embryone homo, non vtráque forma materiam priuari, sed manere prædictam corporeitatis formã, tantúmque expelli formam specificam viuentis, quod interit, & induci aliam viuentis denuò generati. At si viuens intereat, indeque aliquod non viuens fiat, vt ex homine cadauer; abigi tunc formam specificam viuentis, quod interit, nec in eius locum aliam denuò succedere. Itaque nihil aliud esse cadauer, quàm compositum illud incompletum ex materia prima, & forma corporeitatis; ipsam autem corporeitatis formam tunc aboleri, cùm cadauer in aliud mistum inanime, aut in elementa conuertitur.

Opinio Scot.

Cum Scoto sentit Antonius Andreas 7. Metaph. quæ. 17. Bassol. in 2. d. 27. Bachonus in 3. d. 19. q. vnica. Maior in 2. d. 16. qu. vnic.

Probat igitur opinionem suam Auicenna hunc in modum. Antequam materia specificam formã recipiat, oportet habere partes inter se distinctas, & extensas: hoc autem esse nequit, nisi detur aliqua forma, quæ ante alias præsit materiæ, eamque idoneam reddat ad quantitatem, & partium distinctionem excipiendam. Danda est igitur ea forma. Maior propositio suadetur, quia forma specifica non recipitur in indiuisibili. Minor verò ex eo probatur, quia esse quantum, & extensum, cùm sit esse accidentarium, ac secundum quid; necessariò prærequirit esse substantiale alicuius formæ.

Ratio Auicennæ.

Scotus autem hoc ferè modo pro opinione sua disputat. Quodlibet viuens, vt Philosophi omnes asserunt, compositum est ex corpore, & anima; aut ergo corpus, ex quo constitui dicitur, est sola

Ratio Scoti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

materia,aut materia certis affecta accidentibus,aut materia cum anima,aut cum forma corporeitatis.Non primum,quia cùm res physicę inanimatæ ex materia,& forma constent;concedendũ esset eas componi etiam ex corpore, quod philosophi negant. Non secundum, quia nullius substantiæ essentia ex accidentibus coalescit.Non tertium,quia anima est altera pars viuẽtis à corpore distincta, in quam, & in corpus diuiditur homo physica diuisione, vt in partes re ipsa diuersas.Dandum igitur erit quartum;atque adeò admittenda forma corporeitatis.

Ab vnitate cadauerum.

Deinde,Interdum particula carnis ab animali decisa,iterũ vnitur, & cohæresćit cum reliqua carne,formámque viuentis recuperat:hoc autem esse non posset,nisi ea particula retineret formã aliquam substantialem sibi propriam cum dispositionibus,quæ animæ vnionem rursus conciliarent;habet igitur eam formam,quæ necessariò distincta erit à forma totius,nec alia,quàm forma corporeitatis.

Præterea,Si hæc forma non esset,sequeretur cadauera,quæ ex viuentibus eiusdem speciei,v.g.ex hominibus relinquuntur, posse inter se distingui specie, & quæ relinquuntur ex viuentibus specie diuersis,vt cadauer hominis,& equi posse in eadem specie conuenire, quod videtur absurdum.Consecutio probatur.Fieri potest,vt Socrates ex abundantia caloris.Plato ex abundantia frigoris intereat,quæ dispositiones cùm specie differant, si cadauerum formas producunt, necesse erit producere formas specie diuersas. Similiter fieri potest, vt eodem caloris excessu occumbant Socrates, & Bucephalus. Igitur in huius,& illius materiam succedent formæ eiusdem speciei, quod tamen absurdum esse ex eo concluditur, quia in cadaueribus viuentium eiusdem speciei eadem apparet figura, eadémque organa; quod apud philosophos magnum habetur specificæ vnitatis argumentum.

De eo,qui ex vulnere infli ctò moritur.

Rursus,Qui hominem inflicto vulnere interficit,nullo pacto disponit materiam ad formam cadaueris. Non ergo eiusmodi formam inducit.Probatur antecedens,quia inflictio vulneris est carnis sectio, atque adeò motus localis, qui neutiquam materiam disponit; cùm dispositio non nisi per alterationem fiat.Item à quonam quæso materia ad formã cadaueris determinatur? Certè non à figura,cùm hæc viuentis sit,non à calore,aliisve qualitatibus;cùm eæ alias etiam formas inducant:à nullo igitur. Quare nullo modo ea forma in materiam Socratis demortui nouè succedet.

De corpore Christi in triduo.

Postremò,Christi corpus mortuum erat idem numero, quod viuum: sed vnitas, & identitas compositi,est ab vnitate formæ: ergo Christi corpus mortuum habebat eandem formam, quam habuerat viuum;hæc autem non erat alia,nisi forma corporeitatis, quæ antea cum animo rationali pariter cohærebat. Non est igitur negandum

Testimonium Athanasij. Leonis.

talem formam dari. Maior probatur communi testimonio patrum, vt Athanasij in epistola ad Epictetum contra hæreticos,& in Rescripto ad Liberium, item Leonis Pap.sermone 1.de assentione, Augustini

stini lib.contra Felicianum cap.14.& sermone 5.de assensione, Gregorij homil.29.in Euangelia,& aliorum. Deinde Christi corpus in triduo erat vnitum Verbo.Licet enim per mortem fuerit soluta vnio hypostatica inter Verbum, & humanitatẽ(propterea quod non existebat humanitas post partium,hoc est animæ,& corporis diuisionẽ) tamen inter animam,& Verbum, itémque inter Verbum,& corpus mansit eadem vnio.At quod hinc colligatur Christi corpus non accepisse in morte aliam formam, ex eo ostenditur; quia alioqui sequeretur Verbum diuinum eam formam denuò tunc sibi copulasse in vnitatem personæ,eandémque rursum in resurrectione dimisisse; cùm tamen D.Damascenus lib.3.fidei orthodoxæ cap.26. asserat,Filium Dei eorum,quæ semel assumpsit,nihil dimisisse.Et quidem meritò, cùm gratuitum beneficium sine eius, cui tribuitur, culpa nunquam à Deo reuocetur.Adde quod si Verbum diuinum formam cadaueris triduo mortis copulatam habuisset,sequeretur potuisse tunc de eo cadauer affirmari,quod dictu absurdum videtur.

Augustini. Gregorij.

D. Damasc.

ARTICVLVS II.

Corporeitatis formam esse fictitiam, miniméque necessariam.

Assertores huius sentẽtia.

CONTRARIA tamen sententia existimãtium non dari prædictam corporeitatis formam,& vera,& Peripatetica est.Eam sequitur D.Thomas in 2.sent.distinct.18.q. 1.art.2.& 1.p.quæst.76.art.4.Caietanus in commentariis *Abulin Matth.c.22. quæst.238. Zumara theor.20.Iauel. 7.Meta. q.19.& lib.2. q.4. Soncin. ibidem q.8.* eiusdem loci, Heruæus tractatu de vnitate formarum quæst.vltima, Gregorius in 2.distin.17.quæst.2.Marsilius in 3.quæst.13.art.1. Pæludanus in 3. dist.21.quæst.4.art.3.Argentinas in 4.dist.13.quæst.1. art.1.Ferrariensis lib.2. contra gentes cap.58.aliique complures, in quibus est etiam Auerroes,etsi alij oppositum scripserint.Nam in lib. de substantia orbis cap.1.reprehendit Auicennam,quòd formã corporeitatis posuerit,ostendens quàm multa, & grauia incommoda in philosophia ex ea assertione consequantur.

Sunt verò pro ea parte,quam tuemur,argumenta omnia, quæ suprà attulimus ad impugnandam multitudinẽ formarum.Deinde priuatim hæc;in primis contra Auicennã,quatenus ait formam corporeitatis constituere cum materia corpus categoriæ substantiæ. Nam forma specifica,vt anima hominis, quæ sufficit ad conferendos gradus intermedios, sat erit ad conferendum gradum corporeitatis; siquidem nulla ratio est, cur hunc etiam tribuere non possit; præsertim cùm sit decerioris notæ,quàm inferiores;quare supernaeanea est forma corporeitatis ad constituendum corpus in commune.

Primũ arg.

Item,Corpus categoriæ substantiæ, est genus comparatione suorum inferiorum, atque adeò idem realiter cum illis;sed hoc esse nequit, si corporeitatis forma illud constituens, sit quædam peculiaris

2. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liaris forma distincta realiter à formis specificis, ergo &c. Probatur assumptio, Nam quando aliqua ita sunt affecta, vt vnum contineat quidpiam realiter componens, quod alterum non continet, necesse est ea distingui inter se realiter: sic autem se habẽt in opinione Auicennæ inferiora, siquidẽ obtinent proprias formas specificas, ex quibus physicè componuntur, distinctas re à forma corporeitatis.

3. Argum. Deinde, Quod eiusmodi forma non sit indissolubilis à materia, eique coæua, ostẽditur; quia omnes formæ inferiorum corporum sunt à materia separabiles; ideò enim materia sublunaris licet tot formas specie diuersas respiciat, est vna secundum speciem infimam; quia ad omnes illas refertur, vt habent vnum, eundemque specificum informandi modum, videlicet separabiliter. Quare etiam forma corporeitatis poterit separari à materia. Quod post Platonem in Timæo non obscurè docuit Aristoteles primo libro Physic. cap. 7. text. 69. aiens materiam primam ita se habere ad formas naturales, vt se habet materia artefactorum ad formas artificiales: nimirum quia vtráque indiscriminatim se habet ad omnes suas formas, nec vlli certæ addicta, præfixáve est. Quod tamen secus accideret, si materia perpetuo, & inuariabili nexu formam corporeitatis vendicaret.

Plato. Arist.

4. Argum. Omnis forma aut est Metaph. aut Mathematica, aut Naturalis.

Præterea, Simul contra Auicennam, & Scotũ ita licebit argumentari. Omnis forma vel est Metaphysica, vel Mathematica, vel Naturalis: forma illa, quamponunt, nulla ex his esse potest; non est igitur ponenda. Minor probatur, Nec enim est Metaphysica; cùm sit demersa in materiam; nec Mathematica, quia formæ Mathematicæ nõ sunt substantiæ; hæc autem numeratur à suis auctoribus inter substantias. Nec denique Naturalis: quia, vt constat ex doctrina Aristotelis lib. 2. Physic. cap. 1. aliísque in locis, omnis forma naturalis est principium motus, & quietis: quod huic formæ non conuenit, cùm omnes motuum differentiæ habeant tam in mistis, quàm in simplicibus corporibus alias peculiares formas, à quibus proueniant. Ad nullum ergo formarum genus hæc forma pertinet.

5. Argum. Rursum, Hoc interest inter subiectum generationis, aliarúmque mutationum, quòd subiectum generationis sit materia prima, aliarum verò mutationum ens actu: atqui materia cum forma corporeitatis est ens actu; igitur nulli substantiali generationi subiicitur; quod tamen negant aduersarij. Huic argumento occurrit Scotus formam corporeitatis esse actum imperfectum, & incompletum, propterea quod sit via ad cæteras formas, ideóque non impedire quominus materia ea informata, ens in potentia dici queat. Verùm hæc responsio non satisfacit, quia cùm vniuersim omnis forma sit actus substantialis, illa etiã corporeitatis forma si datur, talis erit; atque adeò constituet materiam in actu; alioqui alterario cadaueris non esset verus motus, cùm subiectum motus ens simpliciter in actu esse debeat.

Refutatio solutionis.

ARTI

ARTICVLVS III.

Dissoluuntur contrariæ opinionis argumenta.

EXPLICANDA nunc sunt argumenta, quæ pro aduersariis attulimus. Ad primum respondemus materiam secundum se, ac sine quantitate spectatam habere partes distinctas, & extensas non actu; sed potestate: item re ipsa semper habere eiusmodi partes cum actuali distinctione, & extensione; quandoquidem nunquam est destituta quantitate, cuius beneficio id obtinet. Et quidem toto tẽpore, quo ad nouam formam disponitur, id habet à quantitate, qua tunc affecta est; in ipso verò generationis momẽto à quantitate, quam secum inuehit noua forma, quæ proinde non est dicenda recipi in indiuisibili: præsertim cùm dispositiones consequentes, in quibus numeratur quantitas, in genere causæ materialis nouã formam antecedant, vt suprà statuimus. Ita verò cum singulæ formæ specificæ, dimensiones quantitatis sibi conuenientes secũ afferant, superuacaneum erit ponere formam corporeitatis, quæ illas ex peculiari officio inducat.

Solut. 1. arg.

De extensione materiæ.

Ad secundum, Cùm dicimus quodlibet viuens cõstare ex corpore, & anima, per corpus intelligi materiam affectam organis ad vitæ munia obeunda accõmodatis, nõ quasi nomine corporis ipsa organa formaliter importẽtur, sed duntaxat tanquã adsignificata, seu cõnotata quædam, ex quibus viuens non constituitur, sed ex forma, & materia, cui eiusmodi organa accidũt. Ita, præter alios, Gregorius in 2. dist. 16. quæst. 2. Argentinas in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 2. concl. 3. contra Capreolum in 2. dist. 15. quæst. 1. art. 3. Hispalensem quæst. 1. art. 4. Caietanum 1. part. quæst. 76. art. 4. Soncinatẽ 8. Metaph. quæst. 11. & alios existimantes nomine corporis importari materiam primam simul cum anima, vt tantummodò confert esse corporeum. Quorum sententia ex professo à nobis confutatur in lib. de anima.

Solut. 2.

Ad tertium, Nonnunquam particulam carnis omnino diuulsam iterum coire cum reliqua carne, rursumque informari anima, & vitales functiones exercere; non quod dum à corpore fuit abiuncta, retinuerit aliquam formam, qua ptiùs informata erat; sed quia seruauit dispositiones similes prioribus, quarum interuentu, accedente artis industria eas contemperante, veterem rei viuentis formam recuperat. Quod si quis obiiciat facultate naturæ non dari regressum à priuatione vitæ ad habitum: occurrendum non dari huiusmodi regressum in tota materia, nec in præcipuis eius partibus. Nec enim anima viribus naturæ ad totum corpus, vel ad cor, aut cerebrũ, quod dereliquerat, remeat; posse tamen dari respectu aliquarum partium minùs principalium, interim dum reliquum corpus informat, vt in propolito exemplo.

Obiectionis refutatio.

Pro solutione quarti argumenti sciendum in primis identitatem, aut distinctionem specificam inter formas cadauerum non esse æsti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mandam ex identitate,aut distinctione figurarum, membrorúmve; quanquam secus res habet in formis viuentiũ:ratio discriminis est, quia formas viuentium per se, cadauerum autem per accidens ea lineamenta consequuntur. Cuius rei præter alia id euidens est argumentum,quòd organorum apparatus,& figura requiritur in viuentibus ad diuersa munia, & operationes administrandas;in cadaueribus autẽ minimè. Notauit autẽ Capreolus in 2.sent. dist.15. quæst. vnica,art.3. ideò eam, quam videmus, artium similitudinẽ cadauerum formas comitari,quia quemadmodum materia ad introductionem formæ viuentis,præsertim animalis,longo temporis tractu,variisque transmutationibus disponitur,& delineatur; ita non confestim,sed multis alterationibus à membrorum effigie destituitur.

Cur mẽbrorum similitudo cadauerũ formas comitetur.

Solut. 4. De formis cadauerum.

Hoc posito respondemus ad argumentum cum Caietano 1.part. quæst. 76. art.4. & lib.2.de anima. cap.1.quæst.7.Gregorio Ariminensi in 1.dist.16.quæst.2.Capreolo in 2.dist.15.quæst.vnica,art. 3. & aliis,cadauera distingui, aut conuenire specie pro diuersificate, vel conuenientia dispositionum, à quibus eorum formæ introducuntur;ita vt omnia cadauera genita potissimùm excessu caloris verbi gratia sint eiusdem infimæ speciei,& distinguantur specie ab aliis, quæ proueniunt potissimum ex redundantia frigoris, similitérque res habeat in cæteris. Quod nequaquam absurdũ videri debet, cum cadauerum lineamenta nihil per se faciant ad eorum distinctionem, aut conuenientiam in natura; faciant verò plurimùm dispositiones inductæ à progenitore cadauerum,cùm per eas determinetur materia ad hanc,& illam formam.Et verò probabile est etiam dispositiones,quæ ad interitum disponunt,ita modificari ab affectionibus viuentium eiusdem speciei, vt superinuehant cadauera inter se specie similia, & ab aliorum viuentium cadaueribus differentia. Quod ita esse ex eo apparet,quia inconueniens videtur concedere cadauer arboris,hominis,& bouis posse aliquando in eadem specie conuenire. Quanquam istiusmodi conuenientiam probabilem quóque iudicat Caietanus loco citato aiens cùm forma cadaueris imperfecta sit, & commune mediũ ad omnia elementa, nihil mirũ quod eadem à diuersis agentibus produci possit.Prior tamen sententia magis placet.

Vt ab Aristotele hoc loco dictum quæst. 2. vlt.

Solutio 5. Ad quintum, formam cadaueris non generari per se ab eo, qui vulnus infligit,vt probat argumentum;sed ab agente,quodcúmque illud si, quod in materiam induxit eas qualitates, quibus tempore generationem cadaueris proximè antecedente affecta erat materia viuentis: sicut enim eæ dispositiones introductionem formæ cadaueris, vt causæ instrumentariæ attinguntiita cadaueris generatio ad id,à quo illæ productæ fuere,vt ad principem causam,ac progenitorem referenda est.Si tamen id, quod dispositiones produxit, imperfectius sit cadauere, ne admittamus causam æquiuocam principalem esse effectu suo deteriorem,dicendum erit causam principalem cadaueris esse corpus cœleste, cuius tanquam primi alterantis ea qualitates instrumenta sunt.

Ad

Solutio 6.

Ad Sextum, Materiam viuentis determinari ad formam cadaueris non à calore duntaxat, aut vno aliquo accidente; sed à collectione dispositionum, quæ cadaueris generationem attingunt. Sed quo pacto dicet quispiam, aër, verbi gratia, frigiditate animal interimens formam cadaueris inducit, cum vnumquodque,simile sibi, vt ignis ignem, aër aërem generet? Respondendum aërem quidem niti formam suæ similem in materiam inducere, aëremque progignere, quemadmodum & vnumquodque cæterorum agentium particularium, quæ cæteras dispositiones inuexere, nitebatur producere sibi simile. Verùm æquiuoca generatione interiici formam illam cadaueris, quia antequam materia ad aëris verbi gratia formam disponeretur, fuerunt in ea dispositiones, quæ ad cadaueris formam inducendam sufficerent.

Dubij cuiusdam explicatio.

Lege Herm. in tract. de vnitate formarum.

Ad vltimum respondendum est, corpus Christi viuum, & mortuum fuisse idem, vt patres aiunt, idem, inquam, secundum identitatem materiæ, & suppositi, cui erat vnitum, vt in argumento probè asseritur, & probatur; non tamen fuisse idem quoad vnitatem formæ, quia re vera aliquam formam accepit mortuum, quam viuum non habuerat, nempe formam cadaueris. Nam quod Marsilius affirmat in 3. quæstione 3. art.1.& quæst. 13. art. 1. & probabile iudicat Henricus quodlibet. 1. quæst. 4. nempe mansisse Christi corpus in triduo absque omni substantiali forma; non placet, quia sine necessitate, aut causa nouum miraculum fingunt. Itaque dicendum cum D. Thoma 3. part. quæst. 50. art. 5. cæterisque eiusdem disciplinæ alumnis, Christi corpus ab excessu animæ vsque ad resurrectionem fuisse sub forma cadaueris, nec esse absurdum Verbum diuinum eam formam denuò sibi in vnitatem personæ asciuisse. Non per vnionẽ simpliciter nouam,sed ex vi antiquæ assumptionis,quatenus eiusmodi forma post separationem animæ quadam naturali consecutione materiam ante vnitam subiit. Nec est incommodum filium Dei naturam illam,& formã cadaueris non per se,& ex primaria intentione;sed veluti in via,& ob aliud assumptã,in resurrectione dimisisse:quemadmodũ & dum mortalẽ vitam ageret,hinc partes quasdã materiæ,actione caloris humiduꝫ consumentis resolutas dimittebat; inde alias denuò per continuam nutritionem sibi copulabat. Illud autem D. Damasceni dictum, intelligendum est de iis partibus,quæ ad naturæ humanæ integritatẽ, quas Christus primò assumpsit,requirũtur. Neque propterea quod natura cadaueris,atq; eius forma Verbo diuino vnita esse desiit,humana Christi natura alicuius beneficij dispendium perpessa est;quin verò per eam dissolutionem instauratũ illi fuit beneficium vnionis totius humanitatis cum Verbo;siquidem copulata rursus anima rationali cum corpore, redintegrata est humanitas,simúlque antiqua eius vnio cum Verbo,quæ peremte humanitate euanuerat. Deniq; ad id,quod vltimò obiicitur,respondendũ,nõ debere absurdũ reputari,quod natura cadaueris per illud triduũ mortis Christi de Verbo diui

Marsilij opinio refellitur.

Verbum diuinum vnit sibi in triduo formam cadaueris.

Explicatur dictũ D. Damasceni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuino per communicationem idiomatum enuntiaretur. Nam qui seſe ad naturæ noſtræ abiectionem, & ad mortem demiſit, ſimul quod deinde conſequens erat, non exhorruit.

QVAESTIO XXI.

Vtrum in homine plures inſint animæ; an vna tantùm.

ARTICVLVS I.

Diuerſæ auctorum Sententiæ.

Manichæorũ dogma.

IN hac controuerſia reiiciendum in primis eſt ſtultum, impiumque dogma Manichæorũ, qui, vt refert Diuus Auguſtinus lib. 10. ſuper Geneſim ad lit. capit. 13. & lib. 6. contra Fauſtum capit. 8. & in libro de duabus animabus capite 12. duas in homine animas poſuere, alteram omni culpa vacuam, vt pote diuino ſatu editam, & Dei particulam; alteram vitiorum labe concretam, & à principio quodam malorum omnium auctore productam. Quem errorem anathemate damnauit octaua Synodus generalis actione 10. can. 11.

Damnatum ab octaua Synodo generali.

Sententia Platonis de triplici anima.

Porrò ex antiquis philoſophis Plato in Timæo, aliſque in locis tres homini animas tribuit ex triplici operatione vitæ, cognitione, ira, nutritione, quarum primam in cerebro, ſecundam in corde, tertiam in hepate collocauit: eaſdemque libro 9. de Republica ſimiles fecit tribus ciuitatis partibus, conſulari, militari, quæſtuoſæ, & tribus hominum generibus, philoſopho, contentioſo, auaro. Probauit autem quarto de Republica ſuam hanc ſententiam de triplici anima eo argumento, quòd ſæpè in homine aliud ratio, aliud iracundia, aliud libido ſuadet. Quare cùm hoc inteſtinum bellum non videatur ab eadem anima excitari poſſe, tres animæ in homine ponendæ erunt. Sunt tamen, qui velint Platonem haſce animas non re; ſed poteſtate, ſeu viribus duntaxat diſtinctas poſuiſſe. Cui interpretationi fauet id, quod in eius Theæteto legitur, videlicet non eſſe putandum plures eſſe animas in homine quaſi milites in equo Troiano. Verùm Platonem, vti diximus, interpretatus eſt Ariſtoteles libro primo de anima cap. vlti. Auerróes lib. 3. de part. anim. cap. de corde, & D. Thomas 1. part. quæſt. 76. artic. 3. videtúrque in haud obſcurè colligi ex Timæo, vbi totius naturæ princeps Deus creato à ſe animo rationis compote, diis iunioribus curam delegat tornandi humani corporis, aliáſque duas animas producendi. Nec obeſt illud ex Theæteto; non enim ibi Plato negat eſſe in homine plures animas, ſed eſſe tanquam in equo Troiano, hoc eſt, aceruatim, & perturbata, atque indiſcreta confuſione.

Vt eam Ariſtoteles, Auerroes, & D. Tho. intelligunt.

Aliqui in hac ſententia referunt Auic. lib. 6. nat. cap. 1. Lege Plutarch. de plac. lib. 4. cap. 4.

Sic

Sic etiam Platonem intellexit, & ſecutus eſt Galenus in libro, qui inſcribitur, Quod animi mores corporis temperaturã ſequantur, & lib. 7. de decretis Hippocratis, & Platonis, vbi ternarium numerum animorum ſe contra Ariſtotelem demonſtraſſe gloriatur. Eius autem demonſtratio ita ferè concluditur. Diſſectione conſtat ſingulas partes corporis per neruos à cerebro vim animalem, ac ſenſitiuam recipere, eamque cerebrum non aliunde, ſed à ſe ipſo obtinere. Igitur anima cognoſcens, & rationalis in cerebro ſita eſt: iraſcibilem verò eſſe in corde, nemo non fatetur; concupiſcibilem in iecore venarum origo monſtrat. Sunt igitur ſeparatæ locis animæ tres; quod ſi locis, etiam ſubſtantia, idem enim diſtinctis ſedibus contineri non poteſt. Ita Galenus.

Platonis ſententiam defendit Galenus.

Probatio Galeni.

Deinde, quod negari non debeat eſſe in homine tres animas, vegetatiuam, ſenſitiuam, intellectiuam, hunc in modum videtur oſtendi. Fœtus, vt Ariſtoteles docet 2. de generatione animalium c. 3. dum in vtero fingitur, & conformatur, primò viuit vitam ſtirpis, deinde animalis, poſtremò hominis. Igitur cùm anima ſenſitiua producitur, iam inſidet in materia anima vegetatiua, & cùm anima rationalis creatur, iam præeſt anima ſenſitiua. Sed nec prima acceſſu ſecundæ, nec ſecunda ingreſſu tertiæ interit. Manent ergo in homine hæ tres animæ. Probatur minor, tum quia non eſt à quo animæ illæ in vtero deliteſcentes interimantur; tum quia ſuperuacanea fuiſſet earum productio, ſi eo pacto extinguendæ forent.

Primum arg. pro triplici anima.

Item, ſi anima vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua eſſent in homine vna anima ſecundum ſubſtantiam; oporteret in quacumque parte vna earum eſt, etiam reliquas eſſe: ſed non ita res habet; quia in oſſibus eſt anima vegetatiua, ſiquidem nutriuntur, & augeſcunt; nec tamen eſt ſenſitiua, quia oſſa vim ſentiendi non obtinet, vt docet Ariſtoteles lib. 3. de anima c. 13. text. 66. igitur illæ tres animæ ſubſtantia, & re inter ſe diſtinguuntur.

Præter ſuperiorem ſententiam de triplici anima, eſt alia huic proxima, quæ non tres, ſed duas tantùm conſtituit in quolibet homine, vnam ſentientem, alteram intellectricem, quod teſte Clemente Alexandrino lib. 2. Stromatum, & Theodoreto lib. 5. de curatione Græcanicarum affectionum, ſecuti fuere ex priſcis philoſophis nonnulli. Item Philo Iudæus in libro, cui titulus eſt, Quod deterius potiori inſidietur; & ex Peripateticis non pauci, vt Ochamus in 4. ſent. quæſt. 7. & quodlibet. 2. quæſt. 10. Maironius in 2. diſt. 17. quæſt. vnica. Mirandulanus lib. 33. de euerſione ſingularis certaminis, ſect. 2. idemq; probabilius cenſet Thomas Garbius lib. 1. tractat. 5. quæſt. 49. quibus hæc potiſſimum ſunt argumenta. Duo actus inter ſe pugnantes nequeunt eidem animæ ſimul ineſſe; ſed, vt patet experientia, docétque Ariſtoteles lib. 3. de anim. cap. 11. text. 53. idem homo, eodemque tempore appetitu ſenſitiuo amplectitur voluptatem, & rationali eandem reiicit, qui actu inter ſe pugnant iuxta illud Pauli in epiſt. ad Rom. cap. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem

Altera opinio, qua ſtatuit in homine duas animas.

Eius confirmatio.

D. Paul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legi mentis meæ: ergo appetitus sensitiuus, & rationalis non in vna insunt anima; sed in diuersis; ex quo sequitur duas esse animas in homine. Idem ostendi potest argumento ducto ab operationibus sensitiuis, & intellectiuis. Nam cùm hæ omnes, sint actiones vitales, & immanentes; debent recipi in anima, à qua oriuntur; sed operationes sensitiuæ; quia materiales sunt, non possunt recipi in anima rationali; recipientur ergo in anima sentiente, eáque diuersa à rationali.

Caducum, & immortale differunt genere.

Præterea caducum, & immortale differunt genere, vt Aristoteles docet lib. 10. Metaphysic. cap. 13. text. 26. sed anima sensitiua hominis est caduca; quia est eiusdem speciei cum anima sensitiua brutorum, particeps verò rationis est immortalis: ergo in homine non est vna, eademque anima sensitiua, & particeps rationis. Adde quod incorruptibile non potest conferre esse corruptibile; cùm igitur homo corruptibilis sit, & anima rationalis incorruptibilis; vtique ab alia forma obtinebit homo corruptibilitatem, videlicet ab anima sensitiua. Nec satisfacit qui dixerit animam rationalem, potestate, ac virtute continere gradum corruptibilis. Nam cùm homo formaliter corruptibilis sit, oportet accipere id ab aliqua forma, quæ talem gradum non virtute; sed actu, ac formaliter in se habeat.

ARTICVLVS II.

Omnino asserendum vnam tantùm esse animam in quolibet homine.

D. Greg. Nyss.

LONGE tamen absunt à veritate, qui in quolibet homine plures animas constituunt, quàm vnam rationis, & intelligentiæ compotem; quæ, vt D. Gregorius Nyssenus in libro de hominis opificio cap. 12. ait, totum humanum corpus instar musici instrumenti fabricatum connectat, regat, ac moueat, omnésque illius functiones per diuersa organa, & facultates administret, ad eum modum, quo vnus idéque citharœdus varietate fidium diuersos pariter sonos in vnum concentum edit.

Itaque vna, & eadem anima in homine est nutritiua, sensitiua, & intellectiua; ab vna proueniunt actiones nutriendi, sentiendi, & intelligendi, cæteræque id genus, vt docet Aristoteles lib. 1. de anima cap. 5. text. 91. & cap. 4. text. 66. & lib. 2. eiusdem operis c. 3. text. 31. Quod vt planius euadat, aduertendum erit rerum species, & formas differre inter se, vt quid perfectius, & minùs perfectum. Sunt enim in rerum ordine v. g. viuentia perfectiora non viuentibus, animalia plátis, homines brutis: atque in singulis etiam horum generum diuersi existunt gradus. Vnde Aristoteles lib. 8. Metaph. cap. 3. text. 10. ait

Similitudo animæ cum figura.

species esse veluti numeros, qui adiectione, vel detractione vnitatis differunt: & lib. 2. de anima cap. 3. text. 31. comparat diuersas animas speciebus figurarum, quarum ea, quæ perfectior est, continet minùs perfectam, & aliquid amplius, vt figura pentagona tetragonam,

gonam, & aliquid præterea. Sic igitur anima intellectiua, quæ cæteras animas nobilitate longè superat, virtute cohibet quidquid continet anima sensitiua brutorum animãtium, & nutritiua plantarum: & vt superficies, quæ figuram pentagonam obtinet, non per aliam figurã tetragona est, per aliam pẽtagona quia figura tetragona superflua esset, vt quæ iam in pentagona inclusa sit; ita nec per aliam animam Socrates est homo, per aliam animal, per aliam viuens; sed per vnam, & eandem, quæ à potiori gradu, quem homini vnà cum materia tribuit, rationalis appellatur.

Duplex consideratio animæ sensitiuæ & vegetatiuæ.

Illud tamen hic aduertes animam sensitiuam, & vegetatiuam dupliciter spectari posse, vel in commune, vel vt sensitiua componit brutum, vegetatiua plantam. Præterea bifariam dici rem vnam continere aliam virtute; nimirum aut quia potest eam producere, quo pacto Deus creaturas omnes, & lux calorem continet; aut quia etsi non possit eam producere, potest tamen exercere operationes, & officia, quæ ab illa exercentur. Hoc posito si anima sensitiua, & vegetatiua priori modo sumantur, tunc anima rationalis non dicetur eas virtute continere, sed actu, & formaliter, quo pacto omnia superiora in recta serie in suis inferioribus continentur, vt notum est. Si autem posteriori modo spectentur, dicitur eas continere virtute, accepta tamen virtuali continentia iuxta secundam considerationem dumtaxat: quandoquidem anima rationalis nequit animam brutorum, plantarúmve producere: valet tamen operationes, quæ ab his oriuntur quatenus vegetatiuæ, & sensitiuæ sunt, administrare: esto nequeat exercere illas, quæ formas specificas brutorum, & plantarum consequuntur. Non enim potest edere actionem hinniendi, quæ consequitur formam equi verbi causa.

Vnius animæ assertores.

Hanc de animæ vnitate sententiam, vt à nobis explicata est, edisserit probátque S. Thomas 1. p. quæ. 76. art. 3. Magnus Albertus tract. 2. de homine, cap. 1. & in lib. de origine animæ. Alensis 2. p. quæst. 62. membr. 1. Henricus Gandau. quodlibet. 2. quæst. 2. & 3. Ægidius in opusculo de gradibus formarum, & in 1. dist. 16. quæst. 1. Scotus in 2. dist. 15. quæst. vnica & in 4. dist. 11. quæst. 3. art. 2. Durandus dist. 11. quæst. 2. Argentinas dist. 13. art. 1. conclusione 2. Plutarchus, & Alexander apud Philoponum ad text. 13. lib. de anima, Auerroes 1. de anima cap. 7. Auicenna 6. naturalium p. 1. cap. 3. & deniqúe nobilissimi quique Theologi, & philosophi cõmuni consensu, apud quos plurima ad hanc veritatem confirmandam, atque illustrandam argumenta leguntur. Nos pauca duntaxat afferemus.

Pro vnitate animæ 1. arg.

Primum hoc esto. Si cuiusque hominis plures forent animæ, non esset quilibet homo animal vnũ: hoc autem falsum est; ergo & illud. Probatur maior; quia, vt superiùs argumẽtabamur, vnaquæque forma tribuit esse, & vnitatem, & est actus primus atque adeò quælibet constituit per se hoc aliquid, ex quo sequitur non posse esse compositum vnum per se, nec animal vnum, vbi plures sunt animæ, vt recte colligit Aristoteles lib. 1. de anima capit. 5. text. 91. contra plu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium animarum assertores; nec sat est huiusmodi animas ordine quodam connexas esse in eodem homine; cùm perspicuum sit ordinem in multitudine non efficere vnum absolutè, sed vnum secundum quid, vt exercitum.

2. Argum. Secundum, Animæ functiones, vt testatur experientia, mutuò se retardant, ac nonnunquam omnino impediunt, vt actiones sensuum, contemplationem; & è conuerso contemplatio, si vehemens sit, non modò sensuum, sed & stomachi ipsius operam, ac nutritionem: huius autem rei non alia causa est, nisi quia vniuersa hæc munia perficiuntur ab eadem anima, quæ si se ad vnum vehementiùs applicuerit, ad cætera exercenda non sufficit. Igitur in homine vna tantùm est anima horum munium opifex, ac moderatrix. Quod si quis obiiciat non videri argumentum aptum ad vnitatem formæ asserendam, quod vna vehemens operatio aliam impediat, cùm id proueniat ex concursu spirituum, qui si ad vnius potentiæ organum frequentes confluant, alia sensiteria destituunt, vti fit cùm anima in operationẽ facultatis tali organo insidentis acriùs incumbit. Occurrendum, licet ita accidat propter confluxum spirituum, adhuc tamen eiusmodi confluxum attribuendum esse animæ, quæ quia vna est, tanquam totius corporis, omniúmque viriũ domina, & dispensatrix, ab vna parte ad aliam pro rerum opportunitate spiritus euocat, sinens interim aliam partẽ defraudari, quod præstare vtique aut ægrè, aut nullo modo posset, si non vna, sed plures essent animæ, quarum quælibet pro se ageret, suáque munia tueretur.

Lege Scotum in 3. d. 13. q. & D. Thom. 2. q. 117. & de verit. q. 12. a. 4. ad 1.

Obiectio.

Dilutio.

3. Argum. Tertium, Forma illla sensus particeps distincta ab anima rationali, quam contrariæ partis defensores homini attribuunt, ante aduentum animæ rationalis constituebat individuum quoddam sub specie bruti: Ergo cùm adhuc naturam suam speciémque cõseruet, idem nihilominus individuum constituet. Quare Socrates ex bruti, & hominis natura componetur, eritque partim homo, partim bellua.

4. Argum. Quartum, Vel anima illa sensitiua in morte Christi superstes mansit in corpore, vel interitum subiit (extra corpus enim non emersit, cùm sit dependens à materia.) Primum falsum est, quia alioqui Christi corpus fuisset in sepulchro viuum. Secundum etiam verum non est, quia debuisset postea Deus eandem animam in resurrectione producere, sibique vnire, quod certè fictitium est. Non ergo in Christo eiusmodi anima sensitiua fuit, ac proinde nec in nobis.

Patrum testimonia.

D. Augustin.
D. Damasc.
D. Greg. M.
D. Greg. Ny.
Hugonis.
Lactanty.

Accedunt postremò ad refellendam animarum multitudinem plurima, eaque illustria testimonia. Nam patres, vbicúmque de hac re sermo incidit, vnam esse in quolibet homine tantùm animã disertis verbis docent, vt D. Augustinus in lib. de quantitate animæ cap. 3. D. Damascenus 2. de fide orthodoxa cap. 12. D. Gregorius Magnus homil. 12. in Ezechielem. D. Gregorius Nyssenus de creatione hominis cap. 15. Hugo Victorius in lib. de spiritu & anima, & in explicatione cantici beatæ Virginis, Lactantius in libro de ira Dei cap. 11. & alij.

Idem

Idem confirmant aliquot sacræ paginæ loca, vt cùm capite 1. Genesæos, anima rationalis, cuius ibi creatio traditur, spiraculum vitæ appellatur, id est, spiraculum vitale, seu viuificans. His enim verbis vni animæ rationali attribuitur vita absolutè, hoc est, triplex vita, intellectiua, sensitiua, vegetatiua. Imò & in Hebræo non legitur singulariter, vitæ, sed pluraliter, spiraculum vitarum, ad significandum, vt Caietanus eo loco annotauit, animam rationis compotẽ omnem vitæ gradum vi sua homini conferre. Ad idem ostendendum valent etiam illa Christi domini verba apud Matthæum. cap. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quæ non solùm animæ humanæ immortalitatem testantur, sed simul indicant vnam tantùm esse animam in quolibet homine. Nam cùm dicitur, animam non possunt occidere, monstratur immunitas animæ humanæ ab interitu. Cùm dicitur absolutè, animam, non verò animam rationalem; significatur nullam esse in homine animam, quæ interitum subire possit; at si esset in eo anima sensitiua, cùm hæc sit morti obnoxia, non fuisset simpliciter verè affirmamm, animam autem non possunt occidere.

Loca sacra paginæ.

Huc etiam spectat, quod habetur titulo C. de summa Trinitate & fide Catholica, vbi duæ solùm traduntur partes humanæ naturæ, spiritus, & corpus; spiritus autem solùm de anima rationali prædicatur, & planiùs in Clementina de summa Trinitate, cùm asseritur Christum verè factum hominem per hoc, quod assumpsit partes naturæ nostræ simul vnitas, scilicet corpus, & animam intellectiuam. Item de celebratione missarum. c. in quadam ex Genes. 2. vbi dicitur, per idem est intellectiuum, & viuens homo.

Caput Firmiter.

Clementina, de sum. Trinitat.

c. in quadã.

Quæri hoc loco solet quam cẽsuram mereatur assertio, quæ plures animas constituit in eodem homine. Respondendum si eas constituat vt Manichæi, de quibus initio quæstionis diximus, vel vt Plato, qui putabat animam rationalem non esse veram formam corporis, sed vniri ei tanquam motorem, vel nautam; vtramlibet harum assertionum hæreticam esse. Priorem, quia repugnat decretis fidei, & condemnata est in octaua Synodo generali; posteriorẽ, quia similiter condemnata est in Concilio Lateranensi tertio sub Leone decimo sess. 8. & in Viennensi sub Clemente quinto, & in Clementina de summa Trinitate, & fide Catholica, vbi definitur animam intellectiuam esse verè, & essentialiter formam humani corporis.

Dubit.
Resp.

8. Synod. Cõcil. Later. Concil. Vie. Clement.

Quod verò attinet ad sententiam, quæ vnicuique hominiplures animas dat eo modo, quo Nominales, & alij nonnulli catholici auctores, quos suprà memorauimus; controuersum est quidnam de ea pronuntiandum sit. Heruæus in tractatu de vnitate formarũ quæst. 18. vocat eam erroneam, eandémque ei notam inurunt quidã è recentioribus, præsertim ob decretũ illud octauæ Synodi, quod etiam de huiusmodi positione intelligunt. Alij contra affirmant, videlicet nec de illa Synodum aliquid statuisse, nec iure damnari posse, cùm sit res pertinens ad philosophicam disceptationem, & quæ nulla ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte religionem attingat. Nobis media quædam via placet, ita vt dicamus prædictam assertionem non esse iudicandam hæreticam, aut erroneam; habendam tamen pro minus tuta, proindéque nullo pacto in philosophia admittendam. Huius nostri pronunciati prior pars ex eo suadetur, quia nulla apparet idonea ratio, nec ab iis, qui contra opinantur, vlla affertur, cur eo nomine damnanda sit hæc sententia; præsertim cum octaua Synodus, cuius potissimùm auctoritate condemnata videri posset, non videatur de illa quicquam decreuisse, sed de Manichæorum dogmate, vel etiam de errore ponentium in eodem corpore humano plures animas rationales, alteram informantem, alteram assidentem duntaxat. Posteriorem partem eiusdem pronuntiati suadet argumentum illud à nobis propositum de anima sensitiua in morte Christi, & loca, quæ ex sacra pagina, & patrum, ac Pontificum dictis, retulimus: quæ tamen non probant sententiam illam grauiori censura esse afficiendam.

Censura opinionis attribuentis homini plures animas.

ARTICVLVS III.

Occurritur primi articuli argumentis.

Ad Argu. Plat.

DIVAMVS nunc argumenta initio proposita. Ac primum ad id, quo Plato ternarium numerum animarum suadebat, dicimus ex eo quòd homo eandem rem simul velit, & repudiet, aut actus alia ratione quasi pugnantes exerceat, non colligi esse in eo multas animas, sed diuersas potẽtias, à quibus ij actus proficiscantur. Similiter ad id, quo Galenus magnam plagam se Aristoteli imposuisse gloriabatur, respondendum eo tantùm cõcludi quasdam animæ functiones certis locis, ac sedibus contineri, atque adeò facultates, è quibus oriuntur, re ipsa inter se distingui, quod libenter damus. Inde autem multitudo animarum non rectè arguitur; cùm vna, eadémque anima naturali sua fœcunditate plures ex se potentias, organorum apparatu, officio, réque distinctas parere possit. Aduerte tamen circa illam sedium, & organorum distinctionem, quam Galenus tradit, vim intelligendi, eiúsque operationes non affigi certo organo, cùm non hæreant in materia. Item vim concupiscendi non esse in iecore, sed in corde, vt ex Aristotele, aliísque auctoribus in Ethicis docuimus.

Ad Arg. Galeni contra Arist.

Ad aliud ex Aristotele, omissa interim controuersia, quæ circa progressum fœtus in vtero existit, de qua in libris de Anima differemus, respondendum est accessu animæ sensitiuæ aboleri vegetatiuam, quæ iam fœtum animabat, similitérque ingressu rationalis extingui sensitiuam. Nec ideò priores animas superuacaneas fuisse. Poscit enim ordo naturæ, quæ ab imperfectis ad perfectiora incedit, vt materia sensim, & quasi per gradus ad melioris formæ susceptionem promoueatur: corrúpuntur verò illæ formæ, vt D. Thomas 1. part. quæst. 118. artic. 1. & 2. contra gentes cap. 89. explicat, ab ipso gene

De successione animarũ in vtero.

D. Thom.

De quæ controuersia D. Tho. 1. p. tit. art. 2. Alipius 2 part. q. vltim. Henr. quodl. 5. q. 8 Mart. lib. 1. hom. op. q. 7. Albert. in sum. de ho.

Philoponus c. 3. lib. 2. huius op. Greg. in 2. de ibid. quæst. 2.

generante tum per virtutem formatricem in spiritu seminis inhærentem, quæ materiam effigiat, ac præparat ad sequentem formam; tum per alias dispositiones, quibus sic materia afficitur, vt prædictæ formæ non nisi ad certum tempus in ea seruentur, eóque peracto intereant, & tandem animæ rationali locum dent. Ex quo patet embryonem haud sibi ipsi interitum moliri, cùm virtus illa formatrix, cæteræque dispositiones non agant, nisi vt instrumenta generantis, cuius finis, ac primariũ institutum est vltimæ formæ introductio, & hominis ipsius generatio: nó autem corruptio embryonis, etsi hæc, tanquam conditio sine qua non, ad nouam generationẽ requiratur.

Ad vltimum pro eadem sententia dicendum est in omnibus partibus, quibus inest anima vegetatiua hominis, inesse sensitiuam, & intellectiuam, cùm sit vna, eadémque substantia: sed non oportere inesse omnibus actum sentiendi, cùm nonnullæ sint ad talẽ actum ineptæ ob improportionem temperamenti, vt ossa ob nimis terream concretionem, quæ tamen eis necessaria fuit, vt sua duritie, & firmitate reliquum corpus stabilirent, aliósque vsus præstarent, de quibus Aristoteles libro secundo de partibus animalium cap. 8. & 9. & Galenus lib. de vsu partium.

Ad primum eorum, quæ attulimus pro assertione ponentium in singulis hominibus duplicem animam, liquet iam quid dicendum sit ex iis, quæ tradidimus in responsione ad argumentum Platonis; videlicet tantùm eo concludi esse in homine duplicem facultatem appetendi, nimirum voluntatem, & appetitum concupiscibilem inhærentem corpori, quorum appetituum vnus interdum id apperit, quod alter reiicit. Vnde etiam patet eos actus non propriè contrarios dici, cùm non recipiantur in eadem potentia; etsi aliquo modo repugnantes vocari queant, quatenus feruntur in idem obiectum opposito modo.

De duplici hominis appetitu.

Lege Capr. in 3. de 16. q. vnic. a. 3. D. Tho. 3. p. q. 18. art. 3.

Ad secundum respondendum est tam operationes intellectiuas, quàm sensitiuas in homine oriri ab anima rationali: sed intellectiuas, cùm immateriales sunt, inhærere in ipsa anima; sensitiuas autem in corpore, quia materiales sunt, & extensæ, atque à potentia organica efficiuntur. Nec propterea quod hæ operationes sint immanentes debent insidere in ipsa anima: sat enim est manere in potentia, à qua immediatè oriuntur.

Ad tertium dic effatum illud, immortale, & caducum differunt genere, propriè intelligi de compositis, non autem de formis, vt aduertit D. Thomas hoc in lib. ad text. 51. Quod si ad formas extendatur, cõcessa maiori propositione, dices ad minorem, animam sensitiuam in commune, prout sub se rationalem & sensitiuã brutorum animantium comprehendit, non vendicare sibi definitè corruptibilitatem, sed indifferẽtem esse ad illam; sicuti animal ad hominem, & belluam: animam verò sensitiuam hominis, cùm sit vna, eadémque substantia cum rationali, non esse eiusdem speciei cum sensitiua brutorum, neque morti subiacere, vt illam. Ad reliquam partem eiusdem

De corruptibilitate animæ sensitiuæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusdem argumenti dicendum erit corruptibile, cæteróſque gradus metaphyſicos non deſumi à ſola forma; ſed ſimul etiam à materia; & licet anima rationalis in ſe immortalis, & incorruptibilis ſit; poſſe tamen ab ea partiatim deſumi gradũ corruptibilis, prout materiam ſeparabiliter informat. Sicut enim non repugnat formam eſſe incorruptibilem, & informare ſeparabiliter; ita neque repugnabit corruptibile deſumi à forma incorruptibili. Atque in hoc ſenſu dicitur anima rationalis continere virtute eiuſmodi gradum, quem tamen ita virtute continet, vt actu conferat: nec enim pugnat hæc virtualis continentia cum actuali collatione, vt notum eſt.

QVAESTIO XXII.

Vtrum partes organicæ animalium diuerſas ſpecie formas vendicent, an non.

ARTICVLVS I.

Opinio exiſtimantium vendicare.

D. Gre. Nyſ. D. Thomas. VT D. Gregorius Nyſſenus in lib. de hominis opificio cap. 12. & S. Thomas in 4. ſent. diſt. 44. quæſt. 1. art. 2. explicant, habet ſeſe anima ad corpus nõ ſolum vt forma, & finis; ſed etiam tanquam ars, teſte Ariſtot. lib. 1. de anima cap. 3. text. 53. Quare ſicuti ars ad perficiendum opus; ita anima ad functiones vitæ adminiſtrandas organis, ſiue inſtrumentis vtitur. Hinc orta eſt partium animalis diuiſio in organicas, ſiue officiales, inſtrumentariásve, & in non organicas. Et quibus organicæ propriè dicuntur, quæ peculiari alicui officio deſtinatæ ſunt, veluti cor, cerebrum, manus, vt luculentè explicat Ariſtoteles libro primo de partibus animalium cap. 1. & Galenus in lib. de vſu partium. Quærimus igitur hoc loco num partes organicæ, præter communem formam totius, peculiares formas ſpecie diuerſas habeant. Pars affirmatiua huic in modum videtur oſtendi. Quælibet pars organica habet propriam definitionem diſtinctam à definitione alterius. Igitur cùm definitio præcipuè ſumatur à forma, quælibet pars organica obtinebit ſuam formam diuerſam à forma alterius. Deinde ex actionibus ſpecie diſtinctis colliguntur formæ ſpecie differentes; ſed diuerſa organa habent actiones diſtinctas ſpecie; cor enim verbi gratia calefacit, & exſiccat; cerebrum refrigerat, & humectat, ergo &c. Tertiò, partes organicæ non ſunt inter ſe continuatæ; ſed contiguæ tantùm, ergo non conueniunt in eadem communi forma. Conſecutio probatur; quia alioqui eadem forma rebus ſimpliciter diſtinctis, ac ſuppoſito differentibus ineſſet. Antecedens autem ex eo oſtenditur, quia Ariſt. 2. de partibus animalium cap. 7. affirmat cerebrum nõ eſſe continuatum cum aliis,

Ariſtoteles.

Quæ propriè dicãtur partes organicæ.

Arg. partis aff. 1.

2.

3.

Ariſtoteles de cerebro.

aliis partibus, idque tum aſpectu patere; tum vel maximè inde conſtare, quòd cùm tangitur, nullum efficit ſenſum quemadmodum nec ſanguis. Præterea quod caro, oſſa, atque nerui non ſeruent cum aliis partibus continuitatem, monſtrant Anatomicę artis periti in artuum diſſectione, auctore etiam Galeno lib. 2. de anatomicis adminiſtrationibus. Poſtremò partes, quæ diuerſum temperamentum ſortitę ſunt, agunt in ſe mutuò, & à naturali ſtatu ſeſe deiiciunt; vnde nonnunquam totius compoſiti diſſolutio, & mors ſequitur: ſed hæc pugna non poteſt ab vna, eadémque forma totius prouenire, vt quæ partium harmoniam, & concordiam conciliare ſtudeat; prouenit ergo à peculiaribus formis ipſarum partium.

Galen. etiam 3. de cauſis ſymptomatũ ait cerebrum non ſentire.

ARTICVLVS II.

Conſtituitur pars negatiua controuerſiæ. Diluuntur tria priora argumenta ſuperioris articuli.

Scoto aſſentiuntur Bargius in 1. d. 30. Antonius Andr. 7. Metaph. q. 17. & ex parte Saxonia 1. huius opin. PROPOSITA argumenta Medicorum nonnullos in affirmantem quæſtionis partem adduxere, aientes eſſe illam Medicæ artis theorematis admodum cõſentaneam. In eadem quóque fuiſſe Pythagoram memorant, & eam Scotus 7. Metaphyſi. quæſt. 20. ſubtilem, ac veram eſſe contendit; ſed nobis contraria & verior, & ſubtilior videtur cum Sancto Thoma 2. contra gentes cap. 64. Alenſe 2. p. quæſt. 59. memb. 2. Gregorio in 2. diſt. 16. quæſt. 2. concluſione 3. Durando in 4. diſtinct. 42. quæſtione 2. Caietano 2. lib. de anima cap. 1. & aliis, quos ſuprà pro vnitate formarum citauimus. Valent autem ad hanc ſententiam confirmandam argumenta, quæ ibi attulimus; tum illud priuatim, quòd ad organorum, & diſſimilarium partium, ex quibus animal integratur, varietatem conſtituendam, earúmque munia obeunda ſufficit vna forma totius cum diuerſo temperamento, ſitu, & figura: quæ omnia in iis partibus accidentarium tantum diſcrimen ponunt. Quare ad primum aduerſæ opinionis argumentum reſpondendum eſt ſicut partes diſſimilares, & organicæ, quibus animal integratur, ex accidente ſolùm differunt; ita accidentarias tantum, non intrinſecas definitiones diuerſas habere. Alij aliquanto luculentiùs reſpondent, nimirum partes organicas dupliciter conſiderari. Vno modo abſolutè, quatenus partiales quædam ſubſtantiæ ſunt ex parte materiæ, & forma tota, vel ex parte, ſi diuiſibilis ſit, conſtitutæ. Altero, vt has, vel illas complexiones, & figuras vendicant. Priori modo nec definitione differre, nec aliter, quàm partem eiuſdem rationis à parte vnius eiuſdemque totius. Poſteriori differre inter ſe definitione, qualem habent compoſita per accidens conuenientia in natura, & forma ſubſtantiali, & accidentibus inter ſe differentia. Ad ſecundum ex ſimili, argumenti ſolutione, quam ſuperiùs attulimus, patet quid reſpondendum ſit; ſed rurſus ad maiorem explicationem negandum

Concluſio.

Solutio arg. pro parte affir.

Solut. 2. arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,ex actionibus specie diuersis argui semper formas specie distinctas. Licet enim vnaquæque forma specie differens ab alia, obtineat aliquam peculiarem actionem distinctam specie ab iis,quæ cæteris formis competunt;non tamen quælibet actio specie diuersa requirit formam specie distinctam;cùm perspicuum sit actiones discrepantes specie eidem formæ conuenire,vt formæ aquæ refrigerare,& humectare,& formæ equi actionẽ audiendi,& nutriendi. Lege Heruæum in tractatu de vnitate formarum quæst.18.ad 4.

Lege D.Tho. 1.p.q.76.a.1. ad 3.

Solut. 4. arg.

Ad tertium argumentum respondemus cum Auerroe.5. Physic. text.26.Richardo in 2.dist. 17.quæst.4.circa 2. principale, & Abulense paradoxo 2. cap. 26. & aliis, quantumlibet Anatomicæ artis professores reclament, membra omnia, artus, & partes, ex quibus simpliciter, ac per se compactum animal dicitur (de his enim duntaxat in hac disceptatione loquimur) musculis,neruis, aut fibris tenuibus, aliisque iuncturis perpetuo nexu inter se vinciri, & continuari, quamuis interdum huiusmodi ligamenta, vt in suo libro de anima Fracastorius aduertit, non dignoscantur sensu. Alioqui nisi eæ partes continuatæ essent, quantumlibet in eiusdem compositi structuram,& coagmentationẽ conspirent, non posset ex eis vnum numero simpliciter effici,vt rectè probat argumentum:semper enim discontinua, & discreta numero distinguuntur, docente Aristotele lib.5.Metaphysic.cap.6.text.12.Ad locum verò ex lib.de part.anim. erit qui respondeat,nihil mirum quod Aristoteles ita de cerebro iudicarit;cum alia quoque de eodem scripserit, quæ,vt alibi dicemus, communis philosophorum sententia reiicit. Sed occurrendum potiùs,Aristotelem non illic absolutè negare cerebrum esse continuatum cum aliis partibus animalis; sed negare continuatum esse proximè cum partibus,quæ actu sentiunt,vt ipse mox subiicit. Vnde & paulò inferiùs ait cõtinuari ipsum cum medulla dorsi,quæ non sentit. Idemque affirmat Vesalius lib.7.de fabrica humani corporis c.4. Cùm ergo Aristoteles probat cerebrum non continuari cum aliis partibus; quia non sentit, de partibus actu sentientibus tantùm loquitur. Nec oportet omnes partes,quæ anima informãtur, actu sentire,vt patet in ossibus, aut cum iis, quæ actu sentiunt, immediatè cohærere,vt liquet etiam in carne ossibus continuata.

Omnia mẽbra artusque animantium inter se continuari.

Optimum sentit Marcol. 2. de aus. c. 138.

Locus Aristotelis explicatur.

Ossa non sentire perfert. Vega lib. 2. de loc. affect. c.1. Fernelius lib. 2. de fabr. corp. hum. c.2. quamtamen illæsa excipit.

ARTICVLVS III.

Explicatur quartum argumentum: differitur de partium dissimilarium actione.

PROPVLAT quarti argumenti difficultas,vt de organicarum,dissimilariúmque partiũ actione aliquid dicamus. Omissis verò hac de re cõtrouersiis,quas videre est apud Fulgineum in tract. de actione partium organicarum, Thomam Garbium in summa lib.1. tract.4.q. 35. Thomam à Vega in lib.

in lib.artis Medicæ cap.40.& alios, duplici pronuntiato respondebimus.Primum sit. Partes dissimilares, etiam dum natiuam temperiem retinent,agunt in se mutuò.Hoc pronuntiatum, etsi à quibusdam negetur,asseritur tamen à Garbio loco cit.à Vallesio lib.4.contr.Med.cap.vlt.à Peramato in lib.de temperamentis cap.10.& aliis, estque de sententia Aristotelis,qui lib.2.de part.anim.cap.7.arbitratur cor perpetuò calefacere cerebrum, & ab eo vicissim refrigerari: sed quidquid sit de hac cerebri actione in cor,de qua suo loco, constat certè à corde in cerebrum,& in alias partes corporis,tanquam à fonte calorem deriuari. Quod similiter par est,vt cætera membra secundum varietatem, & vim sui temperamenti in commune totius corporis bonum aliis præstent, calefaciendo, refrigerando, humectando,desiccando: vt hac discordi amicitia,alia aliis prosint, cunctáque in officio sint.

1. Pronũtiatum.

Sententia Aristot.

Secundum pronuntiatum. Dum vnumquodque membrum naturalem statum seruat,quantumlibet aliis potentius sit,non solet ea à natiua sua temperie deiicere; solet tamen, si extra naturalem statum constituatur. Prior huiusce pronuntiati pars ex eo suadetur; quia alioqui nunquam membra animalis debitũ sibi temperamentum seruarent. Item quia cùm naturales membrorum functiones sint per se à forma totius; sequeretur formam & sibi, modò corruptibilis sit, & totũ compositum interitum per se molirí, quod absurdum est. Quid ergo,dicet aliquis partem valentiorem cohibet,ne in vicinam effusè agat, eamque contra ipsius naturam, simílem sibi reddat? Nimirum quodlibet membrum agit vniformiter difformiter; & ita, quantumlibet potentius sit,non transfundit in alia propriam qualitatem nisi sub minori intensione;& in eo gradu, in quo eorum temperamentum non simpliciter lædat, vt mox dicemus, præsertim cùm eis natura,pœnæ cuiúsque necessitas postulat,aliunde consulat per appulsum aëris,spirituum,cibi,sanguinis,& partium vicinarum auxilia,aliísque modis. Quod si v.g.membra cordi vicina, eius æstu præ aliis ab eo calefiunt,id a temperie ipsis cõuenienti non simpliciter alienum existimari debet. Iam verò posteriorem partem eiusdem pronuntiati demonstrat experientia; siquidem videmus membrum affectum sua contagione alterum peruadere, & à manu in brachium,à brachio in pectus paulatim morbum serpere. Et verò, vt medici docent,febris, quæ est calor immodicus operationem lædens,à corde in reliquum corpus communicari contingit.

2. Pronũtiatum.

Dub.

Resp.

Febris, cui insidet calor.

Non est tamen adhuc explicatu facile quonámodo vnum membrum in aliud agere possit, quin illud à sua temperie remoueat, si eam tunc obtineat:vt si membri alicuius temperies exigat quinque gradus caloris,& tres frigoris,qua ratione à magis calido pati queat, quin vltra quintum gradum calefiat, & à temperie destruatur. Ad explicationem huius dubij aduertendum est temperiem, sanitatemvé membri dupliciter accipi, nimirum pro temperie exactissima, vel pro minus exacta. Item exactissimam consistere in indiuisibili;

Dubit.

Sanitatẽ dupliciter sumi

Universidad de Deusto
Biblioteca

minùs exactam,habere latitudinem,intra quam potest membrum ad maiorem,vel minorem qualitatis intensionem alterari;& tamen adhuc sanum,& temperatum dici:v.g.fieri potest,vt exactissima alicuius membri temperies requirat tres gradus frigoris,& quinque caloris ad amussim absque vlla varietate;minùs verò exacta contenta sit quatuor gradibus & dimidiato caloris,& reliquam intensionem vsque ad octauum gradum expleat frigus; ita vt quando membrum mouetur à tertio gradu frigoris vsque ad medietatẽ alterius gradus frigoris;vel à quarto gradu,& dimidiato caloris vsque ad alterã medietatem eiusdem gradus;adhuc membrum intra terminos sanitatis, & temperamenti consistat. His animaduersis cùm dicimus vnum membrũ posse agere in aliud; quin passum à sua temperie deturbet, intelligendum est id de tẽperie non priori, sed posteriori modo accepta.Sed quid si membrum habeat completos gradus caloris,quos natiuum eius temperamentum secundo modo spectatum postulat, aget ne tunc in illud, membrum calidius? aget non tamen actione noui caloris productiua, sed conseruatiua eius, quem iam possidet.

Responsio ad propositũ dubium.

Solutio quarti arg.

Ex his perspicua iam est solutio quarti argumenti, cuius gratia hæc præmisimus. Respondendum est enim partes, quæ diuersum sortitæ sunt temperamentum,licet in se mutuò agant,non se tamen à naturali statu dimouere,dum secundum naturam habent.Quod si prauè affectæ sint, tunc posse quidem & sibi mutuò, & toti incommodum afferre: quod tamen non alicui peculiari formæ partium, aut totius compositi ascribi debet.Qua de re in progressu.

QVAESTIO XXIII.

Sint ne capilli,& vngues animati.

ARTICVLVS I.

Diuersa philosophorum placita.

1. Opinio.

IN hac controuersia tres præcipuæ occurrunt sententiæ.Prima D.Thomæ in 4.dist.44.quæst.1.art.2. quæstiuncula 3.Iauelli lib.2. de anima quæst.10.Thomæ à Vega de art.Med.cap.9.Vigueri de institut.cap. 21. & aliorum,eademque videtur fuisse Scoti in 4.distinct.3. quęst.vnica art.7.Hi existimant vngues,& capillos eadem forma totius animari, vt in homine anima rationali, non quidem secundum omnes gradus,hoc est,non quasi ibi exerceat operationes, quæ singulis gradibus attribuuntur,cùm eæ partes sensum non habeant, vt experientia notum est; sed quoad gradum vegetandi tantùm.

Fundamentum.

Huius placiti fundamentum statuit loco citato D. Thomas, quia cùm, inquit, capilli, & vngues nutriantur, & augescant, atque adeò

adeò functiones animæ administrent; in homine verò vna tantùm anima sit,nimirum particeps rationis,consentaneũ est, vt ipsi etiam eadem anima informentur.Pro hac quóque sententia est, quòd vngues, & capilli easdem subeunt affectiones, quas & reliquum corpus.Nam vngues plerúmque cutis similem habent colorem;ac pueris cum digitis versus omnes dimensiones increscunt, & decursu ætatis duriores,crassiorésque fiunt,vt reliqua membra.Idem pariter obseruatum est in capillis; prouectioribus enim vt longiores, ita crassiores, duriorésque fiunt; & iis, qui tenuiorem habent cutem, exiliores nascuntur, vt testatur Arist. 3. lib. de hist. animal. cap. 9. & 5.de generat. anima. cap. 3. Cùm item calore animal destituitur, ipsi eundem sentiunt defectum;vnde senes canescunt defectu caloris non valentis decoquere humidum;quod & interdum accidit iis, qui per ægritudinem caloris inopia laborant,teste eodem Aristotele cap.4.libri paulò ante citati.

Lege Arist. in probl. sect. 10.probl.61.

Vngues versus omnẽ dimensionem crescunt.

Aristot.

Cauities vnde.

Quod vngues, & capilli viuant, D. Augu.lib. 6. Music.cap.5. idemque asserit de vnguibus Theo. 3. de ani. ad text.28.

Secunda opinio est D.Bonauenturæin 4.dist.44.quæst.2.Durandi ibidem quæst.1.& aliorum asserentiũ vngues, & capillos animatos quidem esse;quia nascuntur, & crescunt; non tamen informari anima ipsius animalis;sed alia sibi propria,quæ sola vegetandi facultate prædita sit,haberéque se ad corpus,non secus, atque herbas ad terram,quæ illi quidem radicibus inhærescũt;sed vnaquæque suam animam vegetatricem obtinet. Quod verò animantis ipsius forma haud quaquam animentur, ex eo suadetur; quia cùm animal incrementi sui metam stato tempore definitã habeat;vngues tamen toto vitæ decursu præcisi crescunt.Deinde,quia,vt testatur Arist. 3.de hist. anim.cap.10.& Plinius lib.11. Nat.hist.cap.39. hecticis, & tabidis, quibus reliquum corpus non modo non augetur, sed consumitur, & liquescit;diffundũtur,& vberius sese proferunt. Item,quia corporibus vita functis succrescunt, vt passim deprehenditur, docetque Arist.loco proximè citato,& Plinius lib.11.hist.Nat.cap.45. Præterea, quia absurdum videtur existimare in capillis à capite ad terram vsque defluentibus contineri animam rationalem.

2.Opinio.

Aristot. Plin.

Capilli functi vita succrescunt.

Tertia opinio est existimantium vngues, & capillos neutiquam esse animatos, nec propriè nutriri & augescere, videlicet attracto, susceptóque intus alimento,& in eorum substantiam conuerso; sed materia illis ad radicem paulatim congesta,quod vocant accrementum per iuxta positionem. Ita sentit Galenus in libro artis medicæ (etsi de vnguibus sui fortasse oblitus contra opinetur lib. 2. de anatomic.administ.circa finem) Conciliator differ. 34. Fernelius lib.2. Physiolog.ca.2.Thomas Garbius lib.1.tract.4.quæst.55. Achillinus lib.2.de elementis quæst.1.art.5.Fracastorius in suo libro de anima.

3.Opinio.

Gal.in Consil. Fernel. Garb. Achil. Fracast.

De generatione vngui Arist.2. de gen. an.c. 4. Galen. 2. de nãt. Aph.

Peramatus lib.de hominis procreatione cap. 8.Probatur autem hæc sententia ex ipso progressu generationis capillorum, & vnguium, qui haud dubiè ex materia superflua,& reiectanea fũt,& augescunt, proindéque nec animantur, nec propriè nutriuntur, cùm nutritio propriè dicta non fiat ex iis, quæ natura negligit, sed quæ seligit.

Pilorum, & vnguiũ generatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quippe vnguium procreatio in hunc modum se habet. Nerui, ligamenta, tẽdines, arteriæ, venæq; digitorũ crassius, ac magis concretũ secrementũ, quàm aliæ partes carneæ, relinquunt: hoc verò ob crassitiem non resoluitur, sed ab expultrice facultate in externam digitorum partem effunditur, vbi magis exiccatur, maiorémque duritiem, ac soliditatem comparat, sicque in vngues euadit. Pilorũ etiam generatio eadem ferè ratione progreditur: fiunt enim ex recrementis siccis, nempe crasso & fuligunoso vapore, qui in angustis spiramentis impactus, & in meatibus cutis detentus, vstúsque oblongam eorum formam assumit, & hunc quidem alius rursum è profundo veniens impellit; hic alterum, atque illum alius, sicque paulatim ab radice exeunt, vt etiam ait Arist. lib. 3. de historia anim. cap. 11. Vnde quod antea in capillo radix erat, postea medium, & tandem extremum efficitur, similitérque accidit in incremento vnguium. At enim in iis, quæ viuunt, & vera nutritione increscunt, non ita accidere consueuit; sed cùm alimentum quadam iustitiæ mediocritate quoquouersum dispensetur; nulla pars designari sensu potest, cui sua alimenti portio non accedat. Et hæc quidem ratio ad confutandam tam primam, quàm secundam opinionem valet. Priuatim autem contra secundum illud est, quod si quilibet vnguis, aut pilus vnum per se viuens esset; sequeretur vnum quemlibet eorum esse corpus organicum; siquidem anima, teste Aristotele 2. de anima cap. 1. est actus primus organici corporis. At quænam quæso organa, quæ dissimularium partium varietas, & distinctio in vngue, aut pilo appareat: certè nulla.

Pili fiunt ex recrementis siccis, & flagrante fuligineso.

Aristoteles.

Alimentum quadã iustitiæ mediocritate dispẽsatur.

Prod. lib. probl. 9. Plutarch. de plac. lib. 5. c. 22.

De ortu capillorum Fortunius Licetus tract. 1. de uer. ac Cath. Hahyban. Thom. Bar. Gart. lib. de trall. Arab. D. Gr. Sch. lib. de anim. hom. c. Gal. in aduers. 5. Theor. Mich. Scot. Arist. prob. 12. sect. 20.

Occurritur obiectioni.

Nec officit, quod pili, & vngues non in immensum luxurient, sed ad certum incrementi terminum progrediantur, quod viuentium proprium videtur, vt primo physicæ auscultationis libro statuimus. Non inquam officit; quia non per se, sed ex accidente duntaxat fit, vt certo limite finiantur; quatenus videlicet necessum est ad eam magnitudinem peruenire, qua partes, quæ ab radice vrgent, impellere alias non possint, & ita crementũ impediatur. Atque hinc etiam est, quod derasi, & præcisi citiùs, & cum ampliori crassitie subnascuntur, videlicet ob minorem in propellendo resistentiam.

Capilli præcisi cur citius enascãtur.

Nec item obstat, quod Æthiopum filij, etsi in regione temperata nascantur, pilorum crispitudine parentes imitentur; quod non videtur aliunde prouenire, quàm ex formatrice virtute à parentibus etiã in pilos demandata; at si in ij virtus formatrix, quæ viuentium propria est, operam suam præstat, minimè negandum erit eos viuere. Nõ inquam obstat, quia crispitudo, vt alibi ex Aristotele, & Galeno docuimus, oritur ex certa conditione fuliginosæ materiæ, qua pili constant, & ex obliquitate meatuum, per quos exeunt. Quæ causæ ad temperamentum, & alias affectiones à parentibus communicatas non autem ad virtutem formatricem, qua ipsi capilli eo modo componantur, referendæ sunt.

Diluitur obiectio.

In lib. de ver. ment. cap. 2.

ARTI

ARTICVLVS II.

Dissoluuntur argumenta pro superioribus sententijs adducta, vt quam quisque magis probarit, tueri possit.

QVONIAM tres sententiæ articulo proximo explicatæ æquam ferè probabilitatem habere videntur (& si ad D. Thomæ opinionem libentiùs accedamus) earum omnium argumẽta diluemus, vt promptum cuique sit earum quamlibet defendere. Ad primum pro prima opinione dicendum est capillos, & vngues aut nutriri, & augescere vi facultatis nutritiuæ profectæ non ab anima totius viuentis, sed ab alia ipsis propria, vt secundæ opinionis auctores inquiunt: aut non nutriri nisi impropria nutritione, & cumulata ad radicem materia, vt in tertia opinione asseritur. Item vngues, & capillos subire affectiones similes, iis, quas reliquum corpus; non quod eadem anima informentur; sed quia suggeritur eis materia talibus imbuta accidẽtibus, qualia reliquũ corpus obtinet ad eum modum, qui in argumento explicatur. Pueris autẽ vngues, & capilli crescunt versus longum, latum, & profundum, eisdémque præcisi citiùs regenerantur propter abundantiam materiæ. Est enim naturæ consentaneum, vt corpora, quæ plurimum alimenti accipiunt, vti corpora puerorum, plurimũ quóque afferant excrementi. Sentiunt verò pili defectum, & inopiam caloris pariter cum corpore, cui adhærescunt, non quòd habeant cum eo continuitatem, sed ob mutuam coniunctionem, quia ab illo materiam, cognatáque accidentia recipiunt, vt diximus. Denique progrediente ætate capilli, & vngues duriores fiunt propter siccitatem fuliginis, quæ in pabulum eis cedit.

Responsio ad primum arg. pro 1. opinione.

Pueris vngues præcisi cur citiùs regenerantur.

Ad primum pro secunda opinione, concedendum est capillos, & vngues totius vitæ decursu renasci, & crescere, quia etsi iuxta primam opinionem informentur eadem anima, qua totum; non tamen omnes partes totius eadem incrementi lege tenentur, cùm etiã dentes tota vita crescant, vt in libris paruorum naturalium ex Aristotele tradidimus. Contra eos autem, qui capillis, & vnguibus vitam prorsus negant, nihil probat hoc argumentum, vt liquidò constat. Ad secundum respondendum est cum Aristotele lib. 2. de generat. anim. cap. 4. ægrotantium corpora, quæ alimentum minùs probè decoquunt, minúsque sibi agglutinant, plus suppeditare recrementi ad vnguium, & capillorum confectionem. Ad tertium respondet Aphrodisiensis lib. 1. problem. quæst. 140. capillos, & vngues videri in cadaueribus augeri; quia emacerata, consumptáque carne partes imæ, quæ antea opertæ latebant, deteguntur, ac patent, ac ita videntur vnguibus, & capillis aliquid auctum, cùm non ita sit. Vel dicendum crescere illos renera per iuxta positionem, præsertim cùm interdum post attenuatam, & depressam cutẽ adhuc extendatur, sed incrementi causam esse calorẽ aliquãdiu in cadaueribus seruatũ, qui, licet

Responsio ad arg. pro 2. opinione.

Aristoteles.

Aphrodisiensis.

Ita Vallesius lib. 2. cõtrou. med. & phil. cap. 1.

De incremẽto capillorũ & vnguiũ in cadaueribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet virtus expultrix animalis,seu viuentis, euanuerit;ipse tamẽ aliquanto tempore concretionẽ fumidi vaporis ad radicem vnguium, & capillorum relictam, & recrementa, in quæ mortua corpora per cariem resoluuntur,foras eiicit,& capillos,vnguésque protendit.

Responsio ad arg. pro 3. opin.

Reliquum est, vt argumentis pro tertia opinione adductis occurramus. Ad primum concedendum cum Aristotele, cæterisque philosophis capillos,& vngues coalescere ex materia recrementitia: negandum tamen fieri ex ea,aliis partibus iuxta alias positis,& congestis per impropriam nutritionem: gignuntur enim ministerio altricis virtutis, vel ab anima totius corporis, vt opinio prima asserit, vel à propria ipsarum anima,vt secunda affirmat. Nec absurdum est id, quod à membris potioribus negligitur, repudiaturque per vim expultricem, eligi, siue cooptari ab infimæ notæ partibus, quales sunt vngues,& capilli,per attrahentem, & per alentem facultatem, quæ in eis quóque inest. Ita verò quælibet pars vnguium, & capillorum transmissa sibi alimenti portiuncula nutritur, & augescit: licet in capillis, vt plurimùm vix sensu deprehendi queat accrementum;nisi versus longitudinem.Diximus,vt plurimum;quia in ætate puerili versus omnem dimensionem notatur.

Vt vngues, & capilli nutriantur.

Lege Arist. lib.2.de part. an.cap.1

Ad id, quod subinde opponebatur, respondendum est etiam capillos, & vngues suis constare organis; etsi hæc saltem in capillis, sensu non percipiãtur,quemadmodũ neq; in acaro, aliisque minutis bestiolis,quarum corpora nemo organica esse negat.Præterea ad id, quod de termino magnitudinis vnguium,& capillorum additur,dicendum siue anima totius,siue alia sibi propria informentur;non ex accidente, sed per se limitibus claudi, esto eis non desit fuliginum copia,quam ebibant,sicuti & alia viuentia,eorúmque partes magnitudine circunscribuntur,vt libro primo Physicorum cap.4.quæst.1. art.2.ostendimus: quod tamen non obstat quominus præcisi recrescant, quandoquidem nunquam eo recremento excedunt sui crementi metam.

De termino magnitudinis vnguiũ, & capillorum.

Illud postremò in hac controuersia animaduertendum censuimus,cùm probabile sit tam capillos,quàm vngues viuere: id tamen de vnguibus cum maiori probabilitate affirmari. Vnde nonnulli, in quibus est Vallesius lib.2.controu.medic. & phil.cap. 5. cùm vitam capillis negent, vnguibus concedunt, nec nutrientem solùm, sed & sentientem;eo indicio,quod in vnguibus apparent fibræ, seu venulæ deferentes alimentum, quales in arborum frondibus. Deinde, quia interdum in eis acri doloris sensu afficimur.Quanquam ad hæc etiam respondeti potest eas venulas non veras, sed vmbratiles tantùm esse, quales in quibusdam lapidibus visuntur. Item dolorem non sentiri in vnguibus,sed in carne,quæ ipsis contigua est.

Viuere vngues affirmat Theophil. de animal. par. 2. libro 1. capitum.

Siquis autem petat quid de dentibus pronuntiandũ sit.Respondemus eos esse animatos anima totius;quia eandem rationem obtinent,quam ossa, docente Arist. 2.de generatione animalium cap. 4. constat autẽ hęc totius anima informari;cùm sint partes tã insignes in cor

Lege Vall. lib.1.c.1. Colium lib. 1 cap.4.

in corporis fabrica. Quod intellige siue ponamus dentes sentire, vt videtur existimasse Galenus in lib.de ossibus, & lib.5. de medicam. compos.siue non, vt credit Vega lib.2.de loc.affect.cap.1. sect.2.vbi ait dolorem dentium in vicinia,non in ipsis sentiri. Videlicet ex defectu sentiendi non semper arguitur absentia animæ sensitiuæ: cùm hic obuenire possit ex crassitudine terrenæ materiæ, cum qua nihilominus anima ipsa sensitiua cohærere valet.

QVAESTIO XXIIII.

Num quatuor humores spiritus tam vitales,quàm animales vita præditi sint,an non.

ARTICVLVS I.

Quibus argumentis Pars affirmatiua quæstionis vera videatur.

ILLVD etiam hoc loco discutiendum occurrit,num sanguis,phlegma,atra & flaua bilis,& spiritus,qui in animãtium corporibus dãtur,quorum alij vitales,alij animales dicuntur,de quorum ortu in progressu dicendum est,animа informentur.Pro parte,quæ affirmat, in primis quod ad humores attinet,hæc argumenta occurrunt. Quatuor humores sunt verè partes animantium. Igitur informantur anima. Consecutio ex eo ostẽditur,quia in omnibus animãtiũ partibus,si verè,ac propriè partes sint,est vna,eadẽque anima,vt ex iis,quæ superiùs cõclusa sunt,liquet.Antecedẽs probatur;quia quatuor humores nõ solùm ad conseruandam,& tuendam vitam requirũtur; sed etiam ad naturæ integritatem,non secùs at quatuor elementa ad vniuersi coagmentationem; vnde communis est Theologorũ sententia eos in resurrectione corporum vnicuique homini reddendos, ac redintegrandos esse.

Primum arg. pro parte affirmatiua.

D. Tho. 4. d. 44. q. 1. art. 2.

Deinde quòd sanguis anima præditus sit, propriis rationibus ostẽditur.Primùm ita,sanguis oberrat huc illuc versus omnes partes corporis, frequentérque imaginationis, & appetitus impulsu in diuersa agitur.Nam cùm pudore afficimur,ad faciẽ sese refundit; cùm timore,ad intima conditur;cum irascimur,efferuescit;cùm lætamur, spargitur à corde ad alias partes;est igitur animatus.Cõsecutio probatur, tum quia moueri ab se versus omnes loci differentias, proprium est viuentium;tum quia animæ imaginationi, & appetitui ea tantùm videntur obtemperare,quæ ab ipsa anima informantur.

2. *Argum.*

Moueri ab se proprium viuentium.

Item effuso sanguine confestim moritur animal,absque alimento aliquot dies viuit. Igitur sanguis non est tantùm a natura loco nutrimenti datus,sed tanquàm pars ad integrandum totum,ex quo sequitur eum vitæ participem esse.Præterea,adeps ex communi medi-

Lege Plinii. lib. 11. c. 98.

3. *Argum.*

4. *Argum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

corum sententia viuit:& tamen adeps non differt natura à sanguine: ergo sanguis viuit. Assumptio probatur, quia adeps, vt inquit Galenus lib.2.de temperamentis, est sanguis concretus frigore: vel potiùs, vt ait Aristoteles lib. 1. de generatione animalium cap. 19. & lib.2.de partibus animalium cap.5.est sanguis concoctus per bonam nutritionem. Rursus, idem confirmatur testimonio Aristotelis. Nam 2. de part. anima. cap. 2. sanguinem partium animalis appellatione comprehendit,& lib.3. de hist.anim. cap. 2.vocat sanguinem vnam partium similarium,& eodem libro cap.19. conceptis verbis ait sanguinem animari. Palpitat, inquit, intra venas sanguis omnium animalium, pulsúque simul vndique mouetur,& semper, quandiu vita seruatur, sanguis vnus animatur, & feruet. Præterea D. Augustinus in lib.quæst.veteris & noui testamenti, affirmat, & repetunt decreta Can.in c.Moyses 32.q.2.animam in sanguine habitare. Quod & ante scripserat D.Epiphanius lib.hæres.1.to.1.sect.9.& lib.2.to.1.sect.56. Quin & hoc ipsum nos sacræ literæ docere videntur; quandoquidem legimus cap.17.Leuitici animam omnis carnis esse in sanguine. Negari ergo non potest sanguinem anima præditum esse.

Adeps quid. *3. Argum.* *D. Augustin.* *D. Epipha.* *Leuit.*

Postremò, sanguis in Christo fuit vnitus immediatè diuino suppositо: hoc autem non ita esset, nisi sanguis informaretur anima rationali: igitur fatendum est sanguinem viuere, & totius compositi anima informari. Maior propositio asseritur à Theologiæ scholasticæ professoribus communi consensu, & à sanctis patribus, elicitúrque ex decretis Conciliorum, præsertim Ephesini Can. 5.& Chalcedonensis actione 1.& 5. Synodi generalis actione 6. fuitque expressè definita à Clemente 6. & à Pio eius successore, vt refert Sylvester in Rosa aurea tract.3.quæst.30.& 31. Minor probatur, quia ex oppositо sequeretur Verbum diuinum duas naturas integras,& completas sibi copulasse; vnam hominis, alteram sanguinis. Quo dato admittendum foret non minus Deum posse, deberéque dici sanguinem, quàm hominem.

6. Argum. Sanguis in Christo vnitus immediatè persona diuina. *Concil.Ephe. Concil.Chal. Synod.6 generalis.* *Ad. D. Tho. 3.p.q.5.ar.2. & quodl.2. 5. Alb. de Spec. Mag. Turrecr. in suma de Eccl. dis. Cajet. in 4.dist.11. q.1.a.3.*

Argumenta, quòd spiritus sint animati.

Iam verò quod spiritus animati sint; hisce argumẽtis videtur concludi: spiritus nutriuntur, vt princeps medicorum Hippocrates in lib.de alimento ait; nutriri autem solis rebus animatis conuenit; ergo spiritus sunt animati. Secundò, species seu rerum imagines, quibus sensus functiones suas administrant, inhærent spiritibus: hoc autem fieri non posset, nisi spiritus animati essent; ergo &c. Minor non videtur neganda, qui enim fieri posset, vt anima in eo, ex eóue corpusculo, quod cum toto non continuatur, quodáque ipsa non animat, ac viuificat, vitalem edat actionem? Maior suadetur primò, quia spiritus sunt vehicula, quibus ab vno sensu ad alium species transmittuntur, exempli gratia, ab oculo ad sensum communem, & in somniis ab vno sensu interno ad alium. Nec sanè apparet, quo alio modo sensibilium imaginum transuectio fieri queat. Cuius etiam rei argumentum est, quòd si via, qua spiritus ad sensuum officinas traiiciuntur, præpedita sit, omnis sensio confestim emoritur, ac cessat. Deinde probatur

Spiritus vehicula imaginum.

probatur eadẽ maior, quia nisi prædictæ species in spiritibus insint, intelligi vix potest, qua ratione dæmones internis sensibus illudant, varia rerum simulachra obiiciendo. Quod tamen facile explicatu est, si dicamus eos huc, illuc imagines transferre,& inuertere ministerio spirituũ, qui substantiis materiæ expertibus, vt cætera corpora, obediunt. Tertiò confirmatur eadem maior auctorum testimoniis. Nam Aristoteles in libro de insomniis, cap.3. ait rerum imagines sanguine deferri, vtique sanguine spirituoso, vt vocant, seu spiritibus. Præterea Auicenna 6.natur.parte.3.cap.8. Auerroes lib.de sensu & sensili, Hugo Victorius in sententiis cap. de vnione corporis; & spiritus. D. Thomas 1.parte quæst.111.art.3. Aegidius quodlib.6.quæstione 16. Maironius in 1.distinct.3.quæstione 10. Richardus in 2. distinct.8. quæstione 3.circa 2. principale: Capreolus eadem dist.quæst.vnica artic.1. Hispalensis quæstione 2.artic.4. Ambrosius Pareus in libro de capitis anatome, Fracastorius lib.1.de intellectione, & alij, species externis sensibus haustas in spiritibus sensitiuis, seu animalibus collocant.

Vt dæmones internis sensibus illudãt. *Aristot.* *Auicenn. Hugo Vict. D.Thom. Ægid.*

Est etiam aliud argumentum ad probandum spiritus esse animatos, ex decretis videlicet medicorum, præsertim Auicennæ, & aliorum Arabum, qui passim affirmant virtutes influentes, cuiusmodi sunt potentiæ sensitiuæ,& eam, quæ localem motum exequitur, denuari à cerebro interuẽtu, operáq; spirituum. Quare cùm istiusmodi virtutes, seu potentiæ non nisi in corpore animato insint, concedendum erit spiritus animatos esse.

Lege Galen. lib.art.Med. ca.9. Valeriolam lib.1 loc. com.c.11. Peram. lib. de ani. funct. à cap.2.

Virtutes influentes Medicorum.

ARTICVLVS II.

Concluditur pars negatiua controuersiæ.

TOTA ferè propositæ quæstionis difficultas circa sanguinem,& spiritus versatur. Nam quod pituita, & vtráque bilis vita careant, communis est philosophorum sententia; de sanguine verò,& spiritu non parum inter se dissident. Vt refert Hippocrates 1.de natura humana, Aristoteles lib.1.de an.cap.1.tex.32. Lactantius lib. de opif.Dei cap.17. D. Nemesius in lib.de nat.hom. D.Gregorius Niss.lib.de anim.cap.1. Nonnulli veterum tantùm abfuit ne vitam sanguini negarint, vt ipsum vitam animamq; esse dixerint. Quod similiter de spiritibus affirmarunt Stoici, vt refert Galenus 5.libro de simplicibus, cap. 9. sed omisso nunc istiusmodi errore, quem in libris de anima confutamus, Conradus in

Putasse quosdam sanguinem esse animam.

Consule D. Tho.quodlib. 3.art.3.

commentariis primæ secundæ quæst.64.art.1. Caietanus 1.p.quæst. 119.art.1.& 3.part.quæst.54.art.2. & alij affirmant sanguinem perfectè decoctum viuere, animaríque anima totius compositi, quod etiam in vtramque partem probabile iudicat Sylvester in Rosa aurea tract.3.quæst.30.31.& 32.

Sit tamen prima conclusio. Neque sanguis, neque alij humores

Prima conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in formantur anima. Ita sentit Galenus lib. 2. de elementis, Seneca lib. 2. natural. quæst. D. Thomas 1. part. q. vlt. art. 1. ad 3. & quodlib. 4. quæst. 4. Magnus Albertus lib. 3. de animalibus, Alensis 2. p. quæst. 29. memb. 7. Durandus in 4. dist. 44. quæst. 2. Scotus quæst. 4. D. Bonauentura dist. 44. prima parte distinctionis, quæst. 1. Richardus ibidem in 1. principali, quæst. 2. Paludanus quæst. 1. art. 2. Sotus distinct. 10. quæst. 1. art. 2. Capreolus in 2. dist. 15. art. 3. & in 4. dist. 10. quæst. 2. art. 3. ad 4. contra 1. concl. & denique maior theologorum pars. Quorum nonnulli licet de sanguine duntaxat expresse loquantur; idem tamen haud dubiè de cæteris humoribus, in quibus minor ambigendi ratio est, pronuntiarent.

Galen. lib. 4 de vsu part. Fernel. lib. 2 de elem. c. 2 Abulens. Terradox. 2. 40. Ledesm. in 4. d. 44. q. 7. Theophil. lib. 2. de anim. ad textum 122. Maior in 4. d. 43. Ceriliater &c.

Quod igitur nullus quatuor humorum anima sibi peculiari informetur, ex eo ostendi potest; quia omne corpus animatũ, est affectum organis, habétque vim nutriendi, & ab interno principio augetur, quod nulli quatuor humorum conuenit. Deinde quod neque alimentur anima totius, ita probatur. Ea, quæ sibi continuata non sunt, nequeunt sub vnius formæ vnitate coalescere; cùm numero inter se distinguantur; sed sanguis, aliique humores non sunt continuati cæteris partibus animalis: Non possunt igitur cum iis coalescere sub vnitate eiusdem formæ nempe animæ; atque adeò non informantur anima totius. Minor suadetur, quia humores continẽtur in corpore, conceptaculis, tanquam vasculis quibusdam; à quibus proinde, & à reliquo corpore discreti sunt. Quod Aristoteles lib. 2. de partibus anim. cap. 3. quod ad sanguinem attinet, hisce verbis docet; Non enim sanguis continuus carni, neque cognatus est; sed in corde, ac venis, quasi vasis concluditur; idémque repetit lib. 3. de hist. anim. cap. 2. 19. & 20.

Humores cõtinentur in corpore quasi vasculis. Aristot.

Sanguis vltimum alimẽtum.

Nihil ex suis met partibus nutriri potest.

Præterea, sanguis est vltimum alimentum sanguine præditis animantibus: ergo non est pars informata actu forma eorundem animantium. Antecedens traditum est ab Aristotele lib. 2. de partibus anim. cap. 3. & de iuuentute, & senect. cap. 2. & de somno & vigilia cap. 4. Nec est probanda distinctio sanguinis in nutrimentalem, qui est imperfectè decoctus, & non nutrimentalem, qui iam perfectam decoctionem est assecutus, quasi hic non sit etiam alimentum rei viuentis. Re enim vera nullus est animali sanguis, qui ad nutritionem non ordinetur. Nec eam distinctionem aut Aristoteles, aut medici, cùm de sanguine disputant, vllo modo agnoscunt. Consequentia probatur; quia alioqui sequeretur animal ex suismet partibus nutriri, quod satis per se absurdum videtur. Deinde quia cùm sanguis vertitur in carnem, aut formam aliquam substantialem abiicit, aut nullam; si abiicit, ea non potest esse anima ipsius rei viuentis, cui vnitur, quia simul amitteret, admitterétque eandem formam. Sed neque alia anima, cùm sanguis animam sibi peculiarem non vendicet, vt probatum est: Ergo &c. Si verò nullam abiicit, vtique nutritio erit tantùm mutatio penes qualitates, atque adeò alteratio, non aggeneratio; quod à Peripateticæ scholæ doctrina, & veritate

veritate planè abhorret. Item cùm aperitur vena, sanguis, qui fluit, continuatur ei, qui in vena est, & is, qui vase excipitur, ei, qui fluit. Nemo autem dixerit sanguinem, qui in vase est, informari anima rationali. Quare neque illum, qui venæ continetur; siquidem quæ continua sunt, eandem formam habent.

Denique, Si sanguis esset præditus anima rationali, essetque actu pars humani corporis, sequeretur in diuina Eucharistia contineri sanguinem sub panis specie, haud aliter, quàm neruos, & ossa ex vi consecrationis; non autem ob solam concomitantiam; cuius oppositum statuit Concil. Tridentinum sess. 13. cap. 3. Probatur consecutio; quia ex vi verborum est ibi integrum corpus Christi, & ex consequenti omnes eius partes, atque adeo ex eadem vi esset etiam sanguis, si est actu pars corporis.

Ratio à mysterio diuinæ Eucharistiæ.

Concil. Trid

Accedit testimonium Aristotelis lib. 2. de partibus animalium cap. 10. vbi ait sanguinem nullam esse partem animalis: quod etiam docet Galenus lib. 2. de elementis, & in 1. de nat. hum. Seneca lib. 2. natur. quæst. Quod de sanguine hactenus asseruimus intelligendum est tam de sanguine venali, hoc est, per venas influente, quàm de arteriali, id est, qui salit in arteriis, cuius origo est cor: cùm vtérque eandem ob causam naturam, eandémque rationem, vt anima, & functionibus vitæ caeat.

Idem asserit D. Th. 3. p. q. 31. a. 1. 5. ad.

Animatos esse spiritus defendit Scaliger exercit. 180. in Card.

Secunda Conclusio. Neque spiritus virales, neque animales informantur anima. Hæc conclusio ex eo ostenditur, quia spiritus quoad substantiam non differunt à sanguine; cùm nihil aliud sint, quàm tenuissimæ defæcati sanguinis particulæ, vt suo loco enucleatius dicemus. Quare si sanguis, vt probatum est, non informatur anima; idem quóque de spiritibus affirmandum erit. Deinde, quia vt sanguis, ita & spiritus neque propriè nutriuntur, neque cum aliis partibus viuentibus continuationem habet. Quanquam ad, præter cætera, inter illos, & sanguinem est differentia, quod sanguis est animali nutrimentum, spiritus autem minimè, vt qui tantummodo propter iuuandas, perficiendásque operationes instituti, & efformati sint à natura.

2. *Concl.*

Spiritus quid nam sint.

Discrimen inter sanguinẽ, & spiritus.

ARTICVLVS III.

Explicatio argumentorum primi articuli.

Lege D. Th. in 4. d. 44. quæst. 1.

NVNC aduersariæ partis argumenta diluamus. Pro solutione primi aduertendum est ex Durando in 4. dist. 44. quæst. 2. aliisque auctoribus tria esse genera partium in animali, quædam enim dicuntur essentiales, vt materia, & forma. Aliæ integrantes, vt pedes, & caput. Aliæ tantùm necessariæ ad seruandam vitam. Ad argumentum igitur dicendum quatuor humores, non esse partes animalis primo, aut secundo modo, sed tertio duntaxat, & hoc præsertim sanguinem. Quod genus partium non

Solutio 1. argumenti.

Triplex genus partium

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportet,vt animatum sit. Ad eam verò rationem,qua probatur quatuor humores integrare propriè naturã animantiũ;respondendum est etsi aliqua inueniatur similitudo inter illos respectu animalis, & quatuor elementa cõparatione mũdi corporei;esse tamẽ discrimen, quia mundus corporeus,cùm sit aggregatũ quoddã, nõ nisi ordine vnum, potest è quatuor elementis, aliisque corporibus tanquam ex partibus,licèt discreta,& discontinuata sint,constitui; animal verò, quia est simpliciter vnũ substantialiter,& quodlibet animal est corpus absolutè vnũ,nequit coagmentari ex pluribus continuitatẽ non habentibus,quomodo sese habent humores. Nec refert, quod hi in corporũ resurrectione cuilibet homini redhibendi sint, vt priuatim de sanguine testantur etiã D. Ambros. in sermone de martyribus, & D. August. ad Orosium. Non enim ea solùm, quæ anima informantur, sed etiam, quæ ad ornatum, aut qualemcúnque perfectionem pertinent,communi illo regenerationis beneficio restituentur.

Lege D. Th. in 4. d. 44. q. 2. a. 2.

Humores in resurrectione cuiusq; corpori reddendi.

Circa secundum argumentum pro certo in primis haberi oportet sanguinem, dum toto corpore versus omnem loci differentiam diuagatur,non moueri ab se. Nam quæ ita mouentur, sensu prædita sunt;siquidem loco motiuum inferius quidpiam est ad sensitiuum; at sensu carere sanguinem nemo ignorat, docétque id Aristoteles lib. 3. de anim. hist. cap. 19. & lib. 2. de part. anim. cop. 10. Quare respondendum est ad argumentum, sanguinem non à se mori, sed ab anima, quæ illum tum ad opus nutritionis per virtutem attrahentem,& expellentem; tum ad alia diuersa ministeria his, & aliis modis pro occursu rerum, affectuúmque varietate per imaginationem, & appetitum huc illuc ciet, tanquam instrumentum, non quidem coniunctum, vt manum; sic enim ea tantùm agitat,quæ informat; sed vt separatum,quomodo eadem anima ex ore in ventriculum per motum localem deiicit, & interdum ex ventriculo in os reuomit alimentum,quod constat ab ea non informari.

Sanguinẽ in corpore non moueri à se.

Lege Galen. lib. 2. de nat. facult. 16.

A quo cientur.

Solut. 3.

Tertium argumentum concludit, quod non inficiamur,videlicet sanguinem esse partem animalis,eo sensu,quo partes animalium dicuntur quæcumque ad eorum vitam tuendam necessaria sunt. Est verò sanguis necessarius non solùm quia alimentum est, vt probat argumentum,sed etiam quia ex eo spiritus efformantur,& quia maximè fouet natiuum calorem, quo deficiente animal extinguitur; quandoquidem vita consistit in calido,& humido.

De necessitate sanguinis.

Consule D. Th. 3. p. 8. 90. art. 2. ad 3. Plin. lib. 22. 38.

Solut. 4.

Ad quartum omissa controuersia (siue ea rerum sit, seu verborum tantùm)inter Galenum,& Aristotelem de confectione,& remperamanto adipis,siue pinguedinis aliis mẽbris adnatæ,de hac enim loquimur,respondemus rem esse dubiam,num adeps viuat; probabilius tamen esse non viuere; cùm sola accidentium differentia videatur distingui à sanguine, nimirũ quia est sanguis optimè concoctus & ad crassitudinem redactus,estque excrementũ,vt semẽ, teste Arist. lib. 1. de generatione anim. cap. 18. & 19. Adde quod vrgente fame nonnunquam aliis partibus viuentis cedit in pabulum vt affirmat

Pinguedo ad nata mẽbris an viuat.

De hac Alb. lib. 3. de Animalibus 3. text. 2.

mat Rondeletius 3. libro de piscibus cap. 14.

Ad quintum dic Aristotelem vocare sanguinem partem animalis,accepto partis nomine secundum tertiam vsurpationem; de qua suprà:reponere verò illum inter partes similares, quia non constat aliis partibus dissimilium rationum, vt caput, quod constituitur ex carne,ossibus,neruis,aliisque huiusmodi. Item cùm ait (si tamen ait, nec enim verba hæc in Græcis codicibus, qui nunc extant, inuenimus)sanguinem palpitare & viuere, nihil aliud velle, quàm sanguinem ebullire,& agitari,dum spiritibus incalescit. Qui etiam in causa sunt vt sanguis in cadaueribus animalium recéter occisorum aliquandiu palpiteret. Dicitur ergo sanguis viuere impropria, & translatitia locutione. Quo pacto aquam viuam, & argentum viuum nominamus ob perennem agitationẽ. Nam cùm motus quasi vita quædam sit;quæ sic mouentur,viuere dicimus. Ideo autẽ cap. 17. Leuit. & à patribus quibusdam dicitur anima in sanguine esse; quia, vt D. August. quæst. 17. in eundem lib. Leuit. exponit, animantium vita à sanguine pendet,ob eas nimirum causas,quas ante retulimus.

Solut. 1.

Sanguis aliàs ptus à Verbo diuino non prædicatur de illo.

Ad sextum concedenda est maior propositio, neganda minor, & ad eius probationem dicendum licet non hominis solùm, sed sanguinis etiam natura ad personæ diuinæ vnitatem assumpta fuerit;dici tamen Verbum diuinum vnam duntaxat completam naturam sibi copulasse;quia sanguis quãtumlibet in sua specie perfectũ quippiam sit;est tamen incompletũ,quatenus partiatim confert ad compositionem humani corporis modo superiùs explicato. Neque rectè colligebatur debere sanguinem enuntiari de Deo;sicut enim partes phyl. & integrantes humanæ naturæ non prædicantur de Deo per communicationẽ idiomatũ; nec enim Deus dicitur anima,vel materia, caput vel manus:ita nec illa, quæ minùs propriè hominis, vel corporis humani partes vocãtur,vt sanguis,de Deo affirmari debẽt.

Solut. 6.

Responsio ad rationes q̃ spiritus sint animati.

Ad primam verò earum rationum,quæ ostendere nitebantur spiritus animatos esse, respondendum est dici spiritus ab Hippocrate nutriri non propria, quæ viuentibus tantùm conuenit, sed impropria nutritione, quatenus auræ tenuissimæ afflatu sustentantur, ac reficiuntur,vt suo loco fusiùs dicemus.

Ad 1.

Ad 2.

De receptione imaginũ in spiritibus.

Ad secundam respondendum bifariam intelligi posse rerum imagines excipi,deferrique spiritibus. Vno modo,ita vt in spiritibus tãtùm insint,ac per eas inibi existentes potentiæ sensitiuæ functiones suas edant. Altero, vt à spiritibus tanquam baiulis in sensuum officinas transportentur; deinde organis sensuum imprimantur, non eædem; cum idẽ accidens nequeat à subiecto in subiectum cõmeare;sed aliæ numero distinctæ,quibus potentiæ ad sensiones vtantur. Si igitur imaginum in spiritibus inhæsio secundum priorem sensum intelligatur,improbanda, ac reiicienda omnino est. Námque si solis spiritibus species inhærerent,non posset anima,vti argumentũ concludebat,ex iis tactum sentiendi elicere;siquidem species,& potentia sensitiua eidem subiecto inesse debent; potentia verò sensitiua

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus admodũ instabiles in corpore.

in ipso organo residet, non in spiritu. Deinde quia cùm spiritus admodum instabiles sint, ac passim diffluant, & euanescant, non possent rerum imagines nisi ad breue tempus in memoriæ thesauro asseruari; proindeque rerum, quas multis ab hinc annis sensu percepimus, nulla esset recordatio, quod experientiæ repugnat. Si autem intelligamus species recipi, vehique spiritibus secundum posteriorem illum modum; admittendum id quidem erit, quod ad summum probant rationes in argumento adductæ; negari quamuis non possit admodum intellectu difficile esse, quo pacto illa rerum simulachra spiritibus insidentia, siue cùm inter dormiendum ab vno sensu ad alium regrediuntur; siue cùm dæmonum studio huc illuc cientur, & turbantur, quo pacto, inquam, potentiam sensitiuam ad cognitionem lacessant.

Ad 3. Reijcitur quorundam medicorum sententia de virtute influente.

Ad tertiam ex medicorum placitis desumptam respondemus, si per virtutem influentem significent potentias ipsas videndi, audiendi, cæteráque eiusmodi, vt quidam intelligunt, nequaquam nos eorum sententiam probare; quia pro certo habendum est in doctrina Peripatetica facultates omnes tam sensitiuas, quàm motiuas, & vitales suis organis infixas, atque inhærentes esse. Si autem velint influentem vim, id est, calorem quendam certa moderatione temperatum, & ad potentiarum operationes iuuandas ac promouendas necessarium, spiritibus ad potentias deferri; fatemur quidem ita esse: sed negamus colligi inde spiritus esse animatos.

QVAESTIO XXV.

Vtrum lac, & semen viuant.

ARTICVLVS I.

Qua ratione lac procreetur: & quòd vita careat.

Aristot. M. Alberti. D. Thom. Clement. Alexand.

Plutarch.

Consulas de lemnum lib. 1. de secret. ca.

AD priorem quæstionis partem explicandam, sciendum ex Aristotele libro 4. de generatione animalium cap. 8. Magno Alberto libro 18. de animalibus cap. 7. tractatu 2. D. Thoma in decimum cap. Iob; Clemente Alex. libro primo, Pædagogi cap. 6. Abulensi in cap. 12. Leuitici quæst. 23. Apponensi differentia 148. Mathiolo initio lib. 6. in Dioscoridem, Plutarchio libro de amore parentum erga liberos, lac effici ex sanguine menstruo (intellige secreta ab eo fæce, & sordibus) quod ex eo patet, quia defluxus menstrui sanguinis cessat in fœminis post conceptum, vt eo nimirum fœtus coagmentetur, & alatur; deinde prole edita adhuc cessat maiori ex parte, quamdiu lac manat. Eum quippe sanguinem vbera attractrice virtute ad se per venas alliciunt, & innata sibi ad id facultate rursus decoquunt; candore, & dulcedine, aliisq; affectionibus lacti cõueniẽtibus imbuunt.

Extingui

Lege Plin. lib. 2. c. 41.

Extinguitur verò lac post alterum conceptum in fœminis, docente Aristotele lib. 7. de historia animaliũ cap. 11. videlicet quia tunc protiuida natura necessitati fœtus in vtero efformandi, alendique opportunè consulit. Quamuis etiã post secundũ conceptũ lac fluat in nonnullis, quæ videlicet ad vtrúmque præstandum sanguine abundant.

Remotio tacita obiect.

His non obstat, quòd interdum eduliis quibusdam extra tempus vbera lacteſcant, & quòd nonnunquam pastores capris ante vterum lac exprimant. Id enim præter ordinariam naturæ consuetudinem euenit: sicuti & maribus gigni lac. Qua de re ita scripsit Aristoteles *Aristoteles.*

Lege Aristot. in probl. sect. 10. probl. 6.

lib. 3, proximè citati operis, cap. 20. Vbera etiam caprarum, quæ coitum non patiuntur, pastores montis Oetæ vrtica perfricant vehementer, vt dolorem infligant. Itaque primùm cruentum humorem eliciunt, mox purulentum, postremò lac non minus, quàm ex iis, quæ concipiunt. Maribus magna ex parte nec bestiis, nec hominibus gignitur lac. Fieri tamen potest, vt aliquibus interdum gignatur. Nam & in Lemno insula capro ex mammis, quas geminas gerit, tantum lactis emulgebatur, vt colostra inde conficerent. Quod idem etiam proli masculinæ capri illius euenisse accepimus. Sed hæc ostentis annumeranda potiùs ducunt. Hactenus Aristoteles. Ferunt tamen in India Orientali eiusmodi capros inueniri. Vnde intelliges etsi lac ordinariè fiat ex sanguine menstruo; posse tamen etiam ex alio interdum fieri, cùm in maribus quóque nonnunquam gignatur.

Lege Vesal. lib. 5. de fabr. cap. 18.

Quæstio de discrimine inter lac, & sanguinem.

Quæri autem solet vtrum lac à sanguine specie distinguatur. Vallesius libro 1. Controuersiarum cap. 22. & Thomas à Vega libro 6. Galeni de locis affectis sect. 4. lac à sanguine distinguunt, &, vt videtur, specie; etsi id palam non affirment. Fauet huic parti diuersitas affectionum, pinguedinis, coloris, dulcedinis, aliarúmque huiusmodi. Vnde & sanguis è corpore missus facilè congelascit, non autem lac. Alteri parti adstipulatur verba Aristotelis lib. 4. de Generatione animalium cap. 8. appellantis lac sanguinem benè concoctum, & non corruptum, vt Empedocles falsò aiebat. Quo etiam nomine vocatur ab Auicenna, Magno Alberto, Abulensi, Mathiolo, & aliis. Atque hanc opinionem disertis verbis amplectitur Clemens Alexandrinus loco citato, aiens lac esse sanguinem secundum substantiam, variato duntaxat colore à vehementi spiritu. Et Fauorinus apud Gellium lib. 12. Noct. Attic. An quia, inquit, spiritu multo, & calore exalbuit, non idem sanguis est nunc in vberibus, qui in vtero fuit? Cui prior sententia magis placuerit, dicet Aristotelem appellare lac sanguinem non in sensu formali, sed causali; quia nimirum lac fit ex sanguine; negare verò lac esse sanguinem corruptum, id est, purulentum, vt credebat Empedocles. Qui in posteriorem, quæ nobis verisimilior videtur, inclinarit, respondebit ad rationem prioris, diuersitatem illam affectionum tantummodò accidentariam esse; nec ex ea discrimen essentiæ necessariò colligi.

Fauorinus.

Responsio ad quæstionem initio propositam.

His positis dicimus lac non informari anima; quia si conuenit specie cum sanguine; idem quoad hanc quæstionem, de illo, ac de

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguine pronuntiandum est,vt patet. Si autem differt, idem nihilominus dicendũ,quia,vt rationes alias omittamus,vbera nutriũtur lacte,quo haudquaquam nutriri possent,si eadem anima informaretur:cùm nutritio sit aggeneratio, in qua necesse est alimentum corrumpi, & propria forma dimissa in rei viuentis substãtiam conuerti.

De lactis vi. Illud hic postremò admonendum censuimus,esto lac neque animam,neque virtutem formatricem obtineat; sæpè tamen ob qualitatum cognationem infantibus affectiones, propensionésque nu-
Iustinus de Habbide infante. tricum imprimere. Cuius rei celebre est exemplum, quod Iustinus lib.44.suæ historiæ scripsit,videlicet in ea Hispaniæ parte, quæ Callecia vocatur, Habbidem infantem feris expositum, & ceruæ vberibus educatum,tanta fuisse pernicitate pedum,vt montium iuga, saltúsque inter ceruorum greges non inferior velocitate peragraret. Neque verò lactis interuentu aliæ tantùm proprietates communicantur, sed interdum etiam inclinatio ad vitia, aut virtutem. Vnde Fauorinus apud Gellium lib.12.Noct.Attic.cap. 1.inuehitur in matres,quæ infantes fœminis barbaro, & agresti ingenio præditis nutriendos tradunt; cùm constet illos non earum tantùm lac,sed mores etiam vnà cum lacte sugere.Quò alludens Mithridates apud Iustinum lib.38.de Romanis loquẽs,ait vt ipsi ferunt conditores suos lupæ vberibus alitos; sic omnem illum populum luporum animos habere inexplebiles sanguinis,atque imperij, diuitiarumque auidos. Addit quoque loco citato Fauorinus non in hominibus duntaxat,
Iustinus. sed in pecudibus quóque animaduersam lactis efficacitatem.Nam si ouium lacte hœdi;aut caprarum, agni alantur; constat fermè in his
Columella. lanam duriorem,in illis capillum gigni teneriorem.Columella etiam lib.7.de re rust. Nec eos,inquit,canes,quorum generosam volumus indolem conseruare,patiemur alienę nutricis vberibus educari:quoniam semper & lac,& spiritus maternus longè magis ingenij, atque corporis incrementa auget. Lege Plutarchum in lib.de educandis liberis.

ARTICVLVS II.

Semen potestate,non actu viuere.

CIRCA alteram controuersiæ partem,aduertendum primò est ex Aristotele lib. 1. de generatione animalium cap.17. & 18.semen esse recrementũ quoddam, siue superfluum alimẽti,hoc est effici ex parte quadam sanguinis ad tertiam, exactissimamque decoctionem perducti, quæ relinquitur à natura vt superflua nutritioni, sed tamen vt necessaria ge-
Appetitus viuentiũ ad se, suamque speciem conseruandam. nerationi.Cùm enim quodlibet viuẽs nitatur & se,& suam speciem conseruare: ad se conseruandum conuertit alimentum in propriam naturam; ad perpetuandam speciem, partem quandam alimenti seponit ad generationem;quæ pars in loco ad id destinato accipit vim

generandi, perficiendíque aliud individuum simile in specie; eaque semen dicitur.Quod autem seminis ratio ita se habeat,hoc est,quod semen sit ex superfluo alimẽti probat Aristoteles loco citato aliquot indiciis,quæ inibi legi possunt.Eandemque sententiam amplexus est *Semen ex superfluo alimenti.*
Lege Ferne. lib.7. Physi. c.2. Pythagoras teste Plutarcho libro 5.de placitis Philosoph.cap.3.Galenus lib.2.de semine cap.4.D.Thomas 1.p. quæst.119.art.2. M.Albertus lib.15.de animalibus tract.2,cap.5.& 6.Soranus Ephesius in Isagoge cap.16.Durandus in 2.sent.dist. 30.quæst.5.Scotus dist.20. quæst.2.Maior dist.15.quæst.6. Bassolius dist.33.quæst.vnic. art.3. Abulensis in Exodum cap.12.quæst.24.& plerique alij.

His animaduersis;quòd semẽ actu viuat credidit Plato in Timæo, *Semen actu viuere opinio Plat. Themist. Galen.*
Item Forliuiensis super 31.can. Auic. Themistius 1.de anima cap.21. Galenus in lib.de Marasmo cap.5.& recentium medicorum nonnulli, vt Peramatus in li.de semine,Vallesius lib. 2. controu. cap.9. Theophilus Zimara 2.lib. de anima ad text.43.Nituntur autem hisce potissimùm argumentis. Sanguis per nutritionem non conuertitur in partem rei viuentis, nisi à viuente *Primum ar.* alteretur,& decoquatur;ergo multo minus sanguis,seu quæcúmque alia materia in integrum animal efformari poterit,nisi semen, cuius opera efformatur,viuum sit. Præterea stirpium semina, dum matri *2.* inhæresc̃unt,nutriuntur;atqui nutriri viuere est,igitur viuunt. Item *3.* solius viuentis est determinatam habere figuram:hanc habent semina;sunt igitur viuentia.Rursum tam in artis,quàm in naturæ operibus nihil fit actu,nisi ab eo,quod actu tale est: atqui semen compo- *4.* nit materiam fœtus in effigiem viuentis,eamque membris delineat est igitur viuens actu.Denique semen habet in se vim generatiuam; *5.* siquidem genitor eius interuentu fœtum producit,& viuificat. Negari igitur non potest semen re ipsa animatum esse.

Vera tamen est Aristotelis sententia lib.2.de anima cap.1.text.10. *Cõclusio ex sententia. Aristot. D.Thom. Scoti. M.Alb.*
Valleriola lib.2.loc.communi. cap.17. Thomas à Vega lib.artis med c.47. Christophorus 2. de an. c.102.Ferra. 2.contr.gent. cap.17. & lib. 2. de gener. anim. cap. 1. vbi de hac re expresse quæstionem mouet,itémque cap. 3. eiusdem libri, quam secuti fuere D.Thomas lib.2.contra gent. cap.89. Scotus in 4.dist.44.quæst.1.Magnus Albertus.2.p.sum.de homine, Thomas Garbius lib. 1 .tract.5.qu.55. Iandunus 7.Metaphy.quæst.19.Conciliator differ.48.Fernelius lib. 7.suæ physiologiæ cap.13.& alij:nimirum semen non viuere.Quod sic intelligendum est,vt non viuat actu; viuat tamen potentia: quia quandiu propriam formam retinet, non constat actu anima, habet tamen proximam aptitudinem, vt animetur; quod obtinebit, vbi primùm ex eo, & reliqua materia, fœtus coaluerit; perinde atque sulphur potestate ignis dicitur, quod suopte ingenio facillimè ignescat.

Non habere igitur semen actu animam ex eo primum ostenditur *Primaratio.* quia semen, vt superiori articulo probauimus, est superfluum ali- *2.* menti,quod vita caret.Deinde,quia si anima præditum esset,vel haberet eandem animam, quam totum viuens, cuius est semen, vel aliam sibi peculiarem: si eandem, oporteret toti continuatum, esse, quod non ita est. Si aliam, iam esset per se integrum viuens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. atque ita vel animal, vel planta, quod absurdum videtur. Præterea omne viuens nutritur; semé autem non nutritur, cùm non augescat nisi solo accessu, & appositione partium absque attractione, & 4. conuersione: Non ergo viuit. Adde, quod experientia ipsa manifestum viderur, herbarum, & stirpiũ semina domi seruata non frui vita, cùm minimè nutriantur; quæ nihilominus veram obtinere seminis rationem inde patet, quòd si serantur, herbas, & stirpes gignent.

Solutio arg. partis contrariæ. Ad primum verò eorũ, quæ pro aduersaria parte adduximus, respondendum est, etsi nihil tanquam præcipuum agens vllam substantiam conuertere possit in rem viuentem, nisi ipsum etiam viuat; posse tamé id præstare tanquam agentis instrumentum, quo etiam mo- *Solut. 2.* do calor animalis cibum in eius substantiam mutat. Ad secundum concedendum est herbarum, & stirpium semina, quę ita semina sunt, vt fructus quóque sint; (semina enim dicũtur, vt sunt id, quod aliud; fructus, vt sunt quod ex alio) dum matri adhærent, viuere; non quia semina, sed quia fructus, partesq; viuentium. At animantium semina, cùm istiusmodi differentiam non subeant, haudquaquam opor- *Solut. 3.* tere actu viuere. Ad tertium dicendum est non omnia semina vendicare certam figuram, sed ea, quæ duriora existunt; idque non ex se, sed ratione viuentium, è quibus, orta seu quæ in ipsa conuersa fuere; sicuti etiam cadauer, meritò viuentis demortui, certam effigiem re- *Solut. 4.* tinet. Ad quartũ dic tam in operibus artis, quàm naturæ posse quidpiam fieri tale per instrumentum, quod non sit actu tale: quandoquidem per asciam, quæ mensa non est, mensa fit; & per calorem, qui caro non est, gignitur caro: semen autem instrumentum est, per quod generans fœtum delineat. Imò nec agens præcipuum necessariò debet esse in actu formali tale, qualis est eius effectus, vt patet in iis, quæ per æquiuocam generationem producuntur, vt cùm à sole coitu radiorum ignis efficitur; sat ergo est habere agens actu vim pro- *Solut. 5. in sequenti quæstione.* ducendi talem effectum. Vltimi verò argumenti solutio ex iis, quæ proxima quæstione dicenda sunt, patebit.

QVAESTIO XXVI.

Vtrum in semine generatiua, & formatrix virtus insideat.

ARTICVLVS I.

Quid in proposita difficultate sentiendum sit.

Lege Arist. lib. 1. de gen. an. c. vlt. & 12. Metaph. c. 6 text. 30.

QVONIAM hanc nos disputationum cursus prouexit, adhuc quæstiones nonnullas pertractabimus ad viuentium generationem spectantes, quarum explanatio ad vberiorem intelligentiam eorum, quæ dicta sunt, & progressu

gressu dicentur, necessaria est. Quod ad præsens dubium attinet, sciendum primò virtutem gignentem, & formatricem (siue sint re ipsa, vna eademq; facultas, siue non, qua de re suo loco) diuersa obire munia: námque ad gignentem facultatem pertinet introductio formæ in materiam: ad formatricem congrua fœtus delineatio, & partium eius in situ, cauitate, connexu, & ordine ad cuiúsque vsum, & dignitatem compositio. Est ergo quæstio num istiusmodi vis re vera in semine resideat, vel in solo generante, an alibi. *Diuersa officia gignẽtis & formatricis facultatis.*

De hac re luculéte. Cic. 2. de nat. Deor. Lactãtius in lib. de opific. Dei. Trimegistus in lib. de potestate & sap. Dei dial. 5.

Quidam præcipuæ auctoritatis philosophi viuentium corporum structuram, & artificium admirati in eam sententiam venere, vt dicerent nec in generãte, nec in semine talem facultatem inueniri, nec esse hoc naturæ opus, sed principij cuiuspiam nobilioris. Non enim fieri posse existimabant, vt causa citra rationis ductum agens, id moliretur, quod magnæ artis consilium, ac solertiam deposcit; id, inquam, opus, quod tam admirabili partium contextu, varietate, consensu, & apparatu constat, vt nihil vel ad vsum accommodatius, vel ad speciem elegantius spectetur. Atque insuper, cùm fœtus maturitatem, & absolutionem prolixa, indefectáque serie tot motus præcant; necessarium iudicabant, vt iis obeundis causa aliqua superior assisteret, ac præesset.

Lege Auic. Fẽ 1. pr. doct. 7. cap. 2.

Sententia Arabum de virtute formatriri.

Igitur Arabes, vt legere est apud Auerroem 7. Metaph. com. 31. formatricem virtutem diuinam appellant, eámque rationis, & intelligentiæ compotẽ faciunt. Galenus verò in libro de formatione fœtus nondum sibi constare inquit an mundi anima per se ipsam corpora viuentia architectetur; tamen si dignam censeat, cui id muneris demandandum sit. Ex altera verò parte minimè decere ait, vt ea anima, quæ cæteris dignitate prælucet, in effingendis muscis, & formicis, aliisq; id genus bestiolis occupetur. Itaq; statuit satius esse in tã ardua, & ancipiti quæst. nihil asseuerare, etsi ratum esse iubeat vim formatricem, quæcúnque ea sit, summam esse sapientiam.

Auicẽna finxit intelligẽtiam corporũ formatricẽ.

Verùm quod istiusmodi artificium non possit attribui mundanæ animæ constat iis argumẽtis, quibus eam lib. 2. de cælo c. 1. quæst. 1. art. 3. vanam, fictitiámque esse demonstrauimus. Quod verò nec alicui intelligentiæ ascribendum sit, ostensum à nobis est lib. 1. Physi. cap. 9. quæst. 12. art. 3. vbi reiecta Cholcode, quam Auicenna sublunarium formarum effectricem prædicabat, probauimus nullam substantiam creatam à materiæ societate abiunctam sua vi aliquam formam in materiam inducere. Sed quod neque ad primam causam, vt ad particularem, integrúmque eius opificẽ referri debeat, ex eo conuincitur; quia non assolet Deus opera naturæ absque secundarum causarum interuẽtu per se efficere; esto, si vellet, posset. Deinde, quia cùm Deus à summæ artis regula, & præscripto nunquam aberret; omnémque materiam sibi obsequentem habeat, si ipse esset per se corporum formator, nullus vnquam in iis error, aut monstrum euenire, quod experientiæ repugnat. Adde quod si corporum formatio non fieret ministerio virtutis à parentibus deriuatæ, nulla esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio,cur filij parentes suos similitudine referrent.

Vis formatrix, & signum in generante.

Qua propter reliquum est,vt virtus formatrix,& generatiua insint in generante,à quo vt à principali causa fœtus producitur;insit, inquam,in eo primaria ratione,vt & cæteræ potentiæ vitales.Deinde ab illa deriuetur, imprimatúrque in semen alia consimilis virtus, eius quasi vicaria, quæ materiam fœtus tractet, & confingat. Nec existimandum est viuentium corporum fabricam vltra naturæ vim esse.Quin potiùs mirari par est infinitam potentiam diuini artificis, qui ad eam perficiendam concretæ,materialísque naturæ facultatem attribuit. Nec item vt semen recta ordinis constantia in opus incumbat,& seriem illam generationis obeat, atque ad certum perueniat finem; rationis aut consilij eget:sat enim est quibusdam veluti numeris, & mensuris dirigi ab auctore naturæ, à quo ad id propensionem accepit,& virtutem quodammodo vim artis habentem,qua de re plura diximus in phisicis.

Vim seminis dirigi ab auctore naturæ.

Consule M. Alb. 2. p. tr. de hom. D. T. lib. 2. contra gent. cap. 80. Alb. lib. de an. c. 3. & 11. lib. 2 cap. 3. ad 2. Fern. lib. 1. de abditis rerū cau. c. 6. & 7. De seminū vi D. Aug. lib. 22. Civit. c. 14. D. Greg. Nyss. orat. 3. de resur. Christi, & Theo. Set. 9. de provid.

Porrò virtus formatrix ideò tantam vim obtinet, quia per illam viuens sese quodammodo repræsentat in semine, quod ad id præstandum viuifico spiritu, & calore perfundit;cùm ei insuper accedat calor ætherius,à sole præsertim dilapsus, magnam conferens efficacitatem gignendis rebus.Quo pertinet illud Arist.lib. 2. Phys.cap.2. text. 26. sol, & homo generant hominem; & illud Latini poëtæ, Igneus est ollis vigor, & cælestis origo Seminibus.

Cur tanta vis insit in virtute formatrice.

6. Aen.

ARTICVLVS II.

Dilutio vltimi argumenti superioris controuersiæ,& aliarum quarundam dubitationum explicatio.

VRGET tamen difficultas eius argumenti,cuius solutionem ex superiori quæstione in hunc locum reseruauimus, nimirum qui fieri possit, vt semen gignentem, & formatricem facultatem, quæ viuentium propria esse videtur,obtineat,nec tamen viuat.Sed occurrendum istiusmodi virtutem semini inhærentem non esse de numero earum,quæ à viuentium formis,vt earum proprietates manant,quæque propriè vitales dicuntur;sed esse alterius rationis,nec propriè vitalem,nec eiusdem speciei cum generatiua,& formatrice,quæ in parte remanet.

Lege D Th. de potent. q. 3. a. 11. ad 7. & 1. part. q. 118. art. 1. M. Alb. 2. p. tr. de hom. q. de nutrim. a. 4

Obiectio. Siquis verò obiiciat productionem viuentis, quæ fit interuentu seminis, omnium, consensu esse operationem vitalem, proindéque debere à potentia vitali proficisci, atque adeò potentiam generatiuam, quæ est in semine, à qua generatio viuentis immediatè oritur,oportere propriè vitalem esse. *Refutatio.* Respondendum ad rationem vitalis operationis sat esse proficisci à principio vitæ coniuncto ad eum modum, quem suprà exposuimus;licet proximè non oriatur à potentia, quæ sit propriè vitalis, quæ tamen propriè vitali cognata sit,eiúsque vicem subeat.

Quæri

Quæri etiam solet num virtus, quæ membra fœtus generat, & delineat, in fœtu permaneat. Ratio dubitandi est, quia si maneret, nulla esset causa,cur membra solida præcisa non possent regenerari, & in priorem formā restitui. Quod tamen negat Hippocrates multis in locis,præsertim 6.Aphorismorum cap.19. aliique auctores,& philosophiæ magistra experientia.Si enim os confringatur, non solet nouæ partis generatione coire, & coalescere; sed callo vniuntur partes dissociatæ.Ad hanc dubitationem sunt qui respondeant prædictam virtutem,vbi semel formationis munere perfuncta est, non manere in prole. Alij dicunt manere in membris, vt eorum necessitati possit occurrere.

Dubium.

Quorūdam responsio.

Asserendum tamen in primis est post completam fœtus generationem dari in eo potentiam,quæ membra generatione partiali generet,effingátque & esse eam eiusdem speciei cum illa, qui in generante est, non tamen cum,ea quæ fuit in semine: (hæc enim, sicuti diximus, non est potentia vitalis, nec à forma rei viuentis tanquam eius proprietas oritur, vt illæ).Est autem prædicta facultas, quæ vidélicet generanti, & genito inhæret, vt in libris de anima ostendimus,eadem re cum nutriente: quia vna eadémque virtus sufficit ad præstandam generationem totalem, cùm fœtus denuò gignitur, & ad continuandam partialem ministerio nutritionis,atque ad partes, quæ de nouo accedunt, apta compositione, sitúque agglutinandas; cùm eiusdem sit facere, & reficere.

Solutio dubij.

Cur autem solida non regenerentur, nonnulli causam esse volunt,quia membra illa ex seminis materia coalescunt,atque ita si perierint,ob materiæ defectum redintegrari nequeunt. Sed hi non satisfaciunt:nam si,vt Arist.lib.8.de hist.anim.cap.1.& lib.4. de generatione anim.cap.8.post Hippocratem docuit, ex eisdem sumus, ex quibus nutrimur,membráque omnia ex similibus aluntur, & generantur, cur si virtus nutriens potest ex sanguine in medullam verso ossa nutrire, non possit quóque ex eadem materia, præcisa ossa reparare? Adde quod in adultis membra solida interdum regenerantur, & infantibus non rarò. Vera igitur, & germana causa est, quam tradidit Galenus lib.de semine cap. 17. quia virtus illa non tam vehemens est in prole genita ad eius membra, præsertim solida, quæ plus operæ exigunt, reficienda,quàm extitit in semine ad illa de integro coagmentanda,ideóque nihil mirum si quæ ante generare valuit,postea regenerare non possit.

Cur solida non regenerentur.

Aristoteles. Hippocrates.

Galenus.

QVAESTIO XXVII.

An vterque parens per vim seminariam actiuè concurrat ad generationem.

ARTICVLVS I.

Quæstionis in vtrámque partem disputatio.

CON

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONTROVERSIAM hanc pertractant non solũ medicæ artis professores tum alibi, tum apud Hippocratem in libello de genitura, & Galenum præsertim lib. 6. de locis affectis, & in lib. de semine; sed etiam Physiologi variis in locis, & Theologi cùm de admirabili diuini Verbi in vtero Virginis conceptione differunt.. *In 3. dist. 3.*

Quæstionis difficultas in quo præcipuè.

Aduertendum primò totam ambiguitatem versari circa concursum fœminæ. Nam quod vir actiuè concurrat; inter omnes constat. Nec est etiam dubium, quin fœmina ad nonnulla officia generationem antecedentia per vim actiuam influat; qualia sunt decoctio, & confectio sanguinis, è quo fœtus, saltem partiatim, componi debet, item euocatio eiusdem sanguinis ad locum generationi destinatum, & concalefactio, conseruatioq; illius, atque alia eiusmodi. Tota ergo quæst. est, vtrùm fœmina actiuè cõcurrat ad ipsam introductionem formæ: & quia eiusdẽ est materiã vltimò disponere, & formã introducere, atq; vna ex vltimis, & præcipuis dispositionibus est mẽbrorum conformatio, quã exsequitur vis formatrix in semine residens: qui negant fœminã actiuè concurrere ad introductionẽ formæ, negant quoque disponi ab illa vltimò materiam, aut delineari per vim semini inhærentem: & qui hoc concedunt, illud etiam admittunt. *D. Th. in 3. d. 3. q. 2. art. 1. Rich. q. 1. circa 2. prin. Soncin. 8. Metaph. q. 16.*

Assertores partis negatiuæ.

Igitur in hac disceptatione negatiuam partem quæstionis amplexi sunt Auerroes 2. Collect. cap. 10. Auicenna lib. 9. de anima cap. 3. D. Thomas 3. part. quæst. 32. art. 4. Caietanus ibidem, & in 2. 2. quæst. 154. art. 12. Durandus in 3. dist. 3. quæst. 1. Capreolus dist. 4. quæst. vnic. art. 3. Paludanus quæst. 2. Marsilius quæst. 5. art. 2. Alensis 5. Metaph. text. 29. si eius est illud opus, Soncinas 8. met. q. 16. Heruæus in tractatu de vnitate formarum quæst. 18. Magnus Albertus lib. 15. de animalibus cap. 11. tractatu 2. & lib. 16. tract. 1. cap. 14. aliique nonnulli, secuti Aristotelem lib. 1. de gener. anim. cap. 19. & 20. sæpeque alibi. Præcipuum Aristotelis fundamentum est, quòd pro certo habeat fœminas non conferre verum semen, in quo, vti diximus, inest facultas ad procreandum, sed materiam duntaxat. Omissis autem hoc loco cæteris argumentis, quibus ipse fundamentum hoc stabilire conatur; illud è potioribus vnum est, quòd oporteat officium agendi, & patiendi, quod ad generandam sobolem exhibetur, subiecto distingui. Quare cùm masculi sit agere, vt omnes fatentur, fœminæ erit tantum pati. Nec obstat, quod vtrumque in fruticibus, & arboribus indiscreto sexu inueniatur. Id enim ob earum imperfectionem accidit; in animalibus autem, quæ dignitate longè præstant, alia ratio est. Secundò idem ex eo ostenditur, quia cùm fœmina generationi materiam subministret, si eadem agendi haberet facultatem, posset viique per se citra viri opem concipere. Quod negat experientia, non solùm in homine, sed etiam in piscium genere, teste non solùm Arist. 1. de gener. anim. cap. vlt. sed etiam Plinio lib. 9. cap. 50. & Rondeletio lib. 4. cap. 1. quandoquidem fœminæ oua, quæ masculum semen non attingit, irrita manent, *Item idem Auer. 5. Metaph. c. 1. C. lib. 8. Eth. 12. S. Tho. in 3. d. 4. 2. Art. 1.*

Occurritur obiectioni.

nent; atque infœcunda; videlicet quia masculum duntaxat actiuam facultatem ad generandum possidet. Hoc tamen, quod de piscibus dicitur, non ita accipiendum est, quasi in vniuersum ita se habeat, sed vt plurimum, & ordinarie. Nam in iis, quos rubeliones vocant, mas nullus adhuc visus est, sed fœminæ omnes fœtu plenæ inueniuntur, similitérque hiatulæ. Quare vtrum in iis mas detur ambiguum esse ait Aristoteles lib. 6. de hist. anim. cap. 13. Rondeletius quóque loco citato affirmat Erythrinos, & Chamnos, qui ex ouis gignunt, omnes esse fœminas. Sed nihil mirum accidere hoc in quibusdam animantibus minus perfectis, quod in fruticibus, & arboribus ordinarium est. Nam quod D. Ambrosius lib. 5. Exameron cap. 20. D. Basilius homil. 8. & orat. 19. de prouidentia, Origenes contra Celsum lib. 1. Suetonius lib. 2. c. 95. Blondus Flauius lib. 1. aliique referunt, nempe vultures absque mare concipere, iure optimo Ægyptiorum fabulam appellat Plutarchus. Nec verò id patres vt certum, sed vt vulgatum apud auctores, memorant.

Lege Isidorũ lib. 12. cap. 7. Pierium lib. 27.

Defensores affirmatiuæ partis.

Oppositam sententiam, nimirũ quod fœminæ concurrunt actiuè ad generationem, tuentur Medici duce Hippocrate in libello de genitura, & Galeno lib. 6. de locis affectis cap. 5. aliisque in locis; neque Medici tantùm, sed & Theologorum complures, vt Scotus in 3. dist. 4. quæst. vnica D. Bonauentura quæst. 1. num. 31. Maior quæst. 3. art. 4. Ochamus quæst. 3. Lichetus, Gabriel. 91. Bassol. Mairones, quibus adstipulatur quóque Auicenna Can. 3. part. 20. etsi 9. de animalibus Galeno repugnarit. Idemque censuisse Democritum, Pythagoram, & Hipponem refert Mirandula lib. 1. de examine vanitatis cap. 16.

Eorum fundamentum.

Nititur autem hæc sententia contrario fundamento, nempe etiam fœminas verum semen edere; etsi minus perfectum, minúsque efficax. Hoc verò citati auctores, præsertim Medici, multis manifestis indiciis ab anatomica experientia ductis conuincunt, quæ in hunc locum afferre noluimus. Ea tamen scriptis mandarunt Galenus lib. 2. de semine cap. 4. & è iunioribus, qui eandem opinionem defendunt, Fernelius cap. 6. lib. 7. suæ Physiologiæ, Leuinus cap. 6. libri primi de occultis naturæ miraculis, Thomas à Vega in 6. librum Galeni de locis affectis, Vesalius lib 5. de fabrica corporis humani c. 15. Vallesius lib. 1. controu. medic. & Phil. cap. 7. Valleriola 1. lib. locorum communium cap. 17.

Prima ratio.

Vt igitur argumenta à dissectionibus, & quarundam affectionum experimento desumpta omittamus; quod etiam fœmina ad generationem actiuè concurrat, hunc in modum ostenditur. Formas eiusdem speciei consequi solent potentiæ eiusdem rationis; sed mas, & fœmina habent formas conuenientes in eadem specie, vt satis constat, docétque Aristoteles libro 10. Metaphys. c. 12. text. 25. & lib. 2. de generat. anim. cap. 2. item mas habet potentiam generandi, quæ ad producendam sobolem actiuè concurrit: ergo eandem obtinebit etiam fœmina, & eundem concursum præstabit, licet minùs perfectè.

Secunda.

Secundò, proles non solùm patrem, sed matrem similitudine refert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ea verò similitudo oritur à virtute formatrice: ergo non tantùm pater, sed mater quoque eam virtutem obtinet, eamque semini indit.

Tertia. Tertiò, fœmina insito calore agit in materiam, in quam introducenda est forma fœtus, eiusmodi autem calor est vna è dispositionibus, quæ formæ introductionem efficienter attingunt; igitur fœmina per calorem à se productum attingit actiuè introductionem formæ; atque adeò productionem fœtus. Quod quid aliud est, quàm actiuè concurrere ad generationem? Corroboratúrque argumentum. Nam si sol dicitur vnà cùm homine hominem generare, atque adeò ad generationem actiuè concurrere, idque non ob aliam rationem, nisi quia materiam fœtus cælesti calore imbuit, promouétque ad recipiendam formam: non est cur mater, quæ in vtero eandem materiam calore animali, id est suo afficit, eóque illi fomentum diu præbet, non censeatur ad eandem generationem actiuè concurrere.

ARTICVLVS II.

Quæstionis conclusio. Explanatio argumentorum vtriusque partis.

QVI alicuius philosophi, quantumuis excellenti ingenio, & doctrina præditus sit, ita sententiis inhæret, vt ab eis nec latum discedat vnguem, is occasionem præbet existimandi ipsum non tam veritatem doctrinæ, quàm præiudicatã doctoris auctoritatem sequi. Quod à vero Philosopho, id est, veræ sapientiæ studioso, cui veritas amicior esse debet, quàm Plato, vel maximè alienum est. Eam ob causam fas erit nobis tum in hac controuersia, tum in aliquot earum, quas infrà subiiciemus, interdum Aristotelem relinquere, vbi id persuaserit experientia, maximè artis anatomicæ, quæ post Aristotelis tempora plus viguit, magisque in vsu fuit. Quia igitur argumenta, quæ à membrorum dissectionibus medici afferunt, planè comprobant gigni verum perfectumque semen à fœminis, etsi minus perfectum, quàm à viris: quia item verum semen, actiuum est, vt fatetur Aristoteles lib. 1. de partibus anim cap. 1. non videtur negandum; matrum semen actiuè concurrere ad generationem; ita vt ex vtróque semine, tanquam ex duabus causis instrumentariis, partialibus, altera magis, altera minùs perfecta; quarum tamen vtráque alterius consortium, & operam ad generationem prolis necessariò requirat, fiat vna causa totalis instrumentaria. Nec placet nobis sententia Caietani in secunda secundæ ad quæst. 154. art. 12. qui post longam disputationem conuictus argumentis partim ab anatome, partim etiam à morali consideratione petitis, concedit contra Aristotelem necessariò edi à matribus verum semen, sed negat habere id vim actiuam propterea quod fœtus componatur, tanquam ex subiecto, ex materno semine, fieríque non possit, vt agens, & patiens siue subiectum, idem sint. Quæ ratio si vim haberet,

Philosopho charior veritas, quã Plato.

Improbatur Caietani sententia.

haberet, probaret etiam non cõstitui fœtum ex paterno semine, cuius contrarium medici planè ostendunt, vt patebit proximaquæstione, vbi hæc ratio à nobis diluetur.

Euertitur Aristotelicæ opinionis fundamentum.

Igitur ad fundamentũ Aristotelicæ opinionis dicendũ est id, quod circa generationem agit, & id, quod patitur, distingui inter se. Nam quod primò patitur est materia, è qua semen conficitur, videlicet superfluum alimenti, in quod vtérque parens agit decoquendo ipsum, eíque seminalem virtutem imprimendo: quanuis postea ipsum quoque semen agat per virtutẽ sibi à genitoribus inditã. Patitur quóque subinde materia, ex qua formatur fœtus, in quam similiter agit vterque parens eam delineãdo, cæteríque idoneis qualitatibus imbuendo. Item in ipso semine, vt sequenti quæstione exponemus, quædam partes agunt, aliæ patiuntur. Postremò id, quod patitur, est proles, quæ cùm gignitur pati dicitur, quia generari est pati: agit verò vterque parens, quia generare, agere est. Quo liquet officium agendi, & patiendi distingui subiecto, nec probari ab Aristotele sequi ex opposita sententia idem eodem modo sumptum simul agere, & pati. Quo pacto intelligendum est philosophicum illud theorema, Non potest idem simul esse agens, & patiens.

Cur sola mater non gignat.

Ad secundum, & tertiũ argumentũ respondemus, licet mater concurrat actiuè, non posse tamẽ per se solã generare; quia eius virtus imperfecta est, vti diximus. Quod siquis vrgeat cùm duæ causæ eiusdem speciei ad eundem effectum concurrunt, nihil repugnare quominùs virtus eius, quæ imperfecta est, adeò crescat, vt eundem effectũ per se solam queat producere, vt si duo saxũ vehant impulsu decẽ graduum, quem ambo partialiter integrant, nullam esse repugnãtiam, quominus impulsus vnius vsque ad decimum gradum intẽdatur, sic vt absque ope alterius lapidem possit impellere. Quare similiter vim actiuam matris, si eam habeat, perfici posse, vt per se solam procreet. Occurrendum, non posse dari eiusmodi virtutis incrementum in causis partialibus instrumentariis, quarũ vna necessariò, & ex naturæ lege quoad suũ concursum ab alterius cõsortio, & virtute dependet: quomodo se habent vis actiua vtriúsque parentis, vt suprà monuimus.

Solutio argument. pro parte negatiua.

Quia tamen Aristotelis sententia suam habet probabilitatẽ, eamque magni nominis philosophi, Theologique defendunt, quo pacto ij contrariæ partis argumenta diluere nitantur, exponemus. Ad primum respondet S. Thomas 3. p. quæst. 32. art. 4. & Capreolus in 3. dist. 4. quæst. vnica art. 2. formas eiusdem speciei consequi potentias eiusdem rationis, hoc est, eiusdem naturæ specificæ, non semper tamen eiusdem perfectionis. Itaque etiam fœminæ conuenire facultatem generandi; sed quæ imperfecta sit in genere potentiæ actiuæ (sicuti fœmina est quid imperfectum in specie humana) & quæ non concurrat efficienter ad ipsam formæ introductionem, licet ad eam remotè præparet. Namque vt in artibus ars inferior disponit materiam, superior verò formam inducit, vti Philosophus 2. Physic. capit. 2. text. 24. ait, ita virtus fœminæ præparat materiam,

Ferrariensis lib. 3. contr. cap. 11.

Ars inferior materiã præparat, superior formam inducit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt loco citato D. Thomas ait, quod intellige non de integra, sed de partiali præparatione; vt in progressu ostendemus: virtus autem maris format materiam præparatam. Itaque actus, ad quos per vim actiuam mater influit, sunt illi, quos initio quæstionis retulimus, nempe concoctio sanguinis, eius euocatio ad locum generationis &c. non autem organizatio, quæ est proxima, præcipuáque dispositio ad formam.

De similitudine inter matrem, & sobolem.

Ad secundum respondent similitudinem inter matrem, & prolem remotè nasci ex illa vi actiua, quam dicimus matri erga materiã conuenire, qua nimirum per antecedentes dispositiones sic afficit materiam, vt talia sortiatur lineamenta, à virtute formatiua patris, cum hęc ad sobolem ipsi patri magis assimilandã non prævalet, vti frequenter accidit. Itáque fatendum est similitudinem prouenire immediatè à virtute formatrice, non tamen fœminæ, cùm hæc illi non competat, sed viri, quæ tamẽ à dispositionibus materiæ variè inflectitur, & modificatur ad hanc potiùs, quàm illam effigiem exprimendam. Sed hæc ex occursu dicta. Nam de causa adæquata prædictæ similitudinis inferiùs agemus.

Ad tertium dicendum, licet fœmina per suum calorem agat in materiam, ex qua fœtus componitur; non tamen concurrere ad membrorum delineationẽ, nisi remotè, vti nunc exposuimus. Itaque eo argumento solùm ostenditur concurrere fœminam aliquo modò actiuè ad generationem; sicuti & Sol, vt causa vniuersalis, ad eandem actiuè concurrit: non tamen probat exhiberi à fœmina eam actiuitatem, de qua controuersia est.

Postremò ad experimenta, quibus Medici nituntur, dicendum iis tantùm conuinci edi à fœminis quidpiam semini admodum affine, non tamen verum semen, quod duntaxat prolificum est.

Aduerte circa opinionem hanc, eius defensores existimare relationem, qua pater refertur ad filiũ, & eam, qua mater eundem respicit, distingui specie inter se, vt expressè asserit D. Thomas 3. p. quæst. 35. art. 5. ad 3. Eorum ratio est, quia cùm mater non concurrat actiuè, nequit eius, & patris relatio idem habere fundamentum proximum, proindeque oportet inter illas speciei discrimen dari. Sed non videtur iis auctoribus, si probabiliter loqui velint, hac via necessariò incedendum. In primis enim cùm mater contineatur in diuisione illa

Quod fundamentum proximum habeat relatio maternitatis.

relatorum, quam tradidit Aristoteles lib. 5. Metaphys. cap. 15. & non in alio membro, quàm in eo, ad quod pertinent relata, quæ fundantur in actione, vel passione, vt consideranti planum erit: negari non potest relationem maternitatis fundari in aliqua actione: nec enim refert. Et verò non est cur non dicant fundari in actione ipsa generandi, ad quam, etsi mater non concurrat proximè, organizando materiam per vim formatricem semini insitam; concurrit tamen remotè; ita vt ad eam suo modo talis actio pertineat. Quare etiam relatio maternitatis in ea fundabitur, eritq; eiusdẽ speciei cum relatione paternitatis,

paternitatis, accidentario tantùm discrimine ab ea differẽs. Quod si prædicti auctores omnem actiuitatem matri denegent ad actionem generandi: admodum improbabilis manet eorum sententia.

QVÆSTIO XXVIII.

Ex qua materia coagmentetur fœtus.

ARTICVLVS I.

Proponitur duplex sententia, vna Aristotelis: altera Medicorum: quæ verior, communiórque habetur.

Lege D. August. lib. 83. q. 56. D. Th. 3. p. q. 31. ar. 1. Caiet. 2. 2. q. 114. art. 12.

ARISTOTELES lib. 1. de gener. anim. c. 20. & lib. 2. eiusdem operis cap. 5. docet materiam, ex qua fœtus componitur, esse fœmineum sanguinem; masculum verò semen quasi artificem sanguini occurrere, eíque vim, & energiam conferre, ac demum ex eo singula membra efformare; quod munus vbi præstiterit, censet euanescere illud in spiritum, flatúmve, aut aliò dilabi, nec aliquid ex eo magis in rei genitæ substantiam abire, quàm ex fabro quicquam secedit ad statuæ materiam.

Opinio Aristotelis.

Hippoc. lib. de nat. hum.

Huic sententiæ acerrimè contradicit Medicorum schola firmissimis argumentis ab experimento ductis, quæ apud eos legi possunt; quibus etiam ostendunt non resolui paternum semen eo modo, quem Aristoteles tradidit. Itáque ex Medicorum, & aliorum complurium doctrina, quæ verior, communiórque habetur, vtriúsque parentis semen vnà cum sanguine fœmineo in materiã fœtus transitura tamen, vt ex semine fiant solidæ corporis partes, vti ossa; ex sanguine autem carnosæ partes. Sicut enim post formationem, & animationem fœtus, eius ossa magna ex parte nutriuntur sanguine conuerso in medullam, quæ sanguine densior, & spissior existit; ita consentaneum videtur, vt ex compactiori, & densiori parte materiæ, coalescant ossa, ex tenuiori verò partes carneæ.

Refellitur à medicis.

Lege Arist. lib. 3. de hist. ani. cap. 20.

Aduerte autem fœmineum sanguinem, ex quo fœtus partiatim componitur, non esse impurum, & incoctum; sed optimæ notæ, qualem conuenit suppeditari à natura nouæ proli generandæ. Licet hic idem sanguis, cùm non impenditur ad procreationem, sed statis, definitísque temporibus expellitur, deterior fiat, & ad corruptionem tendat; in quo statu cùm est, menstruus appellari consuevit. Aduerte etiam cùm dicimus fœmineum sanguinem, & vtriúsque parentis semen in materiam fœtus venire, non esse id intelligendum in ortu animantium, quæ sponte absque maris, & fœminæ congressu nascuntur, cuiusmodi sunt anguillæ in genere aquatilium, & in genere terrestrium lumbrici, aliáque plurima. Non enim hæc materno sanguine constare possunt, cùm matre careant; nec semine, cùm ex

Ex quo sanguine fœtus materia coalescat.

Arist. lib. 2. de gener. ani. cap. 4. Abulen. in cap. 11. Leui. quæst. 14. & Matt. cap. 1. q. 51.

Universidad de Deusto
Biblioteca

putredine oriantur. Est ergo illis pro materia potissimùm concretio terrea, & aquea pro facultate autem formatrice, quam parentes semini imprimunt, virtus elementaris, & cælestis, maximè à sole, & luna tum luminis, tum aliarum latentium qualitatum influxu deriuata. Similiter nec omnia animalia, quæ à mare, & fœmina procreantur, sanguinem in sua prima formatione pro materia habent; siquidem ea tantùm ex sanguine formantur, quæ posteà sanguine aluntur; liquet autem multa esse in omni genere exanguia, de quibus Arist. lib. 4. de hist. animalium cap. 1. Tribuit nihilominus iis natura aliquid sanguini proportione respondens, vt sepiæ atrum liquorem: quemadmodum & iis, quibus cor, aut hepar negauit, aliud quid, quod harum partium vices obiret, elargita est.

Materia animalia exanguium.

ARTICVLVS II.

Dubia quædam soluuntur.

Primum dub.

DVo sese in præsenti offerant, quæ explicationem desiderant. Alterum est, qui fieri possit, vt fœtus ex toto semine tanquam ex materia, licet partiali, constet; si semen per virtutem formatricem sibi inhærentem agit in totam materiam, & efficiens necessariò à materia, subiectoque distinguitur, nec potest idem secundù eandem partem in seipsum agere.

2. Dub. Alterum est cùm in productione humanæ sobolis, vt docet Aristoteles lib. 2. de gener. animal. cap. 3. fœtus primùm obtineat vitam plantæ, deinde animalis, tandem hominis, quonam pacto semen in materiam illius plantæ transire queat. Si enim ita fit, oportet ortu plantæ semen ipsum corrumpi, atque adeò vim formatricem, quæ in eo insidet, pariter interire. Quo dato non iam supererit facultas, quæ alterius materiam delineet, accommodétque ad receptionem subsequentium formarum, quæ tamen vt specie differunt à prioribus, ita aliud membrorum opificium, aliáque organa requirunt.

Responsio ad 2. dub. Ad primum horum respondet Ferrariensis capit. 57. libri 2. contra gentes conuenienter iis, quæ tradit S. Thomas in eodem libro cap. 89. & de potentia quæst. 3. art. 9. & 11. in semine alias esse partes concretæ, craſſæque substantiæ, alias spirituosas, & tenues; in his tantùm esse vim formatricem, non in illis; has, non illas cedere in materiam fœtus; denique has solùm agere, illas pati. Quo fit, vt non idem adæquatè sit subiectum, & efficiens; nec idem secundum eandem partem, sed ratione diuersarum agat, & patiatur.

Interpretatio Fernely in sententia Arist. Iuxta hanc partium seminis differentiam censet Fernelius in libro de hominis procreatione cap. 13. interpretandum esse Aristotelem, dum ait non componi fœtum ex materia seminis; nimirum loqui illum de semine non quoad omnes eius partes, sed quoad eas, in quibus ineſt virtus formatiua. Quæ interpretatio ex eo potest suaderi, quia, Aristoteles lib. 2. de generat. anim. capit. 4. affirmat ossa in prima

prima constitutione gigni è residuo seminis, & paulo post, neruos eodem pacto, quo ossa, & ex eodem seminis recremento constitui. Itáque non omnino excludit Aristoteles semen à compositione fœtus nisi cum de illo loquitur præcisè secundum illam considerationem, quam diximus.

Responsio ad 2. dub. Ad secundum respondetur ex D. Thoma quæst. 3. de potentia art. 9. in solutione 16. argumenti & 1. part. quæst. 118. art. 1. & lib. 2. contra gent. cap. 89. & Ferrariense in commentariis eiusdem capitis, partes seminis subtiliores, in quibus est virtus formatiua, vt diximus, post introductionem formæ vegetantis adhuc superstites manere, in iisque seruari eiusmodi virtutem, quæ progrediente tempore materiam paulatim effingit, distinguitque organis ad formas, quæ post inducuntur, accommodatis. Aduertit autem S. Thomas loco citato contra gentes membrorum delineationem non esse à virtute formatrice, vt à principe causa, sed vt ab instrumento animæ generantis; item eam virtutem, vbi suo munere perfuncta est, euanescente spiritu desinere. Quod non repugnat iis, quæ tradiderat quæst. 3. de potentia art. 9. in solutione 16. argumenti, vbi docuit virtutem, quæ est in semine, remanere etiam post aduentũ animæ rationalis; in priori enim loco intellexit non manere eandem numero; in posteriori manere aliam, quæ in eius locum succedat. Non placet autem quod Caietanus annotauit ad articulum primum quæst. 118. primæ partis, nempe virtutem illam, quæ succedit, esse eiusdem speciei cum ea, quæ in semine fuit. Nam quod alterius speciei sit, ex eo conuincitur, quia virtutes generantis, & geniti sunt vitales, & ab essentia viuentium, vt eorum proprietates fluunt, quod virtuti in semen deriuatæ, eique inhærenti non comperit, vt superiùs diximus.

D. Thomas.

Refellitur opinio Caietani.

Monet quóque S. Thomas non esse mirandum, quod hominis corpus & tam longa præparatione, & ante ortum animæ rationalis delineetur; primùm quia quò forma est excellentior, eò maiorem organorum apparatum, qui non nisi sensim perficitur, requirit. Deinde quia minimè inconueniens est, vt corpus, seu materia, quæ est in potentia ad formam, eiusque gratia disponitur, tempore formam antecedat; licet nequeat prius tẽpore existere, si sumatur vt est actu formæ perfectæ: sic enim est simul cum forma. Quare nec antequam informetur anima, dicitur corpus humanum actu, sed potestate solùm; quia corpus humanum actu, appellatur id, quod iam re ipsa per animam rationalem perfectum est.

Quò forma excellentior, eò pluribus eget organis.

Obiectio. Obiiciet tamen aliquis. Id, quod configuratur alicui, constituitur actione eius, cui configuratur, vt cera, cui sigillum imprimitur, accipit effigiem ex impressione sigilli. Liquet verò corpus humanum, & cuiuslibet alterius animalis, esse propriæ animæ configuratum: talis est enim organorum descriptio, qualis ad animæ functiones administrandas conuenit: vnde Aristoteles lib. 2. de anima cap. 4. text. 36. ait animam esse corporis sui causam: ergo anima humana efficit proprium corpus, nec id ante eius creationem existit.

Dilutio.

Huic

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huic obiectioni occurrendum est animæ configurari corpus, eique accommodari; non tamen ab anima geniti, sed ab anima generantis per vim semini demandatam, vt in superioribus declaratum fuit.

QVAESTIO XXIX.

An cor ante alia membra efformetur.

ARTICVLVS I.

Refutantur, qui omnia membra æquè primò confingi credidere.

Prima opinio.

IN hac dubitatione occurrit in primis eorum sententia, qui (referente Galeno in lib. cui titulus est, an omnes particulæ animalis, quod in vtero est, simul fiant) nullum corporis membrum cæteris priùs gigni arbitrati sunt eo potissimùm argumento, quòd, vt aduertit Hippocrates ad initium libri de alimento, membra omnia indissolubili nexu inter se cohæreant, & ad mutuã opem consentiant, ac veluti gubernatione quadam politica in cõmune totius corporis bonũ conspirent. Quòd si his opponas aborsu, & dissectione parturientium exploratum esse quædam membra priùs consistere, videlicet hepar, cor, cerebrum. Respondent priùs quidem horum delineationem conspiciendam exhiberi, non tamen re vera priorem esse. Alioqui, cùm hepar cordi, & cerebro alimentum; cor cerebro, & hepati vitam; cerebrum, hepati & cordi sensum impertiat; si horum aliquod priùs extaret; id interim otiosum esset contra naturæ decretum, quæ nihil magis, quàm inertiam, odit.

Varias de hac re opiniones refert. Ar. lib. 5. Metaph. cap. 5.

Vt membra ſtent mutuis auxilijs.

Confutatio ſuperioris ſẽtentia.

Hæc opinio parum verisimilis est. Primùm, quia à communi Philosophorum sensu abhorret, vt constat ex iis, quæ scribit Plutarchus lib. 5. de placitis cap. 17. Deinde quia, vt docet Arist. lib. 2. de generat. anim. cap. 1. cùm per initia conformationis fœtus, quorundam membrorum effigies perspicuè visatur, aliorum non; futile est contra oculorum fidem asserere orta iam esse omnia; sed latere. Item quia in stirpium procreatione non omnes partes simul expressam figuram accipiunt; sed ex concepto visceribus terræ semine, vbi id computruerit, iaciuntur primum huc illuc fibræ, & radices; deinde assurgit truncus, explicantur, rami, frondes, folia, ac tandem fructus. Quare cùm stirpes, & animantes altricem animam communem habeant; verisimile est talem progressum in animantium descriptione seruari.

Progreſſus in procreatione ſtirpium.

Deinde, quia sicut naturæ consuetũ est totum animantis corpus sensim prouehere, & elegantiori in dies artificio expolire, donec ipsum ad perfectam absolutionem deducat; ita consentaneum videtur, vt quædam membra citiùs, alia tardiùs conformentur; vti etiam facere

facere videmus artem naturæ æmulam, quæ in ædibus primò fundamentum, in naui carinam effingit, in pictura priùs lineas rudes, & vmbratiles ducit, & dum statuam ex ære conficit, non omnes simul partes elaborat, sed membratim eam coaptat à capite, verbi gratia, ducto exordio.

Ars natura æmula.

Nec propterea natura inertiæ incusari poterit, quòd aliquod mẽbrum existat, antequam aliis, vt pote nondum genitis, quorum tamen causa gignitur, vtilitatem afferat. Quin potiùs prouidentiæ nomine commendanda erit, quòd ne præsenti necessitati desit, futuram anteuertit. Nec necesse est, vt omnia membra statim à principio politicam gubernationem repræsentent; sed postquam omnia iam producta in vnum corpus coaluerint. Ita scilicet, vt inter conformationis exordia, prout vnumquodque primò genitum fuerit, ita alteri prosit; posteà verò, vbi omnia simul apta, & connexa erunt; omnibus singula, singulis omnia officij vicem præstent, vti ciues in Republica, & in concentu fides.

Politia mẽbrorum.

ARTICVLVS II.

Sententia Hippocratis, & Aristotelis, quorum ille hepar, hic cor primò effingi putat.

DECREVIMVS articulo superiori non omnia animalium membra simul oriri; sed alia aliis priùs. Nunc cuinam huiusmodi primatum deferre oporteat, videamus. Est igitur hac de re, vt pote, quæ in obscuro causam habeat, magna dissensio, vt præter alios Aristoteles lib. 5. Metaph. c. 1. Lactantius in lib. de opif. Dei c. 12. & Plutarchus lib. 5. de placitis Philosophorum c. 15. referunt. Empedocles teste Galeno in lib. de histor. philos. c. 122. existimauit spinam primò quasi carinam in naui construi. Democritus, referente Plutarcho in libro de amore parentum erga liberos, credidit vmbilicum primò formari modo anchoræ: ne iactetur fœtus in vtero; Alchmeon primò caput; alij magnum pedis digitum.

Pro hac ſententia lege Fer. lib. 7 ſuæ Phyſiol. c. 10. Donatum c. 2. de vtero gerentibus.

Sed iam tota ferè controuersia ad duo membra, cor videlicet, & hepar deuoluta est. Plerique medicorum secuti Hippocratem in lib. de natura pueri, & Galenum lib. de fœtuum formatione cap. 3. primam delineationem hepati ascribunt, docentéque primis statim diebus conflari in vtero tres quasi bullulas; tum à septimo die vim formantem semini insitam rudimentum quoddam viscerum exhibere. Deinde ex crassiori materia primò iecur conflari; ex paulò tenuiori cor; denique ex humore, qui altiorem locum obtinet, cerebrum coalescere. Addunt quóque medici huius sententiæ auctores licet ex tres principes partes cor, iecur, cerebrum, priusquàm vmbilicus, aut cæterorum quicquam procreationis initium capiat; omnium tamen primum vmbilicum integrè consistere, & absolui.

Sentẽtia Hippocratis, & aliorum medicorum.

Quod igitur ante alia membra iecur efformetur, probant tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliis experimentis; tum eo, quod ſcriptum reliquit Hippocrateslib. de natura pueri, vbi teſtatur ſe in genitura ſex dierũ vidiſſe rubrum, ac rotundum quiddam venularũ lineamentis interlitum, quod procul dubio hepar erat; cùm interim nulla appareret cordis delineatio. Deinde idem rationibus ſtabiliunt hunc in modum. Fœtus quandiu eſt, etiam antequam in lucem prodeat, nutritur, idque primò, cùm priùs viuat vita ſtirpis, cuius eſt tantùm nutriri, deinde vita animalis: atqui fœtus non nutritur ſine hepate: ergo nec ſine hepate cohæret. Probatur aſſumptio. Namque, vt in progreſſu demonſtrabitur, hepar eſt officina ſanguinis, & commune promptuariũ, à quo alimentum poſt ſecundam concoctionem per venas, quæ ab ipſo oriuntur, in totum corpus diſpenſatur, vt tandem per nutritionem in ſubſtantiam rei alitæ commutetur. Adde cùm natura, quæ paulatim proficit, à facilioribus ordiatur, & generatio hepatis multo facilior, ac promptior ſit; quandoquidem, vt eius color teſtatur, gignitur ex ſanguine abſque magna cõmutatione, videri naturam ab hepate membrorum formationem auſpicari.

Experimentum ab Hippocrate ſumptum.

Prima ratio pro ſententia Hippocr.

Secunda ratio.

Opinio Ariſtotelis.

Nihilominùs Ariſtoteles in lib. de iuuentute, & ſenectute cap. 1. cor ante alia membra efformari cenſet, idque tum experimento, tum rationibus demonſtrare contendit. Cor, inquit, animantiũ ſanguine præditorum primò gignitur; quod etiam per ea conſtat, quæ fuimus ſpeculati in iis, quæ dum adhuc fierent, nobis vidiſſe contigit: quare & iis, quæ ſanguine carent, id primùm fieri neceſſe eſt, quod vice cordis ſubrogatur. Idem etiam docuit lib. 3. de part. anim. cap. 4. & lib. 2. de generat. anim. c. 1. & 4. Cum Ariſtotele ſentit Auicenna Fen. 21. tert. Can. tract. 1. cap. 2. D. Baſilius homil in Pſal. 1. D. Thomas in ſecunda ſecundæ quæſt. 122. a. 2. & de potentia quæſt. 3. art. 18. Magnus Albertus. lib. 13. de animalibus. cap. 4. Aphrodiſæus in ſuo primo libro de anima. Dinus relatus à filio lib. 1. ſummæ tract. 4. quæſt. 39. Gueuara lib. 3. defenſ. Galen. cap. 4. Garbius lib. 1. tract. 4. quæſt. 49. Plinius de hiſt. nat. lib. 11. cap. 37. & alij. Quæ opinio hunc in modum ſuadetur, Nullum corporis membrum ſine calore nativo ſuſtentatur, adeò vt eadem ſit & caloris, & animalis extinctio: ſed nativus calor dimanat à corde, vt à fonte, indeque in totum corpus influit; ergo cæteris membris efformandis, tuendiſque neceſſarium eſt cor; ex quo ſequitur id primò effici.

Sectatores Ariſtotelis.

Prima ratio pro Ariſtotele.

2. Deinde id primò conſtat, quòd poſtremò deficit, ſicut & in artefactis videmus: ſed cor vltimò deficit; quandoquidem omni tum hepatis, tum ſenſuum functione abolita, adhuc cor palpitare deprehenditur, at vbi primùm cordis motus ceſſat, emoritur animal, vt & medici ipſi fatentur, & experientia docet: ergo cor primò conſtat.

De neceſſitate cordis Ariſt. lib. 3. de part. an. c. 7. & lib. 3. de gener. an. cap. 2.

3. Poſtremò idem ſic confirmatur. Ad hepar ſpectat nutrimentitij ſanguinis confectio, ad cor arterialis ſanguinis, & ſpirituum generatio; ſed fœtus in primo illo vitæ exordio non requirit confectionem ſanguinis nutrimentitij factam ab hepate, cùm interim ei à matre alius ſanguis ad alimentum ſuggeratur; requirit tamen arterialem ſanguinem,

ſanguinem, & ſpiritus, quibus potiſſimùm vita continetur, quique non niſi à corde generantur; poteſt igitur fœtus ſine hepate vitam exordiri; non tamen ſine corde. Hæc tamen ratio, quatenus ſumit confectionem ſanguinis nutrimentalis eſſe ab hepate, repugnat doctrinæ Ariſtotelis exiſtimantis, vt progreſſu magis patebit, in corde confici tam arterialem, quàm nutrimentalem ſanguinem. Vnde & lib. 2. de generat. anim. cap. 1. probat cor primò generari; quia nutriendi, augendique principium eſt.

ARTICVLVS III.

Probabile eſſe cor; probabile item iecur primò gigni: vtriuſque partis argumenta probabilia tantùm eſſe.

NONNVLLI cùm ſuperiora argumenta perpendiſſent, in eam venere ſententiam, vt exiſtimarint neque hepar, neque cor priùs; ſed vtrumque ſimul delineationem capere; eo quòd neutrũ ſine altero cohærere, aut propria munua obire poſſit: quod fuerat olim Galeni iudicium primo libro de ſpermate cap. 7. idque præter rationem nequaquam videri ſcripſit Fernelius lib. 7. ſuæ Phyſiologiæ cap. 10. Quia tamen duæ aliæ ſententiæ, quarum argumenta ſuperiori articulo retulimus, communiores ſunt, & vtraque magnam habet probabilitatem, earum rationes diluemus, vt quam quiſque voluerit, tueri poſſit.

Opinio Galeni.

Ac primùm ad Hippocratis experientiam, dicimus Ariſtotelem quoque teſtari contrarium ſe fuiſſe expertum, cui eo maior hac in re fides haberi poteſt, quod petlatis ad ſe iuſſu Alexandri regis ex toto Aſiæ, Græciæque tractu animalibus, id multò frequentiùs, ac in pluribus animantium ſpeciebus explorare potuit. Ad primam verò rationem dicimus licet fœtus dum viuit, nutritionis munus obeat; non tamen neceſſarium eſſe, vt ſanguine, quem ipſe virtute hepatis confecerit, nutriatur; ſat enim eſt alieo, quem ad id per vmbilicum à matre accipit; dicitur autem fœtus primò ſtirpis, deinde animalis vitam viuere, non quod poſtquam formam animalis obtinet, ante omnem cordis functionem nutriatur; ſed quia priùs habet formam plantæ, cuius eſt tantùm nutriri, & augeſcere. Auicenna Fen. 21. tertij Canonis tractatu primo, c. 2. ait fœtum per primos dies, dum adhuc informis eſt, & delineari tantùm partes incipiunt, nullum ſubſtantiæ defluxum pati, qui aliunde compenſari debeat, proindeque non illi opus eſſe alimento, aut nutritione. Non tamen placet hæc ſententia, quia vt ſuo loco oſtendemus, omne viuens dum viuit, nutritur, & à primo vitæ exordio materiæ diſpendium ſubit.

Reſponſio ad experientiam Hippocratis.

Solutio primi arg. pro ſententia Hippocrat.

Ad alterum rationem reſpondemus naturam ordinariè progredi à facilioribus, ſed interdum illa, quæ magis operoſam confectionem requirunt, priùs moliri, cùm videlicet ea magis neceſſaria ſunt;

Solutio 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandoquidem ordo prouidentiæ postulat, vt necessitatis potiùs, quàm facilitatis ratio habeatur.

Responsio ad arg. pro opinione Aristotelis.

Ad ea,verò,quæ pro altera quæstionis parte adducta sunt,respondendum est in primis quod ad experientiam attinet, fuisse quóque in ea genitura hepatis delineationes,sed præ exiguitate non conspicuas.Ad primam rationem dicendum, fœtum, etiam sub forma animalis,duplicem habere statum ; vnum primo vitæ exordio imperfectum,& inchoatum; alterum decursu temporis perfectiorem. Et in priori quidem , quia tunc solùm nutritur , non egere respiratione, quæ ministerio pulmonum fiat,nec arteriali sanguine,aut spiritibus vitalibus, caloreuè influenti;sed calore insito duntaxat , quem à parentibus communicatum & singulis membris à primo ortu inesse constat.Nam quod eiusmodi calor absque alio , qui à corde influat, ad imperfectum illum vitæ gradum, & ad nutritionem pro tempore obeundam sufficiat,argumento sunt stirpes,quæ ope solius insiti caloris,hoc est, absque calore eis ab aliqua ipsarum parte communicato,opitulante tamen ætherio calore , qui etiam animantibus subuenit,viuunt,nutriuntúrque.Et verò licet principio màter sanguinem ad alimentum fœtus suppeditet ; adhuc nihilominus fœtus proprij iecoris officina indiget , tum vt maternum illum sanguinem sibi accommodet,tum vt inde ipsum per venas distribuat, quæ sine iecore constare non possunt , cùm ab illo ortum capiant. Nec propterea quòd vltimò cor deficit,necesse est,vt primò oriatur.Nam cùm vita initio imperfecta sit , vt animal vitam inchoet , tenuia exordia satis sunt ; vbi autem ad perfectiorem statum euasit; plura, vt continuetur,requiruntur.Quo fit,vt animal sine corde vitam auspiceturnon tamen sine cordis beneficio vitam seruet;atque adeò deficiente corde moriatur. Ait quóque Galenus 1.de placitis Hippocratis, & Platonis ex eo quod primum omnium particularum moueri cor incipiat,atque vltimum cesset , rectè colligi id motus initium esse ; non tamen omnis,sed eius,qui in pulsibus inest.

De calore insito, & influente.

Cor vltimò deficit , non tamen primò oritur.

Galenus.

Hæc legenda cum ea moderatione , quæ traditur.s.5.

QVAESTIO XXX.

Cur filij parentibus,aliis ve similes,aut dissimiles nascantur.

ARTICVLVS I.

Traduntur nonnullæ huius rei causæ.

Triplex similitudo.

TRIPLEX, vt alia omittamus , similitudinis genus est: vnum in specie ; alterum in sexu ; tertium in effigie. Primæ similitudinis causa,est natura ipsa agentis vniuoci,quod ita suam determinat actionem,vt singulare eiusdem naturæ specificæ producat. Secundæ causa est ea,quam ex Aristotele , & D. Thoma superiùs tradidimus , de qua etiam Galenus lib.2.

lib.2.de semine cap.4.& 5. Lactantius lib.de opificio Dei , c. 12.M. Albertus lib.16.de animalib.tract.1.c.14.& lib.18.tract.1.c.2.Alensis 2.p.q.89.memb.4.Marsilius in 2.sent.q.13.art.1. Ægidius dist.20. Maior eadem dist. quæst. 1. Quænam autem tertiæ similitudinis causa existimanda sit,quæstio est perobscura, quam,præter alios,ex professo tractat Aristoteles lib.4.de generatione anim.cap.3.

De tertia similitudine Auic. 9. de anim. Gal. lib. de ther. ad Pisonem cap. 14. Aphrod. sect.8. probl.20. Mirand.1.de Exam. van.c. 16. Alb. loc. cit.

Sciendum autem in primis est dissimilitudinem in vultu,& illam propè infinitam,ac mirabilem formarum , seu facierum varietatem, quam videmus, vnum esse ex iis,quæ diuini numinis prouidentiam demonstrant, vt D. Nemesius in lib.de animæ facultatibus cap. 42. ait:aliter enim neque familiarem ab inimico,neque vxorẽ ab aliena, neque filium à seruo internoscere quis posset ; ex quo magna vitæ incommoda, & ingens humanarum rerum perturbatio sequeretur.

De admirabili facierũ varietate,& dissimilitudine.

Deinde aduertendum quod ad similitudinem ipsam attinet, eam in duobus pótissimùm consistere, in colore,& membrorum figura, ac lineamentis.Communis autem causa, è qua proximè colores nascuntur,est temperamentum quatuor primarum qualitatũ ; ex quatum permistione colorum varietas existit.Qua de re Arist. in lib.de coloribus , si eius est illud opus. Communis item causa delineationis,& figuræ membrorum, est virtus formatrix à parentibus semini impressa,vt suprà docuimus. Princeps verò causa temperamenti efficiens sunt progenitores , qui vt compositum gignunt , eique esse conferunt , ita quæ ad illius conseruationem requiruntur , quorum vnum temperamentum est,tribuere debent.Iis quóque accedit soli, cælique natura , & conditio , atque influxus corporum cœlestium, quæ vt ad hominum ingenia , ita & ad qualitatum compositionem immutandam , modificandámve non parum conferunt , vt testatur experientia, docéntque Plato 5. Dialogo de legibus , Arist. 7.Polit. cap. 7. Ptolomeus in 2.tractatu quadripartiti , Plutarchus 5. lib. de placitis cap.5.Cicero.1.de diuinatione,& alij.

Vnde colorũ diuersitas.

Lege M. Alb. lib.12. de anima lib.tract. 1.c.4.& lib. 22. tract. 1. cap.3.

Igitur causa principalis proxima , & ordinaria , ob quam filij parentes colorum similitudine referunt,sunt ipsi parentes, immediata verò,& minùs præcipua,est conuenientia natiui tẽperamenti,in quo nunc parerna, nunc materna vis ad propriũ calorem imprimendum excellit;nunc ambæ ex æquo influũt.Sed quia prædicta qualitatum complexio non semper talis est in sobole, qualis in parentibus ; sed qualis in auo, aut extraneo;quia ob causæ alicuius incidentis cõcursum,ad cognatã,aut externã personam inflectitur;inde est quòd non semper filij parentes;sed alios colore reddunt. Cuius rei illustre fuit exemplum Nicæi nobilis Pyctæ Byzantij geniti , qui , vt refert Plinius lib.7.Naturalis hist.cap.12.adulterio Æthiopis nata matre, nihil à cæteris colore differente,ipse atri cŏloris filium genuit.

Causa similitudinis in coloribus.

Huiusce rei exempla Solin.in Polyh. c.5. Lege etiã D. Tho.in 2. d.30.q.2.a.2 ad 4.Æg.eadem d.Bacch. q. 2.circa 1. princ. ad 3. Mastrĩ q.6.

Qui ex vtroque parente candido in auũ Æthiopem degenerauit.

Similiter quod ad membrorũ figuram spectat,eius præcipua causa sunt parentes ; instrumentaria verò , & immediata est virtus formatiua,cuius ministerio parentes delineationem similem suæ in fœtu consignant ; vt ij , qui sigilli interuentu suam imaginem in cera

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur similitudinem in artium exponitur.

exprimunt. Nonnunquam verò ad id alter parẽtum maiorem, nonnunquam ambo parem efficacitatem conferunt, vt de coloribus dicebamus, & hæc est causa ordinariæ similitudinis secundũ membrorum effigiem inter natos, & parentes. Sed interdũ filij, quasi neglecta parentũ specie, proauum v.g. æmulantur: quod ita nonnulli fieri explicant, vt quemadmodum imaginatrici potentiæ importunè sese ingerit imago, quæ multò ante inusta fuerat, obliteſcẽte ea, quæ recenter obsignata est: ita vis formatricis facultatis à proauo in posteros propagatæ (quæ cùm genitoris similitudinem intenderet, neque in filij, neque in nepotis ortu id assecuta est) in pronepotis generatione quasi reuiuiscat, & exciteur, eúmque proauo similem reddat. Denique non raro accedit, vt virtus formatiua aliunde interpolata digrediatur ad omnino extraneam, & ad monstrosam membrorum effigiem exprimendam, vt in Physicis exposuimus.

Lib. 2. cap. 9. n. 2.

ARTICVLVS II.

Quantam in re proposita imaginatio vim habeat.

Hac de re Mich. Med. de recta in Deũ fide lib. 2. Levin. lib. 1. de occult. natura mir. cap. 4. Catenatus lib. de intellectu, & causis mir. effect. Miranda. duobus libr. huius art.

AM verò plurimis euentis deprehensum est parentum imaginationem ad temperamentum, & ad vim formatricem modificandam, atque inflectendam, mirabilẽ vim habere; adeò vt si nimis vehemens, & intenta sit; nonnunquam rei cogitatæ figuram, etiam alienam, & peregrinam fœtui inducat. Sic accidit aliquando, vt ex vtróque parente albo ater filius gigneretur, quòd mater Æthiopem, quem in cubiculo depictum habebat, imaginatione versaret. Quin & gallinã, quæ inter concipiendum aspectu milui territa fuit, pullum ferunt exclusisse miluino capite. Hùc pertinet illud Plinij cap. 12. libri 7. naturalis histor. hausta sub ipso conceptu imago, similitudinum reputatio est. Cogitatio enim vtriusque parentis animo, subito transuolans effingere similitudinem existimatur. Hinc nonnunquam videmus ex albis parentibus in Æthiopem partum ipsum degenerare. Suntque plures in homine, quàm in cæteris animalibus, differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit, cùm cunctis animalibus immobiles sint animi, & simile omnibus, singulisque in suo cuique genere. Hæc ille, quæ partim videtur accepisse ex Arist. in problem. sect. 10. problem. 12. D. etiam Thomas in 2. sent. distinct. 20. quæstione 2. artic. 1. asserit in statu innocentiæ nunc mares, nunc fœminas pro parentum arbitratu fuisse procreandos; quia tunc, inquit, corpus animæ perfectè obediret. Idemque repetit prima parte. quæst. 99. art. 2.

Plinius.

D. Thomas.

Lege Aug. 21. d. 20.

Prima opin. de modo, quo imaginatio rem transmutat.

At enim quonam pacto imaginatio tantam vim exercear, difficile explicatu est. Quidam ita opinantur. Apprehendit mater intenta cogitatione v.g. formam Æthiopis, eiúsque imaginem imprimit in spiritibus, quibus cerebri meatus referti sunt: ea deinde imago spiritibus, quasi vehiculo ad conceptionis locum perlata, materiam fœtus

fœtus nigro colore in futurum imbuit, vimque formatricem seminis inhærentem ita modificat, vt quæ fœtum parentibus similem fictura esset, non nisi qualem prædicta imago representat, effigiet; sicque accidit vt fœtus in Æthiopis formam degenerer. Itaque admittunt huiusce opinionis auctores posse imaginationem qualitatem aliquam, vt colorem & figuram per se producere. Quibus adstipulatur D. Augustinus 3. de Trinitate cap. 7. vbi exponens quomodo oues Iacob ex contuitu virgarum conciperent diuersi coloris fœtus; Vt de varietate, inquit, virgarum, pecorum conceptorum color aliquid duceret, fecit hoc anima grauidæ pecudis per oculos affecta formisecùs, & interiùs secum pro modulo suo formandi regulam trahens. Eandémque sententiam inculcat lib. 11. eiusdem operis cap. 2. hisce verbis. Voluntas circa imaginem sensui impressam tantam vim habet, vt, si admodum violenta sit, vbi non resistit durior, pigriórque materies visibilem speciem, colorémque commutet.

D. Augustin.

De hac Auicen. & Aranum opinio Ficinus lib. 11. de immortalit. anim. cap. 4.

Cæterùm D. Thomas lib. 3. contra gent. cap. 103. disputans contra Auicennam, qui animam sola imaginatione non modò suum, sed alienum etiam corpus alterare aiebat, statuit potentiam imaginatricem per se, ac vi sua nullam producere qualitatem, sed eatenus dici alterare; quatenus spiritus, & sanguinem, ac humores ciet, ex quorum vario motu, & coitione variæ in corpore qualitates existunt. Illud verò pro hac D. Thomæ opinione est, quod non admodum verisimile videtur imaginem coloris, in qua color diminutum, & imperfectum, & tantùm, vti vocant, intentionale esse habet, verum colorem posse gignere; alioqui cur non semper imago coloris expressa ab anima idem præstet? Dicendum tamen quod nonnulli inquiunt, vt substantia interuentu accidentis substantiam gignit, ita non debere mirum videri, si anima per intentionale, & adumbratum esse rei, verum ac perfectum eius esse producat, non quidem semper, id enim negat experientia, sed nonnunquam, & certis quibusdam subiectis ad id aptis, vt in fœtuum materia, quæ tenuis, & flexibilis est. Præsertim quod si imaginatio, ea duntaxat ratione, quæ à D. Thoma assignatur, corpus immutat, non apparet quo pacto effigies, & color, aliáque eiusmodi accidentia præconcepta in materiam fœtus inducantur; quæ tamen re vera induci, testis est experientia. Quare hæc opinio nobis magis arridet, maximè cùm eius auctorem, præter alios, habeamus D. Augustinum loc. cit. vbi ait imaginem sensui impressam colorem commutare. Quod non ita est accipiendum quasi imago coloris, quæ in oculo recipitur, immediatè similem gignat colorem, sed mediatè; quatenus videlicet illius interuentu, seu per aliam speciem ab illa deriuatam imaginatio (vt primo loco eorum, quos citauimus idem Augustinus indicat) colorem illum apprehendit, quem subinde in materiam fœtus imprimit modo ante explicato.

Secunda opinio.

Dubium.

Solutio dubij.

Lege M. Alb. lib. 22. de animalib. tract. 1. cap. 5.

Capitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITIS V. Explanatio.

ΚΕΦ. ι.

Quo pacto accretio & decretio à generatione, & alteratione differant.

[a] *Restat de accretione.* Dissernit hactenus de generatione, & alteratione: aggreditur nūc ad disputandum de accretione, & decretione; duoque tractanda proponit. Alterum, quòd differāt à generatione, & alteratione, alterū, quo pacto res augescant, & diminuantur. Quod ad primum attinet, in dubium vocat, num prædictæ mutationes solo termino ad quē, an aliter quoque, hoc est, modo, quo perficiuntur, inter se dissideant: atque vtroque differre. Termino ad quem, quia generatio tendit in substantiam: alteratio in qualitatem: accretio, & decretio in quantitatem. Modo, quia cùm res gignitur, nō necessariò locum mutat, vt cùm ex homine cadauer fit. Similiter etiam quod alteratur, potest enim nihil mutato loco alterationē subire, vt cùm Socrates eodem vestigio consistens exalbescit. At quod augetur, vt in ampliorem molem surgitur, ita maiorē loci capedinem exposcit, atq; adeo locū mutat. Quod item ei, quod minuitur, suo modo accidit.

Text.25.

[a] Εἰ δὲ αὔξησιν λοιπὸν εἰπεῖν, τίς τε διαφέρει ἀλλοίωσις καὶ ἀλλοιώσεως, καὶ πῶς αὐξάνεται τὰ αὐξανόμενα ἕκαστον, καὶ φθίνει ὁτιοῦν τὰ φθινόντων. σκεπτέον δὴ πρῶτον, πότερον μόνῳ ἐν τῷ τόπῳ ὁ ὄγκος αὐτῶν πρὸς ἀλλήλα διάφορά, ἢ ὅτι ἡ μὲν ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μεταβολή, ἢ δὲ κατὰ μέγεθος οὐσίας εἰς ἐντελέχειαν οὐσίαν, γένεσίς ἐστιν· ἡ δὲ κατὰ μέγεθος, αὔξησις καὶ φθίσις· ἡ δὲ κατὰ πάθος, ἀλλοίωσις. ἀμφότερα δὲ, ὅτι τῶν δυνάμει ὄντων, εἰς ἐντελέχειαν μεταβολὴ τῶν εἰρημένων ἐστίν, ἡ καὶ ὁ τρόπος διαφέρει τῆς μεταβολῆς· φαίνεται γάρ, τὸ μὲν ἀλλοιούμενον, οὐκ ἐξ ἀτόπου μεταβάλλον κατὰ τόπον, οὐδὲ τὸ γενόμενον. τὸ δὲ αὐξανόμενον, ἔστι φθῖνον, ἄλλον δὲ τρόπον τοῦ φερομένου· [b] τὸ μὲν γὰρ φερόμενον, ὅλον ἀλλάττει τόπον· τὸ δὲ αὐξανόμενον, ὥσπερ τὸ ἑλαττούμενον τούτου μένοντος, τὰ μέρεα μεταβάλλει κατὰ τόπον οὐχ ὥσπερ τὰ τοῦ σφαίρας· τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἴσῳ τόπῳ, μεταβάλλει, τοῦ ὅλου μένοντος· τὰ δὲ τοῦ αὐξανομένου οὐδὲν ἔλαττον τόπον, ἀλλ' ἐλάττω δὲ τὰ τοῦ φθίνοντος. ὅτι μὲν οὖν ἡ μεταβολὴ διαφέρει οὐ μόνον τῷ ὁ, ἀλλὰ καὶ ᾧ, ἢ τι γινομένου, καὶ ἀλλοιουμένου, καὶ αὐξανομένου, δῆλον. [c] ἔστι δὲ ὅτου ἡ μεταβολὴ ἡ κατὰ αὔξησιν καὶ τῆς φθίσεως· ἔστι μέντοι δοκοῦσι τὸ αὐξάνεσθαι καὶ φθίνειν, σχεδὸν ἀπεναντίον· πότερον ὅτι δυνάμει μόνον μεγέθους καὶ σώματος, ἐντελεχείᾳ δὲ ἀσωμάτου καὶ ἀμεγέθους γίνεσθαι σῶμα καὶ μέγεθος, καὶ τοῦτο διχῶς ἐνδεχόμενον λέγειν, πότερος ἡ αὔξησις γίγνεται πότερον ἐκ κεχωρισμένης πάσης καθ' αὑτὴν τῆς ὕλης, ἢ ἐνυπαρχούσης ἐν ἄλλῳ σώματι, ἢ ἀδιώριστον ἀμφοτέρως; χωριστὴ μὲν γὰρ οὖσα, ἢ ἀδύνατα καθίζει τόπον, ἢ δὴ σῶμά τις, ἢ κενὸν ἔσται, ἢ σῶμα ἐν ἀναισθητόν. τούτων δὲ, τὰ μὲν ἐν ἐνδέχεται, τὸ δὲ ἀναίσθητον ἔν τινι εἶναι· δεῖ γὰρ που ἔσαι τὸ γιγνόμενον ἐξ αὐτοῦ· οὔτε ἐκεῖνο, ἢ καθ' ἑαυτὸ, ἢ κατὰ συμβεβηκός. [d] ἀλλὰ μὴν, εἴγε ἐν τινι ὑπάρξει, εἰ μὲν κεχωρισμένον οὕτως, ὡς ἡ μὴ ἐκείνου, καθ' ἑαυτὸ, κατὰ συμβεβηκός

Text.26.

Text.27.

Text.28.

Vt locū mutent quæ augentur, & decrescunt.

[b] *At alio, quàm quod fertur.* Ostēdit aliter mutare locū ea, quæ augentur vel minuuntur, aliter ea, quæ feruntur motu recto, aut circulari. Nā quæ feruntur motu recto totū locum relinquunt, quæ circulari, non variant locū, nisi ratione partium, cùm ipsum totum non aliò demigret, sed in eodem circulo versetur: at quod accretionem, vel decretionem subit, neque ex toto mutat locum, neque in eodem semper manet: sed cùm accrescit, maiorem: cùm decrescit, minorem locum vendicat.

Accretionē versari circa magnitudinem.

[c] *At id circa quod.* Accedit ad alteram partē propositæ disceptationis: atque in primis sumit accretionem versari circa magnitudinem: tum quærit an res sumant incremen-

CAP. V.

Text.25.

[a] *Restat de accretione dicamus, quonā à generatione, & alteratione differat, & quo pacto vnūquodque eorum, quæ suscipiūt incrementum, augeatur: & quoduis eorum, quæ decrescunt, diminuatur. Primo itaq; considerare oportet vtrū mutua earū inter se differentia in eo sōlum sita sit, circa quod versari solent, verbi gratia, vtrū eo sōlum inter se dissideāt, quòd ea mutatio, qua ex hoc in hoc tendit, puta ex substantia potentia in substantiā actu, generatio sit: quæ verò circa magnitudinem versatur, accretio & decretio: quæ autem circa affectū alteratio: atque earum, quæ posteriore loco dictæ sunt, vtraq;, etiam ex hisce, quæ potentia sunt, ad ea, quæ sunt actu mutatio sit: an etiam mutationis modus differat? Nam nec id, quod alterationē subit, nec id, quod generatur, necessariò mutari loco cernitur quod autē accrescit, aut decrescit, cernitur.* [b] *At alio, quàm quod fertur, modo: quod enim fertur tota mole locum mutat: quod autem accrescit perinde atque quod distendi, producique solet: hoc enim manente, partes aliò, non sicuti globi partes, migrāt, suumq; deserunt locum: nam globi partes, toto manente æquali in loco, locum ex loco mutant: at, partes eorū, quæ augentur, semper in ampliorem locū vergere sōlent, & eorum,*

Text.26.

quæ decrescunt, in minorem. Generationem igitur, alterationemq;, & accretionem non sōlum obiecto, sed ipsō item mutationis modo differre, perspicuum

Text.27.

est. [c] *At id, circa quod accretio, decretióve versari sōlet (versari autē videtur circa magnitudinem) vtro modo accretionē, decretionēm ve subire existimandum est: vtrum inquam, ex potētia quidem magnitudine, ac corpore, sed actu nec corpore, nec magnitudine corpus fieri, an non putandum est? Atque cùm hoc bifariā dici contingat, vtro modo fit accretio? vtrū ex separata ipsa per se materia, an existente in alio corpore? an neutro modo fieri queat? nā si separata sit, aut nullū occupabit locū, veluti punctus quidā, aut vacuum, vel corpus non sensibile erit. Horū autē alterū non cōtingit, alterū necesse est in aliqua esse: quod enim ex eo oritur, id semper alicubi erit, quare & illud aut per se, aut*

Text.28.

per accidēs. [d] *At verò si sit in aliquo, & ita quidē sit iunctū, vt nihil illius, aut per se, aut per acci-*

incrementū per id, quod est potentia magnitudo, ita vt id actu magnitudinis expers sit; an per aliud quidpiam. Quod autem primum dici non possit, ostendit, quia id vel esset materia separata, vel in alio existens. Non posse esse materiam separatam probat, quia tunc vel nullum obtineret locū, quasi punctum, aut vacuū: vel esset corpus sensum omnem fugiēs. Quæ duo à veritate: quā maximè sunt aliena. Nam si id, quod augetur, & gignitur, locum vendicat, etiam id, ex quo incremētum sumit, & generatur, in loco erit, siue per se, siue ex accidente. Item si datur corpus, id in aliquo ente naturali erit, tale autem corpus necessariò mouet sensum.

[d] *At verò si sit in aliquo.* Refellit alteram partem, probans illud magnitudinis expers non posse esse materiam existētem in alio: ita tamen, vt nihil eius sit, nec pars neque accidens. Si enim aliquid foret: tunc non potentia, sed actu esset. Quod ergo nō ita in alio existat, probat ex incōmodis, quę inde sequentur. In primis enim posset dari generatio vnius ex alio non corrupto. Nam cùm v. c. aër ex aqua gignitur; fieret aër ex materia existente in aqua: quæ materia, cùm neque esset pars, neque accidens aquæ, oporteret aquam integram atque incolumem remanere, vtpote cui neque forma, neque aliquid aliud adimeretur. Secundò, possent in vno composito esse infinitæ materiæ, cùm nihil eius sint, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna alteram excludat, siquidem non sunt actu corpora. Tertiò, deberet id, quod gignitur, exire ab eo, ex quo gignitur, vt aër ex aqua, tanquam ex vase, nullam prorsus mutationem aqua subeunte. Quæ omnia cùm maximè absurda sint, planè concluditur nō dari materiam separatam, sed existentem in compositis physicis, vt catū partem: quæque in genito, & in corrupto eadem re sit, ratione tamē diuersa.

[a] *At verò neque puncta.* Ostendit superioribus argumentis probatum etiam relinqui neque puncta, neque lineas esse materiā corporum, é qua fiat augmentum. Oportet enim hæc aut separatim per se consistere, aut in aliquo corpore esse: atque ita colligerentur eadem propè incommoda, quæ supra. Non igitur ista hæc sunt materia incrementi, quam quærimus, sed potius id, cuius hæc vltima, seu termini sunt, hoc est, in quo inhærent puncta, & superficies, vt in subiecto, id est, materia affecta quantitate.

Materia incrementi qua sit.

[a] *Quæ nec sine affectu.* Materiam, qua res incrementum suscipit, esse quantitate præditam ex eo confirmat, quia eam materia nec sine qualitatibus, nec sine forma substantiali cohærere valeat, hi vt neutiquam existat sine quantitate, cuius interiectu qualitates recipit, & cuius etiam interuentu ad diuersas formas substantiales excipiendas opus est. Quod verò absque forma substantiali consistere non possit, ex eo suadet, quia quicquid gignitur fit ex aliquo agente actu, quod formam inducit (siue id sit eiusdem speciei, aut generis cum re producta, vt cum leo leonem generat: siue non ded tantum habeat vim ad id efficiendum, vti habet piper ad calorem generandum, quo actionis modo potest calidum fieri à non calido, durum à non duro, hoc est, à non habente actu calorem, aut

Quidquid gignitur à re corrupta fit.

βικός τι ἦ), σύμβησεται πολλὰ & ἀδύνατα. λέγω δ', οἷ εἰ γίγνεται ἀὴρ ἐξ ὕδατος, ὁ τὸ ὕδατος ἔσαι μεταβάλλοντος, ἀλλὰ δεῖ τὸ ὥσπερ ἐν ἀγγείῳ τῷ ὕδατι ἐνεῖναι πλὴν ὕλλω αὐτό· ἀπείρους γὰρ ὑδὲν κωλύει ὕλας εἶ). ὥστε & γίγνεσθ ἐστὶ λεχέα. ἔτι δὲ, ὑδ' ἄπω φαίνεται γιγνόμενος ἀὴρ ἐξ ὕδατος, οἷ ἐξιόν ὑπομένοντος. βέλτιον τοίνυν ποιεῖν πᾶσιν ἀχώρισον εἶ τὴν ὕλλω, ὡς ἓν ὂν τὴν αὐτὴν & μίαν τῷ ἀριθμῷ, τῷ λόγῳ ὃ μὴ μίαν. [c] ἀλλὰ μὴν, ὑδὲ στιγμὰς ἔστιν, ὑδὲ γραμμὰς παρὰ τὸ σώματος ὕλλω, δῆλ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἐκεῖνο γὰρ, ὃ ἄνευ ἔχαλεν, ἀ ὕλη ἐστί. [d] ὑδὲ ἔποτε ἀνὰ πάθος οἷόν τε εἶ), ὑδὲ ἀνὰ μορφῆς. γίγνεται μὲν οὖν ἀπλῶς ἕτερον ἐξ ἑτέρου, ὥσπερ & ἐν ἄλλοις διώρισαι, & ἀπὸ τινος ὃ ἐντελεχείᾳ ὄντος, ἢ ὁμοιομερὴς, ἢ ὁμοιοειδὴς· οἷ, οἷον πυρὸς, ἢ ἀνθρώπου ἀπὸ ἀνθρώπου, ἢ ἀπὸ ἐντελεχείας· σκληρὸν γὰρ, οὐχ ἁπλῶς σκληρᾶ εἶ). ἐναι δ' ἐνί καὶ ὑσίας ὕλη σωματικὴς, σώματος δ' ὅδε τοιονδί· σῶμα γὰρ κοινὸν ὑδέν. ἡ αὐτὴ & μεγέθους & πάθους ἐστί, τῷ μὲν λόγῳ χωριστὴ, τόπῳ δ' ἡ χωριστὴ, εἰ μὴ καὶ τὰ πάθη χωριστά. φανερὸν δὴ ὅτι ὀρθῶς διαπορεῖται, ἐστι ἢ οὐκ ἔστιν ἡ αὔξησις μεταβολὴ ἐκ δυνάμει μεγέθους, ἐντελεχείᾳ δ' μηδὲν ἔχοντος μεγέθος· χωριστὸν γὰρ ἂν εἴη τὸ κενόν. τοῦτο δ' ὅτι ἀδύνατον, εἴρηται ἐν ἑτέροις φρότερον. & ἔτι δὴ γε τοιαύτη μεταβολὴ, ὡς αὔξησεως ἴδιος, ἀλλὰ γλυκύτητος· ἡ γὰρ αὔξησις ἔξις τοῦ ὑπάρχοντος μεγέθους ἐπίδοσις· ἡ δὲ φθίσις, μείωσις. διὸ ἔχειν τι δεῖ μέγεθος τὸ αὐξανόμενον. ὥστε ἐκ τοῦ ἐξ ἀμεγέθους ὕλης δεῖ εἶ) τὴν αὔξησιν εἰς ἐντελέχειαν μεγέθους· γλύκυσις γὰρ ἂν εἴη σώματος μᾶλλον, ἐκ αὔξησις. [h] λεπτύνον δὴ μᾶλλον οἷ ἀπολείπειν τῆς ζητήσεως ἐξ ἀρχῆς, ποίᾳ τινὲς ὄντος τοῦ αὐξάνεσθαι, ἢ τῷ φθίνειν, τὰ αἴτια ζητοῦμεν. φαίνεται δὴ οὐδ' τοῦ αὐξανομένου ὁτιοῦν μέρος νοῆσαι, ὁμοίως ὃ καὶ ἐν τοῖς φθίνουσι, ἔλαττον γιγνόμενον. ἔτι ὃ προσιὸν τοῦ αὐξάνεσθαι, καὶ ἀπιὸν φθίνειν. [i] ἀναγκαῖον δὴ, ἢ ἀσωμάτου αὐξάνεσθαι ἢ σώματι. εἰ μὲν οὖν ἀσωμάτου, ἅψαι χωριστὸν κενοῦ· ἀδύνατον ὃ μεγέθος

Text. 29.

Text. 30.

Text. 31.

Text. 32.

aut duritiem formalem) Ex his autem necessariò cōsequitur nullius agētis actione materiam omni forma exui, sed vni formæ alteram succedere. Iam quod materia absque omni qualitate non sit, ea ratione ostendit, quia, cum ideæ Platonicæ non deutur, nulla esse posset materia, quæ non sit alicuius singularis sensibilis, & ex consequenti habentis aliquam qualitatem subiectam sensui. Quibus ita cōstitutis disputationis summā facit, concludens nihil posse ex materia non actu quanta augescere; quia sequeretur materiā, quæ commune est formarum receptaculum, separari posse ab omni forma, quod impugnatum fuit.

Nē dari ideas Platonicas.

[e] *Præterea talis mutatio.* Rursus alia ratione cōfirmat materiam, qua res incrementum subit, non esse à magnitudine separatam, videlicet, quia accretio non est generatio rei, sed nouæ quantitatis accessio, quare oportet id, quod tem auget, aduehere secum quātitatem, alioqui non rem maiorem efficeret.

Accretio, nouæ quantitatis accessio.

[h] *Potius itaque.* Propositam quæstionem de modo, causisque accrementi, & decrementi, à primis initiis tractaturus hypotheses quasdā subiicit. Prima est. Omne, quod augetur, aut minuitur secundum quamlibet partem augeri, minuique. Secunda, Accretionē necessariò fieri recepto aliquo in singulis partibus, quæ augescunt, pariq; modo decretionē fieri aliquo abeunte.

dens sit, multa profectò vel quæ fieri nequeāt, euenient. Dico autē, vt si ex aqua fiat aër: non id erit aqua mutationē subeūte; sed quia in aqua, vt in vase, materies eius est. Nihil enim vetat, infinitas esse materias, quare & actu fieri. Adde quod nec ita aër ex aqua oriri videtur, vt permanēte aqua aër indè egrediatur. Satius igitur fuerit inseparabilē omnibus materiā tribuere: vtpotè quæ vna numero, eadēq; sit ratione nō vna. [c] *At verò nec puncta, nec lineas, corporis materiā ponere ijsdē de causis oportet; sed cuius vltima sunt hæc, id materies est,* [d] *quæ nec sine affectu vnquā nec sine forma esse potest. Gignitur igitur absolutè aliud ex alio, id quod alio quoq; loco iā definitū est. Atq; ab aliquo actu existente, quod eiusdē sit aut generis, aut speciei, vt ignis ab igni, aut ab homine homo, aut ab actu. Durū enim à non duro fit. Cùm autē & corporea substantia materies sit corporis iā talis (nullū enim est cōmune corpus) eadē & à magnitudine, & ab affectu, ratione quidē, nō itē loco separabilis est; nisi & ipsi quoq; affectus separabiles sint. Patet igitur ex his, quæ addubitauimus, accretionē non esse mutationem è potentia quidē magnitudine, actu verò nullam habente magnitudinē; quandoquidē quod commune est, separabile esset: hoc autē esse nō posse, dictum iam est.* [e] *Præterea talis mutatio accretionis propria non est, sed generationis. Nā accretio magnitudinis, quæ in quopiā inest, augmētatio est. Decretio verò, eiusdē diminutio. Quamobrem id, quod accrescit, magnitudinem quandam habeat oportet. Proinde nequaquā conuenit accretionem è materia, quæ magnitudinis sit expers, ad actum magnitudinis esse: potius enim esset generatio corporis, non accretio.* [h] *Potius itaq; sumamus oportet quasi tractātes ab initio quæstionē, qualis accretio, decretióve, cuius causas quærimus, existat. Igitur eius, quod accrementū suscipit, pars quauis augeri videtur. Atq; pari modo in decretione minor euadere. Præterea accedente quopiam accrescere, & abeunte decrescere.* [i] *Itaq; aut incorporeo, aut corporeo augeri illud necesse est. Si igitur incorporeo, quod commune est, separabile erit. At à magnitudine.*

Text. 30.

Text. 31.

Text. 32.

[i] *Itaq; aut incorporeo.* Vberiotis explicationis gratia redit ad superiorem dubitationē de materia quanta, petitq; num id, quo res augetur, incorporeum sit, id est, expers magnitudinis, an corporeum. Quod primū dici nequeat, inde comprobat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia admittéda esset materia absq; omni forma, vt superius deductũ fuit.

Obiectio. Obicit tamen in contrariam partem; quia si res quanta re quanta augescit, cum secundum omnem sui partem aliquod denuò adueniente augeatur, vt paulò ante supposuimus, erit simul duo corpora, seq́ue duæ magnitudines permeabunt, quod fieri nequit.

Dilutio obiectionis. [k] *At verò nec accretionem.* Dicetet quispiam cum ex aqua gignitur aër, augeri aquam nullius nouæ partis accessu: quod secundæ hypothesi repugnat. Occurrit Aristoteles negãdo id, quod assumitur. Etenim quod augescit non interit, sed idem perseverat, aqua verò, cùm in aërem mutatur, interit. Quare minimè augescit: sed neque aër, siquidem non extrit in progressu huiusce mutationis; sed in eius termino duntaxat. Itaque nihil in ea crementum sumpsit, nisi forte corpus aliquod manẽs sub vtroque termino. Verùm quod hoc dici non possit ostendit, quia esto tale corpus in natura rerum existeret, nõ verè tamen augen diceretur, aut imminui: quia inter alia, quæ ad hoc requiruntur, vnum est, vt tei aliqua pars materiæ quantæ denuò accedat, vel recedat, quod tamen qua ratione tali corpori eueniat non cernimus. Notandæ sunt autẽ tres conditiones ad accretionem necessariæ quas Aristotel. proponit.

Dubium. [l] *Sed quaret aliquis.* Quia corpus corpore augeri docuit, quæstionem excitat, quidnam augeri dicendum sit: id ne cui aliquid adiicitur, id est, viuens ipsum; an id, quod adiicitur, id est, alimentum? Nam quod vtrumque augeatur, ex eo videtur,

Responsio. quia vtrumque maius euadit: vt cum aqua admisceatur vino; vtrumque enim videtur incrementum sumere. Quæstioni respondet augeri viuens, non alimentum, quia illud manet, hoc autem corrumpitur, & in substantiam viuentis conuertitur: quemadmo

dine materiã esse separabilẽ, quemadmodũ prius est dictũ, impossibile est. Sin verò corpore, duo corpora, id inquam, quod augetur, & quod auget, in

Text. 33. *eodem erunt loco, quod etiã fieri nequit.* [k] *At verò nec accretionem, decretionémve perinde fieri, atq; cùm ex aqua fit aër (tunc enim moles fieri maior adsolet) dicere contingit: non enim id accretio, sed eius quidem, in quod mutatio fit, generatio; cõtrariy verò corruptio erit; neutrius autẽ accretio. Imò aut nullius, aut quid, si quid vtriusq;, ei in quã, quod oritur, & ei, quod interit, cõmune est, veluti corpus eius erit. Et nec aqua, nec aër accrescit, verum illa interit, hic oritur: sed corpus, siquid augeatur. At hoc quoq; fieri nequit. Nã ea seruare oportet, quæ, ei quod accrescit, decrescitve, ratione competunt. Hæc autẽ tria sũt; quorũ primũ est magnitudinis, quæ accrescit, partem qualibet maiorẽ efficere; v. g. si caro, carnis. Alterũ accedẽte quopiã. Tertiũ seruato pariter, atq; manẽte eo, quod accretionem subit. Nam cũ quippiã simpliciter, absoluteq; gignitur, aut interit, nõ permanet. At cũ alteratur, aut accrescit, decrescitve; quod alteratur, aut incrementa suscipit, id permanet: verũ illic affectio, hic magnitudo, eadẽ nõ manet. Quod si mutatio illa, qua diximus, esset accretio, cõtingeret profectò quippiam nulla re accedẽte, permanẽtéve accrescere, nullaq;, abeunte decrescere, & id nõ manere, quod suscipit accretionẽ. At hoc seruare oportet; quippè cùm accretio talis esse supponatur.* *Text. 34.* [l] *Sed quaret aliquis, quid est, quod accrescit; vtrũ id, cui nõnihil additur? v. c. si quid cruris augeat, crúsve maius euadit: quod autẽ incrementũ præstat, ipsum, inquam, alimentũ? minimè. Sed cur non ambo incremẽta suscipiunt? Nã tã quod additur, quàm cui additio sit, maius reddi assolet: haud secus atq; cũ aquæ vinũ miscueris, pari enim ratione vtrũq; maius est. An quia huius substãtia maneat, illius verò, puta cibi, haud quanquã? Quãdo & illic quoq; quod eximcit, ac superat, in ipsa mistione augeri dicitur, ceu vinum. Nã vniuersa mistura vini nõ aquæ functionẽ exercet.* [m] *In alteratione quoq;, similiter si caro & substãtia ipsa maneat, eorũ verò affectuũ, qui per se competunt, quispiã insit, qui prius nõ inerat, hoc sanè alteratũ est. Id autem, quo alteratum est, interdũ nihil patitur, interdum, & illud quoq;, pati solet.* [n] *Verũ quod alterat, atq; motus principiũ,*

in eo

quemadmodũ & in aquæ cum vino mistione, si vinum prævaleat, & aquã in propriam substantiam commutet; non aqua, sed vinum augetur, quia id re vera permanet, vt eius functiones, nempe, calefactio, corroboratio, aliæque eiusmodi testantur.

Similitudines inter id, quod accrescit, & id quod alteratur, & id quod alterationẽ subit.

[m] *In alteratione quoque.* Geminam statuit similitudinem inter id, quod accrescit, & quod alteratur. Prima est, quod vt id, quod accrescit, permanet, ita & id, quod alterationem subit, facta duntaxat penes affectus, seu qualitates mutatione. Monet autẽ duo esse genera alterãtium: quædam enim dum agunt, nihil repatiuntur, vt sol dum in sublunarẽ mundum influit: alia repatiuntur simul, vt inferiora corpora inter se: verbi gratia, cùm aqua calida in frigidam infunditur: hæc enim dum refrigerat, calefit illa dum calefacit, refrigeratur.

Dubium.

[n] *Verùm quod alterat.* Altera similitudo est, quod vt in eo, quod augetur, est virtus auctrix; ita & in eo, quod alteratur est virtus alterandi. Illa enim insidet in viuẽte, quod incremẽtum sumit: hæc in aqua, v. c. quæ dum ab aëre calefit, ipsum etiam per innatam frigiditatem alterat. De hac tamen Aristotelis assertione quærunt interpretes, an ita se habeat. Non enim videtur absolutè pronuntiandum alteratricem virtutem esse in eo, quod alteratur, vt pater, cùm lignum ab igni calefit: & cùm viuẽs ipsum ab alimento patitur. Sunt qui velint Aristotelem locutum duntaxat

Universidad de Deusto
Biblioteca

taxat de alteratione, quæ accretionem præcedit, cuius, sicuti & accretionis, virtus in ipso viuente residet. Alij respondent cum Alexandro & Philopono duplicem esse virtutem alteratricem: vnam formalem, aliam virtualem. Ac formalem quidem non oportere esse in alterato, vt videre est in manu, quæ ab igni calefit. Ad virtualem autem inquiunt duplicem potestatem requiri, vnam effectricem alterationis respectu alterati: aliam,

Secundam responsio.

ἢ κινήσεως, ἐν τῷ αὐξανομένῳ, καὶ τῷ ἀλλοιουμένῳ· ἐν τούτοις γὰρ τὸ κινοῦν. ° ἐπεὶ καὶ τὸ εἰσελθόν, γένοιτ' ἂν ποτε μεῖζον, καὶ τὸ ἀπολαῦσαν αὐτῷ σῶμα· εἰ δὲ εἰσελθὸν γένοιτο ἂν πνεῦμα, ἀλλ' ἐφθαρμένη γε τοῦτο παθὸν, καὶ τὸ κινοῦν οὐκ ἐν τούτῳ. Text.35.

Virtus piperis vt prouocetur.

ᵖ ἐπεὶ δ' διηπόρηται πρὸς αὐτὴν ἱκανῶς, δεῖ καὶ τῆς ἀπορίας ταύτης λύσιν ζητεῖν, σώζοντας τὸ ὑπομένον τί τε τὰ αὐξανόμενα καὶ φορτικόν τινος αὐξάνεσθαι, ἀπόντος δ' οὐθενός. ἔτι δὲ τὸ ὁτιοῦν σημεῖον αὐξητὸν, ἢ μεῖζον, ἢ ἐλάττων γεγονέναι, ἢ καὶ μήτε κινὸν ἐξ τὸ σῶμα, μήτε δύο ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ μηχθῆναι, μήτε ἀτομάτῳ αὐξάνεσθαι. ᵠ λοιπὸν δὲ διορισαμένοις πρῶτον, ἐν μέρει, ὅτι τὰ ἀνομοιομερῆ αὐξάνεται, πρῶτα γὰρ ἐκ τούτων ἕκαστον. ʳ ἔπειθ', ὅτι σὰρξ, καὶ ὀστοῦν, καὶ ἕκαστον τούτων μερῶν ἐστὶ διττὸν, ὥσπερ καὶ πρὸς ἄλλων πρὸς ἐν ὕλῃ εἶδος ἐχόντων· καὶ γὰρ ἡ ὕλη λέγεται καὶ τὸ εἶδος, σὰρξ, ἢ ὀστοῦν. τὸ μὲν ὁτιοῦν μέρος αὐξάνεσθαι, καὶ φορτικόν τινος, καὶ μέρος τὸ εἶδος ἔστιν ἐνδεχόμενον, καὶ ἡ πρὸς ὕλην, οὐκ ἔστι. δεῖ γὰρ τοῦτο, ὥσπερ εἴς τις μετρεῖται πρὸς ἄπειρον μέτρον ὕδωρ· ἀεὶ γὰρ ἄλλο καὶ ἄλλο τὸ γινόμενον, ˢ ἔτι δὲ αὔξεται ἡ ὕλη τῆς σαρκὸς, καὶ οὐχ ὁτιοῦν παντὶ προσγίνεται, ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπερεῖ, τὸ δ' οὐ προσέρχεται· ἔστι δὲ σχήματος καὶ εἴδους, ὁτιοῦν μορίῳ. ὅπερ δ' ἐν τοῖς ἀνομοιομεροῖς, τοῦτο μᾶλλον δῆλον ἔσται, ὅτι χεὶρ, ὅτι ἀνάλογον αὔξεται· ἡ γὰρ ὕλη ἑτέρα ἂν εἴη, δῆλον μᾶλλον ἐπὶ εἴδους ἑταῦρα, ἢ ὅτι σαρκὸς καὶ ὀστοῦ, μᾶλλον ἂν δόξειεν εἶναι ἔτι σὰρξ καὶ ὀστοῦν, ἃ χεὶρ

Text.35.

Text.36.

Text.37.

Obiectio.

° *Quandoquidem & quod ingeri solet.* Obiiciat aliquis, interdū alimentum postea quàm hausturn fuit, excrescit, cùm conuertitur in spiritum, id est, in substantiam subtiliorem, vt in sanguinem. Non igitur viuens duntaxat sed ipsum quoque alimentum augescit.

Dilutio.

Occurrit Aristoteles, vt suprà, videlicet non proprie dici alimentum augeri cùm pereat, sed viuens, quod manet eoque fruitur quodque conuertendi vim habet, qua alimentum caret.

ᵖ *Cùm autem de hisce.* Principem quæstionem de modo, quo accretio fit, dissoluturus, repetit quæ superiùs docuit in ea perficienda seruari oportere. Nimirum opus esse, vt maneat id, quod augetur, vt crementum fiat aliquo extrinsecùs adueniente, decrementum verò aliquo abrunente. Vt quælibet pars, quæ sensu notari potest, crescat, diminuatúr ve.

ᵠ *Et neque corpus.* Talem oportere inquit modū tradere, vt in accretione, & decretione vitentur tria potissimùm incōmoda, quę vigere videbantur, id est, vt intra corpora ad recipiendū cibū non admittatur vacuum: quod dari non posse demonstratum

stratum est in Physicis. Vt non ponantur in eodē loco duæ magnitudines, vna cibi, altera vinēris: cùm penetrationē corporū non ferat natura, vt in eodē quoque opere ostensum fuit. Vt deniq; incrementū non fiat appulsu rei incorporeæ: siquidem corpus nequit fieri per accretionē nutritoriā mains, nisi accessu rei quantitatē habēs.

ʳ *Sumenda autem erit.* Ad tem propiùs accedens duo supponit. Alterum est, Accretionem priùs terminari ad partes similares, quàm ad dissimilares, & has merito illarū augeri, cùm ex ipsis componantur. Sunt autem partes similares, vt docet Aristoteles lib. 1. de hist. anim. c. 1 quæ constant ex particulis eiusdē rationis & nominis cùm ipso toto, ideſt, cū parte totali, quā componūt, vt caro: quælibet enim pars carnis obtinet naturā carnis, & caro appellatur. Partes dissimilares sunt, quæ ex similaribus coalescūt, vt caput, pedes: harū autem non quælibet particula est eiusdē rationis cum ipsamet enim pars capitis caput est. Igitur quia dissimilares constant ex similaribus, ait Aristoteles illas per has augeri.

Partes viuentiū dupliciter spectari.

ˢ *Deinde carnē.* Supponit etiā partes viuentiū spectari posse, vel secundum materiā, vel secundū formā, quemadmodū & partes cæterarū rerum materia, & forma constātium. Tum ait id, quod augetur, dici augeri secundum formam, siue secundum partes formales: non antē secundū materiam, seu secundum partes materiales: quia quod incrementū sumit, non manet idem quoad materiam, manet tamen idē quoad formā quemadmodū & mensura v. g. qua aliam, atque aliā potionem aquæ metimur,

Quod accrescit, manere idem secundum formā.

eadem perseuerat nihil eam variante aquæ diuersitate. Quid Aristoteles hoc loco, formæ, & materiæ, siue formalium, & materialium partium appellatione significare voluerit, controuersia non parua est, quæ à nobis in quæstionibus decidetur.

ᵗ *Ad hunc itaque modum.* Solutio propositæ quæstionis de modo, quo res augentur, ea tandem est. Viuentia augeri accessu alicuius corporei, videlicet alimenti, & id, quod augetur, manere idem secundum formam; licet hæc identitas magis

conspicua

in eo est, quod alteratur, & eo, quod accrescit: quod enim mouet, in hisce est. ° *Quandoquidē & quod ingeri solet, fieri aliquando maius potest & corpus, quod eo fruitur, vt si quod ingeritur, spiritus fiat. Verū cùm hoc patitur, corrumpi solet, nec in eo est id, quod mouendi vim obtinet.* ᵖ *Cùm autem de hisce sit abunde addubitatum, dubitationis solutionem inuenire enitamur oportet, illud seruantes, permanente, inquam, eo, quod augetur, atque aduenient aliquo fieri accretionem, & abeunte decretionem; & insuper quoduis sensibile signum maius, minúsve reddit:* ᵠ *& neque corpus esse inane neq; eodem in loco duas esse magnitudines; neq; incorporea re quicquam augeri* ʳ *sumenda autem erit causa vno quidem prius a nobis definito: dissimilaria, inquam, augeri, cùm similaria accrescunt: ex his enim quodq; componitur.* ˢ *Deinde carnem, & os, & id genus partium quamq; perinde atq; caterarum, quæ formam habent in materia, duplicem esse: nam materies atq; forma caro dicitur, aut os. Partem igitur quamlibet augeri, & accedente aliquo secundum formam quidem, est possibile: at secundum materiam, haud quaquam. Intelligere autem perinde oportet, atq; si quis aquam mensura eadē metiatur: quod enim fit aliud atq; aliud semper est.* ᵗ *Ad hunc itaque modum & carnis materies augetur: & non cuiuis parti eius quippiam additur, sed alia dilabitur, alia accedit. At cuius figuræ, ac formæ parti, fit accessio. Id autē magis cōstat in hisce, quæ dissimiliū sunt partium, vt in manu, quod iuxta proportionis rationē aucta sit: quandoquidem materies, cùm diuersa est, facilius dignoscitur hic, quàm in carne, & hisce, quæ similium sunt partium. Idcirco, & cùm mortuū est quippiā, magis adhuc caro, & os, quàm*

Universidad de Deusto
Biblioteca

consp̃icua sit in partibus dissimiliũ rationũ, quàm in similaribus: quia in illis apertius notamus conseruari figuram compositionemq; eandem: quemadmodum & è contrario siqua iis varietas, & diuersitas contingat, eam quoque faciliùs deprehendimus. Ita fit vt accedente secundum prædictum modum alimento, eoq; conuerso in naturam rei viuentis, incremento partium totum augescat, atque idem maneat, cibo duntaxat substantiæ mutationem subeunte, qui initio quidẽ viuenti cõtrarius, ac dissimilis est; postea verò alteratione viuentis, ei similis cognatusque fit.

Alimentum cuiusmodi esse oporteat.

[u] *Dubitauerit autem.* Disquirit quale nam esse debeat alimentum: respõdet tale esse oportere, vt potestate sit id, quod accrescit: quia simile non nisi simili nutritur, eoque tali, vt postquam factum corruptum, in rei, quę augescit, substantiam commutetur: actu tamen debere esse aliud quidpiã: siquidem nihil ab eo, quod omnino simile est, pati solet. Deinde constituit discrimen inter generationem, de qua superioribus capitibus disseruerat, & eam, quę accretionis comes est, quòd per illã gignatur aliquid seorsum, ac per se consistens: per hanc verò non nisi pars, quæ denuò rei genitę agglutinetur. Vide illa simpliciter generatio hæc nonnisi aggeneratio vocatur.

Nihil ab omnino simili patitur.

[x] *Qualiter igitur hoc.* Debere id, quod augetur, alimentum commutare, fibiq; vnire declarat exẽplo vini, & ignis. Nam vinum aquam iniectam in se conuertit, sibiq; copulat, nisi aquæ vis, & quantitas excedat. Item ignis ligna sibi apposita vrendo consumit, & in se transfert. Quæ tamen ligna, si separatim ignem conciperent, non aggenerari ignis, sed generari dicendus esset. Aduerte hæc non ad veræ accretionis, de qua hic disseritur, exempla attinere, cùm neque vinum, neque ignis, neque alia corpora vitæ expertia subeant accretionem nutritionis comitem, de qua sola in his libris agitur. Admonet subinde Aristoteles accretione nullam communem quantitatem effici, sed singularem duntaxat, sicuti generatione non animal à singularibus abstractum,

Similitudo à conuersione aqua in vinum.

ἢ χεὶρ ἢ βραχίων. ὥστε, ἔτι μὲν ὡς ὁτιοῦν ἦν σὰρξ ἢ νεῦρος, ἔτι δ' οὐκ ἄν. καὶ μὲν δὴ τὸ εἶδος καὶ ὁτιοῦν προσελήλυθεν· καὶ ὃ ἦν ὕλη, κἀκεῖνο μέντοι τὸ ὅλον γέγονε, προσελθόντος μέν τινος, ὃ καλεῖται τροφὴ καὶ ἐναντίον· μεταβάλλοι δ' ἂν εἰς τὸ αὐτὸ εἶδος, οὗ εἰ ξηροῦ προσίοι ὑγρόν, προσελθὸν δὲ μεταβάλλοι καὶ γήϊνος ξηρόν· ἔτι μὲν δὴ ὡς τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ αὐξάνεται, ἔτι δ' οὐχ ὁμοίου. [u] ἀπορήσῃ δ' ἄν τις, *Text.39.* ποῖόν τι δεῖ εἶναι τὸ τῷ αὐξάνεσθαι. φανερὸν δὲ ὅτι δυνάμει ἐνυπάρχον· οὕτω γὰρ σὰρξ, δυνάμει σάρκα· ἐντελεχείᾳ ἕτερον ἄρα· φθαρὲν δὲ τοῦτο σὰρξ γίγνεται. ὁμοίως καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ· ἡμῖν γὰρ ἂν δόξειε, καὶ αὔξησις· ἀλλὰ τὸ αὐξανόμενον ἐν τούτῳ. [x] τί οὖν πάσχον ὑπὸ τούτου αὔξηθη, ἢ μιχθὲν, ὥσπερ οἴνῳ εἴ τις ὕδατος ὑδωρ; ὃ δύναται οἶνον ποιεῖν τὸ μιχθέν. ἢ ὥσπερ τὸ πῦρ ἁψάμενον ἢ καυσὲν, ἅπτει ἐν τῷ αὐξανομένῳ ὂντι ἐντελεχείᾳ σαρκὶ, τὸ ἐνὸν αὐξητικὸν προσελθόντος δυνάμει σαρκὸς, ἐποίησεν ἐντελεχείᾳ σάρκα. ὁμοίως ἅμα ὄντος· εἰ γὰρ χωρὶς, γήϊνόν τι ἔτι μᾶλλον γὰρ ὕδατος ὄντος τοῦ ὑπάρχον, ἐνθέντα ξύλα. ἀλλ' ὅταν μὲν, αὔξησις· ὅταν δὲ αὐτὰ ξύλα ἀρθῇ, γῆρας. ποσὸν δὲ, τὸ μὲν καθόλου *Text.40.* ἐστὶ ζῷον, ὃ μήτ' ἄνθρωπος, μήτε τῶν καθ' ἕκαστα. ἀλλ' ὡς ἐνταῦθα τὸ καθόλου, καὶ ἐκεῖ τὸ ποσόν. [y] σὰρξ γοῦν καὶ ὀστοῦν, ἢ χεὶρ, ἢ νεῦρα, καὶ τούτων τὰ ὁμοιομερῆ, προσελθόντος μὲν δή τινος ποσοῦ, ἀλλ' ἀόριστος ποσῆς. ἢ μὲν οὖν δυ- *Text.41.* νάμει τὸ συναμφότερον, οὗ ποσὴ σὰρξ, ταύτης μὲν αὔξησ· καὶ γὰρ ποσὴν δεῖ γίνεσθαι καὶ σάρκα, ἢ οὐ μόνον σάρξ. τρίφθ' ταύτης γὰρ δεχομένης τροφὴν καὶ αὔξησιν τοῦ λόγου. διὸ τρίφυτα μέν, ἕως ἂν σώζηται καὶ φθίνῃ, αὔξεται· οὐκ ἀεί. καὶ ἡ τροφὴ τῇ αὐξήσει τὸ αὐτὸ μέν, τὸ δὲ οὔ· ἄλλο· ἢ μὲν γὰρ ἕξιν τὸ προσὸν δυνάμει ποσὴ σάρξ, ταύτην μὲν αὐξητικὸν σάρκος· ἡ δὲ μόνον δυνάμει σάρξ, τροφή. [z] τοῦτο γὰρ τὸ εἶδος ἀνὰ ὕλης,

quàm manus, & brachium esse videtur. Quare partim augetur carnis qualibet particula, partim non augetur. Nam secundum formam quidem, cuius parti quippiam adiungitur; secundum materiam verò haud quaquam. Totum tamen maius euadit, accedente quopiam, quod nutrimentum atque contrarium nominatur, & in eandem formam transeunte, vt si humidum sicco accedat, & cum iam accesserit mutationem subeat, fiatq; siccum.

Text.39. Nam partim simile simili, partim dissimile dissimili accrescit. [u] Dubitauerit autem quispiã, quale id esse oporteat, quo quid augetur. Palam itaq; est, hoc potentia illud, quod augetur, esse oportere; vt si caro accretionem subeat, id, quo illa accrescit, potentia carnem esse, actu autem aliud: quod sanè vbi corrumpitur, caro fieri solet. Non igitur ipsum per se, solumq; est (nam alioqui generatio esset, non accretio) sed id, quod augetur, cum eo est. [x] Qualiter igitur hoc affecto, illud augeri solet, an misto, haud id, quod admistum est, efficere vinum possit? An sicuti ignis tactũ cremabile aduritq; sic & id, cui augendi facultas delegata est, in eo existens, quod accrescit, quodque actu caro est, quod accessit è potentia carne actu carnem facere consueuit? Illo igitur simul existente idipsum accidit: quoniam si seorsum esset, generatio sanè foret. Nam ignem ad hunc modum contingit; videlicet iniectis in eum, qui iam est, lignis: verum ita quidem accretio est. At cum ligna ipsa incenduntur, generatio.

Text.40. Quantitas autem vniuersalis nulla sit, sicuti nec animal, quod nec homo sit, nec singularium aliquod: sed vt hic vniuersale, sic & illic quantitas.

[y] Caro igitur & os, & neruus, & similares partes, accedente, quidem quanto aliquo, sed non

Text.41. carne quanta augescunt. Quo igitur potentia simul vtrumque existit, videlicet caro quanta, hoc quidem auget: nam carnem quantam fieri oportet. Quo verò solùm caro, hoc alius; hæc enim nutritio, & accretio ratione differunt. Quocirca quandiu saltuum manet animal, & si decretionẽ, subeat, alitur; sed non semper accrescit. Atq; nutritio idem, quod accretio, existit; ratio tamen est diuersa. Quò enim id, quod adiungitur, atque additur potentia caro quanta est, hoc carnem augere potest, quò verò caro potentia sõlum, hoc nutrire. [z] Hoc autẽ forma sine materia significare quantitatem; nomine formæ, ipsam rei substantiam, atque ita docere alimentum esse potentia formam, cùm nutrit; potentia verò materiam, cùm auget. Quia ergo paulò ante dixerat, quod nutrit esse potentia carnem, addit hoc esse formam sine materia, id est, respicere substantiam, non quantitatem. Quod verò addit, vt tibia, &c. nihil aliud significat, quàm vt in tibia datur potentia, quæ est quasi forma, & præter hanc materia, ita & in alimento. D. Thomas inquit docere Philoso-

Conuenientia, & discrimẽ inter nutritionem, & accretionẽ.

Animal nutritur quandiu viuit.

Quo pacto fiat decretio.

stractum, sed Bucephalus, aut Socrates genetantur.

[y] *Caro igitur & os.* Quia in qualibet accretione duplex interuenit mutatio: vna, qua materia alimenti rei auctæ formam suscipit; quæ nutritio appellatur: altera, qua viuens maiorem acquirit quãtitatem: docet quo pacto hæ duæ mutationes inter se conueniant, & differant. Cõueniunt, quòd vtraque fiat accessu rei quantæ. Differunt, quòd res augescant alimento quanto, quatenus quantũ est, seu prout affert secum nouam quantitatem: nutriantur verò eodẽ, quatenus potentia caro est, seu provt in rei viuentis substantiam cõuerti potest, eiq; vniri. Est & alia differentia inter animal quandiu viuit, nutritur: non tamen quandiu viuit, incrementũ capit.

[z] *Hoc autem forma.* Locus obscurus, variæque ab interpretibus explicatus: Alexander, & Philoponus aiunt, Aristotelem nomine materiæ significare quantitatem; nomine formæ, ipsam rei substantiam, atque ita docere alimentum esse potentia formam, cùm nutrit; potentia verò materiam, cùm auget. Quia ergo paulò ante dixerat, quod nutrit esse potentia carnem, addit hoc esse formam sine materia, id est, respicere substantiam, non quantitatem. Quod verò addit, vt tibia, &c. nihil aliud significat, quàm vt in tibia datur potentia, quæ est quasi forma, & præter hanc materia, ita & in alimento. D. Thomas inquit docere Philoso-

losophum virtutem rei viuentis non præfinire materiam omni ex parte certam, & determinatam: cùm eadem virtus perseueret dilabēte materia (sicuti & in tibia potentia) & hac ex parte esse illam quodammodo immaterialem: licet non eúdem semper vigorem obtineat, sed progressu temporis hebescat, & debilitetur.

ὕλης, ὅτι ἄυλον δυνάμεις τινὲς ἐν ὕλῃ ὄρεξιν. ἐὰν δέ τις φορτίῳ ὕλη, ὥσε δυνάμει ἄυλον, ἴσχυε καὶ τὸ ποσὸν δυνάμει, ὅτοι ἔσονται μείζους αὐλοι. & ἐὰν δὲ μηκέτι ποιεῖν δύνηται, ἀλλ' ὅτι ὕδωρ οἶνῳ ἀεὶ πλέιον μιγνύμενον, τέλος ὑδαρῆ ποιεῖ. καὶ ὕδωρ, τότε φθίσιν ποιεῖται ἢ ποσῶ, τὸ δ' εἶδος μένει. Text. 42.

& *Sin verò nihil.* Qua ratione decretio fiat exponit. Quemadmodum, inquit, siquis in vini amphoram paulatim aquam infundat, primò quidem vinum augescit,

QVAESTIO I.

De facultate naturali, vitali, & animali.

ARTICVLVS I.

Facultatem naturalem, ad quam nutritio, & accretio spectant, partim in iecore contineri, partim non.

VT ea, quæ ab Arist. in hoc capite de nutritione, & accretione tradita sunt, apertiora, illustrioráque euadant, pauca de facultate naturali, ad quam hæ pertinent, differemus: & quia facultatis naturalis doctrina cum vitalium, & animalium virium tractatione coniuncta est; de his quóque breuiter disputabimus, maximè vt explicemus id, de quo inter Philosophos magna disceptatio est, videlicet vbi nam istiusmodi potentiæ resideant. Porrò constat facultatum, quibus nostrum corpus administratur, & regitur, tria esse genera, nimirum vim naturalem, vitalem, animalem, vt tradidit Plato in Timæo, Arist. 3. de part. anim. cap. 4. aliísque in locis, Galenus 2. Præsag. cap. 37. & lib. 9. Meth. cap. 10. D. Nemesius in lib. de natura hominis cap. 26. D. Damasc. lib. 2. fidei orth. cap. 12. D. Gregor. Nyss. lib. 4. philosophiæ cap. 18. & alij. Ad vim naturalem spectat potentia alendi, augendi, gignendi. Ad vitalem virtus pulsatrix, itémque vis spirituum vitalium confectris & officina caloris. Ad animalem sensus omnes, & potentia, à qua oritur motus voluntarius, id est, qui apprehensionem, seu iudicium sequitur; tum præterea influxus quidam in organa istiusmodi virium, de quo infrà. Hisce tribus facultatibus tres veluti ductus, seu riuuli deseruiunt: naturali, venæ: tali, arteriæ, animali, nerui è quibus venæ sanguinē communē; arteriæ eum, quem arterialem vocant; nerui, spiritū animalem, deferunt.

Plato. Arist. Galen. D. Nemes. D. Damas. D. Greg. Ny.

Vena. Arteria. Nerui.

Est autem sententia Arist. lib. 3. de part. anim. cap. 4. & in lib. de iuuent. & senect. cap. 2, aliísque in locis tres prædictas facultates, vel in corde

Opinio Arist. de principatu cordis.

materia est; vt tibia, potentia quædam in materia est: similiter quoduis aliud instrumentum. Quod si materies aliqua accedat, quæ potentia sit tibia, & potentia quantitatem habeat, hæ tibiæ maiores euadunt. & Sin verò nihil præterea agere possit, sed res perindè habeat, vt cùm vino subinde plus aquæ immiscetur, quæ tandem vinum aqueum reddit, facitque aquam, tum quantitatis decretio fit, forma autem remanet. Text. 42.

scit, quia eius vis aquam superat; deinde cum plus aquæ fuerit iniectum vini potestas deterior fit, donec tādem totum vinum in aquam degeneretiita quāliu virtus nutriens actior est, plus alimenti conuertit: postea cùm iam fracta, & collapsa fuit, plus materię elabi sinit, quàm reparet.

Aduerte cum Philopono hanc vini similitudinem non quadrare ad omnia, vt planum est, sed ad explicandam imminutionem nutrientis facultatis.

in corde residere; vel ab eo proximè oriri influxum non solùm communiter, sed etiam propriè, ac priuatim necessarium earum functionibus obeundis, indeque non modò arterias, vt omnes consentiunt; sed etiam venas, & neruos originem capere. Censuit enim quemadmodum in tota naturæ vniuersitate vnus est moderator ac princeps, ita in microcosmo (quia vbicumque fieri potest, principium vnum esse, quàm plura, melius est; natura autem semper quod melius est, facit) vnum esse præcipuum membrum, videlicet cor tanta dignitatis prærogatiua, vt sicuti magistratus in prouinciis vicariam habent gubernandi potestatem à rege commissam; ita cætera ab eo penderent, non tantùm quatenus eis spiritus vitales, arterialem sanguinem, & calorem influentem imperrit; sed etiam modo alio peculiari, vti mox patebit.

Homo, parues mundus.

Sit tamen prima conclusio. Facultas naturalis quoad vim sanguinis confectricem residet in iecore. Hæc est contra Aristotelem 2. de partib. anim. cap. 4. & lib. 3. de hist. anim. cap. 19. & lib. de iuuent. & senect. cap. 2, vbi cor sanguinis officinam esse, & ab eo non à iecore commune alimentum per venas diffundi statuit. Licet verò Alexander 1. de anima. cap. vltr. Themistius in lib. de som. cap. 13. & Auerroes 2. Collig. cap. 9. aliíque nonnulli Aristotelis placitum defendere conati sint: nos tamen iccirco discedendum ab eo putauimus, quòd contraria sententia in scholis philosophorum communior sit, & (quod acriùs vrget) manifestis medicæ, & anatomicæ artis obseruationibus atque indiciis comprobetur.

Prima cōclusio cōtra Aristot.

Itáque nostram conclusionem statuit Plato in Timæo, Galenus lib. 6. de placitis cap. 7. aliísque in locis, Philo Iudæus in lib. de victimis. Nicera apud D. Clementem lib. 8. recog. D. Gregorius Nyssenus in lib. de creatione hominis cap. vlt. D. Nemesius in lib. de nat. hominis cap. 23. Theodoretus sermone 3. de prouidentia, Lactantius in lib. de opificio Dei cap. 14. Richardus in 2. dist. 3. quæst. 2. circa 5. princ. Maior eadem dist. quæst. 5. & medicæ artis professores communi consensu. Ac quòd ita sentiendum sit, inde primò ostenditur, quia, vt ex anatome constat, venæ, quæ sanguinis ductus, &

Assertores propositæ concl.

Venas à iecore nō à cor de oriri docet Galen. n. lib. de placitis Hippo. & Plat. & lib. 1. de vsu part. 6. 16. Thom. à

Galenus lib. 1. de vsu p. cap. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi canales sunt, è iecore propagantur, & inde in corpus vniuersum proferuntur. Item quia iecore malè affecto ægre corpus alitur, nunc atrophia extabescens, aliàs hydropico humore turgens; cúmque ei visceri curatio adhibetur, alterix facultas corroboratur, & ad pristinam redit valetudinem; sanè nonnisi quia eo in loco corpori alendo sanguis conficitur, ac præparatur. Deinde quia, vt etiam dissectione conspicuum fit, fœtus maternum sanguinem ad nutritionem sibi demandatum excipit vmbilico, ad quem pertingit vena, quam vmbilicarem vocãt, quæ eiusmodi sanguinem recta ad hepar, videlicet ad secundæ coctionis locum defert. Præterea, quia edito in lucem animali, constat item dissectis membris cibũ conuersum iam calore ventriculi in chylum, tendere per venas meseraicas ad hepar, ibique in sanguinem mutari, qui inde in totum corpus per venas ipsi iecori adhærentes dispertitur.

Veg. lib. arth Med. cap. 28. Valles. 3. contr. med. cap. 24.

De vena vmbilicari Vesal. lib. 3. de fabr. cap. 12. Gal. lib. 6. de vsu par. c. 11.

Refutatio solutionis.

Quod si quis dicat gigni quidem sanguinem in hepate; sed desiderare adhuc vltimam decoctionem, nec eam nisi in corde adipisci. Is facilè coarguetur ex eo quòd hepar, vt anatome commonstrat, neutiquam totum sanguinem cordi transmittit; sed quandam eius partem; reliquum verò aliorsum per venas distribuit. Nec in corde aliquod vas ostenditur, quod sanguinem absolutè perfectum educat, & in corpus deriuet. Vnde referente Galeno 6. de placitis Hippocratis rectè à Platone dictum est, cor non cuiuslibet sanguinis originem esse, sed eius, qui impetu ruit, ac salit. Nimirum quia tantùm quandam sanguinis partem ex læuo venæ cauæ latere allicit ad se, quæ pulmoni nutriendo, spiritibus, & arteriali sanguini conficiendis sit satis. Adde quod à corde nulla datur via, per quam sanguis nutritorius toti corpori distribuatur. Rursus confirmatur conclusio ex eo, quia omnes humores eodem loco generantur, cùm simul ex vno chylo omnes fiant: at neque pituita, neque atra, aut flaua bilis in corde gignuntur, sed in hepate; tum quia nonnisi in hepate apparent, nec nisi propè hepar habent receptacula, nempe fel, lienem, renes; tum quia cor eiusmodi recrementum, & fæcem nullo pacto admittit. Accedit postremò, quod vnumquódque suum principium refert, & æmulatur: sanguis verò naturam iecoris exprimit, vt potè quod adeò sanguinolentum est, vt concreti sanguinis speciem præbeat.

Cuius sanguinis origo sit cor.

Quatuor humores vbi generentur.

Patet itáque superioribus argumentis sanguinis officinam non esse cor, vt Aristoteles credidit, sed potiùs iecur. Nec mirum est latuisse id Aristoteli, sicuti & alia nonnulla ad corporum fabricam spectantia, quæ post eius tempora diligenti anatomicæ artis obseruatione comperta sunt. Non asseruimus verò in conclusione vniuersam facultatem naturalem in iecinore esse, sed quoad vim conficiendi sanguinis; quia licet vniuersa inde ortum capiat, non ibi tamen tota includitur; siquidem alendi vis toto corpore fusa est; cùm nulla pars corporis nutritione vacet, & virtus generatiua alium vendicat locum à natura sibi destinatum, de quo Galenus libro de semine, &

Facultas naturalis nõ est tota in iecore.

ne, & lib. 14. de vsu part. cap. 10. Plato in Timæo, Vesalius 5. de corporis hum. fabr. ca. 13.

ARTICVLVS II.

Facultatem vitalem in corde sedem habere.

2. concl.

SECVNDA conclusio. Facultas vitalis residet in corde. Hæc est Platonis in Timæo, Arist. lib. 3. de partibus animalium capit. 4. Galeni lib. 7. de placitis cap. 9. & lib. 1. de locis affectis cap. 7. Auicennæ prima primi, doct. 6. cap. 4. & aliorum omnium philosophorum communis, probatúrque in hunc modum. Cor est fons, & principium vitæ: ergo in eo insidet vitalis facultas. Antecedens ostenditur; primum quia cùm vita consistat in calido, & humido, à corde communicatur calor, atque adeò vita cæteris membris (modò hepar excipias, saltem quoad primam formationem, si id primò effingi putes.) Item quia affecto corde, ordinariè animal confestim interit; non ita verò affecto hepate, aut cerebro, aliáve corporis parte. Nimirum quia, vt docet Arist. lib. 3. de partibus animalium capit. 4. corrupto principio nihil est, quod cæteris, quæ inde pendent, prærbere auxilium possit. Præterea idem ostenditur ex sede, quam prouida, solérsque natura cordi in corpore humano attribuit, vt pote mediam, aut ferè mediam vndique circumallatam, & ab externis iniuriis tutam. Obseruant autem anatomicæ speculationis periti ossa, quæ eor custodiunt, gladij cuiusdam effigiem referre, vt videatur natura quasi armata manu vitæ thesaurum continenter defendere. Huc spectat illud Plinij lib. 11. nat. hist. cap. 37. Cordi præcipuus calor, palpitat certè, & quasi alterum mouetur animal, intra præmolli, firmóque operum membranæ inuoluero, munitum costarum, & pectoris muro, vt par erat præcipuam vitæ causam, & originem.

Esse assertores.

Arist. lib. 4. de par. anim. cap. 2. Galen. lib. 5. de loc. aff. c. 1. D. Th. in 3. d. 3. q. 4. a. 1. ad 4. Al. Mag. lib. 11. de anim. c. 4. tract. 2.

Cor vitæ thesaurus.

De sede cordis Arist. lib. 3. de partib. anim. c. 4. & 2. de hist. c. 17. Galenus lib. 6. de vsu part.

Iam quod vix pulsatrix in corde insit, tum ex perenni illius agitatione manifestè deprehenditur, tum ex arteriis, quæ ab ipso oriuntur, quarum pulsus ad modulos certos, legesque metricas compositus, index ferè morborum est, & obseruatione crebri, aut languidi ictus gubernacula vitæ temperat. Quod item in eo sit virtus spirituum vitalium effectrix, liquet ex sinistro ventriculo, qui, dissecto animali, subtili, ac ptætenui sanguine oppletus inuenitur. Illic enim sanguis insito cordis calore decoctus, atque exquisitè elaboratus, tandem in spiritus vitales abit, vt progressu exponemus. Est etiam in corde fons caloris, vtpote à quo calor in reliquas partes corporis dimanat. Lege Aristotelem lib. 3. de part. anim. cap. 4. lege quoque caput quintum in libro de spiritu, qui circumfertur inter opera Aristotelis, vbi ostenditur quanta sit vis prædicti caloris in fabrica operum naturæ, facta comparatione ad artem. Cætera, quæ hoc loco de cordis situ, & figura, deque eius vi pulsatili dici poterant, explicata à nobis fuere in libris paruorum nat. ac de cordis etiam motu scripsimus lib. 7. Physic. cap. 1. q. 1. art. 4.

Vis pulsatrix in corde.

Et vis confectrix spirituum vitalium.

Et fons caloris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

Quid de Animali facultate asserendum sit.

3. Coclus. TERTIA conclusio. Facultas animalis quoad potentias, quę ad ipsam pertinẽt, partim est in cerebro, partim extra illud: omnes verò eiusmodi potentiarum operationes à cerebri influxu pendent. In priori huiusce conclusionis parte statuimus facultatem animalem partim contineri in cerebro, videlicet quoad internos sensus; partim extra illud, nempe quoad externos, & quoad vim effectricem motus arbitrarij. Hæc pars, cuius probatio ex instituto spectat ad libros de anima, magno consensu à philosophis, medicisque recepta est: licet Aristoteles libro de iuuent. & senect. cap. 2. & lib. de somno, & vigil. cap. 2. & lib. 2. de part. anim. cap. 10. & lib. 3. eiusdem operis cap. 4. sensum communem in corde collocarit. Qua in re à veritate eum deflexisse suo loco ostendemus.

Aristoteles sensum communem in corde statuit.

Posterior pars eiusdem conclusionis non minori auctorum consensione defenditur, à Platone in Timæo, à Galeno lib. 7. de placitis. D. Gregorio Nysseno lib. 4. philosophiæ cap. 16. est tamen contra Aristotelem lib. 2. de generat. anim. c. 4. & lib. 2. de partibus anim. c. 7. & lib. 3. eiusdem operis cap. 4. & lib. de progressu animalium, vbi influxum illum cordi duntaxat ascribit, & cerebrum tantummodo cordis refrigerandi causa datum esse putat. Porrò nomine influxus, omissis de hac re controuersijs, intelligimus hoc loco communicationem animalium spirituum, qui ad prædictas functiones obeundas necessarij sunt. de quorum ortu, & vi, proxima quæstione agendum erit. Suadetur autem nostra sententia hunc in modum. Istiusmodi influxus, quem dari omnes fatentur, ab ea parte corporis esse debet, à qua oriuntur nerui, per quos spiritus animales influunt; atqui nerui oriuntur à cerebro, ergo. Maior propositio in confesso est, tum apud cæteros penè philosophos, tum apud ipsum Aristotelem, qui instrumenta à parte, in qua facultas viget, oriunda existimauit; vnde cum sanguinis auctorem cor faceret, venas ab eo deduxit. Minor probatur; quia dissectione constat neruos à cerebro descendere vel proximè, vel saltem interiectu spinalis medullæ, quæ cerebri soboles est, & eisdem meningibus obuoluta profunditur, è qua, tanquam rami ex arboris stipite, plurimi hinc inde nerui distribuuntur; omnes autem eum seruant progressum, vt quò à prædicta medulla, aut cerebro longiùs abeũt, eò tenuiores sint, quò magis cerebro appropinquant, eò sint latiores. Quod indicat eos à cerebro ortum capere; siquidem, quidquid Auicenna 3. de anim. cap. 1. dicat minora ex maioribus nascuntur, vt in stirpium, arborúmque generibus videre est, quarum truncus omnium amplissimus deorsum radices agit, tum ex his fibras diffundit, sursum verò ramos explicat, inde ramusculos deducit, ac denique tenuium frondium propagine gracilescit.

Nerui à cerebro oriuntur.

Minora ex maioribus nascuntur.

Secundo,

Ex Gal. lib. 3. de loc. c. 4. Secundo, ex cerebri offensione oritur obliuio, phrenesis, & deliratio, aliaque eiusmodi, ad quæ curanda non cordi, sed cerebro remedia adhibentur. Item animal obstructo cerebro fit sensus, motusque expers, vel ex toto, vt in apoplexia; vel ex parte, vt in paralysi. Præterea, si neruus medius ligetur, pars versus cerebrum mouetur, ac sentit; versus cor nec sentit, nec mouetur. Denique refrigerato capite, & occlusa vaporibus via à cerebro ad sensus externos, oritur somnus, qui otium est animalium functionum. Hæc verò omnia manifestè ostendunt sensuum operationes, motumque arbitrarium, requirere virtutem è cerebro influentem. Igitur hæc virtus à cerebro est.

Morbi qui ex offensione cerebri proueniunt.

ARTICVLVS IIII.

Argumenta aduersus ea, quæ superioribus articulis concluſa sunt.

Ratio est Arist. ex lib. 3. de hist. ani. c. 3. pro qua lege Vesalii lib. 6. c. 3. contra Gal. CONTRA singulas conclusiones superiùs propositas occurrunt argumenta. Contra primam hæc; Multæ venæ iecur peruadunt, multæ iese in aliorum membrorum substantiam insinuant; nulla verò intra cor apparet; ergo venæ radicem habent in cordis superficie; indéque alimentum ad totius corporis nutritionem hauriunt. Ex quo sequitur non in hepate, sed in corde sanguinem generari. Secundò, confectio sanguinis requirit magnam caloris vim: hæc autem non in hepate est; sed in corde; igitur sanguis in corde conficitur. Tertiò, Plato in Timæo scripsit cor esse venarum originem, fontémque sanguinis; non verè igitur à nobis dictum fuit hepar ex Platonis sententia esse officinam sanguinis.

Primũ arg. contra 2. concl.

2. Argum.

3. Argum.

Contra secundam hæc sese offerunt. Si à corde reliquorũ membrorum vita penderet; maximè esset, quia à corde ministerio spirituum diffunditur in ea viuificus calor; sed non ita est; ergo &c. Probatur assumptio; quia singula membra habent calorem sibi innatum, quo tueri vitam possunt, non minùs, quàm arbores, quæ absque influxu aduentitij caloris viuunt, suisque operationibus ritè funguntur. Item quædam animalia multis secta partibus, adhuc in iis vitam seruant; & loco, vt antea, mouentur: & tamen non in omnibus iis partibus cor manet, vt planum est: ergo vita non necessariò à corde pendet. Quod etiam ex eo confirmari potest, quia Arist. in lib. de iuuent. & senect. cap. 1. fatetur testudinem exẽpto corde moueri: & Galenus lib. 1. de plac. Hippoc. & Platonis cap. 1. & 2. testatur se aspexisse victimas, quæ auulso corde per aliquot horas currerent, & vociferarent: immo & in iis sæpe, non inuentum fuisse cor memoriæ proditum est. Nam, vt cæteræ exempla omittamus, quo die Cæsar dictaror primum veste purpurea processit, & in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis opimi bouis cor defuisse narrant

Primũ arg. contra 1. concl.

2. Argum.

Plinius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plinius lib. 11. Nat. hist. cap. 37. Suetonius, & Plutarchus in vita eiusdem Cæsaris.

Primū argu. contra 3. Concl.

Contra tertiam hæc obiici possunt. Id, quod est natura frigidum, non potest esse idoneum instrumentum facultatis sensitiuæ; nec valet aptè influere ad animales functiones, cùm has frigus magis impediat, quàm iuuet. Vnde Galenus de locis affectis docet ad animi ignauiam inducendam primum locum frigus habere: atqui cerebrum est natura frigidum, adeò vt cordis æstum insita frigiditate moderetur, & temperet. Non est ergo idoneum instrumentum internorum

2. Argum. sensuum; nec potest commodam vim habere ad influendum in operationes facultatum animalium. Præterea, cum sensus internus subita, & vehementi apprehensione malum quidpiam, aut bonum percipit, nulla fit commotio in cerebro, in corde autem magna: ergo

3. Argum. sensio illa in corde potiùs fit, quàm in cerebro. Adde quod in syncope, deficiente in membris vitali spiritu, cessant animales functiones, quantumlibet cerebrum in se non lædatur: quod argumento est animalia opera ab influente cordis vi immediatè pendere.

Postremò quod vnum tantum sit proximum principium facultatum naturalium, vitalium, & sentientium, probatur argumento illo

Aristoteles de principatu cordis. Aristotelis ex lib. 3. de partibus anim. cap. 4. aliisque locis. Quemadmodum in regno præstat vnum esse principem, quàm multos: ita par est in membrorum Republica vnum esse præcipuum membrum, cuius ope reliqua vigeant, cuius vi cætera administrentur, cuius influxu facultates omnes suis muneribus probè fungantur, ipsum verò à nullo pendeat: hoc autem non est aliud, quàm cor, vt commonstrat sedes ei à natura data, vt potè in medio pectore tanquam regi aula; ergo cordi attribuendum est huiusmodi principium; nec cerebro, & iecori impertiri debet; alioqui corporis, membrorumque gubernatio non regni, sed Triumuiratus speciem referet; cùm tamen, vt in ciuitate, ita & in corpore monocratia policratiæ præferri debeat.

Monocratia Policratia præfertur.

ARTICVLVS V.

Soluuntur omnia proximi articuli argumenta, excepto vltimo.

Solutio primi arg. cõtra 1. concl. HÆc tamen argumenta non concludunt, possuntque haud magno negotio dilui. Ad primum contra primam conclusionem dicendum est, siue cor venæ penetrent, siue non (qua de re lege Vesalium libro 3. de corporis humani fabrica à capite 5. Fernelium in libro de partium humani corporis descriptione cap. 11.) id non sat esse, vt venarum origo cordi tribuatur; cùm sint alia multo firmiora argumenta, quæ illam iecori ascribendam esse demonstrent. Ad 2. confectionem sanguinis non

non requirere maximum calorem, qui in corpore sit, qualem habet cor, sed magnum, cuiusmodi est in iecore. Ad 3. respondet Galenus *Solut. 3.* prope calcem libr. 6. de placitis, Platonem venarum nomine arterias significasse; quod fecit etiam Hippocrates secundo vulgarium morborum libro: erat enim veteribus vsitatum, vt vno, eodémque vocabulo arterias significarent, & venas. Fontem quóque sanguinis cor Plato appellauit, non omnis, sed eius, qui per arterias influit, vt diximus.

Solutio primi contra 2. concl. Ad primum contra secundam conclusionem, concessa maiori, negranda est minor, & ad eius probationem dicendum, esto singula membra à prima origine calorem sibi cõuenientem sortiantur; egere tamen perpetuo caloris influxu à corde ad resarcienda huiusce caloris dispendia, quæ tum contrariorum occursu, tum dilapsu materiæ, inuehuntur. Nec obstat quod stirpes intra se similem influxum non habent, tum quia minus caloris exigunt ad tuendam vitam; tum quia iis, vt stato anni tempore efflorescant, fructúsque producant, Sol suo accessu vberiorem calorem iniicit. Vnde non abs re *Sol cor mundi.* mundi cor vocatur, quòd his, aliisque rebus similibus vice cordis subueniat. *Solutio 2.* Ad secundum respondendum est ex doctrina Aristotelis lib. 4. degenerat. anim. c. 4. & lib. de iuuent. & senect. c. 1. & 2. nullum animal sine corde, vel aliquo vicem cordis habente gigni. Verùm imperfecta quædam, in quibus testudo numeratur, absque corde viuere; quia videlicet horum sustentatio non tanta necessitate à corde pendet, quàta eorum, quæ perfectioris naturæ sunt. Quod verò spectat ad victimas, quæ perfecta erant animantia, vt oues, & tauri, dicimus licet ea proximè post cordis euulsionem adhuc palpitent, immo & interdum vociferentur, edente eum motũ impulsu spirituum, qui non confestim pereunt; tamen non posse illa diutiùs sine corde viuere, nec ante sine eo vixisse, esto id nõ rarò in victimis desideratum scriptores tradiderint. Nimirum in iis impiorum hominum sacrificiis nonnũquam Dæmones præsentium aspectum, & auditum falsa rerum imagine deludere, aut aliter maleficam operam interponere solebant, vt hominum mentes in impietate confirmarent.

Cerebrũ esse frigidi tẽperamẽti scripsit Aristot. lib. 2. de part. anim. Auerroes. 2. Coll. Concil. diff. 24. Ad primum contra tertiam conclusionem respondẽdum est, esse quidem cerebrum frigidum; non eo tamen gradu, vt ad animales *Solutio primi argumẽti contra 3. cõcluſ.* operationes exercendas, suóve influxu iuuandas inutile sit, immo valde accommodum; siquidem innato temperamento spiritus vitales à corde sibi demandatos ad eam caloris moderationem deducit, vt è vitalibus fiant animales, id est, animalibus functionibus promouendis apti, & idonei. Neque verò natura tantum frigoris cerebro *Frigus cerebri non mitigat æstũ cordis.* contulit, vt cordis æstum mitigare posset; nec item eiusmodi opera cor eget; cùm appulsu aëris à se, & à pulmonibus attracti abũdè ventiletur; nec denique ea est inter hæc duo viscera aut viæ commoditas, aut loci vicinitas, vt à cerebro ad cor frigus trãsmitti queat, præsertim quod pari ratione etiam cor vim caloris cerebro inferret, quẽ cerebri frigus eo minus arcere posset, quo calor frigore actuosior,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si or,atque efficacior est:quanuis non sit negandum aliquidcaloris à corde in cerebrum trãsfundi,vt in cæteras partes corporis:verùm id caloris minus est,quàm foret posita vtrinque in se mutuò agendi
Solut. 2. commoditate Ad secundum dicito ex subita apprehensione turbari cor,non autem cerebrum;quia non in cerebro, sed in corde insidet appetitus concupiscibilis,& irascibilis,cuius est ex boni,vel mali ad ipsum pertinentis notitia commoueri. Quo autem modo phantasia,quæ est in capite,agat in appetitum cordi inhærentem ; cùm inter agens,& patiens mutuum contactum dari oporteat,declaratum
Solut. 3. à nobis fuit lib.7.Physic. cap.2. quæst.1.Ad tertium, in syncope, & deliquio intermitti operationes animales; quia ad has etiam requiritur communis beneficentia,& influxus cordis , qui contrahente, & recipiente se ad intima spiritu , & calore nec capiti, nec membris aliis,quantum opus est,impenditur.

ARTICVLVS VI.

Diluitur vltimum quarti articuli argumentum, Quæritur quodnam sit in animali membrum dignitate primum.

De dignitate cordis veterum opinio.

POSTVLAT vltimum argumentum quarti articuli, vt quodnam membrum in corpore animalis dignitate præstet,statuamus.Zeno,Chrysippus,Posidonius, cæteriq; eiusdem scholæ alumni ; Item Aristoteles, & eius auditor Theophrastus,Auicenna,Aphrodisæus,aliique nonnulli principatum cordi detulere , in hanc opinionem adducti eo potissimùm argumento,cuius nunc solutionem quærimus.

De cerebri præstantia D.Gregor. Augustinus, Chrysost. Greg. Nyss. Ambrosius, Lactantius.

At Plato,Hippocrates,Galenus,Plutarchus,& complures alij cerebro potiorem partem dedere, quam sententiam permulti è patribus amplexi sunt , vt D.Gregorius Magnus in caput.9.libri Iob,D. Augustinus in Psal. 29.D.Chrysostomus in cap.4.Epistol.ad Ephes. ser. 10. D. Gregorius Nyssen. in lib. de creatione hominis cap. 2. D.Ambrosius libr.6. Hexam.cap.9.& Lactantius lib.6.cap. 9. Præcipua verò huius sententiæ ratio est , quòd illud membrum cæteris nobilitate præferri debet,cui altiores potentiæ competunt;at ita se habere caput, liquet ex eo , quia in ipso sensus omnes tam externi, quàm interni insunt;qui tanto illi plus dignitatis conferunt , quanto ad intellectricem vim,omnium videlicet facultatum,& officio & secretione à materia nobilissimam propiùs accedunt, quàm cæteræ corporis vires. Pro eodem etiam facit situs, quem caput in corpore humano obtinet.Nam cum humani corporis membra teste Aristotele 1.de hist.anim.cap.15.ad similitudinem partium vniuersi collata sint;cúmque videamus partes vniuersi,quod ex quatuor elementis, & cælestibus corporibus constat , eò perfectiores esse , quò locum habent altiorem:fit vt caput reliqua membra non minus nobilitate vincat,quàm cœlum elementa.Vnde D.Ambrosius loco citato.Primum

Membra corporis imitantur situ vniuersi.

D. Ambros.

mum omnium,inquit,cognoscamus humani corporis fabricam instar esse mundi : siquidem vt cœlum eminet aëri , terræ,mari , quæ velut membra quædam sunt mundi : ita & caput inter reliquos artus nostri corporis cernimus eminere , præstantissimumque esse omnium tanquam inter elementa cœlum:arcem inter reliqua vrbis mœnia.Quibus similia scripsit Theodoretus ser.3.de prouidentia in hunc modum;Caput arcis instar in summo ciuitatis huius (humani videlicet corporis) fastigio situm conspice, in quo opulentissimus quóque hominis thesaurus, nempe cerebrum quasi in munitissimo castro custoditur. *Theodoret.*

De cordis necessitate Gal. 5.de loc. aff. cap.2.ibidem Vega , Theo. Garbius lib. 2. tract. 4. q. 49.Vallesius lib.2.cõtrou. med.cap. 12.

Nobis hæc dubitatio ita videtur explicanda, vt si membri dignitas communitate, & necessitate influxus æstimetur , primus dignitatis locus cordi tribuatur,vt benefica,summéque necessaria eius vis ad omnia membra pertinens ostendit. Si verò dignitas ex facultatum, & operationum perfectione , ac nobilitate pensetur , cerebro principatus deferatur.Quia tamen posterior hæc prærogatiua priori absolutè præponderat;ideò simpliciter statuendum videtur cerebrum cordi,cæterisque membris nobilitate præstare. Quod autem in argumento obiicitur oportere dari vnum membrum,à cuius peculiari vi , atque influxu omnes tres principes facultates immediatè pendeãt,falsum est;etsi non sit negandum cerebrum reliquis membris esse nobilius,cuius merito seruetur in politia humani corporis, quantum potuit ac debuit, adumbrata quædam imago seu imitatio monocratiæ, & excellentia vnius principis,ac moderatoris. Quod item cordi nobilissimam sedem à natura datam inquiunt , haud ita est.Licet enim illa ad cordis influxum,& securitatem percommoda habeatur;ea tamen,quæ cerebro obtigit,nobilior est,atque aulæ regiæ similior,vtpotè in summo constituta, vbi ei cætera membra famulantur;& vt D.Ambrosius loco citato ait,ipsum feruili gestamine sicut numen , atque in sublimi locatum vehunt , vnde censoria potestate dirigit obsequia seruulorum,& præcepta singulis obeunda decernit.Quòd item aiunt cor non pendere ab aliis membris,nec illorum ope indigere,à vero abest;eget enim hepate, vt sibi sanguinem ministret;eget pulmonibus, vt attracto ab eis aëre ventiletur. Denique,vt semel dicamus,nullum est in animali membrum, quod extra aliorum subsidium cohæreat.

Solutio dubitationis propositæ.

Humani corporis politia.

Sedes nobilior cerebri, quàm cordis.

QVÆSTIO II.

Dentur ne spiritus in animante,an non.

ARTICVLVS I.

Dari spiritus vitales,& animales,& vt quidam volunt,etiam naturales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVIA in superioribus persæpe fecimus,& in iis etiam, quæ sequuntur,non tarò faciemus spirituum mentionem;postulat accuratæ doctrinæ ratio, vt semel de illorum vi,necessitate,ortúque agamus:id quod hoc loco opportunè præstandum erit.Constans est philosophorum sententia experimento satis comprobata animantium vitam,& functiones calore sustẽtari,ac foueri.Vnde Aristoteles,(quod ex eo non semel inculcauimus) in lib. de iuuent. & senect. cap. 2. mortem caloris extinctione definiuit, quia videlicet dum calor viget,vita sustentatur, eodem intereunte concidit. Quæ etiam causa fuit,vt Heraclitus dixerit ex igne,cuius soboles calor est,nata fuisse omnia;& alij in duabus mundi partibus,meridionali,& septemtrionali, quarum altera calida est, altera frigida,vitæ & mortis figuram contineri pronũtiarint, vt videre est apud Lactantium lib.2.cap.10. Sed quia animantium calor assiduè dissipatur, necessum fuit iacturam hanc aliunde resarciri.

Galenus lib. 2. de facult. nat. Aphorm. lib.1. & 22. lib. 5. & lib. 2. ad Glauc.

Caloris necessitas.

Vita & mortis figura in duabus mũdi partib.

Ad hunc igitur finem prouida, ac sempiternitatis auida natura spiritus efformauit,(id est corpuscula quædam ex puro, & defæcato sanguine mira tenuitate,qui spiritus nuncupantur,siue quod obturum effugiant, siue quod velut aura quædam suauissima mulceant, pulsent,spirent)efformauit,inquam, huiusmodi spiritus,vt calorem ab ipso fonte, id est,à corde haustum toti corpori inuehant, & impertiant;atque ita insitum calorem aduentitio instaurent,simulque membris omnibus ad munia sua obeunda vim conferant.Quod videtur significasse Aristoteles lib.5.de generatione anim.cap.vlt.cùm ait sic se habere spiritum in rebus à natura institutis,vt in arte fabrili malleum,& incudem, quæ ad multas actiones edendas obseruiunt. Et in libro de communi animalium motu cap. 6. inquit animalia omnia habere natiuum spiritum,eóque vigere.Hinc etiam Alexander Aphrodisiensis lib.2.probl.quæst.63.spiritum animæ,& corporis vinculum appellauit, quod viuifici caloris beneficio vtrúmque conciliet,& coniungat;atque adeò vitam tueatur.Nec verò aduentitius calor alia ratione melius in omne corpus effundi, & subsidio aduenire potuit,quàm per huiusmodi spiritus, qui tenuissimi sunt, maximéque agiles,ac proinde huc illuc facilè discurrunt, ac totum corpus breui transiciunt.

Finalis causa spirituum.

Quòd sit spiritus. Argenter. lib. 2. de somno. & vigilia c.6.

Alexander.

Diuiditur autem spiritus in insitum, & influentem. Insitus,qui etiam ingenitus,seu complantatus dici consueuit, est, quem generans vnicuique membro virtute seminis ab exortu inserit.Nec enim fœtui vitam impertiisset; nisi id, quo potissimùm vita continetur, id est,spiritum communicasset. De huiusmodi spiritu loquens Aristoteles cap.3.lib.2.de generatione animaliũ.Inest,inquit,in semine omnium, quod facit vt fœcunda sint semina, videlicet quod calor vocatur: idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus, qui in eo continetur.Vbi aduerte spiritũ dici ab Aristotele calorem, sicuti & à Platone interdum calor, interdum ignis appellatur, non quod

Duplex spiritus: insitus, & influens.

De insito.

Lege Auic. prima 1. cap. de viribus huu. Fernel. in lib. de spiritu, & innato calido c.7. Actuarium lib. de spirit. Galen.2.prædisq. aphor.37.

quòd re vera calor,aut ignis sit,sed quia calore abũdat, adeò vt Galeno & Auicẽna auctoribus omniũ calidissimus in animali habetur. Quod tamen an ita sit, infrà statuendum. Influens spiritus dicitur, qui à principe aliquo mẽbro in reliquas corporis partes continẽter influit.Diuiditur autem hic in vitalem, & animalem. Vitalis est,qui ab ipso vitæ fonte,id est,à corde per arterias decurrit; animalis, qui à principio animalium operationum,hoc est,à cerebro manat.

De influente qui in vitalem, & animalem diuiditur.

Sunt etiam, qui tertium membrum adiiciant, videlicet naturalem,qui ab hepate deducatur,vt quemadmodum vniuersum corpus tres principes facultates gubernant, ita & tres sint differentiæ spirituum,quæ iisdem facultatibus obseruiant, è propriis fontibus per suos canales distributæ. Sed naturalem spiritum plerique minimè ponendum censent ea maximè ratione, quòd nulla in iecore insignis cauitas sit, perinde atque in corde,& cerebro, quæ huiusmodi spiritus officina esse possit. Verùm,reiecta opinione Actuarij in lib. de spiritibus, vbi pene infinitos sine ratione confingit:hæc controuersia ita videtur componenda, vt si nomen spiritus propriè, atque ex vsu philosophorum sumatur; quo pacto spiritum dicimus substantiam tenuem,pellucidam,exquisitè elaboratam, & ad obeundas functiones necessariam: tunc negemus dari spiritum naturalem: si verò nomen spiritus fusè, ac minùs propriè vsurpetur pro particulis quibusdam sanguinis minus crassi, quæ vna cum reliquo sanguine è iecore transmittuntur;tunc esse spiritum naturalem non inficiemur. Eius autem munus erit concoctionem singularum corporis partium iuuare.

An sit ponẽdus spiritus naturalis.

Responsio.

De hac re Fer. lib.2.de abditis rerũ causis, & in lib.de spiritu & calid.Thophilus lib.3. de anima. ad text. 130. Garb. lib.1. tract.4.q.31. Valles. lib.2. contr. med. cap.4.

Esse autem in animali spiritus conuincunt plurima argumenta, quorum nonnulla iam ante perstrinximus.Nam siquis mortuo animali in cordis, & cerebri ventriculos introspiciat, eos fine vllo ferè humore inuenietquare cùm non frustra à natura conditi sint, optima coniectura est illos, dum adhuc animal viueret, prætenui aura, seu spiritu fuisse occupatos;qui tamen eo intereunte, cum fluidæ,ac leuissimæ substantiæ sit,euanuerit. Præterea quòd dentur spiritus vitales, liquet ex eo; quia si arteriæ crasso humore oppletæ fuerint, pulsu, micationéque orbantur; vtique tractione eiusmodi spirituum,qui à corde mittũtur, impedita.Similiter dari spiritus animales inde constat;quia propterea, qui in gyrum aguntur, concidunt, quia spiritus rectà per neruos deducendi,circulari illo flexu aliò vergunt.Item quia eiusmodi neruis obstructis, sensus, motúsque perit. Vnde etiam spirituum necessitas deprehenditur: quandoquidem animal nec sine pulsu viuit,nec sine motu,& sensu:hæc autem citra spirituum opem non constant.

Quibus indicijs, deprehendatur dari spiritus.

Circũuoluti cur concidant.

Lege Aphrodisæum sect. 1. probl.q.14.

ARTICVLVS II.

Quo naturæ artificio spiritus procreentur, foueantúrque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NVNC de ſpirituum ortu, fomentóque paucis dicendum. Purior quædam pars ſanguinis in iecore confecti per venam cauam,& communes quoſdam aditus in cor inuehitur,ac primùm dextro, deinde læuo eius ſinu excepta ibi recaleſcit, & vitalem quandam vim ab ipſo vitæ fonte haurit,à qua vitalis dicitur,quaſi vitæ auctor,& conſeruator.Huius ſpiritus pars quædam per arterias toto corpore diffunditur. Altera per anfractus, & flexuoſam ambagem ſurſum viam capeſſit,ac tandem in cerebri ventriculos euadit & proprietate virtutis cerebro inditæ magis attenuatur,& quaſi ætherius redditur, fitque ex naturali animalis, adeptus videlicet temperationem quandã, cuius merito ad motum, ſenſum,& omnes denique animales functiones adminiſtrandas idoneus eſt animæ admmiſter. Tum verò in particulas diuiſus per neruos diſpenſatur. Vnde iam intelligitur, quemadmodum ſpiritus innati,ſtabiles,fixique ſunt;ſic influentes, errantes eſſe,ac vagos,cùm hi à corde, & cerebro egreſſi huc illuc oberrent.

De hoc duplici ventriculo Lactantius lib. de opif. Dei.cap. 6.Galenus in lib. de format. fœt.

Spiritus vitales in læuo cordis ventriculo generãtur.

Siquis autem petat à quonam huiuſmodi ſpiritus regantur, vt in hanc potiùs, quàm in illam partem corporis tẽdant. Reſpondebunt medici,regi ducique à virtute quadam rectrice, quam ipſi omnibus facultatum muneribus, ac toti corpori præſidentem faciunt. Nos, qui virtutem hanc ſuperuacaneam,ac fictitiam credimus;reſpondemus, regi ac moueri à virtute impellente, & attrahente, qua cor, & cerebrum, cæteraque partes donatæ ſunt, vt alibi monuimus. Nec mirandum eſt ineſſe viuentibus huiuſmodi expultrices, & attractorias virtutes;cùm alias his ſimiles,ac multò etiam admirabiliores in rebus inanimatis, vt in rhebarbaro, in magnete,in ſuccino, in adamante,aliiſque compluribus paſſim experiamur.

A quonam cieantur ſpiritus.

Virtus rectrix medicorum ſupernacanea.

Quod ad ſpirituum ſuſtentationem, paſtúmque attinet, res ſic habet.Quemadmodum lucernæ flamma,ne extinguatur,duo requirit,nempe oleum,& ambientem aërem; oleum quidem, vt eo tanquam pabulo alatur;aërem, vt ab ipſo item incrementum, fomentúmque accipiat:ita ſpiritus,vt ſeruentur, duo exigunt. Alterum eſt humor quidam perſimilis oleo, quem nonnulli primigenium vocant, quod à prima ſtatim origine ſuſcipiatur; alij radicalem appellant, quòd eo, quaſi radice, animantium vita ſuſtentetur. Alterum eſt, prætenuis aura, quæ ſpiritum foueat, vt explicat Aphrodiſæus lib.2. probl.probl. 63. Atque hinc eſt, quod etiam in gratiam ſpirituum vitalium cor,atteriæ, & pulmones aërem identidem reciprocando ducunt, ac reddunt;quod item narium miniſterio in gratiam ſpirituum animalium cerebrum præſtat. Qua de re Hippocrates in lib.de alimento,Galenus in lib.de vtilitate reſpirationis cap. 5.& 1. Aphor.14.& 7.de vſu part,cap.8.& 9.& Auicenna Fen.11.3.tract.2. Eſt & communis auctorum opinio foueri eos odorifero halitu. Conſule Galenum ſect. 2.Aphor.11.& lib.6. Epidem. Conciliatorem diff.155.Valleriolam lib.2.de locis comm.cap.2.

De ſpirituũ ſuſtẽtatione.

QVE

QVÆSTIO III.

Qua ratione altrix facultas circa alimentum negotietur.

ARTICVLVS I.

De neceſsitate vegetatricium facultatum, déque prima alimenti concoctione.

TRIBVS facultatibus,quas ſuprà retulimus, naturali, vitali,animali;naturalis, ſeu vegetans in diſputationem hoc loco adducenda eſt, non abſolutè, ſed quoad vnam eius partem. Conſtat nimirum ex doctrina Ariſtotelis lib.2.de anima cap.4.text.34.& 37.tres eſſe vegetatricis animæ facultates, alentem, augentem, generantem; tot enim viuentibus (& ſi non omnibus tertia) neceſſariæ ſunt,de quarum diſtinctione, ſeu reali, ſeu formali alibi ex inſtituto diſſerendum. Porrò altrix facultas ideò neceſſaria eſt, quia vniuerſi corporis ſubſtantia tum ab inſito nobis calore, tum ab aëre circunfluo, aliiſque cauſis aſſiduè carpitur,ac diffluit, proindeq; vi aliqua eget, quæ eius diſſolutioni occurrat, ne præproperè extabeſcat, & abſumatur;hæc autem eſt potentia alens,ſeu nutriens. Secunda item neceſſaria eſt, quia cum viuens in ortu imperfectum, ac magnitudine paruum ſit,vt pote è ſemine exiguo prognatum,accretionem ex poſtulat, qua ad iuſtum magnitudinis terminum prouehatur; id verò munus auctrici facultati demandatum eſt.Denique requiritur etiam tertia, quia viuentium corpora, cum ex contrariorum permiſtione conſtent, fato cedunt; atque adeò vt quod numero ſeruari nequit, perpetua ſaltem poſteritatis ſucceſſione maneat, ac ſecundum ſpeciem perſeueret, gignentis potentiæ beneficio opus eſt.

Triplex facultas vegetantis animæ.

Ariſt. lib. 2. de generatione an.c. 1.

Quod ad altricem facultatem attinet,corporis noſtri fabricam ſic naturæ auctor Deus conſtituit, vt certis in locis reſiderent partes quædam ad eiuſmodi facultatis officia deſtinatæ. Aliter neque mẽbra ali commodè, neque artuum corporis adminiſtratio conſtare poſſet. Primùm ergo cibus ore exceptus dentibus comminuitur, conficitúrque,& ad ventriculi decoctionem accommodatur. Vnde ſic ſe habet os ad ventriculum,vt cocus ad lebetem, in quem carnes non integras, ſed conciſas mittit; atque adeò non propriè fit cibi concoctio in ore,ſed præparatio quædam ad concoctionem in ventriculo faciendam, vt docet Ariſt.lib.2.de part.anim. cap. 3. Deinde cibus præmanſus,tũ crebra agitatione,& motibus linguæ,quæ tanquam manus quædam eſt ventriculi,iis,quæ linguã habent,tũ gulæ attractione œſophago deorſum pellitur (procurante interim natura miniſterio epiglottidis ne quid ex eſca incidat in arteriam vocalem & reſpirandi viam intercludat.) Tum ventriculus, vt communis officina,

Cic.lib.2. de nat.Deorum Galenus lib. 4.de vſu partium.

De fabrica humani corporis.

Vt nutritio fiat.

Non habere omnia linguam docet Ariſt. lib. 4. de part.an.c 11. & lib. 2. de hiſt. an. cap.10.

Miniſterium lingua.

œſophagi.

Epiglottidis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

officina, siue promptuarium, cibum recipit, complexúque suo inclusum in vnum cogit, atque arctè comprehendit, alióqui in tam ampla capedine huc illuc fluitans decoqui non posset, & ante legitimum tempus elaberetur.

Ventriculus circumit officina.

De officio, & dissimilitudine ventrium. Arist. lib. 3. de p. anim. cap. 14.

Substantia ventriculi.

Porrò ventriculi substantia, nervosa, membraneáque est, & fibris concinnè intexta, vt facilè possit diduci, ac rursus cõtrahi; quod exigente vsu præstat; nam cùm ei multa offeruntur, ampliatur; cùm pauca, colligitur. Est etiam intus accuratè lævis ac lubrica; constat enim duplici tunica, interna, & externa; quarum interna cauitatem respiciens, & si nervosa, tenuior tamen est, ac plurimis donata fibris, quæ manuum instar ciborum attractioni famulantur. Habet ventriculus formam aliquantulum variam quandoquidem & rotundus est; & à dextro in sinistrum oblongus. Rotundus, quia hæc figura omnium capacissima, miniméque iniuriis obnoxia habetur. Oblongus, quia id sedes, quam obtinet, & gemina eius orificia, alterum, quo cibos recipit; alterum, quo eosdem in cremorem mutatos ad intestina demittit, postulare videntur. Qua de re multò plura enucleatiùs Anatomicæ artis professores, Galenus lib. 4. de vsu part. cap. 7. Vesalius lib. 5. de corporis humani fabrica cap. 3. Oribasius lib. 14. cap. 18.

Forma ventriculi.

Prima concoctio.

Coctrix ergo facultas ventriculo insidens toto conatu in alimenti sibi commissi decoctionem incumbit, ipsumque amplexu, & calefactu suo immutat tum proprio, ingenitóque calore, & spiritu; tum eo, quem vicinæ partes, videlicet iecur, lien, cor, diaphragma, vt lebeti circumiectus ignis, eidem conferunt. Sic demum perficitur ea, quæ è tribus præcipuis concoctionibus prima est, generatúrque ex cibo massa illa, seu cremor, quem Medici chylum vocant. Cuius certè cõfectio, & elaboratio non alteratrici duntaxat virtuti ascribi debet, sed etiam, ac multò magis ipsi formæ substantiali, cuius est instrumentum.

Vesal. lib. 5. de hum. corp. fabr. cap. 5.

Chyli confectio.

Postquam ventriculus suo munere circa alimentum perfunctus est; per infernum orificium (græci πυλωρὸν, latini ianitorem vocant) expellentis facultatis ministerio chylum, de cætero pro onere futurum, abiicit, ac deorsum trudit, qui flexuosa intestinorum circuitione deductus in ea præteruectione, venæ Mesarei, seu Mesenterij, quas Mesaraicas vocant, id, quod præstantissimum est, per oscula, & foramina combibunt, & quasi hirudines sugũt, atque in iecur transmittunt. At quod superuacaneum, & excrementitium est, in crassiora intestina deiectum exturbatur. Ita verò natura in corpore animalis vias quàm plurimas distribuit, ait Galenus initio libri quarti de vsu partium, alias quidem velut publicas, & communes omnium nutriendorum, alias vt angiportus quosdam ad singulas partes nutrimentum perferentes. Communis, & maxima, primáque omnium est ab ore ad ventriculum; secunda à ventriculo ad hepar, &c.

Vena mesenterij, seu mesaraica.

ARTI

ARTICVLVS II.

De secunda concoctione.

Lege Auer. 3. colleg. cap. de agris. Cõcil. diff. 39. Garb. lib. 1. tract. 4. q. 35.

QVOD ad secundam concoctionem attinet, substantia iecoris, quæ illius est officina, rubra est, & mollis, sanguini paulò ante concreto similis, nisi quòd duritiem maiorem vendicat. Vt autẽ sanguis, sicuti oportet, ad exactam elaborationem in ipso moram traheret, non dedit ei natura vnum aliquem ventrem; sed eam tamen compositionem, vt facilè possit impleri sanguine, quem confestim in venas fundit. Iecur hominis, pro sui corporis magnitudine, perquam amplum est. Qua parte attingit septum transuersum (vnus hic est è thoracis musculis, quem diaphragma vocant) gibbum est, ac lævе; qua ventriculum, inæquale & simum. Licet verò non vnam figuram habeat; magis tamen ad rotundam accedit, estque in homine simile bubulo, vt ait Aristot. lib. 1. de hist. anim. c. 18. Item maiorẽ sui partem in dextro latere extensam obtinet; esto aliquando, referente Aristotele loco proximè citato, in nonnullis quadrupedum cum liene, qui à læua est, locum permutasse obseruatum sit, quod tamen prodigij loco est habitum.

Substãtia iecoris.

Figura iecoris.

De figura iecoris Aristotel. lib. 3. de part. anim. c. 22.

Ad quam partem iecur vergat.

De his M. Alb. lib. 3. de animalib. tract. 2. c. 3.

His ita positis, vbi iam alimentum per angustas mesenterij vias multiplici lapsu & erratico partim impellentibus venis, partim ad se iecore ipso inuitante, in hepar per venam, quam portam dicunt, inuectum est; inibi nouam, id est, secundam concoctionem subit vi caloris & spiritus, quo officina hæc abundat. Hìc verò chylus in massam quandam euadit, quæ χυμὸς dicitur, in quo quatuor simul humores visuntur, sanguis, pituita, flaua bilis, & melancholia. Horum autem permistionem, ortumque Galenus lib. 2. de naturalibus facultatibus cap. 9. & lib. 4. de vsu part. cap. 3. aliique è recentioribus medicis declarant exemplo vini nuper ex vuis expressi, & in dolia infusi, quod innato calore adhuc efferuescit, concoquitur, secernitur. In eo quippe substantiæ quatuor inter se distinctæ apparent. Nam vini flos, qui leuis, & aërius est, supernatat; fæx grauis, ac terrestris deprimitur, & subsidit; crudus quidam humor, & aquosus vnà cum vino permistus circumfertur. Flori respondet bilis flaua, quæ in sanguinis superficie ebulliens aureo colore splendet. Fæci, humor melãcholicus, qui terrea grauitate deorsum vergit. Crudæ, & aquosæ portioni, pituita. Vt enim cremor ille, nisi admodum rebellis, & contumax sit; innato vini calore in vini substantiam conuertitur; sic pituita, quæ sanguis inchoatus est, calore sanguini insito in sanguinem commutari potest. Denique vino respondet syncerus, & perfectus sanguis, quòd istiusmodi humorum vteróque in sua congerie ceteris laudabilior, excellentiórque sit.

Secunda cõcoctio.

Quatuor humorũ generatio.

Conciliator diff. 29.

Apta similitudo ad declarandam quatuor humorum differentiam.

Ægid. in 2. diff. 30.

Plato in Timæo, Hippo. lib. 4. de morbis. Auer. 2 Colliget. c. 8.

Licet autem omnes ij humores in cõmuni illa nutritionis officina procreentur, non omnes tamẽ ad alendum corpus idonei sunt. Quare natura id, quod ex iis superuacaneum est, segregat, & flauam bilem in folliculũ fellis, qui ad iecoris portas situs est, coniicit, atram

Quatuor humorum vsus, vtilitas, & secretio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad splenem procul amandat: pituitæ verò nullum conceptaculum dedit, in quo priuatim consistat; tum quia sanguinem per vniuersum corpus deuehit, tum quia, cùm sit sanguis ex dimidio coctus, facilè expressam, ac perfectam sanguinis rationem adipiscitur, & in alimē- tum cedit; tum denique quia artus omnes humectari possunt ab hoc succo, ne frequenti agitatione inaresc ant. Sed est etiam aliud recrementum, à quo sanguiné expurgari oportet, humor quidam tenuis, & copiosus, quo chylus è ventriculo per intestina, & mesenterij venas in iecur tanquam vehiculo perducitur (is in lotium euadit) Hippocrates ὄχημα τροφῆς, id est, vehiculum nutrimenti appellauit, eo quidem nomine vsum eius indicans. Hic igitur humor postquam vehendi munere est perfunctus, quia nec alendo corpori aptus, nec ad alia deinceps vtilis est, per quarundam venarum, quas emulgentes appellant, ductus, in renes attrahitur, & secernitur, vnde mox in vesicam profunditur. Quod similiter accidit pituitæ: nam quod absoluto opere ex ea relinquitur, & non exudatur, per emunctorias venas in vesicam defluit.

Pituita nullum in corpore conceptaculum.

Vehiculum cibi.

Galen. lib. 4. de vsu part. c. 6. ex sententia Hip. in lib. de nat. M. Alb. lib. 13. de animal. cap. 8. tract. 1.

Obiectio. Erit tamen, qui obiiciat non videri duas superiores decoctiones omnino necessarias; quia, vt medicorum nonnulli docent ex Hippocrate in lib. de alimentis, interdum cùm æger per os cibum capere non valet, apponuntur extrinsecùs supra ventriculum, aliasvè partes corporis res esculentæ, vt iis per euapotationem porós subeuntibus nutriatur. Respondemus alimentis in eum modum adhibitis aut non nutriri ægrotum; sed tantummodò succi quadam irrigatione perfundi, & foueri; sicque iuuari: vel certè eiusmodi halitum excitatum à cibo priùs ad decoctionum officinas, membrorum attractione deduci, ibique concoqui, atque ita alere. Galenus tamen 6. de placitis credit concoctionem ventriculi non esse necessariam absolutè, sed cùm solida capiuntur alimenta; in cæteris verò perfectionis tantùm gratia.

Solutio.

Sententia Galeni.

Obiectio. Deinde opponet quispiam videri hepar superfluum. Nam cùm huius membri duo sint officia, expurgare, & decoquere alimentum, vtrúmque potuit à ventriculo præstari. Nec satisfaciet qui dixerit vtrúmque ab eo fieri; quandoquidem ibi cibus primam decoctionem subit, & purgatur; sed hanc decoctionem, & expurgationem inchoatas, imperfectasque esse. Non, inquam satisfaciet, quia cùm natura studeat compendio, debuisset ventriculo attribuere vim ad ea munia absque accessorio iecoris ministerio perfectè exequenda. Occurrendum tamen cum Galeno lib. 4. de vsu part. cap. 3. sicut triticum in area à paleis, postea verò pistorum opera ab aliis tenuioribus corpusculis superfluis mundatur: ita alimentum in stomacho à maioribus recrementis, in iecore à minori fœce purgari: quia conueniens fuit, vt natura more suo paulatim à minùs perfectis ad perfectiora progrederetur. Præterea membrum, quod alimentum excipit, membranecum facilisque distensionis, & contractionis esse oportet, vt pro cibi quantitate & porrigi, & coarctari queat: at nullum membra

Natura amicæ spendy.

Solutio.

De excellenti calore hepatis Vegetius capit. 61. art. Med. Ferrar. lib. de anim. facult.

Ventriculus natura membrana.

membranæum nimis calidum est. Quare ob hanc causam non potuit ventriculus calore proprio admodum abundare, quanuis membrorum calentium vicinitate eius decoctioni commodè prouisum sit. Oportuit ergo aliud membrum calidius esse, in quo alimentum crassiori fœce liberum, & mediocriter decoctum, perfectiorem decoctionem adipisceretur. Quo patet non fuisse expediens, vt absoluta decoctio ventriculo demandaretur. Quod verò aiunt naturam studere compendio, ita est; sic tamen, vt non tale quid faciat, quale statuarij gladium Delphicum ob inopiam: sed vnum ad vnum: tunc enim optimè instrumenta proficient, si eorum singula non multis, sed vni obseruiant, vt docet Aristoteles 1. lib. Polit. cap. 1. Itáque natura & necessaria, conuenientiáque concedit, & superuacanea, atque inutilia negat: nec solet pluribus committere, quod æquè benè, & pro dignitate ab vno fieri potest: sed hoc in re præsenti locum non habuit.

De gladio Delph. Mantuius in Adagiis.

Natura necessaria concedit, superuacanea negat.

ARTICVLVS III.

De tertia concoctione, & conuersione alimenti, déque facultatibus adiutricibus.

Causa magna.

IIs, quæ diximus, recrementis, expurgatus sanguis ampla quadam vena excipitur, quæ caua magna appellatur. Ea in superiorem, & inferiorem partem, & quoquouersum ducta, ac primùm surculis propagata, deinde variis diffusa ramulis, hinc in bilis vesiculam, ventriculum, lienem, intestina, mesenterium, & omentum: inde in cor, aliásque partes corporis excurrens, alimentum diuidit. Quia tamen id sponte sua perlabi non poterat, primùm quidem à vicinioribus venæ partibus; deinde à cæteris longo tractu, fuctúque allicitur, ac simul pituita vehiculi vicem subeunte in omne corpus influit, ac dimanat. Et in hac sanguinis tractione, dum vnumquódque membrum per flexuosos venarum anfractus, id, quod sibi vtile, & commodum est, vendicat; seruata quadam iustitiæ mediocritate, spectatáque conditione cuiúsque partis, commoda fit alimenti distributio; adeò vt nihil ferè in naturæ officiis admirabilius videatur; vbi summa inæqualitas, summa est æqualitas. Quod Aristóteles lib. 2. de generatione animaliũ cap. 4. exemplo patrisfamilias in hunc modum explicat; Natura perinde ac pater familias prudens nihil solet omittere, ex quo facere aliquid commodi possit. Dispensatur autem cura rei familiaris, ita vt cibus optimus detur liberis, deterior seruis, vilissimus sociis animalibus.

Pituita alimenti vehiculum.

Iustitia æqualitas in distributione alimenti.

Natura qua si pater familiæ.

Igitur postea quam alimentum distributum, minutissimas corporis partes, porosque subiit; in iis perfectam concoctionem assequitur, & pro natura cuiúsque membri duritiem, mollitudinẽ, calorem, frigus, & innati temperamenti modũ, cæteraque dispositiones accipit, & tandẽ in substantiam rei viuentis conuertitur: eaque cõuersio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nutritio quando fiat.

propriè nutritio appellatur:ac tũc fit,cùm materia alimenti,propria forma abiecta formã rei alitæ suscipit,& materiæ totius cõtinuatur.

Sed aduertendum adhuc est antequam alens facultas alimentum ad nobilissimum hunc actum prouehat;à quibusdam facultatibus, quasi operis famulis, & administris iuuari. Quæ à Galeno lib.5.de locis affectis cap.7.& ab Auicen.6.Natur.parte 1.cap.5.cõmuni ferè Medicorum assensu quatuor in primis numerantur;nimirum attrahens,concoquens,retinens,expurgans. Nam cùm alimentũ omnes partes animalis pervagari debeat, nec per se,ac vi sua ferri queat;necesse est vt virtus aliqua mẽbris insit,quæ illud ad se inuitet,& alliciat;hanc verò attrahentem vocant.Præterea cùm alimentum à viuentis natura diuersum sit, nequaquam potest in illius substantiam verti, nisi priùs multiplici alteratione cum eo similitudinem, & cognationẽ assequatur:proindéque requiritur ad id virtus cõcoquens, seu, vt Galenus vocat, alteratrix. Item quia huiusmodi concoctio tempus efflagitat;nec enim peragi, momento potest, necessaria est vis continens,seu retentrix,quæ alimentum contineat,ne dilabatur. Postremò quia oportet ab alimento concocto expelli sordes,& excrementa alitioni inepta,requiritur ad id virtus expurgans.

Facultates administræ nutritionis.

Lege Galenũ 3. de causis symptomat. Auicennã 2. Fen.doctr. 6. cap.2.

Facultas attrahens.

Concoquens.

Retinens.

Expurgans.

Appetens.

Distribuens.

Secernens.

Præter has virtutes adduntur alibi à Galeno tres aliæ:appetens, quã ponit primo de causis symptomatum:distribuens,cuius meminit tertio eiusdem operis:secernens,quã exprimit in 2.Aphor.com. 33. Videntur autẽ colligi hę facultates è tribus muniis,quę obeunt. Primæ enim respondet appetentia alimenti in venis, & aliis partibus,quam subsequitur attractio.Secundæ, dispensatio alimenti per mẽbra corporis.Tertiæ, separatio vtilis ab inutili. Et hanc ait Auerroes lib.2.Colliget.capite 7.& 9.& libro 3. c. 16.accepisse se ab Albumazar.Habemus igitur septem virtutes,vel etiam plures, si scrutari minutiùs velimus,nimirum attrahentem, concoquentem, retinentem,expurgantem,appetentem,distribuentem,secernentem.De quibus lege,si placet, quæ scripsit Valleriola libro 1.locorum communium cap.13.Peramatus libro de animæ functionibus cap.7.Fernelius lib.5.Physiol.cap.4.Vallesius lib.2,contr.medic.& Phil. cap. 21.Alexander lib.1.probl.quæst.57.

Septem virtutes.

Earum distinctio.

Quæri solet quonam pacto prædictæ virtutes inter se differant. Omissa disceptatione,sic habeto.Virtus secernens non distinguitur à distribuente.Enim verò distribuens non quodlibet alimentum,sed cum delectu,& secreto per eundem actum inutili, membris impertit.Item distribuens non est diuersa ab attrahente,nec ab appetente. Nam distributio fit,dum quælibet pars alimentum sibi conueniens attrahit,& membrorum appetitio non est, in re subiecta, nisi attractio.Similiter expurgans,& concoquens non differunt; quia in decoctione idem calor,qui decoquit,seiungit,expurgátque partes vtiles ab excrementitiis,vt aurum à fæce. Denique attrahens, & retinens, eadem facultas sunt; quemadmodum in magnete eadem est virtus, quæ ferrum trahit, tractúmque affigit,& retinet. Ita patet ex toto

Magnes eadem virtute ferrum attrahit, & retinet.

ex toto illo numero duas tantùm relinqui virtutes inter se realiter differentes, attrahentem, & concoquentem. Quin verò, si propriè loquendum sit,concoquens nutritoriæ famula non est:cùm non videatur ab ea distingui siquidem eiusdem est materiam disponere, quod facit cõcoquens;& formã introducere,quod præstat nutriens. Quo autem modo nutriens à calore differat, alibi perpendemus.

Ex Gal.4.de sanit.tuenda cap.vlt.lege etiam Hippocr. in lib. de alimento.

Aduertendum præterea licet tres tantùm esse dixerimus concoctiones, quarum prima fiat in ventriculo: secunda in hepate:tertia in singulis partibus,vbi alimentum in rei alitæ substantiam conuertitur;tamen vnicuique harum suam anteire præparationem;vnamquámque suam absolutionem subsequi. Præparatio ad primam fit in ore, dum cibus teritur, & nonnullam subit alterationem: eius verò absolutio in intestinis, quæ ad chylum etiam coquendum vim habent. Rudimentum secundæ existit in venis meseraicis, vbi iam chylus adumbrationem quandam sanguinis accipit; perfectio in caua, aliisque grandioribus venis, per quas sanguis à iecore decurrit, magísque elaboratur. Tertia initium capit à venis tenuibus,vbi iam sanguis à vicinis partibus, quibus tandem cohærere debet, immutatur:atque hæc nutritione ipsa,quæ omnium concoctionum finis est, absoluitur. Quidam plures numerant concoctiones; sed his tribus,vt à nobis explicatæ sunt,res tota continetur. Ac primæ quidem respondet chylus:secundæ potissimum sanguis: tertiæ vult Auicenna, aliique Arabes respondere quatuor humores alimentitios,qui inter sanguinem, & quodlibet membrum, quod nutritur,necessariò medij sint,quos vocant humores secundos. Sed hi non videntur semper dari, esto nonnunquam saltem vnus aliquis detur, vt progressu dicemus, qui medius sit inter sanguinem, verbi gratia & ossa,quæ aggenerantur,siue is distinguatur specie à sanguine, siue accidentibus & appellatione duntaxat. Lege, si placet, pro Arabum sententia Conciliatorem differentia 33.

Rudimentũ primæ decoctionis.

Secunda.

Tertia.

Vt M. Alb. lib. 3. de anim. tract.2. c.4. Auicen. prima 1. doct. 4.& Actuarius.

Quatuor humores alimẽtitij quos Arabes ponũt.

QVAESTIO IIII.

Vtrum omnes quatuor humores in hepate gignantur.

ARTICVLVS I.

Constituitur pars affirmatiua.

Dari hos quatuor humores demonstrat Hippoc. in lib.de nat. hum.

PROXIMA quæstione asseruimus quatuor humores gigni in hepate, nunc an res ita habeat, expendemus: dubitandi ratio ex eo oritur, quia non videtur qua ratione possit fieri,vt hepar eiusdem temperamenti vi,& ex vna eadémque massa tantam humorum varietatem proferat; cùm quodlibet agens particulare vnum sibique specie si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quorundam placitum.

Communis opinio.

mile efficiat. Sunt qui respondeant, hepar vnam duntaxat chyli portionem ascíscere naturæ suæ magis conuenientem, & idoneam, in cuius materiam formam suæ consimilem, nempe sanguinis (est enim hepar admodum sanguinolentum) inducat, cætera verò excrementa à propriis conceptaculis attrahi, ibique diuersas illas formas adipisci. Nobis tamen vera omnino videtur sententia Galeni lib. 2. de naturalibus facultat. cap. 1. & Auicennæ 1. primi doct. 4. quos cõmunis medicorum schola sequitur, videlicet omnes quatuor humores in hepate simul procreari, maximè cũ dissectione compertũ sit, omnes in eodem chylo ante secretionem contineri. Nec aduersariorum ratio, & si non nihil habeat difficultatis, oppositum concludit. Enim verò facultas, innatáque proprietas iecori licet actu vna sit; virtute tamen multiplex est, sicuti calor cœlestis vnus specie, nihilominus vim habet ad gignendas diuersarum specierum animantes ex putrescente materia. Quod si quispiam occurrat hoc non ad solius caloris ætherei virtutem, & efficacitatem; sed pariter ad subiectæ materiæ dissimilitudinem referendum esse: is intelligat hanc ipsam differentiam, & diuersitatem ex parte materiæ non deesse in prædicta massa, vtpote, quæ ex diuersarum partium mutua permistione concrescat; vt ex ea omnes quatuor humores eliciantur: sicuti ex eodem vuarum succo omnes illi quatuor liquores quos suprà retulimus, emergunt. Itaque iecur innatæ virtutis beneficio sanguinem, vtramque bilem, & pituitam efficit, actione non vniuoca; sed æquiuoca; & ex eodem chylo, non tamen ex eadem chyli portione. Nam bilem ex calida, & tenui; pituitam ex frigida, & cruda; sanguinem ex mediocri; melancholicum humorem ex frigida, & terrena portione effert. Nimirum particularis causa non semper gignit vnum sibi simile in specie (& si id primariò, ac per se intendat) quia non semper id assequi potest ob conditionem subiecti, in quod agit; vel ob defectum virtutis actiuæ, aliámve causam eiusmodi. Quo in euentu non vniuoci, sed æquiuoci agentis rationem obtinet.

Lege Fernelium lib. 6. Physiol. c. 4. Vallesiũ lib. 2. contr. Medic. & Phil. cap. 13.

Confutatio responsionis.

Ex qua parte chyli singuli humores procreentur.

Dubitatio de pituita.

Peculiaris tamen de pituita apud medicos dubitatio est, num in ventriculo gigni soleat. Parti affirmatiuæ adstipulatur tũ auctoritas Galeni in libello de atra bile, & in primum de nat. hum. comm. 39. tum experientia ipsa; quandoquidem non rarò ventriculus pituita abundat. Dicendum, licèt proprius locus gignendæ pituitæ sit iecur, vt ex eodem Galeno suprà docuimus, interdum tamen illam, vel saltem humorem quendam ad ipsam proximè accedentem, ex cibis pituitosis anticipatione quadam in ventriculo effici. Itaq; non est Galeni sententia generari semper in ventriculo pituitam, sed interdum.

Quatuor humores distinguí specie.

Quæret aliquis an prædicti quatuor humores distinguantur inter se specie, & natura. Respondemus, cum communi schola Medicorum, distingui. Id testantur diuersæ eorum affectiones, colores, sapores, operationes effecta, fines; de quibus à nobis nonnulla in progressu dicentur; à Medicis verò ex instituto multò plura pertractantur.

ARTI

ARTICVLVS II.

Aliquot obiectionum dilutio.

Obiectio prima.

VERVM cõtra superiùs dicta opponet aliquis. Natura nihil frustrà molitur, sed omnia alicuius finis, & boni gratia præstare solet; atqui nullus apparet finis, aut bonũ, cuius causa duo recremẽta, nẽpe bilem, & phlegma certis receptaculis cõdat. Non debuit igitur ea seruare, sed cõfestim excludere.

Obiectio 2. Animantia felle carẽtia.

Præterea, vt docet Arist. lib. 3. de part. anim. cap. 12. & lib. 4. cap. 2. & Plinius lib. 11. nat. hist. cap. 37. fel non omnibus inest animantibus; nam eo carent mulus, asinus, ceruus, caper, camelus, delphinus, & alia quædam. Immò & apud Chalcidem Eubœæ, parte quadam agri, in pecore nullum inuenitur. Adde quòd fel non parum videtur bonæ valetudini incommodare. Vnde, vt Arist. lib. 4. de part. anim. cap. 2. ait, dictum fuit à veteribus fellis vacuitatem causam esse vitæ diuturnioris, argumento ex solipedum, ceruorúmque genere deducto. Non ergo omnibus animantibus in iecore hic humor generatur; vel certè non in omnibus ad vesiculam secernitur, immo & in nullo manere expediens fuit.

Carẽtia liene.

Idem similiter de melancholico humore ostendi potest. Nam neque id cuncta animalia obtinent, cùm exanguia lienem non habeant, neque Ægocephalus, aliæque aues nonnullæ, & quidã etiam pisces, vt testatur Magnus Albertus lib. 13. de animalibus tract. 1. cap. 6. & Plinus lib. 11. natur. hist. cap 37. Quin & animal, cui lienem natura dedit, eo per vulnus exempto, adhuc viuere tradunt; & inuenta remedia sunt, quæ ipsum cursoribus extinguerent. Nec verò vlla eius vtilitas esse videtur, nisi quis ira sit tidiculus, vt vtilitatem putet quod eius magnitudine, vt quidam aiunt, risus intemperantia constet; lienosi enim ad risum procliniores esse dicuntur, vt refert Celsus lib. 3. Quo alludit Persius Satyr. 1. Sed sinn petulanti splene cachinno. Quanquam non apparet, quo pacto id eueniat, cùm melancholicus humor, vt colore ater est, ita & tetricum vultum reddat, ac mœrorem inducat.

Lienosi ad risum faciles.

Obiect. 3.

Tertiò, non solùm pituita, sed vtráque bilis feruntur per venas vnà cum sanguine, siquidem cùm vena ægrotis scinditur non tantùm sanguis sed reliqui etiã tres humores permisti emittuntur. Non ergo flaua, & atra bilis è iecore ad certa loca sibi destinata secedunt.

Dilutio prima obi.

Ad primum horum concessa maiori neganda est minor, dicendúmque flauam, & atram bilem non frustra, aut sine vtilitate esse in corpore, quemadmodum nec frustra in eo sunt quatuor complexiones, biliosa, melancholica, sanguinea, phlegmatica. Nã supposita vtilitate sanguinis, & phlegmatis, quæ apud omnes in confesso est, & de qua iã suprà diximus, cùm cõplexio biliosa aduersetur phlegmaticæ, hæc enim est frigida, & humida, illa calida, & sicca; cùm itẽ melancholica repugnet sanguineæ, quandoquidem illa frigida, & sicca est; hæc calida, & humida: conueniens fuit dari in corpore bilem, &

melan

Universidad de Deusto
Biblioteca

melancholiam,à qua biliosum,& melancholicum temperamentum sumitur. Tum quia ex doctrina Arist. lib. 2. de cœlo cap. 3. text. 18. ad naturæ perfectionem spectat, vt si vnum contrarium sit, alterum quóque existat: tum quia ne complexio, quæ in animantium corpore dominatur (semper enim è quatuor vna aliqua in eorum corpore prævalet) vltra modum exiret, oportuit dari contrariam, quæ illius vim,& licentiam refrænaret.

Si vnum cõtrariũ sit in natura, alterum quoque dari cõuenit.

Vtriusque bilis cõmoda.

Præter hæc, alia commoda non pauca inuehit corporibus vtráque bilis. Primùm quia sanguini, præsertim sub exigua quantitate, mistæ etiam nutriunt. Deinde, quia vt sanguis vi morbi interdum in alios tres succos; ita illi, si non toti, saltẽ ex parte in sanguinem mutari solent. Item quia melancholia, quæ acerbi saporis est, cum è liene in os ventriculi influit, quod non rarò facit, famem prouocat, non secus, atque acidi cibi appetitionem edendi acuunt. Item quia interdum flaua bilis è vesicula, qua continetur, per venulam quandam subiens sese ventriculo quasi supponit, ipsumque calefacit, & cibi concoctionem iuuat. Eadémque dilabens sua mordacitate intestina ad celeriorem recrementorum deiectionem impellit. Prætereà ad mores quoque nonnihil conferunt atra, & flaua bilis: nam hæc animositatem, illa maturitatem conciliat: vnde biliosi ad pericula strenuè subeunda promptiores; melancholici ad iudicia de rebus ferenda aptiores habentur. Qua de re suo loco plura.

Atra bilis ob insitam acre dinẽ cibi appetitionem excitat.

Vt melãcholia famẽ prouocet Gale. lib. de plenit. & lib. 5. de vsu part. M. Alb. lib. 3. de an. tract. 2. c. 3. De vtilitate flauæ bilis Vesal. lib. 5. c. 8. Auer. lib. 4. de part. anim. c. 2. M. Alb. lib. 3. de anim. tract. 2. cap. 3. Gal. lib. 1. de alim. fac. c. 1.

Pro explicatione secundi argumenti aduertendum ex Aristotele lib. 2. de hist. anim. cap. 15. Plinio lib. 11. naturalis hist. cap. 37. & aliis, quædam esse animantia, quæ licet fel habeant; non tamen id in hepate gerunt, vt cætera, sed alibi. Nam coturnis, coturnicibus, phasianis, in renibus, & parte tantùm altera intestini iungitur. Quibusdam iecori simul, & ventri, vt capricipiti. Quibusdam intestino tantùm, vt accipitri, & murenis. Similiter quædam & si lienem sortiantur, is adeò exiguus est, vt propè sensum effugiat, quod in magna parte auium compertum fuisse perhibent, vt in miluis, accipitribus, noctuis; & in quadrupibus ouiparis, vt in testudine, mure aquatili, rubeta, lacerta, crocodilo, rana. His positis, secundo argumento concedendum est quædam esse animantia, in quibus flaua, aut atra bilis non inuenitur, idque ob diuersas causas. Quarum prima est, quia hos humores non generant: vel propterea quod non vtuntur bilioso, aut melancholico cibo; vel quia licet eo vtantur; tamen eorum temperamentum ordinaria vi ad eos succos procreandos nõ pollet. Secunda causa est, quia tametsi eiusmodi succos gignant; confestim eos repurgant (sicuti in Ponto accidit, vbi pecora, quæ absynthio vescuntur, felle carent, vt animaduertit Theophrastus videlicet, quia absynthium biliosos humores reiicit, docente Dioscoride lib. 3.) vel denique quia illos ad cornua, cutem, alas, pilos, squamas, cæteráque eiusmodi congignenda conferunt. Qua de re consule Aristotelem loc. cit. Ad id verò, quod obiicitur de diuturniori vita animantium felle carentium, si ita sit (conceditur enim à Plinio lib. 11. natural. hist. c. 37. negatur à M. Alberto lib. 13. de animalibus tract. 2. cap. 4.) dicendum cum Auerroe ad cap. 2. lib. 4. de part. anim. eam diuturnitatem non esse ad vacuitatem fellis referendam sed ad bonitatem temperamenti; quæ cum tali vacuitate in nonnullis animalibus coniuncta est. Nam & multa fel habent, quibus non minus longa vita contingit, vt annotauit M. Albertus loc. cit.

Cur quædã animantes vtraque bili careant.

Theophrast. Dioscorides.

Plinius.

Dilut. 2. obiect.

M. Albert. Auerroes.

Nec verò dictis obest, quod homines quidam execto, aut extincto liene vixerint, in iis enim, præter vsitatum morem, quæ fuit natura viam ad melancholiam dijiciẽdam. Præsertim cùm ea commoda, quæ vtriúsque bilis conseruatione importãtur, non sint ad tuendam vitam omnino necessaria: quibus etiã perpetuò carent animantes illæ, quæ suopte ingenio iis succis vacant. Denique quod de liene adiectum fuit, nimirum eius magnitudinẽ parere maiorem ad risum facilitatem, ea tenus dici potest cum veritate congruere, quatenus lien, quia pessimi sanguinis purgamentum est, fæculentum crassúmque humorem, quasi tristitiæ materiã, ad se recipit, & reliquum sanguinem puriorẽ, atque agiliorẽ facit; ex quo proinde optimi procreantur spiritus, quorum quanto amplior est copia, tanto, cæteris paribus, maior promptitudo ad hilaritatem, & risum. Lege Aphrodisæum lib. 1. problematum, quæst. 19. & quæst. 136. Vesalium lib. 5. de fabrica corporis humani cap. 10. Cælium Rhod. lib. 4. lect. antiq. cap. 18. vbi pro hac nostra explicatione affert Auicennam.

Lege Vesal. lib. 1. de fabr. cap. 8.

De iis, qui absque liene vixerunt.

Procliniores ad risum qui grãdiore sunt liene.

Ad tertium argumentum respondendum est licet plerúmque in ægrotis corporibus multum vtriusq; bilis in venis reperiatur, quia morbo sanguis putrescit, vel quia tũc iecur de hisce humoribus plus gignit, vel denique quia ex defectu virtutum impellentium, attrahentium ve non fit apta humorum secretio: tamen integra valetudine non ita rem habere; etsi tunc quóque nonnihil tam flauæ, quàm atræ bilis per venas commeet; nec enim sanguis adeò exactè ab ea face repurgatur, vt nihil omninò ex ea secum inuehat.

Dilut 3. obiect.

Cõsule Fernelii lib. de humoribus cap. 8.

QVAESTIO. V.

Quidnam sit fames, & sitis.

ARTICVLVS I.

Argumenta contra famis, & sitis definitionem ab Aristotele traditam.

ACTVRI proximis quæstionibus de alimento, prius de fame, quæ circa ipsum versatur, ac de siti etiam, quæ fami coniuncta est, differemus; Famem & sitim hunc in modum definit Aristoteles lib. 2, de anim. c. 3. text. 28. Fames est appetitus calidi & sicci: sitis est appetitus frigidi & humidi. Verùm quod hæ definitiones, atque in primis

Definitio famis, & sitis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

definitio famis,non rectè se habeant,hisce argumẽtis videtur ostendi.Fames est dolor quidam,siquidem torquet, diuexátque, ac nonnunquam vsque ad interitum.Vnde & Galenus in libro de inæquali temperamento famem , & sitim inter dolorum species numerat; dolor autem non est appetitio,seu prosecutio; sed potiùs fuga præsentis mali ; Non ergo fames rectè definitur appetitus , siue appetitio.Secundò,cùm fames sit affectio corporis;si esset appetitio, pertineret ad appetitum sensitiuum;sed non pertinet:non est igitur appetitio. Probatur minor:nam actus appetitus sensitiui residẽt in corde,quod iræ,& concupiscentiæ domicilium est,vt alibi statuimus cum Aristotele,Theophrasto,aliisque Peripateticis:atqui fames non est in corde,sed in ventriculo;inde enim se premi sentiunt,quos fames vrget:ergo fames non est appetitio. Tertiò , actus appetendi, etiam ij,qui oriuntur ab appetitu sensitiuo,sunt in nostra potestate, saltem secundum obedientiam politicam,vt docet Aristoteles lib.1. Ethic.cap.vltim.sed fames nullo modo est in nostra potestate:alioqui liberum cuique esset non esurire : ergo fames non est actus appetendi. Quartò,Sicuti arbores vtuntur alimento , eiúsque defectu inarescunt:ita ad eas quóque spectare debet fames , quæ in alimentum feruntur:atqui arboribus non conuenit appetentia,vt neque sensus,ergo &c.Quintò, Non omnia alimenta sunt calida, & sicca, sed quædam frigida,& humida,vt lactucæ , pepones, & complura alia; ergo fames nõ debuit absolutè definiri appetitus calidi & sicci. Imò quod neque siccum per famem expetatur,ostendi ex eo potest,quia fames,vt testatur experientia , docétque Hippocrates Aphoris. 59. sect.7.reddit corpora sicca. Quare potiùs per famem expetitur humidum pingue , quo calidum sustentatur , reparantúrque dispendia facta continuo fluxu labentis materiæ. Sextò , Alimentis non sólum inest calor , & siccitas , sed etiam dulcedo , qua animalia sic capiuntur , vt plerúmque eius potissimùm gratia cibos quærant ; ergo fames non magis est appetitus calidi & sicci, quàm dulcis.

Primum arg. contra definitionẽ famis.

2. Argum.

Cor iræ , & concupiscentiæ domicilium.

3. Arg.

Aristot.

4. Arg.

5. Arg.

Hippocr.

6. Arg.

In nostra Ethicis ex sententia etiã Hippocrat. Zenonis, Possidony , Chrisippi.

Iam verò contra sitis definitionem hæc possunt obiici. Sicut esculenta pertinent ad famẽ,ita poculenta ad sitim ; sed non omnia poculẽta sunt frigida,vt patet in vino,quod est natura calidum:ergo sitis non est appetitus frigidi.Deinde frigus non concurrit per se ad opera vitæ,sicuti in libris Paruorum natu.docuimus:ergo frigiditas in potu non expetitur per se à natura rei viuenti.Præterea licet humidum aërium foueat,alatque natiuum calorem,vt oleum lucernæ sustentat ignem : tamen humidum aqueum aduersatur eidem calori eúmque destruit. Ergo sitis non potest simpliciter definiri appetitus humidi , sed humidi , conuenientis ; alioqui putandum esset quæri à natura id , quod ei perniciem molitur. Denique si sitis esset appetitus frigidi , sequeretur animantia quo calidiora, eo plus siti obnoxia esse : sed non ita est , vt patet in multis auibus , præsertim è rapacium genere , quæ cùm sint calidiores, minùs

Contra definitionem sitis 1. Argum

2.

3.

4.

In lib. de vita & morte cap.2.

Arist. 1.3. de iuuent. & senect. Gale. de causis morb.

minùs potant ; ergo sitis non est appetitus frigidi. Quare videtur hisce argumentis conclusum non rectè Aristotelem famem , & sitim definiisse.

ARTICVLVS II.

Vnde fames,& sitis oriantur:& in quo propriè consistant.

AD rei subiectæ difficultatem enodandam ,& superiora argumenta diluenda, aduertendum primò est ex doctrina Aristotelis cap.3.lib.2.de anima cùm animantia constent ex calido,& frigido,sicco & humido,etsi nõ æqualiter his omnibus;ad hæc tuenda,reparandáque,vt oportet , datam esse à natura famem,& sitim:famem propter calidum,& siccum; sitim propter frigidum,& humidum.Deinde,quod ad famem attinet, sciendum quinque potissimùm ad eam concurrere, vt colligitur ex iis,quæ tradit Galenus libro primo de causis sympt.cap. 7. Primum est,membrorum inanitio,deficiente alimento. Secundum , tractus membrorum conantium allicere ad se, & rapere , vndecumque valeant,nutrimentum, cuius inopia laborant. Tertium, diuulsio ventriculi cum acri quodam morsu, qui nascitur tum ex vehementi attractione;tum quia destituta alimento ventriculi cauitate eius latera in se concidunt,& corrugantur.Quartum,sensio diuulsionis:nam cùm hæc ventriculum grauiter afficiat,ipsúmque lędat,consequens est,vt doloris sensum inuehat.Sentitur autem potissimùm fames in ventriculo , ac præsertim in eius ore , quia membrorum suctio ad hæc vltimò terminatur , iisque maior inest sentiendi acrimonia. Quintum , appetentia cibi,id est , actus appetitus sensitiui optantis externum alimentum,vt præsenti malo occurrat. Consurgit autem hæc appetentia in hunc modum. Percipit phantasia diuulsionem ventriculi ex alimenti penuria : deinde apprehendit alimentum, vt conueniens , & necessarium : tum proponit id appetitui sensitiuo, qui confestim in ipsum per actum appetendi fertur , vt vitæ consulat.Fuit verò necessaria animantibus hæc cibi appetitio,quæ tamen stirpibus non conuenit , quia stirpes alliciunt radicibus præsens alimentum ; animantia verò id quærunt aliunde , proindéque egent appetitu,qui virtutem motiuam ad quærendum impellat.

Aristotelem.

Ad famem concurrunt quinque.

Gal. lib. 4. de vsu part. c. 6.

Terra stirpibus alimenti promptuarium.

Quæri solet,in quonam ex his quinque consistat fames.Respondemus cum Galeno lib. 5.de vsu part. cap. 9. aliisque medicis,si fames propriè sumatur,consistere in sensu diuulsionis ventriculi, Fames enim propriè dolor est,vt primum superioris articuli argumentum ostendit.Poterit autem eius definitio sic aptè componi, Fames est sensio diuulsionis ventriculi orta ex attractione alimenti. Dicitur sensio diuulsionis , id est, dolor,quem efficit diuulsio,& corrosio partium. Ventriculi,quia licet aliæ etiam partes diuellantur , tamen ea diuulsio potissimùm fit in ventriculo. Ex attractione,&c.

Propria famis definitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia diuulsio efficitur per attractionem corrodentem cùm deest alimentum; vel cum, etsi non desit, attrahitur tamen præter ordinem ab vna parte ad aliam, vt à iecore ad venas vi alicuius maligni noxiique humoris: licet ordinariè famem præcedat membrorum inanitio, & alimenti consumptio, vt ante monuimus.

De subiecto famis.

Dubiũ tamen adhuc est in qua nam parte corporis, & in qua potentia, vt in subiecto insit fames. Videtur enim primò esse in tactu, & in ea ipsa parte, quæ læditur per diuisionẽ continui, aut solutionem temperamenti, (hæc enim sunt, quæ teste Ætio, & Galeno, tactũ offendunt, & dolorem faciunt) Contra verò cùm dolor sit vna è passionibus appetitus sensitiui, non videtur esse nisi in ipso appetitu. D. Thomas in 3. sent. dist. 15. quæ. 2. art. 2. aliisque in locis asseruerat dolorẽ esse in sensu tactus, tristitiam in appetitu. Sed 1. p. quæst. 25. art. 1. & in 1. 2. quæst. 35. art. 1. ad 1. (sententia mutata, vt Capreolus obseruat in 3. dist. 15. q. vnic. art. 3.) docet, etiam dolorem esse in appetitu, ad quem pertinet fuga, & prosecutio mali, & boni: oriri tamen ex læsione facta in corpore. Iuxta hanc sententiam, quam amplectimur cum Capreolo loc. cit. Scoto in 3. dist. 15. quæ. 1. aliisque auctoribus, dicimus famen esse in appetitu concupiscibili, vt in subiecto, quo: in ea verò parte corporis, in qua fit diuulsio, tanquam in eo, in quo est causa, & obiectum doloris: siquidem dolor est ex læsione corporis, & circa eam versatur: quatenus potentia cognoscens apprehendit læsionem tactus, eámque appetitui proponit, isque dolore permouetur ex noxia affectione, & præsenti malo, vt suprà attigimus.

Lege D. Th. in q. disp. de passionibus anim. art. 9. Caiet. 3. p. q. 15. art. 5.

Cùm ergo fames formaliter sit dolor, consequens est, vt definitio tradita ab Aristotele, nempe fames est appetitus calidi & sicci, non sit per causam formalem & internam, sed per finalem: siquidem fames datur à natura, vt per eam appetitus excitetur ad quærendum cibum, siue externum alimentum propter animantium vitam, & incolumitatem.

De siti.

Quod ad sitim spectat, notandum primò est discrimen inter cibũ, & potum. Nam cibus nutrit, potus autem non nutrit, nisi idem sit potus, & cibus, vt vinum. Prodest tamen nutritioni potus quadruplici potissimùm officio. Primum est vehere alimentum, eíque tenuitate sua per meatuum angustias, & venarum flexus viam aperire. Secundum est, iuuare cõcoctionem, præsertim eam, quæ in ventriculo fit. Nam cum tres sint concoctionum species, de quibus fusè Aristoteles lib. 4. Meteor. à cap. 2. nimirum elixatio, qualis est ea, qua carnes interuentu calidi liquoris ad ignem coquuntur; assatio, cuiusmodi est, qua carnes ad ignem torrentur: maturatio, qua, verbi gratia, poma matureſcunt: cumque decoctio alimenti in ventriculo sit elixationi similis; eget proinde humore aliquo: hunc autem potus exhibet. Tertium est, elicere ex alimento vtilem succum, dum eius partes quoquouersum permeat; sicut torcularij artifices ad eximendum oleum ab oliuis faccos oliuis

Potus cõmoda.

Triplex concoctionis species.

De his cõcoct. Aphrod. lib. 4. quæst. c. 14.

tritis

tritis refertos perfundunt calida: vnde vt ab oleo amurca, aliæque fæces; sic ab alimentitio succo inutilis materia secernitur. Nec obstat, quod aqua frigida bibitur, cum mox calore ventriculi incalescat. Quartum est, temperare siccitatem membrorum, & feruorem sanguinis, simúlque remorari celerem extinctionem humidi pinguis à calido naturali; quemadmodum sal detinet olei consumptionem à flamma: dum enim liquatur, eius humiditas oleo permista in causa est, vt oleum plùs reluctetur, retardétque ignis voracitatem.

Quo pacto sitis oritur.

Cùm igitur prædictus succus, quem potus inuehit, in corpore deficit, eóque exhausto inarescunt membra, oritur attractio similis ei, quæ in fame, carpens, ac vellicans præsertim ventriculum, œsophagum, & fauces. Deficit autem eiusmodi succus, vel consuera, & ordinaria eius consumptione, vel facta dissolutione ab æstu, & balneis, vel ex iecoris, lieníve calida intemperie, aut inardentium febrium iactatione, vel ex esu sibi salsi, & meracioris vini potu, aliísque eiusmodi. Interdum etiam, vt de fame dicebamus, non deficiente potu vehemens sitis existit, propterea quod membranæ ventriculi, aut venæ humore falso imbutæ sint, vti accidit hydropicis, qui quantumlibet ventriculum, & venas aqua impleant, expleri tamen, & satiari non possunt.

De causa hydropis Gal. lib. 1. de nat. facult. c. 8. & lib. 5. de locis aff. c. 6.

Porrò vt fames propriè consistit in sensione, & dolore, ita sitis: vtraque enim vexat, & cruciat. Poterit ergo sitis hunc in modum definiri, sitis est sensio vellicationis factæ potissimùm in ventriculo, œsophago, & faucibus ex attractione potus. Huiusce definitionis intelligentia ex dictis perspicua est: illa verò Aristotelis, nimirum, sitis est appetitus frigidi & humidi, est per causam finalem, vt definitio famis tradita ab eodem. Quod similiter dicendum de illis, quas Plato 4. de Republica, aliique auctores celebrant, videlicet fames est appetentia cibi, sitis est appetentia potus.

Sitis definitio.

ARTICVLVS III.

Dilutio argumentorum primi articuli.

Dilutio primi argumẽti contra definitionem famis. 2.

RESPONDEAMVS nunc ad argumenta initio adducta. Ad primum concedendum est famen, si propriè sumatur, esse dolorem, nec esse actum expetendi, prosecutionémve; sed potiùs fugam præsentis mali, quod lædit. Ad secundum dicimus famem propriè, cùm dolor sit corporis, pertinere ad appetitum sensitiuum, eiusque interuentu recipi in cotde, vbi appetitus ipse domicilium habet, esto læsio, vnde oritur dolor, sit præcipuè in ventriculo. Ad tertiũ licet actus appetitus sensitiui, 3. absolutè loquendo, suo modo sint in nostra potestate; quosdam tamen positis quibusdam circunstantiis non posse à nobis inhiberi, eiusmodi autem est dolor existente actu læsione corporis. Quis enim dicat dum corpus laniatur, liberum, atque integrum cuique esse non dolere? Ad quartum sicuti arbores nutriuntur, ita alimentum 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exigere, ipsumque attrahere: non tamen dici famescere, quia ad rationem famis non sat est quolibet modo tendere in alimentum, sed ita vt ex illius attractione diuulsio ventriculi, eiúsque sensio consequatur. Ad quintum, Non omnia alimenta esse calida, & sicca: Itémque famem ex principali naturæ intensione non esse datam ad reparandum siccum sed humidum pingue, quod natiui caloris pabulum est; dici nihilominus famen appetitum calidi, & sicci; facta ad sitim comparatione, vt interpretes exponunt; quia si in commune loquamur, cibus, qui fame expetitur, calidior est, & siccior, quàm potus, circa quem sitis versatur. Ad Sextum, saporem & alimenti suauitatem non pertinere per se primò ad famem, sed tanquam cibi condimentum, vt docet Arist. lib. 2. de anima. cap. 3. text. 28. vt enim natura in cæteris rebus ad actiones promptè exercendas voluptatum illecebram conciliauit, sic & in cibi vsu saporum delectationem adhibuit. Nec obest, quod animantia plerúmque delectationis gratia cibos consectentur: sat enim est ex primario, præcipuóque instituto auctoris naturæ non esse operationes propter voluptates, sed è conuerso voluptates gratia operationum, vt annotauit Ferrariensis lib. 3. contra gentes cap. 26.

Famen datũ ad instaurãdum humidum pingue.

Delectationes operationum gratia.

Ad primum eorum, quæ contra sitis definitionem allata fuêre, dicendum poculenta, nec omnia, nec quouis modo spectata pertinere ad sitim; sed ea, quæ frigida, & humida sunt, vel quæ saltem alterum eorum vendicant, & qua talia. Quomodo vinum non vt calidum est, sed quatenus humidum ad sitim spectat eámque extinguit. Ad secundum licet frigus non concurrat per se ad opera vitæ, per se tamen expeti tanquam id, quod calorem modificat, & ea commoda, quæ suprà recensuimus, præstat. Ad tertiũ, humidum aqueum, si modum excedat, natiuum calorem perimere; si autem moderatè adhibeatur, esto eidem calori aduersetur, non parum emolumenti afferre animantibus, quatenus efficit, ne humidum à calore præpropere absumatur. Ad quartum animalia, quo calidiora, eò, cæteris paribus, siti vehementius vrgeri auibus autem rapacibus, quæ plus habent caloris, consultum fuisse à natura contra sitis frequentiam, ac molestiam magnitudine pulmonis attracto aëre refrigerantis subiectum os ventriculi, à quo solo septo membraneo dirimitur. Quia enim aues præda victitantes expeditiores ad volatum esse oportebat, conueniens fuit hac illis ratione potum suppleri, ne liquoris assiduè hausti pondere grauarentur.

Solutio pri. arg. contra defin. sitis.

Quod frigus non concurrat per se ad opera vitæ. Galen. 3. de causa symp. c. 3. Auicen. Fen. 1. primi doctr. 6. c. 3. Valles. lib. 3. Contr. Medic. & phil. c. 11. Veg. an cap. 62. libri Art Med.

Magnitudine pulmonis consultũ qui busdam auibus contra sitim.

QVAESTIO VI.

Cuiusmodi esse oporteat alimentum.

ARTICVLVS I.

Propositi dubij explanatio.

De

De alimento latè differit Arist. lib. 8. de hist. anim. à c. 1. vsque ad 13. & lib. 2. de gener. anim. cap. 4. & lib. 2. de part. anim. cap. 3. & lib. 2. de anim. à text. 44. Hippocrates in lib. de alimento. Galenus tribus libris de facul. aliment. & in lib. de attenuante victus ratione. & in lib. de bonis & malis succis. Albertus magnus opusculo de nutritione cap. 1. Theophrastus lib. 2. de causis plant. cap. 9. Rondeletius lib. 1. de piscibus. Auerroes lib. 5. colliget. Aduerte alimentum debere esse tum simile rei viuenti, quàm nutrit, tum dissimile. Quod duobus modis intelligi potest; vno, vt ante concoctionem dissimile sit, & per concoctionem fiat simile; quod tradit Aristot. lib. 8. Phys. cap. 7. text. 55. & hoc lib. cap. 5. text. 38. & lib. 2. de anima cap. 4. text. 45. Alterò, vt etiam antequam decoquatur, vtrumque horum ei conueniat, & partim simile sit, partim dissimile: si enim alimentum ante decoctionem esset omnino simile, non oporteret decoqui; quia inter omnino similia non datur actio: si autem esset omnino dissimile, ita vt ab eo, propter affectionum discrepantiam, natura, & conditio viuentis prorsus abhorreret; decoqui ab eo non posset: quia id, quod tale est, nequid alteratrice facultate vinci, & ad conuersionem accommodari. Et verò cùm non solùm viuens agat in alimentum, sed etiam alimentum in ipsum viuens; docet Galenus lib. de simplic. medicam. facult. cap. 1. discrimen esse inter alimentum, & medicamentum, quòd hoc, quà tale, magis agat, alterétque subiectum; minus autem patiatur, & nutriat; illud contra magis patiatur, & nutriat, quàm alteret. Vnde vt plurimùm quanto aliqua plus agere possunt, quàm pati; tanto à ratione alimenti longiùs abscedunt.

Gal. 6. de sanit. tuenda 2. Auerr. 8. Physic. com. 55. Athenagoras in orat. de resurr.

ARTICVLVS II.

Obiecta, eorúmque refutatio.

Erit tamen, qui probare contendat inter alimentum antequam decoquatur, & rem, quæ nutritur, non exigi eam, quam diximus, similitudinem, & conuenientiam; quòd multa sint omnino dissimilia, & contraria viuentibus, quæ tamen in eorum alimentum cedunt. In primis enim struthio indiscreta auiditate quælibet sibi obiecta deuorat, ac ferrum ipsum decoquit. Deinde quædam animantia vescuntur cibis venenatis, vt viperæ scorpionibus teste Arist. lib. 8. de hist. anim. cap. 19. & sturni cicuta, coturnices veratro, anates bufonibus, gallinæ araneis, & scorpionibus, ciconiæ, sues, & species quædam pelicani serpentibus; itemq; vespæ, quo alimẽto mortiferos ictus faciunt. Quin & fœminá quandam veneno nutritá cõmemorat Auicenna; & aliam in Colonia Agrippina se vidisse narrat M. Albertus, quæ aranearum aucupio mirificè oblectata aleretur. Fama est etiam à quodã Cãbaiæ rege filium veneno educatũ, qui adultus adeò factus sit venenosus, vt

Cælius lib. 16. c. 11. Plin. lib. 10. cap. 1. Fernelius lib. 2. de abditis. rerum caus & inlib. de funct & hum. c. 1 Scaliger exercit. 23. in Card.

Animantes, quibus venenosa in pabulo sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt muſcæ,quæ eius cutim ſuctu perſtringerét,turgidæ interirẽt. Sed illud antiquius, & vulgatius, quod de Mithridate rege Ponti referunt Plinius lib.25.nat.hiſt.cap.2.& Aulus Gellius lib. 17. noctium Attic.c.16. videlicet eum ſic veneno aſſueuiſſe, vt ei nullum poſtea nocuerit.Vnde illud Martialis lib.5.epigram.

Calius lib. 11.c.13.Galenus de alimentorũ facul. & 3.ſimpl.med. Matthiolus ſuper Dioſc. lib. 3. cap.1.

Proficit poto Mithridates ſæpe veneno.
Toxica ne poſſent ſæua nocere ſibi.

Quod vni alimentum, alteri venenum.

Pro ſolutione horum aduertendum eſt alimenta,quæ vni viuentium ſpeciei conueniunt, ſæpe alteri accommodata non eſſe; & interdum, quod vni eſt alimentum, alteri eſſe venenum ob temperamentorum diuerſitatem. Immo & alimenta ipſa propter ſoli,regioniſque diſſimilitudinem nonnunquam ingenium, & conditionem mutare ſolent, vt obſeruat Plutarchus in eo libro, quem inſcripſit; de facie,quæ apparet in orbe Lunæ. Cuius rei celebre eſt exemplum malus Perſica in natiuo ſolo,hoc eſt in Perſide,venenata,quam Perſæ,cum aduerſus Romanos dimicarent,aliquot Italiæ locis inſeruerunt ſperantes eius poma præſentaneo veneno hoſtibus interitum allaturа. Sed multò ſecus accidit; quia ſoli mutatione venenum omne depoſuere, vt refert Columella de cultu hortorum lib. 10. hiſce carminibus.

Auerr.in prologo lib. 3. Phyſic. lege quoque eundem 5. colliget.cap.22.

Ruelius 1. lib.de natura ſtirpiũ c. 111. Galenus lib.2. de alifacul.& 3.de ſymptomatũ cauſis.

Columella.

Quæ barbara Perſis.
Miſerat,vt fama eſt,patrijs armata venenis,
Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi.

Conſuetudinis vis.

Deinde aduertendum conſuetudinem,vt in cæteris fere rebus;ita in ratione victus, & alimenti miram habere vim teſte Galeno in libro de aſſuetudinibus;adeò vt ab Ariſt.7.lib. Ethic. cap. 10. dicatur ſimilis naturæ;& ab Eueno poëta,cuius carmina eodem loco in eam ſententiam citantur,appelletur natura:à Galeno autẽ lib.2.de motu muſculorum, natura aduentitia. Vt ergo Ariſtoteles inquit in problematis ſect. 21. problemate 14. conſuetudine fiunt alimenta ſuauia guſtui; & vt Hippocrates 2. de rat. vict. acutorum contexit. 33. ait, vnuſquiſque eos cibos, quibus frequenter vtitur, facilè tolerat, & ſi haud quaquam boni fuerint natura,& è contrario cibos inſuetos,licèt mali non fuerint,ægrè fert. Ac non in alimentis ſolùm hoc accidit, ſed in venenis etiam, vt experientia comprobauit, adeò vt qui ſe iis aſſuefacit,non lædatur.

De conſuetudinis vi. Plutarchus in lib.de liberis educ.

Obiectio.

Quod ſiquis opponat non videri conſuetudinem in hiſce naturæ operibus vim ſuam exercere poſſe, quemadmodum neque lapidi, qui ſurſum proicitur,vllam, indit facilitatem ad ſuperiorem locum capeſſendum, quantumlibet ea proiectio reperatur. Occurrendum diuerſam eſſe vtrobique rationem. Alimenta enim ſic conuertuntur in ſubſtantiam rei viuentis, vt etiam agant in ventriculum, ipſumque ſuis qualitatibus afficiant, & ex parte ſibi ſimilem reddant. Quoniam verò à ſimili non fit læſio,poſtquam longo vſu, & aſſuetudine,ventriculus cum his,aut illis cibis,aut etiam cum veneno affectio

Diluitio.

fectionum conuenientiam cognationémque obtinuit;ſimul conſecutus eſt,vt ab his alioqui natura ſua contrariis,& noxiis non læderetur.Non ita verò in lapide res habet,ſiquidem nullam motu accipit qualitatem,qua paulatim ad aſcendendum inclinetur.

Refutatio obiectionum.

His ita conſtitutis facile eſt ad obiecta reſpondere.Nam quod ad ſtruthionem attinet,nihil mirum ſi inſita vi,& proprietate ea decoquit, quæ ab aliis ob temperamenti diſſimilitudinem ſeu talis proprietatis defectum decoqui non poſſunt.Venenoſis autẽ cibis quædam brutæ animantes abſque noxa veſcuntur;quia quæ aliis venena exiſtunt,eis ſunt alimẽta. At quod in ſpecie humana quidam veneno impunè vixerint, id ad conſuetudinis vim referri debet. Quæ tamen conſuetudo non aliter ab eis induci potuit,quàm ſumpto ad prima initia veneno in quantitate admodum parua, ita vt præoccupata virtute ſtomachi eius efficacitas ad cor non pertingeret: vel etiam præſumptis remediis, quod Mithridatem feciſſe auctores prodiderunt,vnde ex his antidotis vnum ab eo Mithridaticum dicitur.De quo Galenus lib.de theriaca ad Piſonem c.29.& lib.1.de antidotis c.1.& lib.2.eiuſdẽ operis cap.52.vbi etiã exponit,qua ratione Mithridates à Romanis obſeſſus,cùm potiùs mori vellet,quã in eotamen epoto filiæ,quia aſſuetæ illi nõ erãt,cõfeſtim exanimatæ ſunt.

De cõſuetudine venena ſumendi.

Mithridates hauſto veneno interire non potuit.

Gellius lib 17.noct. Att. c.16. Calius lib.11.cap.13.

QVAESTIO VII.

An elementum, rei viuentis alimentum eſſe queat, necne

ARTICVLVS I.

Argumenta in partem, quæ affirmat.

Duplex accepti alimẽti.

Hippocr. lib. de alim. Gal. lib.2.nat fac. cult.c.1.

ALIMENTI nomen bifariã accipitur.Vno modo pro eo,quod iam rite decoctum eſt, vt in rei viuentis ſubſtantiam concedat. Altero,pro eo,quod per os,vel per id,quod oris vice fungitur, idoneam ad alendum corpus præparationem ſubiturum hauritur,vt panis,arbocundum poſteriorem notionem intelligenda eſt. Nam ſecundum priorem ſatis liquet elementum pro alimento eſſe non poſſe, cùm nihil in viuentis ſubſtantiam commutetur,niſi alteratricis facultatis miniſterio præeunte,quo ſcilicet alimẽtum cum re aucta cognationem,& ſimilitudinem aſſequatur.

Primũ arg.

Plinius lib. nat.hiſt.c.72.

Videtur igitur affirmatiua pars quæſtionis in ſingulis elementis oſtendi poſſe.In primis namque vniuerſum ſtirpium genus terra nutritur, cùm inde fibris, ac radicibus pabulum trahat. Quin & ex animalibus talpæ,& ſerpentum nonnulli terram edunt,proindeque

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex ea nutriũtur, & gliſcunt. Ac lupos etiam terra veſci docet Ariſtoteles lib.8.de hiſt.anim.cap.5.

2. Argum. Secundò, Animalia in aquis degentia capiunt ex aqua alimentum,imò & terreſtria,quæ aquam bibunt:igitur elementũ aquæ cedit in rei viuentis nutrimentum. Quod & palam docet Ariſtoteles in prob.ſect.1.probl.13.cur,inquit, mutationem aquarum grauem; aëris verò non grauem eſſe affirment? An quod aqua corporibus alimentum eſt; aër autem nullum exhibet alimentum?

3. Argum. Tertiò.Compertum eſt quædam animalia aëre veſci, ac viuere; igitur aër eſt alimentum. Antecedens oſtenditur, quia perhibent Chamæleontem annum integrum inediam tolerare, & vbi auram hiatu excepit,& occluſit malas,turgere ei ventrem.Quin & obuerſum ad ſolem haurire radios, eóſque conuerſione hiantem ſequi; videlicet quia cocto, quàm crudo aëre libentiùs veſcitur. Sunt etiam, qui eum non modo aëre ali, ſed etiam nullo prætereà cibo vti arbitrentur, vt Tertullianus in libro de Pallio. Sic enim ait; Chamæleon ieiunus ſemper & indefectus, oſcitans veſcitur, folicans ruminat,de vento cibos.Quod etiam confirmat Plinius lib. 8. nat.hiſt. cap.33. ſolus, inquit, animalium nec cibo,nec potu alitur, nec alio, quàm aëris alimento. In vita quóque Artaxerxis ſcribit Plutarchus auiculam eſſe in Perſis nomine Rythacem,quæ vento,& rore alitur. Item in Africa monſtrum eſſe dicitur (vernacula lingua Haiit nominant)quod eſitare nemo vnquam aſpexit.Secum enim mapalibus incluſum barbari periculum eius rei facturi detinuerunt. Itaque ventorum aflatu viuere credunt. Nec de belluis tantum, ſed de hominibus etiam ſimilia auctores prodiderunt. Affirmat enim Rondeletius lib.1.de piſcibus cap.13.quendam Romæ annos quadraginta ſola aëris inſpiratione nutritum fuiſſe.Præterea Indorum quandam gentem narrat Plinius lib.7.cap. 2.ad extremos fines Indiæ circa fontes Gangis abſque vllo cibo, potúque halitu tantùm & odore,quem è pomis,floribúſque captent,ſuſtentari. Ferunt & Democritum Abderitanum philoſophum mellis, ſeu panis calidi odore vitam quatriduo ſuſtentaſſe. Quod ſi odor ſuſtentat, cur non aër? Paret igitur aërem animalibus pro nutrimento nonnunquam eſſe.

De Chamæleonte. *Tertullianus* *Plinius.* *Plutarchus de auicula Rythace.* *De Democrito.*

4. Argum. Poſtremo,Vt tradit Ariſtoteles 5.lib.de hiſt.anim.cap.19.& Plinius lib.11.nat.hiſt.cap. 36.in æratiis fornacibus Cypri inſulæ pennatæ beſtiolæ paulò muſcis grandioribus maiores per ignẽ ſaliunt, quod ſi inde volatu paulò longiore abſceſſerint,emoriuntur.

Igitur cum hæc animalia in igne viuant,eodem quoque alenturiatque adeò videtur ex dictis concludi nullum eſſe elementum, quod alicui viuentium generi pro alimento non ſit.

De Hayi Ambroſ. Pareus in lib.de monſtris & prodigijs, De Aſtomis etiã Strabo ex Oneſicrito lib. 15. & Solinus c.65. Boëmus lib.2.de moribus gentiũ c.8. Arſenius in Aphoriſ. Cœlius lib. 24 cap. 21. de Democrito. Oribaſius 1. Aph. com. 2.

Idem ſcribit de Salamandra Æliã lib. 2.2. Plinius lib.10.c. 67. Olympiodorus in 4. Meteo.

ARTI

ARTICVLVS II.

Dubij ſuperioris explicatio.

PROPOSITÆ dubitationi aliquot aſſertionibus reſpõdendum eſt.Prima ſit. Omnia viuentia dici poſſunt aliquo modo ex elementis nutriri,ſaltem remotè.Hæc probatur, quia viuentia aut ex elementis, aut ex miſtis nutriuntur:miſta verò conſtant ex elemẽtis ſaltem virtute.Quare cum elementa in miſtis contineantur,etiã dũ miſta miſtis nutriuntur, vt cumq; dicẽtur ex elemẽtis nutriri,licet non proximè,& immediatè. *Prima aſſertio.*

Secunda aſſertio. Nullum elementum per ſe,& in ſuo naturali ſtatu conſtitutum poteſt eſſe alicuius rei viuentis alimentum. Hæc aſſertio eſt Ariſtotelis lib.2.huius operis c.8.text.49.& lib.de ſenſu, & ſenſili c.5.& aliorum philoſophorum cõmunis; probatúrque ex eo,quia cùm alimentum debeat viuenti ſimile,cognatúmque reddi, tale eſſe oportet,vt eius qualitates à viuente ipſo infringi,& ad conuenientem mediocritatẽ reduci poſſint:at elementa pura, & in ſuo naturali ſtatu,non ita ſe habent;cùm qualitates obtineãt viuenti repugnantes,ac longè potẽtiores,vt ignis ſummũ calorem,aqua ſummum frigus. Item quia vt Ariſtoteles in lib. de ſenſu & ſenſili c.cit. ait,& ex iis,quæ ſuperiùs à nobis tractata ſunt, iam liquet, in omni concoctione ex eo,quod nutrit,ſuperfluunt recremẽta.Hæc autem in elemento puro,quod vndique ſibi ſimile eſt,eſſe non poſſunt. *2. Aſſertio.*

Auerroes 2. Collig. c. 19. Galen. lib. 4. de vſu part. cap. 5.

Tertia aſſertio.Nihil prohibet aliqua elementa extra naturalem ſtatum poſita, & inuicem confuſa effici quorundam viuentium alimentum. Huius aſſertionis veritatem probat experientia. Conſtat enim herbas, ſtirpéſque terra, & aqua inuicem coniunctis enutriri, vt ſuperiùs argumentabamur, docétque Ariſtoteles libro de ſenſu & ſenſ.cap.5. *3. Aſſertio.*

Plutarchus lib. de cauſis nat. capt. 2. Alex. in ſuo 1. de an. Rondeletius lib. 2. de piſc. c. 12 & 13.

Quarta aſſertio.Licet quoduis miſtum ſecundum potentiam remotam dici queat alimentum cuiuſlibet viuentis;non tamen ſecundum potentiam proximam tale eſt. Hæc quoad priorem partem oſtenditur,quia nulli miſto ex parte materiæ quæ ad omnes formas indiſcriminatim ſe habet,repugnat aſſumere tandem formam,quam obtinet verum, propriumque alimentum cuiúſque viuentis. Quo pertinet,illud Lucretij lib.2. *4. Aſſertio.*

Quippe videre licet cunctas res vertere ſeſe: *Lucretius.*
Vertunt ſe fluuij in frondes,& pabula læta
In pecudes:vertunt pecudes in corpora noſtra
Naturam:& noſtro de corpore ſæpe ferarum
Augeſcunt vires,& corpora pennipotentum.

Poſterior pars aſſertionis inde patet, quia id tantùm dicitur alimentum alicuius viuẽtis,quod ab eo immutari, & decoqui poteſt: hoc verò non omnibus miſtis conuenire,palam eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Responsio ad argumẽta superioris art.

Argumenta autem superiùs adducta nihil contra ea, quæ à nobis asserta sunt, conficiunt. Tantùm enim probant elementa non pura, sed mutuò cõmista interdum nutrire, quod de herbarum, stirpiúmque genere monuit Aristoteles lib. huiusce operis secundo cap. 8. text. 49. idémque suo modo de talpis, serpentibus, & aquatilibus intellige: nempe non ex sola terra, aut aqua; sed ex terræ, & aquæ colluuie, saltem interdum, substentari. Nam quæ vno simplici nutriri videntur, multis nutriuntur docente Aristotele loco citato, maximè cùm elementa apud nos nequaquam pura, & syncera existant, vt alibi aduertimus. Similiter dicendum animantia, quibus aërem pro alimento esse perhibent, non ali puro, aut solo aëre, sed aliorum corporũ permistione concreto; si tamen ita alantur. Nam Chamæleontem, quem multi solo aëre nutriri scripserunt, obseruatum iam est muscarum etiam aucupio viuere. Qua de re Iulius Scaliger exercitatione 196. in Cardanum. Ioannes, inquit, Landius in vltima Syria cùm esset, ait se vidisse vnum è quinque, quos emerat, Chamæleontibus, linguæ repentino, momentaneóque iaculatu muscam, quæ in eius esset pectore, legisse. Propterea illius à se dissecti linguam narrabat inuentam palmi longitudine cauam, inanem. In summa tanquam acetabulum, cum muco, quo prædam tolleret. Id nouum sanè iis, qui solo vento viuere hactenus existimarunt. Hęc Scaliger. Quod autem Rondeletius memorat, si ita accidit, non naturali sed diuina virtute accidit.

In problematis ad lib. de cœlo.

Chamæleontem aucupio muscarum viuere.

Odores non nutrire.

Quod attinet ad odorem, in primis, si is propriè sumatur, id est, pro qualitate, quæ odoratu percipitur, certum est non posse esse alimentum; cùm alimentum ad substantiam reparandam comparatum sit; proindéque substantiam esse oporteat, vt Aristoles ait lib. de sensu, & sensibili cap. 5. Si verò accipiatur pro fumida exhalatione, nec eo modo potest in rei viuentis nutrimentum cedere, vt Aristoteles loco citato confirmat, Pythagoreos contrariæ opinionis assertores coarguens tum aliis rationibus; tum ea, quia alimentum trahitur à ventriculo, odor autem commeat in caput, vbi olfactus sensorium residet. Quare licet odor reficiendo spiritus cerebrum foueat, & ad sanitatem, ac vires aliquid momenti afferat; non tamen nutrit; quidquid ea de re historici prodiderint, existimarítque Guillielmus Parisiensis in suo Sacramentali, vbi inquit fumidam exhalationem posse nutrire.

De pyraustis.

Argumenti autem à pyraustis desumpti duplex solutio est, altera, quam in nostris problematis ad calcem librorum de cœlo attulimus, quæ negat pyraustas in igni viuere: asserítque Aristotelem id referendo tantùm, non asserendo pronuntiasse, maximè cum idem Aristoteles lib. 5. de hist. anim. cap. 19. tradat nullum animal in igne viuere: altera, quæ id concedit, non ita tamen, vt eiusmodi bestiolæ puro, soláve igni, sed lapidum, quæ ibi coquuntur, materia permisto alantur.

Quod istum Salamandra non diu viuat in igne diximus in nostris probl. post. lib. de cœlo ex Dioscoride, Gal. & D. Th.

QVÆS

QVÆSTIO VIII.

Vtrum animalia sanguine prædita solo sanguine nutriantur.

ARTICVLVS I.

Vtriusque partis argumenta.

Lege Galenum 1. de temperamentis.

DISSERVIMVS suprà de alimento remoto, nunc de proximo agendum erit. Non est autem quæstio de omnibus in vniuersum animantibus, cùm notum sit, traditúmque ab Aristot. lib. 4. de hist. anim. cap. 1. alia prædita esse sanguine; alia non, sed de iis tantum, quæ sanguinem habent. Quanquam id, quod de sanguine statuerimus, pronunciandum quoque sit de eo, quod in exanguibus sanguini proportione respondet. Pro negatiua parte hunc in modum nonnulli argumentantur. In corpore animalis quædam membra sunt calida, vt cor: quædam frigida, & humida, vt cerebrum, & spinæ medulla: quædam sicca, vt ossa: quædam exanguia, vt cartilagines, arteriæ, & nerui. Item alia referunt naturam sanguinis, vt hepar, & caro; alia flauę bilis, vt pulmo; alia atræ, vt splen: alia pituitæ, vt cerebrum. Igitur cùm vnumquodque simili nutriatur, vt ex Aristotele hoc in lib. cap. 5. text. 38. aliisque in locis, superiùs docuimus, cumque fieri non possit, vt vnus, idemque sanguis ad tantam membrorum varietatem sese effingat: alia danda erunt in animali nutrimenta, singulis partibus idonea. Secundò, Reliqui humores etiam nutriunt. Non igitur solus sanguis nutrimentum est. Antecedens probatur: quia in venis, quæ sunt alimenti conceptabula, omnes humores continentur, vt in sanguine, qui è venis elicitur, conspicuum est. Tertiò, Nihil trahit ad se nisi id, quo alitur, cùm tractio sit propter membri allicientis vtilitatem, alioqui citra finem operaretur: atqui vtráque vesicula tam atræ, quàm flauæ bilis, trahit ad se hos humores; ergo iis alitur. Quartò, sanguis, docente Aristotele 3. de hist. anim. cap. 19. nullibi præterquam in corde extra venas continetur. Igitur si solus sanguis nutrit, vel membra omnia erunt venæ, vel aliquod membrum nutritionis beneficio carebit, quorum vtrúmque à vero abest. Quintò, Negari non potest ventriculum ex chylo nutritionem capessere; chylus autem sanguis non est, cùm hic in hepate conficiatur. Ergo non omnia membra sanguine aluntur. Probatur maior, quia aut ventriculus aliquid sibi ex chylo retinet, & ad hepar reliquum transmittit, aut nihil; si aliquid, igitur eo nutritur; si nihil sequitur dum sanguinem à iecore expectat, famen non minus, quàm antea sentire; quod experientiæ repugnat, cum cibus ventriculo conceptus mox saturet, & appetentiam sedet.

Primũ argu. pro parte negatiua.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

Pro altera verò parte, quòd sanguis sit commune alimentum,

Primũ argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex parte af- quo animantia nutriuntur, ostendi potest. Primùm, quia id suadet ipsa corporum structura,& compositio, in qua videmus vtrique bili, vt recrementis ad nutritionem inutilibus, propria conceptabula seorsum destinata esse; at sanguinis vasa per totum corpus fundi; *2. Argum.* vtique vt inde omnia membra pascantur. Secundò, quia alimentum datum est à natura ad tuendam vitam, quæ cùm in humido, & calido consistat, oportet alimentum calidum esse, & *3. Argum.* humidum; eiusmodi verò est sanguis. Tertiò, cùm cibus non sumitur,sanguis deficit;cùm sumitur,augescit: quod si alimenta bona sint,sanguis integer est;si praua,vitiosus;solum ergo sanguinem, vt *4. Argum.* comquine alimentum ex cibo natura instituit.Quartò,vt docet non solùm Aristoteles in lib. de sensu & sensili cap. 4. sed etiam Galenus 1. de aliment.facul. alimentum debet esse dulce;sed ex omnibus humoribus solus sanguis dulcedinem obtinet;quia flegma insipidum esse dicitur,bilis amara,melancholia acida. Ergo ex omnibus humoribus solus sanguis nutriet.

ARTICVLVS II.

Quæstionis explicatio.

Prima concl. HIs in vtramque partem disputatis duplici conclusione controuersia decidenda est. Prima sit,è quatuor humoribus solus sanguis est commune membrorum alimentum, nec alius è reliquis tribus per se,ac seorsim acceptus nutrit. Hæc est non solùm Aristotelis lib. 2. departibus anim. cap. 3.& 4. & lib. 1. de generat. anim. cap. 19. & lib. 2. eiusdem operis cap. 4. Auerrois 2. Collect. Alexandri in suo primo lib. de anim. & aliorum Peripateticorum; sed Medicorum etiam communis, probatúrque argumentis proximè adductis. Propter quæ tamen haud negandum est pituitam,quæ quãdam sanguinis adumbrationem habet,facilè continentium membrorum calore decoqui, & ad expressam sanguinis naturam deduci, atque ita alere: imò & nonnihil tam ex ipsa nondum in sanguinem versa, quàm ex flaua, & atra bili pariter cum sanguine in membra immediatè commutari, quasi per accidens ob admistionem, & coniunctionem cum sanguine, qui ab his recrementis, etiam integra valetudine, omni ex parte abiungi nequit, vtiam suprà monuimus.

2. Concl. Secunda conclusio. Non omnia membra sanguine proximè nutriuntur. Hæc est non medicorum tantùm, sed etiam Aristotelis lib.3.de hist.anim. cap.5. vbi ait certum esse neruos humore albido, & glutinoso nutriri, & lib. 2.de part.anim. cap. 6. vbi inquit ossa ali medullis. Quod scripserat etiam Hippocrates in libello de alimento. Quod item de quibusdam aliis membris tradunt medici.

Ioannes Damas. lib. de mente & quæst. 14

Peculia

Peculiaris autem controuersia est de ventriculo vtrum ne chylo nutriatur, an non.Sunt qui id omnino negent, tum ob alias rationes,tum quia teste etiam Galeno lib.3. de temperament. cap. 1. alimentum antequam conuertatur, necesse est obire prius tres decoctiones. Occurrunt tamen aduersarij negantes intelligendum id esse de membro primæ decoctionis,quod ex tota massa optimam sibi portionem seligere valet,& bonitate partis selectæ, si quid incommodi ex anticipata conuersione oriri posset, compensat. Quidam,è quorum numero est Dinus in suis quæstionibus,aiunt ventriculum propria, ac ingenita sibi vi, chyli partem in sanguinem vertere, eáque ali. Sed hi contra commune placitum negant formam sanguinis à iecore tribui. Auicenna prima primi doctrina 5.summa 5.cap.2. ait externam ventriculi tunicam sanguine, internam chylo, quem tangit,enutriri;argumento,quod ea facies magnam habet cum chylo temperamenti similitudinem, vt ex albenti vtriusque colore apparet.Hæc sententia, seu potiùs eius fundamentum à quibusdam ex eo refellitur;quia compertum est vtramque membranam, seu tunicam ventriculi eadem natura,& complexione præditam esse. Zoar lib.2.tract.5.cap.1.& Auerroes 2.colliget.cap.9.asserunt partem superiorem ventriculi chyloso succo;inferiorem,quæ crassior est,magisque sanguinea, transmisso à iecore sanguine ali. Sed hos anatomicæ inexperientia fefellit;quãdoquidem in ventriculo, saltem humano,constat imam partem nec magis sanguineam, nec magis crassam esse,imo tenuiorem. Alij ducti extremo argumento, quod proximo articulo pro negatiua parte attulimus,absolutè affirmant ventriculum ali chylo. In his sunt Galenus lib. 3. de facult. cap. 13. & lib.6.de placitis cap.14.Peramatus lib. de anim.facult. cap. 7. Vallesius lib.2.controu.Med.& Phil.cap.3.aliique nonnulli.

An ventriculus chylo alatur. *Dinus.* *Auicenna.* *Zoar. Auerr.* *Lege Vesalium lib. 1. de hum.corp. fabr.cap.3.*

Nobis in hac opinionum varietate statuendum videtur, primò quidem ventriculum aliquam chyli portionem vendicare, atque in propriam substantiam vertere,vt vltimum illud argumentum videtur concludere, sed eundem postea ex sanguine ab hepate remisso vberiorem capere nutritionem.Habet enim ventriculus venas haud parùm conspicuas ex iecinore ad se pertinentes,& directas,per quas eiusmodi sanguinem,vti reliqua membra,ad se alliciat,vt Auicenna decima tertia tertij cap. 1. Fernelius lib. 6. suæ Physiologiæ cap. 1. demonstrant.Nec natura eas venas aut frustra, aut ad alium finem, quàm ad ventriculi nutritionem dedit.

Resp. ad dub.

ARTICVLVS III.

Soluuntur argumenta primi articuli.

EXPLICANDA nunc sunt vtriusque partis argumenta quatenus iis, quæ à nobis concluſa sunt, aduersari videbuntur. Ad primum dicimus nõ debere impossibile existimari vnum, eundémque sanguinem tantam membrorum varietatem alere: præsertim

Solut. primi arg. propriori parte quæstion.

cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm illa non essentia, sed accidentaria solùm ratione differant, & vnumquodque eam sanguinis particulam, quam ad se allicit, pro ratione sui temperamenti commutet, sibique accommodet. Quod *D. Gregorius Nyss.* D. Gregorius Nyssenus in lib. de hominis opificio cap. 10. declarat apta quadam similitudine aquæ, qua hortus variis arboribus, herbisque consitus irrigatur. Nam quemadmodum idem aquæ humor *Similitudo.* in vitem, in pyrum, in platanum, in amaracum, in violam, in lilium, aliáque eiusmodi pro ratione & natura eius, ad quod perlabitur, conuerti solet: & in aliis quidem purpurascit, in aliis rubescit, alióve colore pingitur: in his amarorem, in illis dulcedinem concipit: in quibusdam ad vtilem, in aliis ad inutilem succum demutatur: sic idem sanguis ossi applicitus (inter media tamen medulla) in os durescit; carni iunctus carnis recipit mollitudinem. Atque ita suo modo res habet in cæteris. Quod verò quædam membra cum recrementitiis humoribus nonnullam cognationem habere videantur, non ex eo est, quod iis alantur; sed quod cum iis in aliquot accidentibus aliunde similitudinem contrahant. Quo modo lien, quia melancholiam continet, atro colore inficitur. Ad secundum negandum est antecedens cum ea tamen obseruatione, quam ad primam superioris articuli conclusionem adhibuimus, respondendúmque, quod iam alibi diximus, nimirum in venis animantiũ integra fruentium valetudine parum admodum ex flaua, & atra bile contineri; atque adeò parum de iis, etiam mistim cum sanguine, in substantiam rei viuentis conuerti; morbi autem tempore, cùm iis humoribus, in quos sanguis corrumpitur, venæ scatent, abstinere sese ab illis nutritiuam, vt à materia inutili ad conuersionem. Ad tertium neganda est maior, dicendúmque vtriusque bilis vesiculam attrahere ad se humorem sibi peculiarem, non vt eo alatur, nec ob priuatam suam vtilitatem, sed ad repurgandum sanguinem, atque ob ea commoda, quæ suprà recensuimus, proindéque eiusmodi attractionem non frustra esse, sed optimi finis gratia. Ad quartum dic cùm venæ multiplici propagine, & ramulis diffusæ totum corpus pererrent; in omnes partes sanguinem traiicere, & distribuere posse; etsi non omnes venæ sint, quandoquidẽ vnaquæque particula è vicina venula succum prolectat. Quintum argumẽtum concludit id, quod ad calcem superioris articuli decreuimus.

Solut. 2.

Solut. 3.

Solut. 4.

Responsio ad alia argum. eiusdem art.

Quod attinet ad argumenta, quæ pro sententia Aristotelis adducta sunt, rectè probant cõmune, & ordinariũ membrorũ alimentum esse sanguinem: quod non obstat, quominus aliqua membra, vt ossa, & nerui proximè nutriantur humore quodam medio, in quem sanguis demutatur, qui humor dulcorem, & humiditatẽ, calorem á; ad alendum conuenientem obtinet; & si hæc non ex æquo in omnibus membris requirãtur. Nec item obstat, quominus ventriculus chyloso succo alatur, tum quia dici potest non fuisse locutum Aristotelem de primæ cõcoctionis membro, quod propriæ necessitati primum subuenire par erat: tum quia etiam ventriculus sanguine ab hepate per communem distributionem misso ex parte sustentatur. Neque dictis postremò officit, quod Aristoteles 2. de part. anim. cap. 4. aliisque in locis non solùm docuit sanguinem esse alimẽtum, sed esse vltimum, proximúmve alimentum: proximum enim appellauit non ad excludendum medium humorem inter sanguinem, & nonnulla membra, sed ad discrimen inter cibum, qui ore capitur, qui non proximum, sed remotum alimentum est.

Ventriculum ali ex parte chyloso succo.

Explicatur locus Arist.

QVÆSTIO IX.

Vtrum sit necesse omne viuens nutriri, an non.

ARTICVLVS I.

Dissorutio controuersiæ: & argumenta, quibus ea oppugnari possit.

Lege Arist. sect. 3. probl. 91.

EGIMVS de alimento, nunc de nutritione, quæ circa ipsum versatur, disceptandum erit. Philosophorũ omnium cõsensu receptum, firmatúmque est naturalium rerum vitam, vt non semel diximus, in calido & humido accommodata qualitate, & quantitate sibi mutuo respondentibus, contineri. In calido, quia calor est omnium vitalium functionum opifex; in humido, quia humor pabulum est caloris. Oportet autem hunc humorem pinguem, ac viscosum esse, non tenuem; quia pinguis benè cohæret, & diutiùs calorem fouet; tenuis facilè dissipatur, & resolnitur. Atque hinc est, quòd aquatilia, licet humoris copia præ aliis animantibus abundẽt, breuioris tamen vitæ sunt, quàm terrestria, & volatilia: videlicet, quia illa humido aqueo, & tenui; hæc viscoso affluũt. Hinc etiam est, quod inter plantas oleaceæ, & quæ resinam fundunt, quia humido pingui redũdant, viuaciores sunt; breuis autem æui cerasus, & malus persica, aliæque eiusmodi arbores. Oportet etiam calidum, & humidum proportione quadam sibi attemperari: quia si calor nimirum excedat, confestim depopulabitur, ac resoluet humidum: si item humiditas magno excessu vincat calorem suffocabit, vt in lucerna videmus.

Lege Arist. lib. 4. de gener. anim. c. 10. & quæ de hac re scripsimus in lib. de ægit. & breuit. vita.

Humidũ caloris pabulũ.

Aquatilia breuioris æui.

Porrò cùm calor ignea acrimonia humidum continenter ad interitum rapiat, contemperationem illam, sine qua vita constare non potest, nisi aliunde prouideatur, dissoluturus: cùm præterea circumfluus aër, aliæque externæ causæ in viuentium corpora desæuiant, ac prædictum humidum frequẽter exsiccent, orta hinc est viuentibus necessitas alimenti, quo humidi iactutam, fluxúmque materiæ resarciant. Quod, quia per nutritionẽ fit, patet necessum esse omne viuens nutriri. Et verò sic viuẽs nutritione eget, vt nutritio propriè accepta ei duntaxat conueniat, docente Aristotele lib. 2. de anima cap. 4. text. 46. & 49. cæterisque philosophis; patetque ex eo, quia

Auerr. 6. collect. c. 4. Auicen. 2. 1. doct. 2. c. 3. Gal. lib. 1. de san. tue.

Vnde necessitas alimẽti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propria nutritio est conuersio alimenti in substantiam rei viuentis effecta virtute animæ. Quare neque ignis, neque lapides, aliáve eiusmodi, quæ apposita materia augescunt, propriè, sed translatitiè nutriri dicuntur. *D. Thom. lib. 2. de anim. text. 40.*

Obiectio 1. Verùm obiiciet aliquis. Calor non agit in humidum. Igitur humidum non diffluit actione caloris ipsum exsiccãtis, & absumẽtis. Probatur antecedẽs, primò, quia si calor ageret in humidum, dissolueret se ipsum suique interitum moliretur. Nam cùm nimiũ exesa, & dissipata humidi substantia non sit apta calori fouendo; necesse est, vt dum sensim humidum atteritur, calor quóque pariter obsolescat, ac *Obiectio 2.* pereat; non aliter quàm lucernæ ignis consumpto oleo. Secundo, quia vel calor ageret in humidum efficiendo immediatè siccitatem, vel calorem, quem humidi exhalatio, atque adeò siccitas consequitur. Primum non est dicendum, quia calor nonnisi à calore, siccitas à siccitate proximè oritur. Nec etiam secũdum, quia cùm calor, & humiditas non sint ab se disiuncta; sed in eadem subiecti parte consideant, pars actu calida seipsam calfaceret; atque idem in se, & in si- *Obiectio 3.* mile sibi ageret, quod fieri non posse progressu patebit. Tertiò, quia non videtur fieri posse, vt vnus, idémque calor præparet materiam ad formam viuentis, dum alimentũ coquit; & aliunde quatenus humidum carpit, ad interitũ siue abscessum eiusdem formæ materiam *Obiectio 4.* disponat. Quartò, quia si calor humidũ arefaceret, corpora calidiora breuioris essent vitæ; & maribus fœminæ magis longæuæ essent, & quæ minùs exercentur corpora; cùm calor viris acrior sit, idémque exercitis corporibus augeatur. At verò mares diutiùs viuere ostendit Aristoteles in lib. de longit. & breuit. vitæ cap. 2. & Medici corpora exercitatione, vegetiora, firmiorãque fieri testantur. *Mares diutiùs viuunt.*

ARTICVLVS II.

Responsio ad superiora argumenta.

Diuersæ opiniones de actione caloris in humidum.

RECENTIVM philosophorum nonnulli, quorum meminit Theophilus in 2. de anima ad text. 45. superioribus argumẽtis victi manus dedere, aiẽtes humidum non à calore viuentium corporibus, aut eorum spiritibus inhærenti, sed à causis externis absumi, præsertim ab aëre circumfluo. Alij rati elementorum formas manere actu in mixtis asserunt partes igneas agere in terrestres, & aërias, sicque humidum à calore, qui in diuersa subiecti parte insit, depopulari. Alij, etsi putent elementa virtute duntaxat in mixtis residere; ponunt tamen duplicem calorem, vnum igneum; cœlestem alterum, aiuntque humidum ab illo depasci, ab hoc foueri. Et hæ quidem omnes solutiones excogitatæ ab iis fuere ad tuenda diuersa munia, & effecta, quæ in viuẽtibus apparent, nec ab eodem calore videntur administrari posse. Sed nobis earum nulla placet. Non prima, quia communi philosophorum dogmati *Probat 2. ap. lege Gale. in lib. de Marc. cap. 31.*

gmati aduersatur, negátque viuentia interitus sui causam in se habere. Non secunda, quia, vt sequenti libro patebit, elementa potestate tantùm in mistis permanent. Nec denique tertia, quia distinguit in viuentibus duplicem calorem, quem in vnum, eundémque coire, progressu ostendemus.

Quare nostra sententia est, calorem in spiritibus tam congenitis, quàm influentibus, qui animati non sunt, considentem agere in partes humidi animatas, quæ ab spiritibus situ distinguuntur, (& hæc prima causa vim habet in solis animantibus in quibus duntaxat spiritus inueniuntur (simúlque calorem inhærentem in vna portione humidi animati agere nonnunquam in vicinum humidum: & in idem quoque frequenter vsque ad dispendiũ fæuire tum fuliginem, & vapores excrementitios, qui in viuentium corporibus ex caloris nutricatione remanent; tum alias causas externas, præsertim circunfusum aërem, vt aduertit Galenus lib. 6. aphoris. com. 59. nunquam tamẽ calorem, qui in eadem parte, ac situ cum humido est, in idemmet humidum agere; alioqui effugere non possumus, quin dicamus idem in sui omnino simile agere, vt secunda ratio, qua antecedens argumenti superius propositi confirmabatur, planè conuincit. *Vera opinio.* *Galenus.*

Obiter hic aduerte viuentia posse interire ab intrinseco, etiam absque actione agentis peregrini, quod ipsa à natiuo temperamento deturbet, eisque necem moliatur, quia fuligines illæ, & vapores, quos diximus, in ipso viuente orti, eique familiares, dum huc, illuc quasi liberè in corpore vagantur, partium temperiem mutare, atque euertere possunt. Quod præstant etiam non infrequenter quatuor vulgati humores orti in viuente, eique similiter domestici. Vnde nobiscum hos, vt internam inreritus causam circumuehimus. Neque obstat quod ij solis insint animantibus, cùm reliqua etiam viuentia ab intrinseco extingui possint. Non, inquam, obstat, quia in aliis quoque viuentibus inueniuntur succi quidam iis humoribus; vel eorum aliquibus proportione respondentes, qui simili ratione perniciem afferre queunt: esto nulla pars informata forma viuentis, dum est in sua naturali temperie, ac nisi ab ea deiiciatur, alteri parti noceat, vt alibi hoc in libro disseruimus. *Quo pacto viuentia ab intrinseco intereant.*

Lege Capr. in 2. d. 15. q. 1. a. 3. Heru. in tract. de plur. form.

Nunc difficile non erit argumentis satisfacere. Ad primum respondet Fernelius in libro de spiritu & innato calido cap. 8. & Theophilus primo de anima ad textum 66. nihil mirum si calidum conseruare se desiderãs, se ipsum interimat, non enim per se, & ex instituto in sui perniciem agitur, sed ex accidente, quatenus absumit pabulum quo exhausto extingui vnà cum eo necesse est. Adde etiã non eandem partem sibimet interitus causam esse, vt paulò ante constituimus. Præterea eam direptionem fieri etiam à partibus inanimatis. *Dilutio 1. obiectionu.*

Ad secundum dicendum calorem agere in humidum primò calefaciendo, secundariò per euaporationem desiccando, nec tamen idem in se, aut in simile agere, vt iam ex dictis constat. Ad tertium eundem spe cie calorem, quatenus animæ instrumentum est, materiam *Dilut. 2.* *3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

disponere ad animæ introductionem, rursúsque eundem non per se, sed vna cum aliis causis humidum exoluentibus disponere ad interitum, abscessúmve animæ. Quod minimè mirandum est; præsertim in accidentibus, quorum actio propter concursum diuersorum agentium in effecta diuersa, atque etiam repugnantia non rarò degenerat. Ad quartum corpora calidiora, & quæ magis exercentur, viuaciora esse: illa, quòd ob innati caloris vim meliùs decoquant alimenta, & maiorem humidi copiam reparent; hæc, quia propter recrementorum vacuitatem, vberiùs etiam nutriuntur; quas ob causas viri magis longæui sunt, quàm fœminæ. Ita verò licet calor humidum consumat; non inde tamen sequitur, vbi plus est caloris, ibi humidum ob assiduam resolutionē magis deficere: nisi forte id non respondeat proportione calido, vt antecedenti articulo præmonuimus, quod tamen in viuacioribus respondet.

Consule Gabi. in tract. de restaur. humidi Zimarā in the. pro part. 51.

4.

Corpora, quæ plus exercētur, cur sint viuaciora.

QVAESTIO X.

Vtrum viuens quandiu viuit nutriatur.

ARTICVLVS I.

Videri non semper nutriri.

Argumenta pro parte negatiua.

QVOD viuens nutritionis beneficio non semper fruatur, ostendi videtur, in primis multorum animantium exemplis. Namque vt refert Aristoteles lib. 6. de hist. anim. cap. 30. & lib. 8. eiusdem operis cap. 17. vrsa dies circiter quadraginta latet sine cibo, ac per id tempus adeò pinguescit, vt mouere se facilè nequeat. Item stelliones, & crocodili fluuiatiles, ac nonnulli serpentes teste eodem Aristotele 8. libro proximè citato cap. 15. & Auicenna 7. de anim. & M. Alberto lib. 22. de anim. tract. 2. per hyemen nihil alimenti capiunt. Quod etiam affirmat Aristoteles de gliribus, addens eos per id tempus multum pinguedinis comparare; quorum vnus apud Martialem in xeniis ita de se canit:

Lege etiā Pl. lib. 3. de Natur. hist. c. 25. M. Albert. in sum. de hom. tract. de nutr. & lib. 7. de anim. tract. cap. 1. 8.

Aristot. Auicenna. Albertus.

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil, nisi somnus, alit.

De Brasilica aue.

Item ferunt in Brasilica regione auiculam esse, quæ rostro ex arbore suspenso sex integros menses sine pabulo degit, illsque decursis quasi è morte ad vitam redit, vnde indigenæ suscitatam vocant. Nec de belluis tantum; sed de hominibus etiam his similia leguntur. Albertus enim lib. 7. de anim. ait vidisse se Coloniæ mulierem, quæ interdum totos triginta, interdum viginti dies inediam toleraret: & in summa de homine tract. de nutrit. inquit fœminam quandam quadraginta dierum spatio à cibo abstinuisse. Et aliam quendā similiter trimestri spatio nihil sumpsisse alimenti refert Medina lib. 2. suæ

De querundam inedia.

Paræneſis

Paræneſis cap. 7. Portiùs quoque puellam Germanam narrat per biennium sine cibo vixisse; & Aponensis 10. problematum ad finem asserit se à viris probatæ fidei accepisse, fœminam in Normandia sua tempestate fuisse, quæ annos decem, & octo nihil gustarit. Videtur igitur manifestum non semper viuens, dum vita fruitur, nutriri, quandoquidem nutritio sine alimento non est.

Item qui morbo eo laborant, quem atropiam, id est nutritionis priuationem dicunt, carent nutritionis munere, vt asserit Galenus lib. 3. de Symptom. causis. Ergo saltem hi non nutriuntur. Postremò, Natura cæteris facultatibus per interualla otium, & quietem largitur; & quidem prouidè, ac sapienter; tum quia iucunda est rerum vicissitudo. Tum quia, quod caret alterna requie, durabile non est. Verisimile igitur videtur etiam altricem vim nonnunquam iusto otio potiri, ac feriari; alioqui breui tempore defatigabitur, & langueſcet. Accedit testimonium Aristotelis lib. de somno & vigil. cap. 3. vbi ait potentiam, & instrumenta operandi, si diutiùs operi insistant, quiete indigere: & lib. 2. de anima cap. 1. vbi docet, animam quandoque esse in actu primo, qui est veluti somnus, & relaxatio ab opere; interdum in actu secundo, qui est quasi vigilia & functionum administratio.

Galenus.

Iucunda rerum vicissitudo.

Aristoteles.

ARTICVLVS II.

Viuens quandiu viuit nutriri; nec superioribus argumentis oppositum concludi.

Conclusio.

NIHILOMINVS, vt rei viuentis substantia vi caloris, & aliarum causarum, de quibus suprà egimus, perpetuò dissipatur: ita ne breui intereat, perpetuam esse eius instaurationem oportet, quod cùm ministerio nutritionis fiat, consequens est, vt viuens, quandiu viuit, nutriatur. Quæ est assertio Arist. hoc in lib. cap. 5. text. 41. & lib. 2. de anima cap. 4. text. 47. & lib. 3. cap. 12. text. 59. & de somno, & vigilia cap. 1. vbi ait facultati nutrienti non obrepere somnum. Itē Aphrodisæi in suo 1. lib. de anima vbi inquit vacationem à sensuum officio, somnum; ab altrice facultate, mortem esse. Item Auerrois 8. Phys. com. 20. Auicennæ 6. de anim. Magni Alberti 2. part. sum. de homine in tract. de nutritione, D. Thomæ 2. contra gent. cap. 97. Ferrariensis in commentariis eiusdem loci, & aliorum philosophorum communis.

Capr. in 4. d. 44. quæst. vnica art. 3. Aegid. quodlibet. 3. q. 12.

Aduertunt autem interpretes, cùm vis nutritiua variis modis, multiplicique decoctione priùs alimentum præparet; deinde conuertat, non esse opus, vt quoad ipsam conuersionem semper in actu sit; quia non oportet quouis tempore habere iam dispositum, quod conuertat: sat ergo est in opere versari, vel quoad aliquam è tribus præuiis decoctionibus, vel quoad munus conuertendi in substantiam, vel etiam quoad actionem attrahendi, vel quoad eam, qua, deficiente

M. Albertus in summ. de hom. tract. de augment.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficiente alimento, calor si nihil aliud suppetat, in ipsammet substantiam viuentis conuertitur, eámque assiduo morsu vellicat, vt ait Aristoteles cap. 2. de longitudine, & breuitate vitæ.

Solutio arg. pro parte negatiua.

Ad primum verò argumentum pro contraria parte respondemus eiusmodi animantes abstinere tunc ab externo alimento; non tamen propterea à nutritionem intermittere; quia, vt docet Auicenna, aluntur per id tempus pituita, seu concreti, & indigesti humoris colluuie iam anteà coaceruata, quam ob inertiam caloris admodum lentè decoquunt. Eámque inertiam fouet tum collecti humoris frigiditas, tum etiam quies diuturna; solent enim tunc ea animantia penè mortua in latibulis decumbere, aut alibi sese continere; ideóque vtsi postea soluti quasi veterno segnitiem, quam in speluncis contraxerant, Ari herbæ esu castigant, caloréque excitant, vt tanquam ex feriis ad laborem redeat. Docet autem Magnus Albertus loco ante citato iccirco tunc prædicta animantia affluentiùs pinguescere; quia obtuso, & eneruato calore humorem, quo pascuntur, vix conficere & immutare valent, proindéque ipsum in aruinam, & adipem conuertunt. Quod de horum animalium nutricatione diximus, similiter pronuntiandum erit de illis fœminis, quas in argumento retulimus; si tamen vera narrant, idque naturæ vi accidat; quod tamen de Normandica fœmina nequaquam verisimile est.

Vt ex hiemulta frigore per eam Galenus in Aphoris.

Vt vrsi ventriculi segnitiem castigent.

Ad secundum argumentum dicendum est, eos, qui ex atrophia, vel etiam ex lienteria male habent, non prorsus cessare à nutritione: dici tamen eius munere priuari, quòd ægrè admodum cibum decoquant. Ad tertium naturam non tribuisse otium altrici facultati, propterea quod eius opus totius vitæ fundamentum sit, quo sublato viuens in occasum ruit. Cur autem hæc potentia non lassetur eo modo, quo pleræque aliæ corporis vires, ac proinde alternam requietem non deposcat: causa est, quia fatigatio, vt Albertus Magnus inquit, in eas tantùm facultates corporis cadit, quæ agunt per applicationem agentis; quomodo se habet verbi gratia potentia, qua animal loco mouetur. Non autem, quæ operantur per modum naturæ, vt nutritiua; quamuis hæc etiam à contrariis repatiendo debilitetur, progressuque ætatis frangatur, & hebescat. Lege D. Thomam 1. part. quæst. 119. art. 1. ad 3.

De iis, qui atrophia seu lienteria laborant.

Cur facultas altrix nõ lassetur.

QVAESTIO XI.

Vtrum alimentum per nutritionem in veram substantiam rei, quæ alitur, commutetur.

ARTICVLVS I.

Magistri, & aliorum quorundam sententiæ.

NON

Status quæstionis.

NON excitatur quæstio de toto alimento, quia vt ex iis, quæ à nobis superiùs disputata sunt, planum est, bona eius pars in recremẽta, & fæces abit. Igitur tantummodò in controuersiam adducimus, num saltem aliqua alimenti portio conuertatur in substantiam rei viuentis, ita vt verè, propriéque ad illius integritatem pertineat. Magister sententiarum lib. 2. distinct. 30. eiúsque frater auctor historiæ Scholasticæ cap. 73. & Hugo Vict. de sacramentis, parte 6. cap. penult. arbitrati sunt animum cuiusque hominis vendicare certam omnino, præfinitámque materiam, quam solam tanquam partem naturæ humanæ informare possit, nempe eam, quæ à prima mundi origine in Adamo extitit, & ab illo particulatim in posteros ducta, & propagata est: ita vt in quolibet homine sua portiuncula accepta ex illa communi massa toto vitæ tempore eadem permaneat, nulla externa, aut noua substantia in eam transeunte; sed ita vt illamet in se ipsa augeatur & multiplicetur. Itaque alimentum non adhiberi ad resarciendum materiæ fluxum, sed tanquàm naturæ fomentum, id est, vt actioni caloris resistat, sicuti aurifices cùm aurum igne liquefaciunt, admiscere ei plumbum solent, ne absumatur, & in vapores abeat. Atque hoc modo volunt humanorum corporum multitudinem à primi hominis corpore deriuatam fuisse; idque tantum, quod ex Adamo lege propagationis accepimus, in communi resurrectione ad vitam esse reuocandum, quod autem ex alimento accreuit, tanquam superfluum deponendum; quia tunc natura humana ad immortalitatem traducta, nullo externo natiui caloris fomento ad conseruandam vitam indigebit.

Explicatur opinio Magistri & aliorum.

Probat autem Magister suam sentẽtiam tum auctoritate, tum ratione. Auctoritate; quia vt Christus Dominus Matth. 15. & Mar. 7. docuit, omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Quæ verba indicant nihil alimẽti in rei substantia manere. Ratione; quia is, qui in infantia moritur, resurget cũ ea mole corporis, quã esset in ætate perfecta habiturus. (Si enim ei aliunde supplementum quærendum foret, non cum suo, sed cum alieno corpore ad vitam rediret): hoc autem non aliter fiet, quã multiplicata diuinitus materia. Ergo simili multiplicatione per vim naturæ facta existimandum est humana corpora vitæ progressu dilatari & augeri.

Ratio Magistri.

Potest quóque eadem Magistri, sententia inde probari, quia nisi Socrates eandem materiam fixam, perpetuámque seruaret; cùm eius essentia ex materia, & forma coalescat; sequeretur assiduo materiæ dispendio in singulas horas essentiam mutare. Præterea, quia si alimentum succedit in locũ humidi primigenij, quod effluxit; poterit aliud humidum æquè bonũ, aut etiã melius reuocari. Cur enim non possit, hausto præsertim valde salubri, & vitali cibo? at hoc si admittamus, nihil iam erit, cur negemus posse illum, qui senio confectus est, in iuuentam efflorescere, & in multas seculorum ætates vitam producere. Item natura efficit vnumquódque facilliori modo, quo

Confirmatio.

De instauratione humidi.

valet

Universidad de Deusto
Biblioteca

valet, simúlque rerum dignitati obnixè consulit: atqui expeditius est, & ad hominis præstantiam magis appositum ex sola natiua materia, quàm ex aduentitia increscere. Non igitur, hominis substantiam alimentum adauget, aut se illi in vnum corpus agglutinat. Postremò, quod humana corpora priùs in Adamo extiterint, & ex illa quasi communi massa, decisa, successione generationum ad posteros

D. Augusti. traducta, sint, vt Magister affirmat, videtur planè significare D. Augustinus lib. 10. super Genesim ad litt. cap. 19. vbi ait nos non modò secundum seminalem rationem, sed etiam secundum corpulentam substantiam in Adamo fuisse.

Sententia Alexandri. Magistri opinionem ante ipsum ex parte inuexerat Alexander Aphrodisæus, referente Auerroe hoc in lib. ad text. 38. putauit enim & si rebus viuentibus noua portio materiæ per nutritionem accedat, priorique adhærescat; tamen eam materiam, quam à principio anima subiit, eandem omnino absque dispendio perseuerare, eámque potissimum ad essentiam rei pertinere. Differt autem hæc sententia à priori, quia (vt alia discrimina omittamus) non adhibet cibum ad retundendam solummodò comprimendámve natiui caloris vim, sed etiam ad coagmentanda & augenda corpora. Item quia alimenti materiam demùm accedentem non facit omnino alienam ab essentia rei, quæ nutritur. Fundamentum Alexandri videtur fuisse, quod putaret animam necessariũ & indissolubilem ordinem habere ad primæuã materiam, ita vt extra illam neque functiones suas administrare, neque in vnius compositi naturam coire possit. Quare oportebit semper talem materiam in eodem homine sartam tectámque seruari.

Fundamentum huius sententiæ.

ARTICVLVS II.

Superiorum sententiarum confutatio.

CÆTERVM tam hæc Aphrodisæi, quàm illa Magistri positio à veritate deflexerũt, ac primùm, quod alimentum in rei nutritæ substantiam verè commutetur, concedunt philosophi, & theologi communi assensu, Plato in conuiuio, Aristoteles hoc in libro cap. 5. & 2. de anima cap. 4. D. Augustinus in lib. de vera religione cap. 40. & de Genesi ad litt. lib. 2. D. Gregorius Nyssen. in libro de opificio hominis cap. 2. & lib. 4. de viribus anim. D. Damascenus cap. 7. suæ philosophiæ, D. Nemesius in lib. de natura hominis cap. 23. Lactantius in lib. de opificio Dei cap. 11. D. Thomas 1. part. quæst. 119. art. 1. D. Bonauentura in 2. dist. 30. quæst. 2. Alensis 2. part. quæst. 8. memb. 2. art. 1. Magnus Albertus 2. part. sum. de homine quæst. de potentiis vegetatiuis, & in 4. dist. 44. art. 7. eiúsque discipulus Vdalricus lib. 4. suæ summæ cap. de generat. & augment. Item Scotus in 4. dist. 44. quæst. 1. Durandus in 2. dist. 30. quæst. 4. Ægidius eadem dist. Maior quæst. 5. Henricus Gand. quodlib. 2. quæst. 10. & alij. Idem quóque medici passim confirmant.

Plato. D. Augusti. D. Greg. Nyss. D. Damasc. D. Nemes. Lactant.

Omissis

Omissis verò aliis argumentis, quæ in hanc sententiam auctores citati afferunt, hæc in præsenti sufficient. Quidquid fit maius absque nouæ materiæ accessu, aut fit maius per rarefactionem, quo pacto ex vno terræ pugillo gigni possunt decem aquæ, centum aëris, mille ignis; aut quia diuina virtute illa ipsa materia pariter in diuerso situ constituitur. Primo modo planum est non capere hominem incrementa; alioqui quod plus quisq; augeretur, eo in maiorem abiret raritatem; sicque infantium, quàm virorũ corpora, perfectiora essent. Neque secundo, quia nutritio, & accretio non essent naturales functiones, sed supra omnem naturæ vim; atque ita opus naturæ in miraculum verteretur. Non ergo humana corpora eo modo, quo Magister aiebat, nutriuntur; augentúrve; sed cõuerso in eorum substantiam alimento; quod significauit Aristoteles cap. 5. huius libri textu 41. cùm docuit alimentum nutrire, provt est potentia caro; augere autem quatenus potentia caro quanta est.

Primaratio.

Aristoteles.

Prætereà, altrix facultas non minùs efficax est in homine, quàm in cæteris animãtibus, & stirpium generibus: atqui in his commutat alimentum in veram eorum substãtiam; ergo & in homine. Item calidum, quod per totam viuẽtis materiam fusum est, continenter sæuit in humidum, ipsúmque depascitur, vt lucernæ ignis oleum; vnde quo quis senio propior est, eo ei membra magis exiccantur, & inarescunt; ergo fieri non potest, vt materiam, quam quisque accepit à primæua origine, eandem perpetuò conseruet.

2. Ratio.

3. Ratio.

Postremò, actione caloris, & aliarũ qualitatum, quarũ interuentu fit nutritio, non minùs disponitur materia alimenti ad recipiendam animam, nec minus apta redditur, vt ex ea viuẽs partiatim constet, suásque in ipsa operationes obeat, quàm materia, in quam primò eadem anima virtute seminis introducta fuit (siquidem facultas actiua demandata semini, cùm sit impressiò quędam deriuata ab anima generantis, vt superiùs docuimus, non maiorẽ vim sortiri debet ad totum corporis opificium de integro architectandum, quàm anima rei, quæ nutritur ad reficienda membra ministerio potentiæ altricis.) Igitur anima non magis necessarium, aut dissolubilem ordinem habet ad materiã, quam primo ortu ingreditur; quàm ad illam, quę per nutritionem accedit, neque illius magis, quàm huius dispendia patietur, cuius oppositum Magister, & Alexander affirmabant.

4. Ratio.

ARTICVLVS III.

Responsio ad argumenta primi articuli.

NVNC argumentis initio adductis respondeamus. In primis verba illa Christi seruatoris, omne quod in os intrat, &c. ait D. Thomas 1. part. quæst. 119. art. 1. haud significare nihil cibi in rei substantia manere, sed ex omni alimento aliquid in secessum abire, quia nullum adeò purum est, quin ex eo recrementa, & fæces in aluum deiiciantur. Quod item de infantium corporibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex qua materia coagmẽtanda sint in functione corpora in resurrectione.

obiiciebatur, nihil conficit; sunt enim in resurrectione coagmentanda eis diuinitus corpora ad idoneam magnitudinem, & in statu perfecto, non ex sola materia, quam à parentibus acceperant, sed aliunde. Dicentur nihilominus cum eisdem resurgere corporibus, tum quia totam materiam, quam habuerunt, recipient; tum quia id, quod eis ministerio nutrientis facultatis obuenturum erat, diuina virtus supplebit. Lege D. Thomam 4. contra gent. cap. 81. & in 4. dist. 44. quæst. 1. art. 2. quæst. 4. ad 3.

Tripliciter compositum posse manere idem.

Pro explicatione secundi argumenti, quo disquiritur, quonã pacto idẽtitas Socratis cum perenni effluxu materiæ cohæreat, aduertendum est ex Magno Alberto, & aliis hoc loco, compositum ex materia, & forma trifariam posse manere idem numero. Primùm, si nihil formæ, materiæue abiiciat; quomodo corpus cœleste semper idem numero est. Secundò, si nihil amittat ex parte formæ; amittat tamen ex parte materiæ per successionem labentis; & in locum eius, quod labitur, nouæ partes similiter succedant, non mutato situ, ordine, figura; quo pacto quilibet homo in tota vitæ periodo idem esse dicitur. Denique si partium tum materiæ, tum formæ iacturam successiuè pariatur, aliásque partes sibi identidem assumat, & prioribus annectat seruato eodẽ situ, ordine ac figura, vt proximè dicebamus: sicque animantia imperfecta, quandiu viuunt, eadem cẽsentur. Hoc posito dicendum, etsi materia Socratis continenter labatur; & interdum fortasse contingat, vt in extrema senectute nihil iam eius materiæ, quàm in ortu acceperat, retineat: non proinde tamen dicendum Socratẽ in singulas horas essentiam absolutè mutare, aut senem esse alium à se puero; quia etsi decursu vitæ non maneat omnino idem; manet tamen idem secundo modo. Enim verò præterquam quod eandem essentiam communem, & specificam perpetuò seruat; quod ad individualem attinet, quæ ex hac forma, & hac materia singulari constat, licet ex parte materiæ mutationem subeat; manet tamen eadem continuatione; siquidem non raptim, ac simul ei partes adimuntur; sed per plures abiectiones sibi succedentes modò paulò ante explicato. Qua de re plura diximus in physicis.

Consule D. Tho. 4. cõtra gent. c. 81.

Quo pacto Socrates tota vita idẽ perseueret.

De hac re scripsimus lib. 1. Physic. cap. 9. quæ. 5.

Tertium argumentum attingit difficultatẽ de instauratione humidi primigenij, quam longa disceptatione Medici pertractant. Nos vt nunc rem paucis expediamus, respondemus cum Fernelio in lib. de spiritu, & innato calido, cap. 8. nulla viuendi lege, nec vllo quantumlibet exquisito, & salutari alimento posse reuocari humidum æquè bonum, atque id, quod nobis natura ab ipso ortu elaborauit. Nam cùm cibus rei viuenti initio coctionis dissimilis sit, necessariò datur inter illum, & rem viuentem reciproca actio, qua humidum à propria habitudine, & temperamento demutatur, & à seipso degenerat, atque in dies fit deterius; non aliter quàm vinum permistione aquæ. Ita verò calor in humido existens dum alimentum decoquit, agendi assiduitate, & perpessione languescit, ac minuitur, quia

Cur non possit instaurari humidũ primigenium æquè bonum.

De hac re scripsimus in lib. de longit. & breuit. vitæ, cap. 12.

quia simul repatitur. Quo fit, vt substantia rei viuentis pristinum vigorem ex alimento ab se conuerso recuperare non valeat.

Explicatur D. Augustini dictum.

Ad vltimum dicendum D. Augustinum nihil amplius significare illis verbis, quàm & materiam, quæ à parentibus fœtui suppeditatur (quam vocat corpulentam substantiam), & vim gignendi eorundem, quæ est propinqua ratio seminalis, ab Adamo originem habere, cum genus hominum ab illo fuerit propagatum, longáque serie generationum ab illo naturam vnà cum eius proprietatibus posteri omnes acceperint. Ex quo tamen planum est non rectè colligi materiam omnium hominũ in primis parentibus re ipsa, atque actu extitisse, sed virtute ac potestate solùm, tanquam in principio effectiuo remoto, vt explicat D. Thomas 1. p. quæst. 119. art. 2. ad 4. & in 2. sent. dist. 30. quæst. 2. art. 2. ad 1. Aegidius eadem dist.

QVÆSTIO XII.

An toto nutritionis decursu idem subiectum perseueret, nec ne.

ARTICVLVS I.

Quid Aristoteles significarit nomine partium formalium, & materialium subiecti.

Variæ de hac re opin. cõmemorat Rich. in 2. d. 30. q. 1. circa princ. art. 2.

OMMVNE est Peripateticæ scholæ decretum cap. 5. huius libri ab Aristotele traditum, id quod nutritur, manere idem secundum partes formales, non autem secundum materiales. Verùm quid Aristoteles hisce verbis significarit, non parua est inter expositores dissensio. Marsilius hoc in lib. quæst. 13. & Albertus Saxonia quæst. 12. nomine partium formalium intelligunt partes porosas, hoc est, eas, quæ sinu suo alimentum excipiunt, propterea quod secundum has potissimùm fit nutritio virtute formæ, materiales verò compactas, ac solidas. Magnus Albertus tract. 3. huius operis cap. 8. Conciliator differentia 56. partes formales nuncupant organicas, vt oculum, manum; in his enim vis, & pulchritudo formæ magis elucet; materiales, non organicas, vt carnem. D. Bonauentura in 2. dist. 30. quæst. 2. art. 3. Scotus in 4. dist. 44. quæst. 1. Ægidius quodlib. 4. quæst. 13. & in 2. sent. dist. 30. asserunt partes formales esse partes certæ extensionis quæ per se agere possunt, quod proprium formæ munus est: partes autem materiales esse iis minores, & quæ per se actionem edere non valent. Alexander apud Auerroem hoc in lib. ad text. 38. partes formales inquit esse humidum primigenium, siue materiam, in quam primò anima introducitur: hanc enim, vt superiori quæst. diximus, putauit fixam, stabilémque manere, & ab anima semper informari;

Prima opinio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomine autem partium materialiũ intelligit eas partes materiæ,quæ per nutritionem accedunt,quæque perpetuo labuntur.

Superiorum sententiarum confutatio.

Superiores omnes sententias vna communis ratio refellit, quòd partes,quas ipsæ vocant formales,non magis quàm illæ,quas materiales appellant,eædem permaneant.Siquidem & partes porosas, & organicas,& partes certæ extensionis,& humidum primigeniũ pari modo absumit calor,cæteraque causæ, quæ fluxum materiæ continenter moliuntur.Quare cùm Aristoteles dixerit subiectum , quod nutritur,manere idem secundũ partes formales,non verò secundum materiales ; patet eiusmodi interpretationes ab illius mente, & instituto alienas esse.Easdem coarguit aliud argumentum ex D. Thoma 1.part.quæst.119.art.1.& in 2. sent.distinct.30.quæst.2.art.1.ad 1. nimirum quod omnes illæ explicationes , vt attendenti manifestum erit,notionem partium formaliũ,& materialium solis corporibus animantium accommodant , cùm tamen Aristoteles c.5. huius libri etiam rebus animæ expertibus,vt lapidi,& ligno eiusmodi partes attribuerit.

Duæ probabiliores sententiæ.

Relictis ergo superioribus interpretationibus duę sunt,quæ probabiliores videntur,altera D. Thomæ locis citatis,& libro 4.contra gentes cap.81.Ferrariensis in commentariis eiusdem capitis,& aliorum existimantium partes formales dici ab Aristotele partes integrantes absolutè spectatas secundum communẽ essentiæ rationem, materiales verò easdẽ partes cõsideratas quoad conditiones indiuiduales:solet enim Aristoteles nomen formæ,& speciei pro communi essentia;nomen materiæ pro singulari natura vsurpare, vt in primo lib.de cœlo cap.9.text.92. Cum ergo cap. 5.huius libri scripsisset,quæ nutritur manere eandẽ quoad partes formales, seu quoad formam , nihil aliud voluit, quàm dum v.g.Socratis caro nutritur, seruare semper eandem communem naturam , & essentiam carnis; esto eius natura singularis fluxu materiæ mutetur.

Altera interpretatio est Auerrois cap.5.huius libri ad tex.38.aliorúmque complurium aientium easdem partes dici formales, & materiales simul;formales,pro vt cõstant forma continente materiam; materiales, quatenus constant materia existente sub actu formæ:illas autem manere semper easdem,quia forma non mutatur:has non semper easdem perseuerare, quia materia perpetuò resoluitur , hoc autem quo modo accipiendum sit,mox dicemus.

ARTICVLVS II.

Quo pacto maneat,vel non maneat idem subiectum,quod nutritur.

Conclusio quæstionis.

IS ita constitutis ad quæstionẽ initio propositam respondendũ est cum Aristotele cap.5.huius libri,eiusq; interpretibus subiectum,quod nutritur,toto vitæ tempore manere idem

idem secundum formam;non tamen secundum materiam,siue quoad partes formales, non autem quoad materiales. Et verò si amplectamur explicationem D. Thomæ , quàm superiori articulo retulimus, non difficile erit intelligere quanta sit harũ partium identitas, vel diuersitas in tota vita , & quo pacto pronuntiandum sit manere idem subiectum,dum res nutritur.Vtique asserendũ subiectũ quoad partes materiales manere idẽ continuatione,quoad partes verò formales manere idẽ absolutè : licet enim varietur quoad conditiones indiuiduantes,tamen communis essentia secundũ quam præcisè,ita subiectum spectatur,semper est eadẽ,ac nullam per se mutationẽ subit. Quãquam ea ipsa communis essentia rerũ viuentium minus est expers mutationis , quàm essentia rerum indissolubilium : illa enim ratione singularium , in quibus continetur , ex accidente mutatur; hæc nec per se,nec ex accidente vllam varietatem admittit.

Partes materiales.

Si autem Auerrois commentationem probemus,dicendum similiter erit nullum viuens,dum nutritur,manere omnino idem secundum partes materiales ; sed duntaxat idem continuatione , vt fuit à nobis antea declaratum;quandoquidem eius materia aliarum,atque aliarum partium accessum, & recessum perpetuò sustinet , proindéque mutatur. Quidquid in contrariam partem scripserit Durandus in 2.dist.30. quæst.4.& in 4. dist. 44.quæst.1.aiens dum eadem forma manet in composito nullo modo variari materiam,etiam quoad partem ; quia tota eius identitas substantialis est absolutè à forma. Quam opinionem in primo lib.physic.cap.9.quæst. 5. art.2.ex professo impugnauimus.

Partes formales secundum Auerroem.

At quod ad partes formales attinet , si agamus de viuentibus, quorum animæ indiuisibiles sunt,vt anima hominis , & vt plerique arbitrantur,eliciúntque ex doctrina Aristot. lib. 2. de anima cap. 2. text.20.& in lib.de iuuent.& senect.cap. 1. omnes animæ perfectorum animantium verbi gratia equi,& leonis(quod à nobis suo loco probabitur) asserendum erit id , quod nutritur , quoad istiusmodi partes,hoc est , quoad partes integrantes præcisè prout anima constant;manere omnino idem.

Viuentium imperfectorũ forma diuisa.

Quod ex eo planum est ; quia animæ insectiles carent partibus, quarum accessione,& decessione subiectum variari possit. Si autem loquamur de viuentibus,quorum formæ sunt diuiduæ,vt anima lacertæ,& aliorum animantium imperfectorũ,arbitrantur multi hisce formis nullam particulam decedere,aut accedere de nouo,quæ portioni materiæ abeunti,siue aduenienti respondeat;proindéque subiectum ratione earum manere semper idem,quemadmodum de formis perfectorum animantium paulò ante diximus. Hãc sententiam amplexi sunt M. Albertus in opusc.de nutritione tract. 1. cap. 3. & tract.2.cap.1.Henricus Gandau.quodlib.2.quæst.10.& quodlib.12. quæst.56.Durandus in 2.dist. 30. quæst.4. num. 9. Heruæus eadem dist.quæst.2. Burlæus de intentione formarum cap. 7. & alij. Quod nituntur suadere testimonio Aristotelis,qui, vt aiunt , cap. 5. huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib. text. 35. docuit impossibile esse partem quamlibet augeri accedente aliquo secundum formam. Quod ex eo etiam potest confirmari, quia si partes formæ in animantibus imperfectis defluerent, non verè dixisset Arist. id, quod augetur, manere idem secundum formam, id est, quoad animam: nisi quis dicat philosophum nõ id de omnibus in vniuersum animantibus; sed de perfectis solummodo pronuntiasse. Quæ tamen responsio parum verisimilis est, cùm in hoc lib. de nutritione viuentium in tota sua amplitudine disputationem susceperit.

De anima imperfectorum animãtium.

Oppositum tamen statuendum est cũ Scoto in 4. dist. 44. quæst. 1. Bassolio in 2. dist. 30. quæst. vnica. art. 2. Capreolo in 2. dist. 15. quæst. vnic. art. 3. & aliis; nimirum in nutritione imperfectorum animantium abeunte particula materiæ abire simul cum ea portiunculam animæ, quæ illam informabat, similitérque accedente noua portiuncula materiæ aduenire cum illa nouam animæ particulam. Quod ex eo breuiter concludi potest, quia cùm forma animantis imperfecti sit diuidua, atque adeò tota in toto corpore, & pars in parte, accedente materia alimenti, quod conuertitur; aliqua pars illius animæ informabit talem materiam; non eadem, quæ iam aliam partem informabat, alioqui desereret priorem: ergo aliqua pars animæ de nouo producta per generationẽ partialem. Item cùm materia à viuente defluat, vel pars animæ, quæ illam informabat, sese colligit ac replicat supra alias partes, vel perit. Primum non est dandum, quia manerent simul plures partes, ergo posterius; atque adeò nouæ particulæ formæ animantis imperfecti vnà cum materia accedunt, & recedunt. Quo patet animantia imperfecta dum nutriuntur, nec secundum formam, nec secundum materiam manere eadem absolutè, sed eadem continuatione, tertio illo modo identitatis, quem superiori quæstione exposuimus. Cùm igitur Arist. affirmauerit id, quod nutritur, manere idem secundum formam, dicendum erit non posse id intelligi de animalibus imperfectis, si manere idem secundum formam sit retinere semper eandem prorsus animam sine vlla detractione vel adiectione.

Explicatur locus Arist.

Ad ea, quæ pro aduersariis adducta sunt, respondendum est, Aristotelem eo loco, quem pro se afferunt; non asserere esse impossibile; sed potius possibile esse rem augeri accedente aliquo secundum formam; non autem secundum materiam. Sic enim habent verba illius contextus. Partem igitur quamlibet augeri, & accedente aliquo secundum formam quidem est possibile; at secundum materiam haud quaquam; ideo verò ait Aristoteles rem augeri secundum formam, non secundum materiam; quia id quod augetur, debet esse quid stabile, ac permanẽs; tale autem est quoad formam subiectum, quod nutritur, si sit animal perfectum, de cuius nutritione potissimùm in hoc libro agitur; tametsi ex iis, quæ de illa dicuntur, etiam stirpium, & imperfectorum animantium, atque adeò nutritionis in commune cognitio habeatur. Quo patet quid ad alterum argumentum.

tum pro contraria sententia adductum respondendum sit. Quam solutionem qui minus probarit, sequatur D. Thomæ interpretationem de identitate subiecti secundum formam, id est, speciem, quæ omnem effugit calumniam. Iuxta quam sententiam dicendum erit non manere in nutritione idem subiectum quoad conditiones individuales, quia in animantibus perfectis non manet simpliciter eadem materia; in imperfectis autem nec eadem materia absolutè, sed continuatione duntaxat, vti superiùs explicatum fuit.

QVAESTIO XIII.

Quonam modo accretio, & decretio inter se & à nutritione differant.

ARTICVLVS I.

Quàm variè accretionis, & decretionis nomem vsurpetur.

DISSERVIMVS de nutritione, proximum est, vt de accretione, & decretione; quæ nutritionem comitatur, disputemus. Aduerte accretionem, & decretionẽ multis modis sumi. Primùm quidem laxiori significatu, quatenus accretio idem valet, atque acquisitio quantitatis in quauis re naturali, siue hausto, dispensatóque intus alimento, vt in viuentibus; siue accessione tantùm, & appositione materiæ, vt in igni, cæterísque corporibus vita carentibus, quæ cõsortio tantùm nominis nutriri, & augescere dicuntur. Decretio autem, vt accretione in hunc modum spectatæ respondet, non est aliud, quàm iactura, siue amissio quantitatis indiscriminatim sumpta. Secundò capitur accretio pro accessione quantitatis vberioris, quàm sit ea, quæ à subiecto defluit. Decretio, pro abiectione quantitatis maioris, quàm sit illa, quæ eidem subiecto accedit, quocunque modo, & in quocunque subiecto talis accessio, & abiectio fiat, vt proximè dicebamus. Tertiò, sumitur accretio pro acquisitione quantitatis facta à viuente, id est, suscepto intus, digestóque alimento virtute animæ, sine ea quantitas æqualis sit, siue maior, siue minor, quàm ea, quæ perit. Decretio autem pro amissione quantitatis similiter facta virtute animæ, vtcumque se habeat ea quantitas ad illam, quæ denuò aduenit. Quartò accipitur accretio pro ea mutatione, qua viuens ampliorem quantitatem, quàm sit ea, quæ dilabitur, reparat. Decretio pro amissione maioris quantitatis, quàm sit illa, quæ à viuente comparatur. Quintò vsurpatur accretio pro mutatione, qua viuens in ampliorem molem porrigitur, ita vt subiectum secundum formam idem omninò permaneat toto accrementi sui cursu. Quo pacto sola perfecta viuentia accrescunt, vt superiùs docuimus. Decretio autem pro adiectione maioris quantitatis, quàm ea sit, quæ tali viuenti accedit.

Prima acceptio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Diffe

Universidad de Deusto
Biblioteca

Differunt autem inter se prædictæ notiones, quia prima, vt attendenti planum erit, latius patet, quàm secunda: & secunda, quàm tertia; atque ita vsque ad quintam. Deinde quia accretio est motus positiuus, decretio autem negatiuus, vt in Physic. lib. 5. cap. 4. quæst. 2. art. 2. statuimus, nisi forte decretio sumatur non pro amissione, sed pro acquisitione quantitatis minoris, quàm sit ea, quæ deperit, sic enim positiuum quid est.

ARTICVLVS II.

Explanatio controuersiæ.

Prima conclusio. QVOD spectat ad discrimen secundum naturam generis, aut speciei inter prædicta membra, sit prima conclusio. Decretio sumpta pro amissione quantitatis differt ab accretione quocũque modò sumpta, & à nutritione, plusquam genere. Hæc conclusio ex eo ostenditur, quia negatiuum & positiuum in nullo genere conueniunt, cùm alterum sit ens, alterum non ens: at decretio pro amissione quantitatis est quid negatiuum, vt loco ante citato decreuimus; accretio autem, & nutritio sunt mutationes positiuæ, vt ex terminis, in quos tendunt, qui positiui sunt, liquidò constat.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Accretio quocunque modo accepta, & vniuersim quælibet acquisitio nouæ quantitatis differt specie à nutritione. Probatur, quia feruntur in terminos specie distinctos, nutritio quidem in substantiam, accretio in quantitatem; quod significauit Arist. hoc in lib. cap. 5. textu 41. cùm dixit, alimentum, vt quantum est, augere; vt substantia est, nutrire.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Accretio quocũque modo spectata, & vniuersim quælibet acquisitio quantitatis realiter differt à nutritione. Huic conclusioni aduersatur Marsilius hoc libro quæst. 10. & Albertus Saxonia quæst. 9. aliíque nõnulli aientes eandem actionem dici nutritionem, siue aggenerationem, quatenus per eam substantiæ pars accipit esse, & accretionem, quatenus per eandem viuens nouam quantitatis portionem comparat.

Quantitas differt re à substantia. Sed nostræ sententiæ veritatẽ ea ratio confirmat, quia quantitas realiter differt à substãtia, vt est cõmunior, & verior philosophorũ, theologorumq; sententia: at cùm aliqua inter se re ipsa distinguuntur, & vtrúmque propriam acquisitionem vendicat, quomodo se habent substantia, & quantitas, dum rei, quæ nutritur, aduenit, vt lib. 5. Physic. cap. 2. quæst. 1. & cap. 4. quæst. secundà ostendimus, necesse est acquisitionem vtriúsque realiter differre inter se.

Vt Valles. lib. 2. cont. c. 29. & lib. 5. Physic. c. & lib. 7. c.

Obiectio. Sed obiiciat aliquis. Si nutritio, & accretio realiter distinguerentur, vnicuíque inesset sua propria continuitas distincta à continuitate alterius quod non videtur dicendum, tum quia non magis repugnant in eodem subiecto duæ quantitates permanentes, quàm duæ successiuæ: tum quia sicuti eadem continuitas materiam, calorem,

calorem, & albedinem, cæteráque eiusmodi accidentia Socratis extendit; ita vna, & eadem extensio, seu continuitas videtur sat esse ad nutritionem, & accretionem extendendam. Sunt, qui respõdeant nutritionem eadem numero continuitate extendi, qua accretio; ita vt extensio, rimò, ac per se accretioni competat, nutritioni verò secundariò, & per accidens. Tuenda tamen est contraria opinio aientium nutritionem obtinere suam, sibíque propriam continuitatem. Quod ita ostenditur. Continuitas est idem re cum forma, quæ acquiritur, seu cuius ipsa acquisitionem extendit. Igitur si acquisitio substantiæ, & quantitatis eadẽ continuitate extenderetur, iam substantia, & quantitas permanens, quæ per accretionem comparatur, essent idem re ipsa inter sese. Nec effugiet, qui dixerit continuitatem esse idem re cum acquisitione duntaxat, quam per se extendit, id est, cum acquisitione quantitatis, non autem, cum ea, quam extendit secundariò, hoc est, cum nutritione. Non, inquam, effugiet; nec enim continuitas secundariò extendit nutritionem, sicuti quantitas albedinem. Nutritio enim est acquisitio successiua, & continuata, imò & motus, tametsi minùs propriè dictus, vt loc. cit. diximus, quemlibet autem motum sua continuitas tanquam affectio propria comitatur. Argumentum verò, quod contrarium probare nitebatur, non probat. Ad priorem eius partem dicendum, est duas quantitates permanẽtes mole sua locum occupare, ac situm diuersum poscere, quod successiuis nullo pacto conuenit, ideóque illas mutuò se pellere, nec simul cohærere posse, has verò posse. Ad posteriorem quid respondendum sit, ex proximè dictis constat.

Quorundam responsio, qua non placet.

Dubium. Quærat aliquis num motus ad quantitatem sit species infima, an subalterna comprehendens sub, se acquisitionem maioris, æqualis, & minoris quantitatis tanquam motus specie distinctos. *Solutio.* Respondemus esse speciem infimam; quemadmodũ & magnitudo, ad quam tendit, infima species est; nec enim ratio maioris, æqualis, & minoris faciunt per se ad distinguendam speciem, vt libro 5. Physicorum loco citato ostendimus.

QVÆSTIO XIIII.

Fieri ne possit, vt viuens, dum vita fruitur, semper augescat.

ARTICVLVS I.

Etsi viuens, dum viuit, nouam quantitatis portionem comparet, augeri tamen perpetuò non posse.

EX doctrina Aristotelis lib. 3. de anima cap. 12. textu 59. triplex facultas nutriens, vitæ nostræ decursu, & ætatum inclinatione sese habet. Namque à primo ortu vsque ad annum

Universidad de Deusto
Biblioteca

annum vigesimum primum, vt ait Hippocrates libro de carnibus; vel, vt aliis placet, vsque ad annum circiter vigesimum quintum ob insiti caloris vim firmior est, ac vegetior, plúsque versus omnem dimensionem reponit alimenti, quàm è corporis substantia decedat: atque interim membra in omnes partes funduntur, & accrescunt, nisi ob defectum alimenti, aut valetudinis vitium, aliudvè eiusmodi impedimentum, secus accidat. Sequitur deinde florida ætas, in qua calore ad mediocritatem quandam temperato altrix facultas veluti constantiam, & statum obtinet eo tenore, vt defluentis materiæ iacturam ex æquo resarciat, tunc verò non iam ossa, nerui, aut membranæ vlteriùs protenduntur; sed incrementum omne sistitur. Succedit tandem ætas extrema (nec enim libet hoc loco hominis vitam in minutiores partes concidere) in qua arefacto corpore calor, & nutriens virtus contabescit, ac minus quàm quod deperit, ex alimento restituit; donec tandem calore, & humiditate, quæ eo vsque mutuas operas contulerant, omnino consumptis mors sequitur (nisi eam ante casus aliquis, aut morbus, vti ferè contingit, accelerauerit) sequitur, inquam, mors æquo pede pulsans pauperum tabernas, regúmque turres. Atque hoc modo è vita excedunt, qui senio confecti naturæ necessitate mortem opperiunt. Vnde Aristoteles libro 5. de generatione anim. capit. 4. rectè, inquit, dixeris morbum esse aduentitiam senectutem: quia nimirum morbi nonnulli idem faciunt, quod senectus. Lege Galenum lib. 1. de tuenda valetudine cap. 2. & lib. 2. de temperamentis cap. 2. & in secundum de natura hum. & in libr. de Marasmo, Fernelium lib. 5. Physiologiæ cap. 3. Cælium lib. 22. lect. antiq. cap. 11.

Media ætas æquo Marte agit.

Ætas extrema materia dissidia non ex æquo reparat.

Morbus aduentitia senectus.

De his Arist. lib. de vita & morte D. Th. 1. p. q. 110. Dur. in 2. d. 30. q. 4. Gal. lib. de optim. const. c. 4. D. Bas. hom. 20. Exame.

Sanè ex hoc decursu vitæ, seu potiùs ad mortem progressu, & ex hac, quæ per ætates incidit, natiui caloris imminutione, quam cõspicuam facit experientia, planè constat fieri non posse, vt quis, quoad viuit, incrementa capiat; nisi incrementi nomine intelligamus accessum aliquem nouæ quantitatis, qui perpetuus nutritionis comes est; cùm fieri nequeat, vt viuenti noua materiæ portio absque noua quantitate adiungatur. Quæ verò hic de humanorum corporum accretione dicimus, suo modo intelligenda erunt non solùm de cæteris animantibus; sed etiam de herbarum, & stirpium generibus. Qua de re disserit Theophrastus in lib. de causis plantarũ, & auctor librorum de plantis, qui cum Aristotelis operibus circumferuntur.

De incremẽto humani corporis, & optima eius proportione.

Nonnulla hic breuiter animaduertenda sunt. Primum est, hominem quinquennio ferè, vt docet Aristoteles libro 1. de gener. anim. capit. 18. habere circiter dimidium totius magnitudinis, quæ toto vitæ tempore comparatur. Plinius tamen lib. 9. capit. 16. trimatui id adscribit. In trimatu, inquit, suo cuique dimidiam esse mensuram staturæ certum est. Secundum est, vt aduertit Diuus Augustinus libro 15. de Ciuitate Dei capit. 26. humani corporis longitudinem à vertice vsque ad vestigia sexies tantum habere, quantum latitudo, quæ est ab vno latere ad alterum latus: & decies tantum, quàm altitudo,

altitudo, cuius altitudinis mensura est in latere à dorso ad ventrem, velut si iacentem hominem metiaris supinum, seu pronum, sexies tantum longus est à capite ad pedes, quã latus à dextra in sinistram, vel à sinistra in dextram, & decies, quàm altus à terra. Docet autem Aristoteles in problematis sect. 10. problemate 10. mares vt plurimum maiori corpore esse, quàm fœminas; quia mares naturam integram, perfectámque sortiuntur; fœminæ autem quasi mancam, & oblæsam: & quia mares fœminis calidiores sunt: constat verò calorem altricis facultatis instrumentum esse.

Tertium est, optimam proportionẽ staturæ corporis humani quatuor cubitis, sexuè pedibus definiri. Constat autem hic cubitus pede vno, & dimidio: pes quatuor palmis: palmus quatuor digitis secundum latitudinem inter se iunctis: digitus quatuor granis hordeaceis, quæ est minima mensura in demetiẽdo spatio. Lege Vitruuium cap. 1. libri tertij, eiúsque interpretes ibidem. Maurolicum dialogo tertio, Vegetium lib. 1. de re militari cap. 5. Cælium lib. 3. cap. 21. Quartum est, præcipuam, & immediatam causam, cur aliqui infra iustam magnitudinem subsistant, alij ad eam perueniant, esse altricem facultatẽ, quæ in illis deficit, in his præstat. Dependet autem ea præstantia quoad vsum, opúsque exequendum à bonitate humidi primigenij, & temperamenti innati, ad quod concurrunt non solùm progenitores; sed etiam sidera, & stellæ, quarum quisque in suo conceptu, ortúve irradiationem habuit; itémque soli, & regionis natura. Iuuat præterea corporum incrementa alimenti copia; nam ob eius defectum proueniunt nonnunquam pumiliones, vt testatur Aristoteles in problematis, sect. 10. probl. 14. Iuuat item ciborum commoditas; siquidem homines augescunt dulcibus atque pinguibus; & aquæ, plusquàm vini potu; minuuntur siccis, & aridis, ac frigidis, & siti. Iuuat tempestiua, & moderata membrorum exercitatio, quies opportuna, vacuitas laborum, & molestiarum, aliáque id genus, quæ decoctionem promouent. Consule Hippocratem in lib. de aëre, aquis, & locis.

Quid promoueat corporis incrementa.

ARTICVLVS II.

Soluuntur aliquot obiectiones.

VERVM contra id, quod de calore diximus, opponet aliquis. Calor crescit, fortiórque efficitur aucta materia subiecti, cui inest, vtpatet in calore ignis, qui in maiori igne, cæteris paribus, acriùs vrit, & in longiorẽ sphæram actionem extendit. Igitur calor vnà cum corpore augescet, nec ætatum progressu degenerabit.

Prima obiectio.

Secundò, tanto plus alimenti in substantiam rei alitæ cedit, quanto plus ex eo decoquitur. Ergo si quis in ætate florida, & constanti

2. Obiectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtatur facilioris coctionis alimento, certè plus conuertet, quàm
3. Obiectio. amittet; atque adeò in ea etiam ætate incrementum capiet. Tertiò,
non videtur calor maiorem habere vim ad primæuum humidum
depascendum, quàm ad conuertendum alimẽtum in rem nutritam.
Ergo in nulla vitę parte plus ingeniti humidi deperibit, quàm asciti-
4. Obiectio. tij efflorescat. Postremò, multos videmus post annum quadragesi-
mum è macilentis pingues, & obesos fieri, atque in molem amplio-
rem versus latera diffundi. Igitur fieri etiam poterit, vt ea ætate in
longitudinem crescant, cùm nulla videatur esse maior ratio, cur ad
vnam loci differentiam, quam ad alias dilatentur.

Lege Arist. 3. de hist. an. cap. 18.

Dilutio primæ obiectionis.

Ad primum horum respondetur id, quod ex alimẽto aduenit rei
nutritæ, non tantam sortiri perfectionem, quantã erat humidi pri-
migenij, ob eas causas, quas suprà exposuimus: quod tamen in ign
secus accidit; ignis enim propter acrimoniam, & vim, qua ad agen-
dum, & ad debellandam aduersariorum repugnantiam valet, potest
materiam, quam corripit, compensato subinde omni detrimento, in
Discrimen inter ignem, & rem viuentem quoad cõuersionem. sese perfectè conuertere sibique vnire; atque ita quanto plus ma-
teriæ combustibilis occupat, tanto potentior, & actuosior fit. Quo
patet non eandem esse rationem in calore ignis, & in calore rei, quæ
suscepto intus alimento nutritur, & augescit. Consule D. Thomam
in 2. dist. 10. quæst. 2. art. 1. ad 5. & Magnum Albertum 2. part. sum-
mæ de homine in tractatu de vi augmentatiua.

Valles. lib. 6. controuers. Medic. cap. 1. Marcellus 1. de an. cap. 69. & 80. Garc. lib. 1. tract. 3. q. 13.

Dilutio 2. obiectionis.

Ad secundum respondendum est licet in ætate consistendi vtatur
quis facillimæ decoctionis alimento, non ideirco posse id ab eo sic
decoqui, vt plus sibi materiæ agglutinet, quàm dilabatur; cuius rei
causa est, quia facultas nutriendi, & augendi (sicut & cæteræ poten-
Nutriendi, & augendi facultas circunscribitur intrinsecè versus maximum ex parte effectus. tiæ actiuæ) terminantur quoad sua effecta intrinsecè versus maxi-
mum: (etsi non omnes in singulis eundem terminum vendicent, sed
pro ratione ac modo subiecti, hoc aut illo pacto sese habentis) quo
fit, vt vbi harum potentiarũ quælibet summum, quem potest, effec-
tum sortita est, non vlteriùs promoueat, esto ei materia offeratur.

Dilutio 3. obiectionis.

Ad tertium, Calorem præcipitanti ætate faciliùs humidi partes
dissoluere, quàm alimentum conuertere, quia tunc minus ei obsistit
humidum iam veterascens, quàm alimentum: maximè cùm ad diri-
piendum humidum iuuetur à cibo ipso, qui in substantiam viuẽtis
ob qualitatum dissidium agit, & ab aëre circunfuso, aliisque causis
exteriùs incidentibus.

Dilutio 4. obiectionis.

Ad quartum, Neminem propriè dici accrescere nisi secundũ lon-
gitudinem augeatur; sic verò non augeri quenquam, nisi eius quò-
que ossa incrementum sumant: hæc autem non solere capere incre-
Cur ossa post cõsistendi ætatem nõ accrescant. mentum nisi vsque ad consistendi ætatem. Videlicet quod eorum
nutritio, & accretio morosior ac difficilior sit; tum quia nutriuntur
ex medulla, in quam necesse est primò conuerti sanguinem; tum
etiam, quia constant sicco, ac frigido temperamento, quòd nutritio-
nis opus minus iuuat: contrà verò cùm caro mollitudine, & calore
prædita sit, atque adeò cum sanguine magis conueniat, facilis est, ac
prompta

Lege M. Scot. in lib. Sum. de hom. tract. de nutritione. Pomponatium in lib. de nutr. c. 2. Galen. lib. 2. de natur. fac. cult.

prompta sanguinis in eam commutatio. Ita patet fieri interdum pos-
se, vt quis versus latera fundatur, & pinguescat; non tamen in maio-
rem porrigatur longitudinem. Quod idcirco à quadragesimo anno
nonnunquam accidit; quia tunc refractus calor sic interdum affici-
tur, vt minus diripiat è substantia ob peculiarem illius dispositio-
nem, ac plus alimenti in partes non solidas conuertat.

In paruis Natural. de iuuẽt. & senect. cap. 4.

Iis, quæ dicimus non obstat, quod dentes, vti ex Aristotele lib. 2.
de gener. anim. cap. 4. alibi docuimus tota vita crescunt (vt patet in *Cur dentes tota vita crescant.*
iis, qui mutuum tactum declinant) cùm tamen inter ossa numeren-
tur. Nam quia attritu consumuntur, eorúmque necessitas ad com-
molliendum cibum perpetua est, perenni cremento egent; ideóque
prouisum à natura fuit, vt facultas auctrix peculiarem, & quasi ex-
traordinariam curam ad eorum dispendia resarcienda conferret.
Nec item officit quod magnitudo, & incrementa corporum, non
semper calori ex æquo respondent: id enim, quod initio superioris
articuli de calore asseruimus, intelligendum est modò cætera sint
paria: modificatur enim sæpe caloris vis ab humido, aliisque causis
simul concurrentibus.

QVAESTIO XV.

Num eius, quod incrementum sumit, quælibet pars augescat.

ARTICVLVS I.

Astruitur pars affirmatiua quæstionis.

EXPENDAMVS nunc an accretio per totum subie-
ctum fusa sit; ita vt nulla pars rei nutritæ non pariter
capiat incrementum. Prænotandum igitur primò est in *Pororũ causa efficiens, & finalis.*
corporibus viuentium poros esse, id est, cauitates quas-
dam, & meatus, quos natura ministerio caloris, & alia-
rum causarum humidum extenuantium, & consumentium contri-
nenter efficit; tũ vt per eos excrementitij, noxiique humores exeãt;
tum vt alimenti particulæ minutatim conciſæ iisdem excipiantur, &
ad vltimam decoctionem elaboratæ in substantiam rei alitæ conce-
dant. Enim verò nisi huiusmodi pori essent, vel alimentum rem, *Opinio Auer roïs de poris refellitur.*
quàm nutrit, cum doloris sensu diuideret, vel duo corpora sese per-
mearent, quorum vtrúmque à vero abest. Putat autem Commenta-
tor hoc in lib. com. 38. viuentium corpora sic esse huiusmodi poris
Lib. 1. cap. 4. quæst. 1. a. 7. interſecta, vt quælibet pars minima porum vnum vendicet, eiúsque
interpositu ab alia minima diuidatur. Fallitur tamen; primùm quia,
vt fuit à nobis in physicis declaratum, in composito naturali non
datur minima pars homogenea toti inhærescens, hoc est, minimum
carnis, aut ossis. Deinde quia videmus quorundam viuentium cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pora solidiora esse, magísque compacta, alia minus; quo fit, vt quædam plures, aliæ pauciores poros habeant, & vt certa lege definiri nequeat, quàm ij rari aut frequentes sint, licet pro certo habeatur nullam partem designari posse, quæ poris vacet.

Conclusio. His animaduersis ad propositam dubitationem respondendum est cum Arist. hoc in lib. cap. 5. text. 32. eius, quod accrementum suscipit, quamlibet partem augeri. Quod ita ostenditur. Accretio semper cum nutritione coniuncta est, sed quælibet pars viuentis dum incrementum sumit, nutritur: ergo quælibet augetur. Minor probatur, quia calor sicuti per totum corpus funditur, ita è qualibet eius parte aliquid detrahit, atque adeò nulla pars est, quæ instauratione non indigeat. Quod diximus de partibus eius, quod incrementum suscipit, ita accipiendum est, vt absolutè intelligatur verum esse tam de eo, quod in molem ampliorem funditur, quàm de illo, quod parem, aut minorem recipit quantitatem: in his enim omnibus æqua ratio est: quandoquidem oportet quamlibet partem eius; quod nutritur, nouam quantitatem recipere, & è conuerso, siue subiectũ plus materiæ recuperet, quàm defluit, siue sit in statu, siue in decremẽto.

ARTICVLVS II.

Quarundam obiectionum dilutio.

Prima obiectio. SED obiiciet aliquis. Eæ tantùm partes augescunt, quibus noua quantitatis portio adhærescit, & continuatur; hoc autem non cuilibet parti viuentis accidit, sed iis tantùm, quas alimentum poris receptum proximè attingit. *2. Obiectio.* Non igitur quælibet pars eius, quod accrescit, augetur. Secundò, Pori sunt oppleti aliis corpusculis; igitur non possunt in se alimentum recipere. Si respondeatur ea corpuscula subeunti alimento locum dare, maximè cùm etiam ab expultrici virtute abigantur. Est adhuc quod vrgeat. Nam cùm animal in maiorem quantitatem excrescit, vel quælibet particula alimenti maior est poro, quem subintrat, vel minor, vel æqualis: si maior, nequibit ab eo poro excipi: si *3. Obiect.* minor, vel æqualis, non augebitur viuens; ergo &c. Tertiò, si quælibet pars rei auctæ fieret maior, sequeretur viuens versus omnes dimensiones æquè potrigi, quod falsum est, alioqui non in proceram *4. Obiect.* staturam homo assurgeret, sed in rotundam conglobaretur. Quartò, Eæ partes corporis, quæ morbo aruere, nõ augẽtur, vt videtur sensu manifestum; igitur saltem hæ communem illam legem non seruant.

Solut. 1. Ad primum horum dicendum rectè concludere eas tantùm partes immediatè nutriri, & augescere, quæ per se, ac sine aliarum interstitio alimentum attingunt, eóque potiuntur. Verùm id non impedit, quominus cæteræ harum interuentu, siue mediatè, pariter in*Solut. 2.* crescant. Ad secundum respondendum imprimis est poros non semper ante ingressum alimenti alio corpore occupari. Interdum enim con

coniuncta, & contigua habent latera, & subintranti alimento sinus pandunt eo modo, quo vtres dum implentur. Deinde esto nonnunquam aliis corpusculis oppleti sint: ea tamen alimento cedunt, atque interdum maiorem copiam alimentitij humoris pori recipiunt, quàm de eiusmodi corpusculis habuerint, quia facilè sese explicant, ac dilatant. Ad tertium neganda est consequentia. Altrix enim facul- *Solut. 3.* tas dum viuentium membra quoquouersum porrigit, sequitur regulam formatricis virturis, quæ hominem procera corporis effigie decorauit, & in sublime erexit. Quare sic homo incrementa versus omnes partes accipit, vt in prædictam figuram semper conformetur. Ad quartum dicendum membra, quæ morbo ita aruere, vt adhuc vi- *Solut. 4.* uant, adhuc etiam nutriri; proindéque nouam quantitatis portionem acquirere, & interdum maiorem, quàm sit ea, quæ defluit, si viuens sit in ætate accrementi; licèt hæc nutrientis & auctricis facultatis munia in membris ita affectis minùs appareant. Quod si ariditas tanta sit, vt artus vita priuentur, tunc nihil mirum si istiusmodi muneribus, quæ viuentium propria sunt, destituantur.

QVÆSTIO XVI.

Sit ne accretio in quouis poro facta motus continuus, an non.

ARTICVLVS I.

Diuersæ auctorum sententiæ.

Quæstionis sensus. NON accipimus hoc loco accretionem pro sola acquisitione quantitatis maioris, sed pro acquisitione cuiuslibet quantitatis facta in re viuente: nec adducimus in controuersiam an accretio, quæ fit in vno poro, cum iis, quæ in aliis poris fiunt, continuetur. Nam cùm inter quamlibet partem porosam alia non porosa intercedat, satis liquet accretionẽ in eo sensu continuũ motũ nequaquam esse. Tantũ igitur quærimus nũ accretio illa, quæ in quolibet poro exercetur, per se sumpta, cõtinua sit. Negantẽ partẽ amplexus est Auer- *Negatiua partis assertores.* roes lib. 3. Physic. com. 8. Magnus Albertus 8. lib. eiusdem operis text. 23. Ferrariẽsis eodẽ lib. q. 6. Soncinas 8. metaph. quæst. 22. & 28. Capreolus in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 2. Põponatius lib. 1. de nutrit. & augmentatione cap. 9. aliique nonnulli. Horum sententia est accre- *Prima opin.* tionem fieri discretè per momenta; quia ita fit aggeneratio, seu nutritio: credunt enim disponi priùs certam portionem alimẽti, quam volunt esse minimam quoad generationem, deinde in eam puncto temporis induci formam rei, quæ nutritur; idemque accidere in cæteris partibus. Quod ergo nutritio fiat per momenta, hunc in modum concludunt. Vt forma substantialis in materiam alimenti recipia

Universidad de Deusto
Biblioteca

recipiatur, necessaria est certa, ac præfinita dispositio: hæc autem nō nisi per primum sui esse, atque adeò in instanti incipit: ergo nec forma recipietur in materiam alimenti nisi in instanti. Probatur assumptio. Namque si aliter ea dispositio inciperet, nimirum per vltimum non esse, daretur aliquod instans, quo in materia alimenti non existeret tota, & immediatè post illud tota existeret. Quod autem secus accidat, inde ostenditur; quia vel in eo instanti ad certæ illius dispositionis complementum deest aliquid, vel nihil: si nihil, iam in eo tota dispositio constat, quod erat probandum: Si aliquid, cùm id debeat esse diuisibile, priùs acquiretur dimidium, quàm totum. Quare post illud temporis punctum dabitur adhuc aliud punctum, in quo nondum cohæreat integra ac perfecta dispositio ad formam; & quod inde consequens est, prædicta dispositio non incipiet per vltimum non esse.

Primum argument.

2. Argum.

Secundò, si daretur aliquod instans, in quo nondum existeret nutritio, & immediatè post futura esset; sequeretur alterationem, quæ eiusmodi nutritionem præit, desinere post illud instans: hoc autem esse nō potest, cùm motus, vt 8. Physicæ auscultationis libro docuimus, desinat per primum non esse. Non datur ergo tale instans. Probatur consecutio, quia cum forma substantialis non nisi in materiam perfectè dispositam inferatur; si forma rei nutritæ immediatè post subiret materiam, vtique immediatè post esset materia perfectè disposita, atque adeò motus, quo disponebatur, omnino intercideret. Corroboratúrque argumentum, quia cum in ortu cuiúsque rei fiat vsque ad materiam primam resolutio, necessium erit immediatè post prædictum instans cum aliis accidentibus alterationem aboleri; quandoquidem tunc rem generari dicunt, atque ita immediatè post erit simul, & non erit eadem alteratio: erit, quia immediatè post introducetur per illam vltima dispositio: non erit, quia oportet tunc materiam nudam esse ad recipiendam formam substantialem rei, quæ nutritur.

De desitione motus.

Cap. 2. q. 2.

Confirmatio argumenti.

3. Argum.

Tertiò, Detractio partium materiæ, quæ actione caloris humidum depascentis fit, non potest esse continua. Igitur neque accretio. Consecutio perspicua est, cùm vtrobique par ratio videatur. Antecedens suadetur, quia cum diminutione, fluxúque materiæ necessariò coniuncta est generatio alterius substantiæ, quæ ex ea materia coalescit. Ea verò generatio cum sit productio substantiæ per se, ac seorsim cohærentis, momento perficitur, atque ita cōtinua non est.

4. Argum.

Quartò, Animæ perfectorum animantium sunt indiuisibiles, & inextensæ. Igitur non possunt introduci in materiam siue totalem, siue partialem per mutationem diuiduam, & extensam, qualis est omnis motus. Postremò, Huic opinioni suffragatur Aristot. 8. lib. Physic. c. 3. text. 23. vbi cōceptis verbis docet, nihil augescere, vel diminui continenter posse; sed mediam quietē interponi, sicuti cùm lapis à gutta consumitur, non necesse est, vt si tantum guttæ detraxit, iccirco mediam eius partem media temporis parte abstulerit.

Altera

Altera opinio est Scoti in 4. distinct. 44. quæstione 1. art. 2. Thomæ Garbij lib. 1. suæ summæ tract. 5. quæst. 54. aliorumque recentiorum philosophorū, qui arbitrantur conuersionē alimenti discretè fieri per puncta temporis; accretionem verò successiuè, & continuè: aiunt enim nutritionis opus non simul cum accretione peragi; sed quantitatem, quæ rei alitæ vna cum materia nutrimenti per instantia cohæsit, postea vi natiui caloris in raritatem abire, continentérque extendi. Atque in hac extensione partium rei viuentis accretionem consistere. Ducuntur autem hoc potissimùm argumento. Priùs alimentum intra poros suscipitur, quàm in rei viuentis substantiam abeat; igitur viuens non redditur maius per alimenti in propriam substantiam commutationem. Probatur consecutio; quia huiusmodi commutatione peracta non maiorem loci capedinem viuens occupat, quàm antea, siquidem pori tam ante, quàm post conuersionem eodem modo sunt nutrimento repleti; cùm igitur dum viuens accrementum capit, ad maius spatium dilatetur, necessariò fatendum erit accretionem fieri post conuersionem alimenti rarefacti, atque in ampliorem molem diffusa ea quantitate, quæ denuò per nutritionem accessit.

Secunda opinio.

Eius confirmatio.

ARTICVLVS II.

Veræ opinionis Explicatio.

Zauel. in epi. de gener. tra. 2. cap. 3.

Hæc cōtrouersia duplici assertione enodanda est. Prima sit, Accretio, quæ in quouis poro fit, est motus continuus. Hanc tuetur Gregorius in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 1. Burlæus lib. 5. Phys. ad text. 6. Thienensis lib. 5. eiusdem operis quæst. 5. Sotus ibidem quæst. 3. art. 2. Iandunus lib. 8. quæst. 7. Amadeus primo huius, quæst. 2. artic. 1. Marsilius quæstione 14. Saxonia quæstione 15. aliique complures. Quæ probatur in hunc modum; si accretio non esset motus continuus; sed fieret per minima in diuersis instātibus, vt aduersatiæ partis auctores aiunt, ex eo esset, quia ita fieret aggeneratio, seu nutritio, & quia forma viuentis non posset subire priùs medietatem minimi, quàm totum minimum, proindeque deposceret totam medietatē minimi vltimo dispositam, vt aggeneratio daretur. Sed non ita res habet. Igitur accretio est motus continuus. Probatur assumptio; accipiatur enim aliquod minimum ex iis: vel illud dicitur minimum quoad generationē; quia scilicet cùm res de integro gignitur, potest in illud forma introduci, non autē in minus; vel quoad aggenetationem; quia nēpe cum res nutritur, siue aggeneratur, potest forma in illud, non autem in minus recipi. Primū admitti non debet, quia in tam exigua materiæ portione, quanta vno poro excipitur, nequit verbi gratia, animæ rationis particeps seorsim cohærere, cùm Socrates denuò gignitur. Quod autē neque posterius admittendum sit; ex eo concluditur, quia eiusmodi minima fictitia sunt, ac fine ratione

Prima conclusio.

Prima ratio.

Discrimen inter terminū magnitudinis ad generationē, & ad nutritionē requisitū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione excogitata. Iccirco enim in prima cuiúsque rei generatione dantur minima, quia res omnes physicæ, vt per se ac separatim consistant, & vt commodè operentur definitam exigunt quantitatem, vt primo Physicorum libro exposuimus: at postquã genita res est, cùm *Cap.4.q.2.* noua pars alimenti, quæ per nutritionem aduenit, materiæ præexistenti adiungatur, totique inhæ rescat; nihil opus est certam materiæ quantitatem definire, sed potiùs data quacunque portione alimenti, quæ habuerit qualitates omnes ad excipiendam formam viuentis, confestim nutritio procedet. Ac cùm qualitates ad quãlibet formam requisitæ incipiant esse in subiecto indeterminatè sumpto per vltimum non esse, vt 8. Physic. lib. statuimus, nulla dabitur pars materiæ *Cap.8.q.1.* alimenti informata forma rei, quæ nutritur, quin detur alia minor, quam priùs eadem forma subierit. Quare erit nutritio motus continuus, & ex consequenti accretio, quæ illius comes est, vt docuit Aristoteles cap. 5. huius libri, text. 41. Adde quod vt ignis continue aggeneratur, & crescit, si ei materia combustibilis suppetat, vt videre est in deflagratione papyrinta & viuens adhibito alimẽto continue nutriri, & augeri poterit.

Confirmatio conclusionis ex dictis Aristot.

Confirmatur præterea eadem assertio testimonio Aristotelis, qui lib. 5. Phys. cap. 2. text. 18. & lib. 8. cap. 7. text. 55. aliisque in locis accretionẽ inter motus connumerat, & 5. Metaph. cap. 13. text. 18. docet continuitatem communem esse motuum affectionem. Et rectè quidem, cùm motus, vt lib. 3. Physic. cap. 2. text. 6. definitur, sit actus entis in potentia, vt in potentia, id est, vt in cõtinua successione versatur. Adde quod, docente eodem Aristotele hoc in cap. 5. text. 25. dum res augescit, pariter lationem subit: constat autem lationem motum continuum esse.

2. Conclusio.

Secunda assertio hæc sit. Accretio viuentium non fit per rarefactionem alimenti in eorum substantiam conuersi. Hæc probatur, quia dum fit nutritio, si plus alimenti conuertitur, quàm sit id, quod de materia viuẽtis fluit, iam tunc viuens fit maius; quare non est expectanda rarefactio, vt viuens augescat. Item quia alioqui cum per rarefactionem, vt sequenti quæstione planum fiet, non acquiratur noua quantitas, sequeretur motum propriæ accretionis non tendere ad nouam quantitatem, quod non videtur admittendum. Postremò sequeretur viuentia, dum accrescunt, minus solida, minusque compacta euadere, vt cæteris rebus, cùm in maiorem raritatem funduntur, accidere videmus; quod tamen haud ita se habere sensuum experientia testatur.

ARTICVLVS III.

Respondetur contrariarum opinionum argumentis.

Solutio 1. arg.

VPEREST, vt aduersariarum opinionum argumẽta diluamus. Ad primum concessa maiori propositione, neganda est minor; vt verò quid ad eius confirmationẽ dicendum sit pateat,

teat, animaduertendum est cùm forma in aliquo subiecto vniformi difformitate extenditur, in prima quidẽ superficie versus agens inesse certum gradum, at in partibus subiecti, quæ post primam immediatè sequuntur, non esse certum gradum intrinsecus terminatum. Exempli gratia cùm lignum calefit, perueniendum est ad aliquod instans, quo in prima superficie insideat calor intensus vsque ad quartum gradum; & in partibus subiecti, quæ proximè sequuntur, designari nequeat calor pari intensione; alioqui non seruaretur æquabilis difformitas; sic tamen vltra illam superficiẽ calor existet, vt quidquid infra quartum gradum esse potest, illic insit. Ex quo primùm sequitur, si quispiam roget, num in partibus, quæ vltra primam superficiem proximè sequuntur, ad complemẽtum caloris vt quatuor, sectile quidpiam, an insectile desideretur; respondendum sit deesse aliquid sectile, ita vt immediatè post designari non possit prima aliqua pars subiecti, quæ determinatum calorem possideat; sed in tali superficie desit tantum, in tali tantum pro ratione maioris, minorisve distantiæ à prima. Sequitur secundò, si in eodem ligno post illud instans, calefactionis motus continuetur; iam tempore proximè insequente dandum calorem, vt quatuor vltra primam illam superficiem. Nam cùm ipsamet prima superficies immediatè post habitura sit intensiorem calorem, quàm sit calor, vt quatuor, haud seruaretur difformis æquabilitatis tenor, si immediatè post minor caliditas, quàm vt quatuor vltra primam superficiem inesset. Verùm vt tempore proximè insequenti non licet designare certam temporis partem, quæ post illud instans primò sequatur; ita nec fas est præfinire partem subiecti, quæ calorem vt quatuor primò recipiat; sed quo quæque pars primæ superficiei vicinior fuerit, eò citiùs calorem vt quatuor obtinebit; quia, vt diximus, tanto vnicuique parti minus deest ad perficiendum calorem vt quatuor, quanto primæ superficiei propiùs accedit. *Cap.8.q.2.* Siquis ad huius difficultatis intelligentiam plura deposcet, legat ea, quæ 8. Physicæ auscultationis libro in quæstione de inceptione, & desitione rerum à nobis disputata sunt.

De forma vniformiter difformiter extensa.

De intensione formæ vltra primã superficiem.

His animaduersis admissa maiori propositione, neganda est minor & ad eius probationem concessa item maiori, neganda assumptio, dicendúmque dispositionem completam ad introductionem formæ viuentis incipere in certa parte materiæ, quæ sequitur post primam superficiem, incipere, inquam, per vltimum non esse, dari- que instans, in quo liceat dicere, nunc vltra hanc superficiem non est v.g. calor vt quatuor, qui requiritur ad formam viuentis, sed immediatè post erit, atque in hoc momento deesse quidpiam diuiduum, quod tamen, quia est minimum infra calorẽ, vt quatuor, ita se habet, vt quemadmodum in eo nequit assignari dimidium; ita nec eius mẽdietas priùs acquiri possit, quàm totum.

Solutio primi arg.

Ad secundum respondendum est, si in corruptione non fieret resolutio vsque ad materiam primam, debuisse post instans, quo

Solutio 2. arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nutritio incipit, continuari simul cum ea alterationem illam singularem, qua materia ad recipiendam animam viuentis disponitur; in eoque euẽtu non desineret esse motus alterationis, nisi per primum non esse, nimirum in eo instanti, quo cessaret dispositio materiæ in illo poro. Nunc verò cùm tueamur, vt probabiliorem, sententiam existimantium re intereunte fieri resolutionem vsque ad materiam primam; dicimus immediatè post illud instans, quo nutritio subsequitur, non continuari iam illam singularem alterationem, quæ antea erat; quia immediatè post corrumpitur alimentum, muratúrque subiectum, à cuius identitate pendet identitas huius singularis motus, vt lib. 5. Physic. c. 4. q. 5. ex Aristotele docuimus. Itáque illa singularis alteratio desinit per primum non esse in prædicto instanti: sed in eodem incipit extrinsecùs alia, per quam introducitur in materiam totum id, quod deerat ad complemẽtum dispositionum: quæ dispositiones non recipiuntur iam in materia sub forma alimenti, sed sub forma rei nutritæ, prius natura in genere causæ dispositiuæ, quàm forma: quemadmodũ cùm ignis de integro generatur ex aëre calor summè intensus & intrinsecè in facto esse terminatus, non nisi in materiam sub forma ignis constitutam infertur. Itaque neque per vltimum sui esse desinit motus; neque immediatè post instans est, & non est eadem alteratio: quandóquidem prior desinit per primũ sui non esse in eo puncto temporis, quod subsequuta fuit nutritio, posterior autem incipit eodem puncto per vltimum sui non esse, & desinit post finitam in illo poro nutritionem per primum sui non esse.

Corrupto subiecto cessat identitas numeralis motus.

Quo pacto desinat motus alterationis in nutritione.

Aduerte tamen cùm alimentum, sicuti & cætera corpora vitæ expertia certis limitibus quoad conseruationem versus minimum finiatur, vt in primo Physic. cap. 4. quæst. 1. art. 9. statuimus, necessariò, ne alimentum, dum conuertitur, infra terminum sibi præscriptum maneat, momento introducendam formam rei nutritæ in aliquam materiæ portiunculam nondum vltimis dispositionibus affectam; nimirum cùm peruentum fuerit ad eam quantitatem, in qua iam forma alimenti manere non possit, vt loco citato monuimus: proindéque tunc nec illam nutritionem, nec acquisitionem quantitatis continuam, & successiuam; sed momentaneam fore. Verùm hoc non per se, sed ex accidente euenit, ratione termini, quem non viuentia postulant.

Quo in euẽtu fiat pars nutritionis in instanti.

Solut. 3. Ad tertium respondendũ est detractionem partium de materia rei viuentis interdum fieri continuè, interdum non. Continuè, cùm portio materiæ, quæ defluit, alteri parti iam dissolutæ, vel cuicúmque alteri vicino corpusculo eiusdem rationis, & naturæ continuè iungitur; quod nonnunquam eueniet: ac tunc necessariò cùm quantitas rei, in quam talis pars detracta, seu corrupta conuertitur, est infra minimum quod fit via generationis; similiter atque accidere videmus igni, cùm continuè extinguitur, eiúsque partes in aërem, v. g. conuersæ affuso aëri continuantur. Non continuè, cùm aliqua item pars viuentis per se, ac seorsim corrumpitur, hoc est, ita à viuente diuellitur,

Detractio partis à viuente quando sit, vel nõ sit continua.

diuellitur, vt non vniatur, aggeneretúrque alteri corpori; tunc enim cùm detur integra substãtiæ productio, oportebit resolutionẽ, quam illa comitatur, momento cõfici, vt ipsa quoque productio momentanea sit. Porrò autem licet imminutio, vt in propositis exemplis liquet, interdum continua nõ sit, aggeneratio tamen semper est continua, præter quam cùm in conuersione alimenti peruentum est ad illam particulam, de qua paulò ante diximus, quia id, quod denuò in substantiam rei viuentis conuertitur, cum ipsa re viuente perpetuò vnitur, & continuatur. Vnde perspicuum relinquitur non eandem esse rationem, quoad continuitatem in aggeneratione, & in dissolutione partium, quæ aggenerationem comitatur, quasi oporteat quoties hæc momento fit, illam quóque momentaneam esse.

Ad quartum respondendum est, vt aliqua forma per aggenerationem successiuè introducatur in materiam, non opus esse, vt ipsa in se extensa sit, & diuidua: sufficit enim occupare successiuè materiam per extensionem virtualem, tametsi eiusmodi introductio successiua non obtineat perfectam rationem motus ob eas causas, quæ lib. 5. Physic. cap. 2. quæst. 1. art. 3. à nobis explicatæ fuerant. Ad testimonium ex octauo Physicorum, dicendum, Aristotelem eo loco non negare accretionem in vno poro factam esse motum continuum, sed tantùm similitudine guttarum lapidem excauantium, quę non semper aliquid detrahunt, cùm oporteat lapidem guttis sensim molliscere priusquam ei noua pars adimatur, tantum, inquam, docere accretionem animalis non ita continentem esse, vt membra perpetuò augeantur cùm omnia viuentia incrementi sui metam habeant. Vel dicendum coargui ibi ab Aristotele Heraclitum, qui omnia continenter labi, & in perpetuo fluxu ac motu versari aiebat, quæ est interpretatio D. Thomæ, & aliorum.

Solutio 4.

Explicatur locus Arist.

De hoc Heracliti dogmate Aristotelis lib. 4. Metaph.

Ad argumentum pro secunda opinione respondendum est, licet viuens cùm primò alimentum poros subit, nec dum conuertitur, accrescat per dilatationem partium, sicuti etiam cùm tumescit, aut humorum copia abundat: non tamen augeri accretione viuentibus propria, nisi cùm alimentum in suam substantiam mutat: tunc enim fit maius accessu nouæ quantitatis sibi inhærentis: constat autem posse tunc in ampliorem molem fundi absque interuentu rarefactionis, quando videlicet plus alimenti accedit, quàm de substantia rei viuentis labitur.

Responsio ad argumentũ pro 2. opin.

QVÆSTIO XVII.

An corpus, quod rarescit, nouam acquirat quantitatem, nec ne.

ARTICVLVS I.

Quidnam sit raritas, & densitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIVS excitandæ controuersiæ occasionem dedere, qui arbitrati sunt viuentia non nisi per rarefactionem incrementa sumere. Vt verò propositam difficultatem enodemus, inquirendum priùs est, sint ne raritas, & densitas veræ qualitates. Omisso autem veterum quorundam philosophorum dogmate aientium rarum esse id, in quo vacua multa insunt, partibus inani interstitio ab se distantibus; id verò densum cuius partes constipatę sunt, ac sibi omnino cohærent, nullis aut paucis vacuis interiectis. Omisso, inquam, eo dogmate, quod ab Arist. cap. 9. lib. 4. Physic. refellitur; controuersum est num raritas, & densitas in numero qualitatum, an potiùs quantitatum reponi debeant. Imprimis namque Arist. in qualitatis categoria, negat eas esse qualitates, aiens rarum, & densum quale quid videri; re vera tamen non esse. Quod item confirmat 8. Physic. lib. cap. 7. text. 55.

Definitio rari, & densi.

Secundò, idem suadet definitio rari, & densi tradita 4. lib. eiusdem operis cap. 9. text. 84. nempe rarum est, quod sub magnis dimensionibus parum obtinet materiæ; densum, quod sub paruis multũ materiæ cohibet, quæ definitio situ potiùs, & extensionem, quàm modum qualitatis innuit. Præterea in corporibus cœlestibus inest, raritas, & dẽsitas; stellæ enim, vt lib. 2. de cœlo explicatum fuit, sunt partes cœli densiores: & tamen raritas eiusmodi non videtur esse qualitas, quia neque prima est nec è primis orta, vt patet: cum igitur eadem ratiò sit in sublunari, & cœlesti raritate, non videntur raritas, & densitas inter qualitates numerandæ.

Conclusio.

Sit tamen huiusce dubitationis conclusio, raritatem interdum significare partium positionem, interdum veram qualitatem sensibus subiectam. Vtrámque partem conclusionis asserit D. Augustinus in suis categoriis cap. 12. Prior inculcatur ab Aristotele tum alibi, tum in libris Physicorum loc. cit. Posterior traditur ab eodem Aristot. 7. item Physicorum cap. 2. text. 11. & 2. de partibus anim. cap. 1. vbi densitatem, & raritatem inter qualitates tactui subiectas recenset. Idem approbat D. Damascenus in suis Physicis cap. 12. Auctor sex principiorum cap. de Situ, Boëtius, & Albertus capite de quantitate. D. Thomas 1. huius operis, lect. 14. & 3. part. quęst. 77. art. 2. Auerroes, & Burlæus lib. 4. Physic. ad text. 84. Capreolus in 2. dist. 19. quæst. 1. art. 3. Argentinas in 2. dist. 18. quæst. vnica, art. 4. Hispalensis, & Durandus quæst. 1. Soncinas 8. metaphysic. quæst. 27. & alij. Quid autem sint raritas, & densitas hoc secundo modo spectatæ, prout ad qualitatis categoriam pertinent, nõ aliter explicat D. Thomas 3. part. loco citato, quàm dicendo esse qualitates quasdam consequentes corpora, ex eo quod multum, parúmve habeant materiæ sub dimensionibus.

D. August. D. Damasc. D. Thom. Boetius.

Bargius in 1. d. 6. q. vnic. Zimara 4. physic. cõtradic. 8. Astedil. hoc lib. quæst. 17.

Ex in 4. 12. q. 1. art. 3. quodl. 3. ad 6.

Igitur ad primam earum rationum, quibus probari videbatur raritatem, & densitatem nunquam pro veris qualitatibus accipi, respondendum est Aristotelem eo loco vsurpare rarum, & densum secundum eam tãtum notionem, qua patriũ situm, positionémque signifi-

Qua acceptione raritas & densitas non sint qualitates.

significant. Quo pacto fatemur qualitates non esse. Ad secundum dicendum in vulgata illa definitione rari, & densi non explicari formalem rationem densitatis, & raritatis, prout qualitates sunt; sed id, quod à raro, & denso connotatur. Quare nihil mirum si in ea nulla fiat mentio qualitatis.

Ad tertium omissis cõtrouersiis dicendum est cum Egidio lib. 2. hexam. cap. 55. aliisque nonnullis inesse cœlo raritatem, & densitatem, eásque nec primas qualitates esse, nec ex primarum commixtione oriundas, vt sunt eæ, quæ in sublunaribus corporibus insident; sed habere se vti lucem, aliásque cœlestis mundi qualitates, quæ alia originis suæ primordia vendicant, neque sunt, qualitates primæ, neque secundæ, ideſt, ex primis ortæ. Nec officit, quod Arist. 4. Physic. cap. 9. text. 85. ait raritatem causam esse leuitatis, & mollitudinis; densitatem verò grauitatis, & duritiei, quæ affectiones à corporibus cœlestibus longè absunt; loquitur enim ibi de raritate, & densitate non in toto significati sui ambitu; sed duntaxat prout in mundo elementari sunt. Nec verò oportet, vt quencúmque effectum in sublunari regione raritas, & densitas patiunt, eũdem in orbe cœlesti edant, quamuis vtrobique sint eiusdem speciei, vt est probabilior auctorum sententia. Videmus siquidem lucem apud nos calorem progignere, quem in sphæris cœlestibus nullo pacto efficit. Nimirum sic natura comparatum est, vt causæ physicæ pro ratione subiectæ materiæ effectus suos aut promant, aut inhibeant.

Raritas dẽsitasque cœlestis & sublunaris sunt eiusdem speciei.

ARTICVLVS II.

Diuersæ opiniones circa controuersiam initio propositam.

HIS ita constitutis, vt ad propositæ quæstionis difficultatem accedamus, occurrit in primis sententia Godofredi quodlibet 11. quæst 3. & aliorum, quos refert Scotus in 4. dist. 12. quæst. 4. item Marsilij in 4. quæst. 9. art. 2. Pomponatij 2. de augmentatione cap. 10. existimantium, cùm quippiam rarefit, nouam acquirere quantitatem, totámque præcedentem abiicere. Cuius sententiæ prior pars hisce argumentis perspicua videtur. Id, quod rarefit, nouam sibi extensionem vendicat, vt est vel sensibus ipsis manifestum: atqui maior extensio, est maior quantitas, cum extensio sit formalis ratio quantitatis. Igitur quod rarefit, acquirit maiorem quantitatem: sed fieri nequit, vt quantitas minor euadat in maiorem absque nouæ quantitatis accessu. Igitur in rarefactione acquiritur noua quantitas.

Prima opin.

Primum argum pro prioris parte huius sententiæ.

Secundò, cum cera in vase liquescit, & in maiorẽ raritatem abit, otiuntur noua puncta, ergo & noua quantitas. Consecutio perspicua videtur, assumptum probatur; Sit vas vsque ad medietatem repletum cera, quæ paulatim rarescens assurgat, ita vt externa eius superficies, quæ dimidiæ superficiei concauæ vasis respondebat, iam toti

2. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

toti illius superficiei respondeat. Hoc in euentu vniuersa puncta, quæ inerant in superficie ceræ, habebant antea alia sibi ex aduerso respondentia ex parte superficiei concauæ vasis; ita vt nullum omnino esset punctum, cui aliud non responderet: nunc autem puncta ceræ non his tantum respondent; sed aliis etiam infinitis eiusdem concauæ superficiei vasis, quæ in alia superiori medietate inerant. Igitur dum cera rarefacta est, noua puncta acquisiuit. *Consule Arist. in Mechan. q. 24.*

3. Argum. Tertiò, si eadem numero quantitas nũc minor, nunc maior esset, posset quantitas intendi, & remitti; quod negat Aristoteles in categoria quantitatis. Nec satisfaciet qui dixerit loqui duntaxat Aristotelem de quantitate certa, & præfinita, vt de bicubito, & tricubito. Nam si de iis tantùm loqueretur, pari ratione negasset qualitatem intensionem, aut remissionem suscipere: quandoquidem qualitas certa, vt duum, triúmve graduum, qua eiusmodi est, nec intendi, nec remitti potest.

4. Argum. Quartò, Quantumlibet Thomistæ reclament, in intensione qualitatum acquiritur noua qualitas, ac nouus gradus re ipsa à præcedentibus differens; ergo & in extensione quantitatis comparabitur noua quantitatis portio, cùm in vtróque sit æqua ratio. Quin-

5. Argum. tò, Maior extensio, quæ per rarefactionem aduenit, acquiritur successiua quadam mutatione, atque adeò per motum; sed motus, cùm sit actus entis in potentia, est nouæ rei acquisitio. Igitur ea extensio, quæ aduenit ei, quod rarefit; noua quædam res est, nec alia, quàm noua quantitas.

Argumenta pro posteriore parte eiusdem opin. Hisce ferè argumentis stabiliri solet prima pars propositæ opinionis. Secunda verò, quæ asserit in rarefactione totam præcedentem quantitatem abiici, ita ostenditur. Sit A. materia rei, quæ rarefit, quæ materia habeat quantitatem pedalem B. & vt proximè conclusum fuit, acquirat per rarefactionem nouam quantitatem pedalem, quæ vocetur C. non amissa tamen priori, vt aduersarij contendunt: aut igitur C. recipietur adæquatè in A. aut in aliqua eius parte. Neque enim recipitur in materia extrinsecùs ascita, cùm in rarefactione nulla recens materia accedat, vt est omnium philosophorum consensus: si adæquatè in A. perseuerante B. erunt duæ quantitates sese inuicem permeantes in eodem subiecto: si verò recipitur in aliqua parte ipsius A. aut pars quantitatis præexistentis, quæ in ea materiæ parte insidebat, manet sine subiecto, aut inde ad aliquam materiæ partem abscedit; atque ita accidens ab vna parte subiecti ad aliam demigrabit; aut denique manet in eadem parte materiæ, sicque duæ quantitates in eadem parte subiecti erunt. Quæ omnia cùm absurda, & impossibilia sint, perspicuũ relinquitur totam priorem quantitatem deperdi; imò in nullo instanti rarefactionis vllam præcedentis quantitatis particulam dari posse.

Secunda opinio. Altera est opinio, quam Scotus sua tempestate in scholis philosophorum communem fuisse ait, quámque ipse amplectitur in 4. dist. 12. q. 4. Bassolius q. 3. art. 2. & Caietanus in commẽtariis 3. partis ad art. 5.

ad art. 5. quæstionis 77. Hispalensis in 1. dist. 18. quæst. 1. aliique nonnulli tam Scoti, quam D. Thomæ sectatores: videlicet in rarefactione accedere nouã quantitatem; eam tamen, quæ prę erat, non amitti. Huius prior pars iisdem nititur rationibus, quibus prior pars superioris sententiæ. Posterioris verò confirmatio in sequentem disputationem reiicienda est.

ARTICVLVS III.

Rarefactione neque veterem quantitatem deperdi, neque nouam acquiri.

NEVTRA earum opinionũ, quas articulo superiori retulimus veritati consentanea videtur; sed ea, quam sequitur D. Thom. in 1. 2. quæst. 52. art. 2. & in 2. 2. q. 24. art. 5. Gregorius in 2. dist. 12. quæst. 2. art. 1. Capreolus dist. 18. q. 1. Ægidius quodl. 2. quæst. 11. Soncinas lib. 8. Metaph. quæst. 27. aliiq; non pauci, videlicet in rarefactione neque præcedentem quantitatem aboleri, neque nouam acquiri. Prior huiusce assertionis pars, in qua cum secunda opinione conuenimus, hisce argumentis ostendi potest. Omne accidens absolutum vno è tribus modis interit, vel conseruatricis causæ abscessu, vel aduentu contrarij, vel occasu subiecti, in quo insidet; sed dum quidpiam rarefit, non potest eius quantitas interire primo modo: siquidem absente eo, quod quantitatem produxit, manet quantitas. Nec secundo, cùm nihil quãtitati sit contrarium: nec denique tertio, quia subiectum, quod rarefit, toto rarefactionis decursu idem perseuerat. Nullo igitur pacto id, quod rarefit, quantitatem amittit. *Tertia opinio.* *Eius confirmatio.*

Deinde aut quantitas præcedens amittitur in primo non esse motus rarefactionis, aut successiuè, dum subiectum rarefit: sed neutrum horum dici potest; ergo &c. Probatur minor quoad priorem partem; quia ante primum non esse rarefactionis fuere transacta infinita instantia, quibus materia iam rarior, maiórque erat; ergo iam in illis deperdi potuit quantitas præcedens. Quoad posteriorẽ partem ostenditur, quia id, quod successiuè amittitur, non totum simul, sed per partes labitur. Quare in aliqua temporis portione erunt aliæ deperditæ; & aliæ nihilominus remanebunt; proindéque si tunc cesset rarefactio, non erit amissa tota quantitas: ex quo sequitur non in omni rarefactione fieri iacturam totius quantitatis præcedentis.

Iam verò altera eiusdem nostræ assertionis pars, videlicet in rarefactione nullam nouæ quantitatis portionem acquiri, facilè ostenditur. Nam, vt articulo proximo pro confirmanda posteriori primæ opinionis parte argumentabamur, vel illa noua quantitas reciperetur adæquatè in tota materia, vel in aliqua eius parte, quorum vtrumque à vero abest: &c. Vt autem veritas magis eluceat, aduertendum est in eo, quod secundum se totum rarefit, omnes particulas quantumlibet exiguas, & minutas extensiores fieri, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri,non quidem acceſſu nouarum partium quantitatis,quæ cum præcedentibus continuetur,vti diximus(videturque docuiſſe etiam Ariſtoteles lib.4. Phyſic.cap. 9.text.84. aiens raritatem fieri nulla re de nouo accedente)ſed quia eadem numero quantitas, quæ antea materiam minus perficiebat;nunc dum ſeſe explicat, & quodammodo euoluit,eandem materiam magis perficit.Quippe continuæ,quantitatis,de qua diſſerimus,ratio in eo poſita eſt,vt ſubſtantiam, cui inhæret,extendat quemadmodum albedinis,vt eam dealbet.Cùm igitur eiuſmodi quantitas materiam ampliùs dilararit,eíque magis dominata fuerit,& potentiam, quam ad maiorem extenſionem ſuſcipiendam habebat, pro ſuo modo explerit; vtique magis perfecta cenſebitur; non quidem adiectione noui gradus à priori quantitate re ipſa diſtincti;ſed acceſſu nouę perfectionis,ac noui cuiuſdam modi,quo res manens eadem,quæ prius erat,aliter ſeſe nunc habet,atque antea. Et ad hunc modum, ſiue ad quantitatem ſub hoc modo terminatur motus quidam,quem res ſubit dum rarefit;de quo infrà.

ARTICVLVS IIII.

Diſſoluuntur contrariarum partium argumenta.

Solutio primi argum.

NVNC aduerſariorum argumenta diluamus.Ad primũ eorum,quibus prior ſententia nitebatur,dicendum id,quod rarefit,acquirere maiorem extenſionẽ;itémque maiorem extenſionem,eſſe maiorem quantitatem, ſed non omne quantitatis incrementum fieri appulſu nouæ quãtitatis.Poteſt enim reddi quantitas maior accedente ei noua perfectione,quæ nihil aliud ſit,quàm eadem quantitas ſub nouo modo. Atque hinc patet quid reſpondendum ſit iis,qui mutato quantitatis in maioris extenſionis nomine,quærunt vbi nam maior illa extenſio, quam nouam perfectionem eſſe fatemur,recipiatur. Videlicet dicendum recipi in tota quantitate;nec inde vllũ ſequi abſurdũ,cùm illa noua perfectio non ſit noua quantitas, ſed nouus modus,qui quantitatem à ſe ipſa non re,ſed ratione tantummodò diſſidentem facit.

Noua perfectio quantitatis non eſt noua quantitas.

Solut.2.

Ad ſecundum,rarefactione non acquiri noua puncta,ſed ea,quæ prius inerant, denuò reſpondere aliis, quibus non antea reſpondebant,quemadmodum & ipſa quantitas,cuius partes copulãt,denuò coæquatur maiori quantitati,quàm priùs. Neque debet mirum videri id, quod hinc ſequitur, nempe totidem eſſe puncta in minori, atque in maiori quantitate. Id enim abſolutè, atque extra huiuſce quæſtionis difficultatem admittendum eſſe conſtat, vt in Phyſicis docuimus. Si enim ſumantur duo circuli concentrici, A.B.quorum maior,nempe A.includat minorem; omnes lineæ, quæ ductæ fuerint in centrum ab A.interſecabunt B.in puncto, cùm lineæ nullam vendicent latitudinem. Igitur non plura puncta inſunt in A. quàm in B.

Lege Euclid. lib.1.elem. axiomate 10. Lege etiam, ſi placet, quæ ſcripſimus lib.6.Phyſ.c. 2.quæſt.2.

Non plura inſunt puncta in maiori circulo, quàm in minori.

in B.Patet cõſecutio;quia alioqui aliqua linea poſſet duci ab A.quæ non inueniret punctũ in B.atque adeò, quæ non pertranſiret per B.

Solutio 3.

Ad tertium omnia accidentia,quæ nunc magis,nunc minus rem perficiunt,dici ſuſcipere magis,& minus, etiam quantitates:non tamen omnia,quæ eiuſmodi ſunt,ex vſu philoſophorum dici intendi, & remitti;hoc enim qualitatibus duntaxat,vt candori, & nigredini; & iis, quæ in perficiendo ſubiecto qualitatis modum obtinent, vt actionibus,& paſſionibus philoſophi accommodarunt,aientes proprio vocabulo magnitudinem extendi,& contrahi. Itaque ſuſcipere magis,& minus latius patet, ſuóque ambitu comprehendit non ſolùm intendi,& remitti,ſed etiam extendi,& contrahi. Quod autem Ariſtoteles in categoriis negat quantitatem ſuſcipere magis & minus,de ſolis præfinitis,& determinatis quantitatibus intelligi debet, vt in argumento dicebamus.Nec quod contra opponebatur, quicquam efficit.Licet enim qualitas præfinita, magis & minus non ſuſcipiat, ſicuti nec determinata quantitas, id tamen de ſola præfinita quantitate Ariſtoteles pronunciauit,quia expendebat eo loco quantitatem,prout ſubſtantiam demetitur. Ratio autem menſuræ in aliquo certo potiùs,& præfixo,quàm in incerto,& vago poſita eſt.Vnde ad definitas quantitates nuncupandas ſimplicia nobis ſuppetunt vocabula,vt palmus, bicubitus,tricubitus:non ita verò ad notandas qualitates certæ intenſionis. Lege D. Thomam 2.2.quæſt.24.art.5. ad 1.Capreolum in 2.diſt.18.quæſt.1. Si hæc ſolutio minus placet, dic ſuſcipere magis, & minus, cum ſtrictè accipitur, quo modo ab Ariſtotele loc.cit.ſumitur,idem valere atque intẽdi,& remitti,quod cum competat ſolis qualitatibus, quæ graduum intenſione, & detractione augeſcunt & minuuntur, nihil mirum ſi quantitatibus nullo pacto accommodetur.

Suſcipere magis & minus latius patere, quam intendi & remitti.

Altera ſolutio eiuſdem arg.

Solut.4.

Ad quartum reſpondendum eſt licet in intenſione qualitatis noua qualitas acquiratur:in rarefactione non comparari nouam quantitatem;quia non eſt vtrobique eadem ratio. Námque euolutione, & explicatione partium iam latentium abſque acceſſu nouarum realitatum poteſt quantitas magis extendi,magiſque in ſe perfici,quia eæ partes talis ſunt naturæ,vt iam quoad ſuam realitatem,antequam ſe prodant,poſſint in quantitate eſſe. Qualitas autem intenſioni ſubiecta eſto habeat etiam partes,ex quibus eius perfectio intenſiua conſurgit;non poſſunt tamen eæ,antequam intendatur qualitas, ineſſe illi actu quoad ſuam realitatem:alioqui lignum v.g,quod dicitur habere ſex gradus frigoris, & duos caloris, & immediatè poſt hoc inſtans calebiet vſque ad ſextũ caloris gradũ, iam in hoc inſtanti haberet actu eos gradus caloris quoad ipſorũ realitatem, atque ita reipſa elauderet in ſe ſex gradus caloris, & ſex frigoris, ſi nulla ei realitas, ſed modus tantum ad horum graduum complementum deſit.Quod tamen non eſt admittendum,quia realitas ipſa ſex graduum frigoris non paritur in eodem ſubiecto alios ſex ſui contrarij. At in quantitate facile eſt intelligere quomodo quãtitas duorum palmorũ quoad

Cur in intẽſione acquiratur noua qualitas, non tamen in rarefactione noua quãtitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

realitatem insit in quantitate vnius palmi,quia videlicet illa quantitas ex materia densa ampliari potest sese euoluendo. Quæ euolutio non cernitur in qualitate. Adde quod nihil repugnat non solũ gradus qualitatis eiusdem speciei realiter distinctos,sed qualitates & re, & natura diuersas inueniri simul in eodem situ;eadémque parte subiecti;quod tamen de magnitudinibus realiter dissidentibus affirmari non potest.Vnde cogimur asserere non acquiri per rarefactionẽ nouam quantitatem, cùm alioqui nihil obstet, quominus intensionis motu noua qualitas comparetur.Sed hæc lib.8.Metaph. vbi quæritur num intensio qualitatum fiat additione graduum fusiùs,& enucleatiùs explicanda erunt.

Ad 5. proximo art. Ad quintum quid respondendum sit,ex iis,quæ proximo articulo disseremus,constabit. Quod verò attinet ad argumentum, quo aduersarij posteriorem suæ sententiæ partem confirmabant, dicendum rectè concludere amitti totam præcedẽtem quantitatem,si per rarefactionem noua quantitas acquiratur ; verùm cùm hoc nequaquam à nobis cõcedatur, patet totam eam probationẽ futilem esse.

ARTICVLVS V.

Quos motus subeat corpus cùm rarefit.

Primus motus rei, quæ rarefit. VT ea, quæ in hac disceptatione pertractata sunt, apertiora euadant,obseruandum erit subiectũ,quod rarescit, variis affici motibus,quorũ primus est calefactio.Nam calor præuia est,& apposita ad raritatem præparatio,cuius rei indicium habetur, quod duo superiora elementa,quæ calore magis abundant, rariora sunt.Item quod ea,quæ rarefiunt,priùs incalescunt, vt videre est in puluere tormentario,qui calore correptus,accensusque in raritatem sic abit,vt confestim erumpat liberiorem quærens locum, atque interdum,vt compendio exeat,tormenta ænea discindit. Sæpe tamen sine præcunte calefactione rarefactio contingit,vt cùm aurum artificum opera in tenuissimas bracteolas,aut fila dilatatur.

Hac dicit Leonard. Lachinus in 3. natur. q. 4.

Secũdus motus. Alius est motus perpetuus rarefactionis comes,nempe latio,vt est concors philosophorum sententia. Etenim dum partes materiæ distenduntur necessariò acquirunt nouum locum,ac maiori spatio coexistunt.Obiiciat tamen primò aliquis,latio respondet rarefactioni? ergo quemadmodum in latione vno vbi acquisito deperditur aliud (quandoquidem postquam mobile bipedale pertrãsiit spatium duorum pedum nihil iam de priori vbi retinet)ita acquisita noua quantitatis perfectione nihil omnino ex priori conseruabitur.Deinde,in eo instanti,quo ex aqua gignitur aër,materia rarescit;siquidẽ oportet aërem aqua esse tariorem:& tamen in instanti non est motus localis : ergo aliquando datur rarefactio, quam motus localis non comitetur. Ad primum horum dicito terminum motus localis non eodem modo se habere, quo se habet terminus rarefactionis; cum enim mobile pluribus locis adæquatis simul respondere nequeat,

Obiect. 1.

Obiect. 2.

Dilutio 1. obiectionis.

nequeat,fieri non potest,vt acquirat vnum locum quin priorem deserat:at non ita se habet subiectum,quod rarefit, ad terminum rarefactionis,vt planum est.Ad secundum respondemus in instanti, quo aër ex aqua gignitur, non dari rarefactionem, id est productionem maioris raritatis;quia tota raritas necessaria ad introductionem formæ aëris iam fuerat in materia aquæ tempore immediatè antecedente punctum generationis ; fuerat inquam,tota saltem in fieri, vt philosophi loquuntur : licet in esse quieto non detur nisi in instanti, quo forma introducitur ; latio autem non comitatur productionem raritatis nisi in fieri, quia tunc solum magis dilatatur subiectum.Quæri hic etiam posset num saltem in resurrectione, cùm ex materia cinerum,corpora suis organis distinguenda, perficiendáque sunt ; num, inquam, in eo instanti diuina virtute danda sit latio momentanea rarefactionem, vel condensationem consequens. Sed hæc difficultas explicata iam à nobis fuit lib. 6. Physicor. cap. 6. quæst. 1. art. 2.

Diluit. 2.

Quidnam quantitatis immotũ maneat in rarefactione, & condensatione.

Illud tamen hoc loco prætereundum non est,videlicet in rarefactione semper immobile manere illud indiuisibile, quod est quasi terminus à quo motus localis, & in condensatione illud, quod est veluti terminus ad quem eiusdem. Itáque cùm cera vase inclusa rarefit, vltima superficies tangens vasis fundum non mouetur. Non enim deorsum commeat,alióqui penetraret vas,neque sursum,quia vel alia superficies succedit in eius situm, vel non : si succedit, dum hæc ascendit, & descendit illa, necessariò in eo occursu sese aliquæ partes penetrabunt : si non succedit, oportebit dari vacuum inter imam superficiem ceræ, & fundum vasis. Quæ cùm viribus naturæ esse non possit, fatendum erit prædictam superficiem immotam,atque fixam manere.

De media linea.

Item si fiat rarefactio à medio alicuius corporis versus vtrámque extremitatem, non mouebitur media linea. Peto enim quonam feratur, in dextram ne an sinistram partem:at nulla ratio est, cur potiùs in vnam,quàm in alteram tendat, cùm altera pars, quam copulat,hac;altera illac feratur. Similiter neque in condensatione mouetur punctum centri,cùm non sit maior ratio,cur in vnam, quàm in aliam partem eat.

Obiectio.

Erit tamen qui obiiciat.Si detur superficies,vel linea,punctúmve immobile in rarefactione, sequitur, cùm subiectum rarefit, eius partes diuidi,ac dissecari continuitate amissa; hoc autem admittendum non est:ergo neque illud.Probatur consecutio,quia cùm inter omnes partes, & illam superficiem, lineam, punctúmve, nihil medium sit,impossibile erit illas omnes moueri,quin vel hęc secum deferant,vel si ea,vti dicimus,immota manent,ab eis diuellantur.Corroborarúrque argumentum,quia vt impossibile est moueri superficiem immotis omnibus partibus,quin ab eis separetur,ita & moueri partes omnes, quin à superficie abiungantur. Huic obiectioni neganda est consecutio, & ad eius probationem dicendum inter

Dilutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illam superficiem,lineam,& punctũ,& omnes partes subiecti, quod rarefit,collectiuè sumptas nihil medium esse:esse tamen medium inter illa, & quamlibet partem , quatenus vnaquæque pars diuidi potest in minorem , & procedendo versus tale punctũ v.g. post illam datur alia minor, atque ita progrediendo in infinitum. At cùm ponamus totum subiectum rarefieri,admittendum erit omnes, & singulas partes vnà moueri : sed negandũ debere illas propterea diuelli à prædicto puncto,linea,aut superficie;quia quemadmodum omnes ita mouentur,vt seruent cõtinuitatem cũ iis , quibus communi termino copulãtur:ita sic vltra eiusmodi indiuisibilia coextẽduntur,& situm mutant,vt non oporteat ab eis separari. Alia tamẽ ratio est in superficie;si moueretur.Etenim cùm illa non subeat motum ratione sui,sed ratione partium,quarum est terminus,fieri non potest,vt illa moueatur, quin partes motum subeant , esto partes moueri queant illa immota , vtpote quæ non illius beneficio mouentur.

De puncto, linea, & superficie.

Tertius motus.

Tertius motus, qui cùm res quæpiam rarescit , necessariò datur, propriéque rarefactio dicitur,est motus tendens ad raritatem,provt est qualitas quædam subiecta sensibus, pertinens ad tertiam speciem qualitatis.Non enim probamus illorum sententiam , qui raritatem, & densitatem in quarta specie qualitatis collocant ; siquidem quæ in ea continentur,cum sit terminus quantitatis,vt potè forma,& figura , in sola externa illius facie insunt:at raritas , & densitas etiam interiùs peruadunt. Esse verò dandum talem motum ad raritatem, constat ex conditionibus,quas lib.5. Physic. ostendimus requiri, ac sufficere ad veram, germanámque motus rationem, quæ omnes, vt consideranti planum erit , in acquisitione raritatis inueniuntur. Est autem is motus alteratio , vt indicat eius terminus,colligitúrque ex iis,quæ ab Aristotele traduntur lib.4.Physic.à text.84.ex quo etiam coarguitur eorum opinio , qui in raritate , & densitate nihil præter relationes excessus,& defectus,aut negationem,coniunctionis, vel abiunctionis partium agnoscunt , cùm nec ad relationes fit motus, vt probatum est ab Aristotele lib. 5. Physic.à text. 10. neque etiam ad negationes,vt quæ sint expertes omnis entitatis,quæ motu comparari possit.

Hunc ponit D. Th. hoc in lib. 1. lect. 14.

Cap. 2. q. 1. art. 3.

Ad raritatẽ datur motus alterationis.

Quartus motus.

Quartus motus est is,quo acquiritur eadem quantitas sub nouo modo, seu maior extensio eiusdem quantitatis:quandoquidẽ quantitas,quæ antea erat vnius palmi v.g. fit duorũ palmorum. Ac quod dum subiectum rarefit,debeat quantitas,saltẽ quoad hunc modum, variari , ex eo patet , quia omnis varietas penes relationes supponit mutationem seu varietatem in fundamento;constat autem id,quod rarefit,variare relationes æqualitatis, inæqualitatis,distantiæ , aliásque his similes, quarum fundamentum est quantitas.

Sanè quod hic motus distinguatur à motu locali,de quo antea,ex eo ostenditur , quia potest Deus efficere,vt cera respondeat puncto eo modo , quo totum corpus Christi in diuina Eucharistia respondet non tam exiguæ parti dimensionum panis, quin minori : deinde cera

cera ita constituta potest diuinitus rarefieri , & extendi in ordine ad se , nihilo variata distantia , neque situ in ordine ad locum , & spatium,seu verum,seu imaginarium. Quare potest dari motus ad maiorem extensionem absque motu locali.Ex quo sequitur hunc,& illum motum inter se distingui.

Potest diuinitus dari motus ad maiorem extensionem absque motu ad locum.

Aduerte autem circa maiorem extensionem , quæ nunc est, cùm antea non esset,designari non posse partem aliquam materiæ,in qua illa adæquatè,seu per se tantùm recipiatur. Namque in eadem materia,in qua prior palmus inerat,recipitur nouus magis illam extendendo : & materia , quæ antea adæquatè cohibebat vnum tantum palmum,nunc inadæquatè continet eundem,& simul etiam inadæquatè nouum palmum,adæquatè verò & indiscretè, siue indistinctè duos palmos simul.

ARTICVLVS VI.

Argumenta aduersus id , quod de motu ad maiorem extensionem assertum fuit:eorúmque explanatio.

Primũ arg.

NOn desunt tamen argumenta , quæ probare videantur non dari realem motum ad maiorem extensionem. Primùm , quia vt quintum secundi articuli argumentum probabat,omnis motus videtur esse acquisitio nouę formæ;at maior extensio, quæ rarefactione comparatur, non est noua forma , cùm non sit noua quantitas , vt superiùs diximus. Deinde, quia si illa extensio per realem motum adueniret,cùm in diuina Eucharistia species rarescunt , daretur motus extra subiectum ; quod non videtur posse fieri, cùm motus sit actus entis in potentia, vt in potentia, id est , subiecti , quod partim habet iam actu formam , ad quam tendit , partim est in potestate ad illam. Tertiò , quia cùm illa extensio,& raritas,vt est qualitas sensibilis, sese mutuò comitentur, aut priùs acquireretur extensio, aut raritas. Quorum vtrumque videtur alienum à veritate. Nam quia subiectum rarescit, ideò extenditur,atque ita extensio supponit raritatẽ. Contra verò cùm extendentium materialiũ,necessariò supponetur à raritate,vt quid naturæ prius. Quartò, quia omnis forma, quæ est actu in subiecto, naturæ necessitate perficit actu illud,quantum potest:quare si quantitas rei, quæ rarefit, iam est in ea actu tota, non poterit interueniente motu magis perficere subiectum,nec in se ipsa magis perfici. Quintò,quia id,quod formæ per motum aduenit,est illi extrinsecum , cùm igitur extensio sit ipsa natura,& essentia quantitatis ; non poterit quantitas per motum maiorem extensionem acquirere , proindéque non videtur dicendum dari verum motum ad maiorem extensionem.

Quãtitatem in diu. Euch. esse extra subiectum docet concilio Cõstãtiense sess. 8. Triden. sess. 13. can. 2. & de conser. d. 2. cap. species, &c. Nos autem.

2.

3.

4.

5.

6.

Non est tamen difficile ad hæc respondere.Ad primum enim dicendum sat esse ad rationem motus, si tendat in formã , vel nouam,

Solutio primi argum.

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel eandem ſub nouo modo, ita tamen vt is modus poſitiuus ſit, ac per ſe terminet. Quod addimus propter decretionem, quam lib. 5. Phyſicorum verum, & realem motum non eſſe ſtatuimus, quod nec ad nouam quantitatem, nec ad veterem ſub nouo modo intrinſecè feratur. Ad ſecundum reſpondemus acquiſitionem extenſionis, quæ in ſpeciebus diuinæ Euchariſtiæ accidit, recipi tanquam in ſubiecto in quantitate, in qua cætera materialia accidentia recipiuntur. Neque eſſe abſurdum eandem quantitatem alia, & alia ratione ſubiectum eſſe, & terminum: ſubiectum, prout recipit, ac ſuſtentat; terminum, prout ſecundum perfectiorem modum acquiritur. Si petas quo pacto in diuina Euchariſtia poſſit dari motus ad raritatem, ſi rarum definitur id, quod ſub magnis dimenſionibus parum obtinet materiæ: ibi autem neque vini, neque panis materia eſt. Reſpondemus cum D. Thoma in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 1. quæſtione 3. ad 6. rarum materiam connotare, cámque ſecum deferre, non tamen abſoluta, ſed phyſica tantùm neceſſitate, quæ diuinitus ſuppleri poteſt. Itaque iuxta ordinarium naturæ curſum omni raritati ſubeſt materia; non tamen ſecundum diuinæ potentiæ miraculum.

Dubium. *Reſpond.* *Lege D. Th. 3. p. q. 77. art. 2. ad 3. Capr. in 2. d. 19. q. 2. art. 3.*

Solut. 3. Ad tertium concedendum eſt extenſionem, & raritatem comitari ſe mutuò; ita tamen, vt in diuerſo cauſæ genere ſeſe antecedant, & ſequantur: námque vt ſentit Capreolus & Caietanus raritas in genere effectricis, ſeu quaſi effectricis cauſæ, præit extenſionem; quia vis actiua agentis per rarefactionem extendit materiam, quemadmodũ & per calefactionem eam rarefacit: contra verò extenſio in ratione cauſæ materialis, & ſubiectiuæ antecedit raritatem, quatenus eam recipit, vt ſubiectum, quo, ſeu minus principale. Quod de extenſione, & raritate aſſerimus, de motu etiam ad maiorẽ extenſionem, & ad raritatem æqua ratione pronuntiandum eſt. Scotus tamen in 4. diſt. 12. quæſt. 4. Baſſolius ibidem quæſt. 3. art. 2. & alij putant extenſionem abſolutè priorem eſſe raritate, & ab illa modis omnibus ſupponi.

Capr. in 2. d. 10. q. 1. art. 2.

Solut. 4. Ad quartum dic omnem formam, quæ actu eſt in ſubiecto, perficere illud quantum omnino poteſt, ſi tota in eo ſit non ſolùm quoad realitatem, ſed quoad modum amplioris perfectionis, quàm aſſequi valet: hunc autem modum quantitas, quæ poteſt rarefieri, non obtinet antequam actu rareſcat.

Solut. 5. Ad quintum dicendum quantitatem ex ſua propria, & intrinſeca ratione extenſionem vẽdicare; quod tamen maiorem, aut minorem obtineat, aut motu acquirat, id ex accidente eſſe; quemadmodum & qualitas, quæ intenſionem recipit, neceſſariò aliquam gradualem intenſionem ſortitur: quod verò perfectiorem, aut minùs perfectam habeat, motúmve comparet, per accidens eſt. Concedendum igitur id, quod quantitati per motum ad maiorem extenſionem accreſcit, accidentarium illi eſſe; ſicuti & qualitati id, quod per motum intenſionis aduenit.

QVÆ-

QVÆSTIO XVIII.

Vtrum ſine rarefactione, & abſque acceſſu nouæ materiæ poſſit diuina virtute ex paruo fieri magnum; an non.

ARTICVLVS I.

Quæſtionis in vtramque partem diſputatio.

REIECTA opinione quorundam exiſtimantium non modò diuina virtute, ſed naturæ etiam facultate ex paruo magnũ fieri poſſe abſque rarefactione, & acceſſu nouæ materiæ, quos refellit Durandus in 2. diſt. 18. quæ. 1. & Soncinas 8. lib. Met. quæſt. 4. affirmatiuã partem propoſitæ controuerſiæ amplexi ſunt, D. Gregorius Nyſſenus orat. 3. de reſurrectione, Hugo Victorius 1. lib. de ſacram. p. 6. c. vlt. Magiſter ſent. in 2. diſt. 18. cap. 5. ibidemque Durãdus quæſtione, quam diximus, & Argentinas art. 4. Altiſidorenſis lib. 4. quæſt. de veritate humanæ naturæ, Lyranus cap. 2. in Geneſim, Henricus Gandauenſis quodlib. 7. quæſt. 9. Ægidius quodlib. 2. quæſt. 11. quò etiam inclinat Alenſis 4. p. quæſt. 16. memb. 3. art. 3. adducti hiſce argumentis.

D. Greg. Ny. Hugo Victo. Magiſter. Durandus. Altiſidorẽſis.

Primũ argu. Quidquid eſt in poteſtate materiæ ſiue naturali, ſiue obedientialis, poteſt à Deo fieri. Sed quælibet materia ex ſe eſt apta, vt indiſcriminatim fiat ex ea quantumlibet magnum, & paruum. Igitur citra rarefactionem, & nouæ materiæ acceſſum, poteſt ex ea diuinitus fieri quantumuis magnum. Maior in confeſſo eſt. Aſſumptio probatur; quia materia, teſte Ariſtotele capit. 2. huius libri text. 15. & 7. Metaphyſic. cap. 3. text. 8. ex ſe neque quantitatem, neque qualitatem habet; ſed eiuſmodi eſt, vt vtrúmque de illius poteſtate excitari queat.

2. Argum. Secundò, idem confirmatur, quia vt traduntdiuinæ literæ cap. 2. Geneſ. Euæ corpus fuit diuinitus efformatum ex coſta Adæ, vtique ex paruo magnum. Quod verò ad id nouæ materiæ acceſſus nequaquam interuenerit; inde patet, quia alioquin, cùm adiectitia materia multo maior eſſe debuiſſet; ex illa potiùs, quàm ex coſta Adæ aſſerendum foret coagmentatum fuiſſe corpus Euæ. Deinde quod prædicta coſta ad idoneam quantitatem exhibendam rarefacta non fuerit, perſpicuum eſt; cùm tanta raritas humano corpori minimè congruat.

3. Argum. Poſtremò, huic parti videtur fauere D. Auguſtinus ſermone 2. de conſolatione mortuorum cap. 3. vbi ita ſcripſit. Sed dubitas quomodo de paruis oſſibus totus poſſit homo reſtitui. Re vera ru ex modica ſcintilla ignis ingentem ſuſcitas flammam; Deus non poterit ex modico cineris fermento totum corpuſculi cui redintegrare conſperſam?

Contrariam ſententiam tuetur D. Thomas in 2. diſt. 18. quæſt. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assertores partis cõtrariæ.

art.1.& in prima parte quæst.92.art.3. ibidemque Caietanus, Gregorius Ariminensis in 2.dist.citata quæst.vnica. Capreolus dist.19. q.1.art.1.Basſolius dist.18.q.vnica,ar.4.Maironius q.1.Maior,& Dionysius ibidem,Soncinas.8.met.q.4.& alij hisce potissimùm rationibus.Si Deus efficiat ex paruo magnum sine rarefactione, & absque accessu nouæ materiæ ; verbi gratia ex materia acari totam terram; vel eiusmodi ampliatio fiet secundum transmutationem solius substantiæ ipsius materiæ,vel secundum eius dimensiones : non priori modo; tum quia materia in se spectata transmutari nequit , cùm sit pura potentia solam subiecti rationem habens;tum quia multitudo, & magnitudo sunt præter essentiam materiæ. Supereſt ergo vt fiat secundum dimensiones,accipiẽte materia vberiorem molem,quàm antea habebat : at hoc non accidit sine rarefactione ; cùm vnumquodque tunc rarefiat,docente Aristotele lib.4. Physic. cap.9.text. 84.cùm materia maiores dimensiones suscipit : ergo & impossibile est ex paruo magnum effici , quin materia in raritatem abeat, vel aliam sibi materiæ portionem denuò asciscat.

Prima ratio.

Abulẽsis Genes.13.quæst. 383.

Quando rarescat subiectum.

2.Ratio.

Secundò,Idem probat ea ratio,quia si prædicto modo posset ex paruo magnum fieri,verisimile esset factum id à Christo in miraculo panum;cùm tamen secus statuat D.Augustinus tract.23.in Ioannem aiens eo pacto Christum quinque hominum millia quinque panibus satiasse , quo segetum multitudinem ex paucis granis producit ; id est per conuersionem,vt D. Thomas interpretatur 1.p.q. 92.art.3.idemque sequitur Euthymius aiens panum multiplicationem fuisse factam ex subiecta materia.

Ex testimonio D. Augustini.

Accedit quod idem D.Augustinus 10.super Genesim.ad litt.cap. vlt.aduersus Tertullianũ docet , videlicet nihil esse absurdius,quàm putare vllum corpus posse manente naturæ suæ quantitate vndique crescere,nisi rarescat. Nec satisfaciunt,inquit D.Thomas , qui respondent loqui D. Augustinum secundum communem , & ordinarium naturæ modum.Si enim ita loqueretur, nihil eius probatio conficeret contra Tertullianum aientem animam crescere , sed nullo pacto imminui,vbi non de vsitato cæteris rebus,sed de extraordinario,ac peculiari animorum incremento agebat.

ARTICVLVS II.

Præfertur pars negatiua;diluuntur affirmatiuæ partis argumenta.

HIS ita disputatis, etsi vtráque pars probabilis sit, vt Richardus in 2.d.18.& Gabriel ibidem qu. vnica art.3.dub. 1.rectè admonent,negatiua tamen verisimilior habetur; quæ tamen ita est intelligenda,vt non inficiemur ex paruo posse fieri magnũ,etsi id neque rarescat,neque accedat noua materia,si modò eius partes seruata eadem raritate ponãtur simul diuina virtute in diuerso situ,& loco,quod licet D.Thomas impossibile arbitretur:

arbitretur:nos tamen possibile esse cum Scoto, aliisque auctoribus ostendimus lib.4.Physic.cap.5.quæst.5.Respondemus igitur argumentis,quibus pars nostræ conclusioni oppositа nitebatur. Ad Primum dicimus materiam nec naturalem , nec obedientiariam potestatem habere,vt ex ipsa prædicto modo maius aliquid fiat , cùm id contradictionem inuoluat ; sequeretur enim rarefieri, & non rarefieri subiectum.

Responsio ad primum arg. pro parte affirmat.

Quod ad secundum argumentum attinet : Honorius præsbyter lib.de philosophia mundi cap.23.Caietanus in commentariis capitis secũdi Geneseos, Eugubinus in sua Cosmopœia existimant ea,quæ diuinæ literæ narrant de formatione corporis Euæ ex costa Adami non in sensu proprio , sed translatitio accipienda esse. Itáque aiunt corpus Euæ non fuisse re vera ex costa Adami coagmentatum.Hæc tamen sententia nequaquam probanda est,cùm tam sacri doctores, quàm reliqui interpretes eum locum in sensu proprio,& quem verba ipsa præ se ferunt, intelligant,vt D. Cyrillus lib. 3. contra Iulianum.D.Ambrosius lib.de paradiso cap.11.D.Hieronymus cõmentariis in Amos. D.Augustlib.12.de ciuit. Dei cap.26.& lib.9.super Genesim ad literam cap.13. D.Chrysost.homil.15.in Genesim , & alij. Quibus accedit quod in Concil.Viennensi,vti refertur in Clementina vnica de summa Trinit.& ab Innocentio III.in cap.Gaudemus,extra de diuortiis;explicatur locus ille de mulieris formatione in sensu proprio,& quem literalem appellant.

Quorundam opinio de formatione Euæ.

Lege D. Ambros.1.ad Timoth. 2.dist. Epiph.in Epist.ad Ioannem Ieros. D. Basil.homil.3.Exam. Origen.hom. 1.in Exod.

D. Cyrillus. D.Ambros. D.Hieron. D.Augustin. D.Chrysost. Concil.Vien. Clementina.

Alij , quos refert Abulensis ad cap. 13. Genes.quæst.381.aiunt Euam fuisse à Deo productã in quantitate non maiori,quàm costæ, nullamque ei materiam aliunde fuisse additam. Sed hæc etiam responsio abhorret à cõmuni patrum,& Scholasticæ Theologiæ professorum sensu , qui docent quemadmodum Adamus in quantitate perfecta à Deo productus fuit,ita & Euã:maximè cùm ea,quæ Deus per se immediatè efficit , efficiat in statu perfecto , & conuenienti; oportebat autem Euam,quæ mox Adamo in vitæ consortium data est,idonea corporis magnitudine procreari.

Alia opinio.

Respondemus igitur ad argumentum,corpus Euæ fuisse compactum ex illa costæ materia cum alia eidem coniuncta;siue hæc fuerit tunc denuò creata,vt D. Thomæ visum fuit in 1.part.quæst.92.art. 3.ad 1.siue,vt alij opinantur , è terra alióve corpore assumpta.Nam vtrumque probabile iudicat Greg. loco cit. Neque repugnat D. Thomas.Námque licet primum verisimilius ęstimet loco citato tamen in 2.sent.distinct.18.quæstione 1.art.1. posterius nequaquam improbat.Neque accessus ille nouæ materiæ obstat,quominus Euæ corpus dici queat è costa exædificatum ; quandoquidem tota additio facta est ad costam tanquam ad semen,seu tanquam ad id,quod primò,ac præcipuè , & quasi fundamentum ædificij delectum fuit: quemadmodum & è quinque panibus dicitur facta illa multiplicatio,de qua suprà:quæ tamen non nisi aucta, & aliunde ascita materia,effecta fuit.

Solut. 1.arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Explicatur locus D. Augustini.

Ad vltimum respondendum est Augustinum tantummodo significare eo loco è modico cinere compingendum esse hominis corpus in resurrectione. Ex quo non sequitur è paruo conficiendũ magnum citra rarefactionem, & accessum nouæ materiæ. Si enim hæc necessaria fuerint, vt corpus sub conuenienti quantitate reuiuiscat, diuinitus exhibenda erunt. Quo euentu dicetur nihilominus, corpus humanum redintegrari ex modico cinere ad eum modum, quo ex ossa dicitur corpus Euæ formatum. Nam & cùm ex scintilla dicitur ingens flamma suscitari (qua similitudine illic D. Augustinus vtitur) planum est addi scintillæ materiam rei, quæ ignescit, & in flammam abit.

ARTICVLVS III.

Quo pacto dissolui possint argumenta partis negatiuæ.

QVIA tamen contraria opinio aientium posse Deum ex paruo magnum efficere, sine rarefactione, & absque accessu nouæ materiæ, probabilis etiam est: aduersariorum argumenta diluemus, vt eam qui volet tueatur. Ad primum respondendum est, posse Deum materiam vnius digiti v.g. reddere ampliorem, ita vt maneat duorum digitorum euoluẽdo, atque explicando ex ea partes substantiales, & entitatiuas, quæ in ea inuolutę sunt, idque auferendo totam priorem quantitatem (quamuis etiam posset duas in eodem situ ponere) & denuò conferendo vtrique digito non solum nouam quantitatem, sed tantam densitatem, quanta inerat priori, quo in euentu nec dabitur nouæ materiæ adiectio, sed euocatio partium, quæ antea latebant; nec dabitur rarefactio; quia materia non raritatem, sed nouam densitatem, & quantitatem duntaxat acquirit.

Solutio primæ rationis pro posteriori sententia.

Ad argumentum igitur dicendum in hoc miraculo fieri mutationem tum penes substantiam materiæ, hoc est, penes partes substantiales entitatiuas illius, quatenus prædicto modo euoluuntur (quæ mutatio

CAPITIS VI. *Explanatio.*

ΚΕΦ. 5.

a ΕΙ δὲ δεῖ πρῶτον λαβεῖν περὶ τῆς ὕλης ἃ *Text. 43.*
ἐστὶ καλουμένων στοιχείων εἰπεῖν, εἴτε
ἔστιν, εἴτε μὴ· καὶ πότερον ἀίδιον
ἕκαστον, ἢ γίνεταί πως· καὶ εἰ γί-
νεται, πότερον ἐξ ἀλλήλων πάντα, τὸν αὐτὸν
τρόπον, ἢ τι πρῶτον ἐν αὐτῷ ἔστιν· ἀνάγκη δὲ
πρότερον εἰπεῖν περὶ ὧν ἀδιαφόρως λέγεται πρῶ-
b πάντες

Vm autem. Disseruit hactenus Aristoteles de ortu, & interitu in communi sumptis, itemque de alteratione, accretione, & diminutione, quæ iis coniuncta, & annexa sunt. Proximum erat, vt descenderet nunc ad particulatim explicanda ea, quæ generationem, & interitum subeunt,

mutatio nec repugnat potentialitati materiæ, neque euertit illius essentiam; quandoquidem cùm materia rarefit, etiam partes substantiales, & entitatiuæ illius euoluuntur, & ampliantur) tum penes dimensiones: siquidem materia in eo euentu, quem ponimus, & nouam, & maiorem quantitatem comparat: non tamen rarefieri perhibetur, quia ad hoc non sat est acquirere maiorem dimensionem, nisi simul nouæ raritatis accessio detur. Quæ quia semper datur quoties interuenit naturalis acquisitio nouæ dimensionis sub eadem materia, ideò rectè Aristoteles naturæ ordinem cursumque spectans, dixit rarefieri rem cùm maiores suscipit dimensiones, intellige eadem materia permanente.

Solut. 2.

Ad 2. respondemus ex eo quod panum multiplicatio effecta fuerit ad eum modum, qui in argumento dicitur, haud rectè colligi non potuisse illam per diuinam potentiam aliter effici. Ad auctoritatem verò D. Augustini, si de diuina potentia loquatur, dicendum fuisse quidem in ea opinione, vt probabili.

Dupliciter sumi rarefactionem.

Cæterùm, qui contrariam sententiam tuebitur, is dicet illam nouæ quantitatis, & densitatis positionem dari nõ posse absque modo quodam rarefactionis materialis, qua nimirum partes materiæ mutant situm, coextenduntúrque. Et verò non deerit, qui, siue ad mentem superiorum auctorum, siue non, controuersiam velit componere, asserendo rarefactionem dupliciter posse sumi; vel propriè & formaliter, id est, pro acquisitione qualitatis, quæ raritas vocatur; vel impropriè & quasi materialiter, id est, pro sola coextensione partium substantialium ipsius materiæ. Tunc si de rarefactione secundum priorem vsurpationem loquamur; posse quidem absque rarefactione, & absque adiectione nouæ materiæ ex paruo effici magnum: non tamen si de ea sermo sit iuxta posteriorem acceptionem. Quia tamen non facilè apparet quo pacto possint materiæ partes coextendi, & euolui, ac manere simul æquè densæ: cùm illa euolutio multitudinem materiæ dissiperet, ideò prior sententia, de quacúmque rarefactione intelligatur, videtur nobis absolutè maiorem habere probabilitatem.

CAP. VI.

Text. 43.

a VM autem de materia, & hisce, quæ nuncupantur elementa, primo dicere oporteat an sint, nec ne, & vtrum vnumquódque eorum sempiternum sit, an ortum subeat aliquo pacto: & si generentur, vtrum ex sese mutuò generentur eodem modo omnia an inter ipsa vnum aliquod primum sit: priùs vtique de hisce differamus necesse est, de quibus nunc dicitur indefinitè.

b Omnes

Institutum.

subeunt, inter quę primo loco se offerunt quatuor mundi elementa, quæ omnibus rebus gignẽdis quasi materia subiiciuntur. de quibus etiam tres quæstiones pertractãdas proponit. Verùm quia ne quaquam hæc disputatio rectè procederet nisi quędam alia præmitterentur: ea priùs tractare instituit, nempe quid contactus, quid actio, & passio, quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

misti̇o sit. Quæ omnia à suæ ætatis Philosophis indefinitè, id ex, cõfusè, ac parum explicatè tradita esse inquit.

Instituti ratio.

[b] *Omnes enim tam qui.* Sui instituti rationem ex eo comprobat, quia omnes Philosophi, tam ij, qui dicũt elementa ex aliis esse genita, vt Anaxagoras & Democritus; quàm qui alia ex eis constitisse inquiũt, vt Empedocles, congregationis, segregationisque, & actionis, ac passionis mentionem faciunt; & quia congregatio mistio quædam est, de mistione quoque disputandũ erit. Tum præterea quia nec alteratio, nec congregatio, segregatione absque actione dari possunt, nequaquam præteriri poterit actionis, & passionis considératio. Accedit quod qui plura constituunt rerum naturalium principia, generationem per mutuam elementorum actionem effici autumant. Qui tamẽ in eo falluntur, quòd, præter plura principia cõtraria, non ponunt vnum commune subiectum, quod contrariorum pugnam sustineat: cùm absque illo vnum contrarium nequeat agere in aliud: siquidem calor non fit frigus, neque frigus calor, sed subiectum calidum redditur frigidum, dum pulso calore frigiditatẽ recipit. Qua de re copiosè in 1. lib. Physicorum.

Necessariò eundum cõmune subiectum, quod cõtraria sustineat.

[c] *Dicere igitur.* Reprehendit eos, qui etsi rectè sentirent ponẽdo vnum commune subiectum, credebant tamen omnia corpora eandem specie materiam obtinere: cùm tamen id de iis tantùm verè dicatur, quibus mutua actio, & repassio conuenit, cuiusmodi sunt corpora sublunaria comparata inter se, nõ autem si cum cælestibus conferantur. Hac de re differuimus in libris de cœlo. Ostendit subinde Aristoteles quam ob causam de tactu sibi agendum hoc loco sit, videlicet quia neque physica actio, & passio, neque mistio sine tactu dari possunt.

Sublunaria habent inter se materiam eandem specie.

Actio physica requirit tactum.

[b] πάντες γὰρ οἵτε τὰ στοιχεῖα γεννῶσιν, καὶ οἱ ἓν ἐκ τῶν στοιχείων, διακρίσει χρῶνται καὶ συνκρίσει, καὶ τῷ ποιεῖν καὶ πάσχειν. ἔστι δ' ἡ σύνκρισις μῖξις. πῶς γὰρ μίγνυσθαι λέγομεν, ἢ διώρισται ἕκαστα; ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀλλοιοῦσθαι δυνατὸν, οὐδὲ διακρίνεσθαι καὶ συγκρίνεσθαι, μηδ' ὅτε ποιοῦτόν καὶ μηδὲ πάσχοντα καὶ γὰρ οἱ πλείω τὰ στοιχεῖα ποιοῦντες γεννῶσι τῷ ποιεῖν καὶ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων, καίτοι ἐξ ἑνὸς ἀνάγκη λέγειν τὸν ποιοῦντα καὶ τοῦτο ὀρθῶς λέγει Διογένης, ὅτι εἰ μὴ ἓν ἦν ἐξ ἑνὸς ἅπαντα, οὐκ ἂν ἓν τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων· οἷον τὸ θερμὸν ψύχεσθαι, καὶ τοῦτο θερμαίνεσθαι πάλιν· ἢ γὰρ ἡ θερμότης μεταβάλλει ἢ ἡ ψυχρότης εἰς ἄλληλα· ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ ὑποκείμενον. ὥστε ἐν οἷς τὸ ποιεῖν ὄντι καὶ τὸ πάσχειν, ἀνάγκη τούτων μίαν τινὰ τὴν ὑποκειμένην φύσιν. [c] τὸ μὲν οὖν πάντα ταὐτὰ φάσκειν, οὐκ ἀληθές, ἀλλ' ἐν οἷς τὰ ὑπ' ἀλλήλων ὄντα. ἀλλὰ μὴν οἵ γε ποιεῖν καὶ πάσχειν, καὶ περὶ μίξεως σωμάτων, ἀνάγκη καὶ περὶ ἁφῆς· οὔτε γὰρ ποιεῖν ταῦτ' ἂν δύναιτ' ἄνευ, οὔτε μὴν πάσχειν δύναιτ' ἂν κυρίως, ἃ μὴ οἷόν τε ἅψασθαι ἀλλήλων, οὔτε μὴ ἁψάμενα ἀλλήλων πως, ἐνδέχεσθαι μιχθῆναι πρῶτον. ὥστε περὶ ἁπτοῦ τούτων διοριστέον, τί ἁφὴ, καὶ τί μίξις καὶ τί ποίησις. ἀρχὴν δ' ἂν λάβοιμεν τοιάνδε. ἀνάγκη γὰρ ἅπτων ὅσων ἐστὶ μῖξις, καὶ ταῦτ' ἀλλήλων ἁπτικά. κἂν εἴτι ποιῇ, τὸ δ' πάσχῃ κυρίως, καὶ τοῦτος ὡσαύτως. διὸ πρῶτον λεκτέον περὶ ἁφῆς. [d] σχεδὸν μὲν οὖν, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ὀνομάτων ἕκαστον λέγεται πολλαχῶς, καὶ τὰ μὲν ὁμωνύμως, τὰ δὲ θάτερα ἀπὸ τῆς ἑτέρων καὶ τῆς πρωτέρων· ὥτως ἔχει καὶ περὶ ἁφῆς. ὅμως δὲ τὸ κυρίως λεγόμενον ὑπάρχει τοῖς ἔχουσι θίσιν. θίσις δέ, εἴπερ καὶ τόπος καὶ γὰρ τοῖς μαθηματικοῖς ὁμοίως ἀποδοτέον ἁφὴν καὶ τόπον, εἶτι ἐστὶ κεχωρισμένον ἕκαστον αὐτῆς, εἴτε ἄλλον τρόπον. εἰ οὖν ἔστιν, ὥσπερ διωρίσθη πρότερον, τὸ ἅπτεσθαι, τὸ τὰ ἔσχατα ἔχειν ἅμα, ταῦτα ἂν ἅπτοιτο ἀλλήλων, ὅσα διωρισμένα μεγέθη καὶ θίσιν ἔχοντα, ἅμα ἔχει τὰ ἔσχατα. [e] ἐπεὶ δ' θίσις μέν, ἕδρις καὶ τόπος ὑπάρχει πρώτη δ' διαφορὰ τόπου, τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, καὶ τὰ ζῳαύτως τῇ φύσει μέσων, ἅπαντα τὰ ἀλλήλων

Text. 44.

Lib. 1. cap. 5. quæst. 6.

[d] *Fere igitur.* Quia vt pleraque alia nomina aut æquiuocè, aut analogicè dicuntur, ita & tactus: varia huiusce vocabuli significata explicat, atens primò illis tactum propriè conuenire, quæ situm, positionémque habent, & in loco sunt. Et quia dubitare quis posset an Mathematicis tactus cõpetat, cùm non videantur in loco esse; respondet re vera esse in loco, siue sint extra substantiam, vt Pythagorici volebant, siue non; sed ratione duntaxat ab ea separentur; quandoquidem locus debetur rei propter quantitatẽ, quocunque modo illa sese habeat. Hinc concludit ea se tangere primo tactu, quæ cùm diuersas habeant magnitudines, & situ differant; eorum tamẽ extrema simul existunt, vt ex iis, quæ lib. 5. Physic. tradita sunt, manifestum est.

Mathematica esse in loco.

[e] *Porrò cùm situs.* Tradit secũdum tactum, qui vt intelligatur aduertendum est locum physicè acceptum, vt libro quarto Physicorũ cap. 4. quæst. 1. exposuimus, cũ præter superficiem importet qualitatem conseruatricem locati, non conuenire nisi compositis naturalibus in certa sublunaris mundi regione cõstitutis. Iuxta hanc considerationem loquitur nunc Aristoteles de loco, atque iis, quibus competit locus, siue inferus, siue superus, siue medius, conuenire etiã grauitatem, aut leuitatem, seu aliquid medium inter hæc, aut quasi medij, eidémque vim agendi, & patiendi inesse: atque adeò & tactum secundo

Tactus Physicus,

modo

[b] *Omnes enim tam qui elementa ipsa, quàm qui ea, quæ constant ex elementis, generant, segregatione, & congregatione, atque actione, & passione vtuntur. Est autẽ congregatio, mistio. Sed quoniam pacto quippiam misceri dicatur, planè ac dilucidè haud quaquam est definitum. At verò nec alterari quicquam, nec segregari, congregarive, nullo patiente, aut agente, potest. Etenim qui plura faciunt elementa, actione, & passione mutua generationem fieri censent: quanquam ex vno facta omnia dicãt necesse est. Atque hoc rectè quidem dicit Diogenes, nisi ex vno essent omnia, nõ posse vicissim agere, & pati, ceu calidum frigefieri, & idem rursum calefieri: non enim calor, & frigus, in sese mutuò transeunt: sed ipsum, vt patet, subiectum mutationem suscipit. Quare horum, quibus actio competit, vnam esse subiectã materiam necesse est.* [c] *Dicere igitur vniuersa esse huiusmodi, non est verum: sed ea, quibus mutuò à sese pati, & agere insitum est. At verò si de actione, passionéve, & de mistione contemplandum sit, & de tactu speculemur est necesse. Nam neque agere, & pati ea possunt propriè, quæ se mutuò tangere nequeunt: neque fieri potest, vt misceantur, quæ non quodammodo sese tangũt priùs. Quare de hisce tribus, videlicet quid tactus, quid mistio, & deniq, quid actio, determinandum videtur. Hinc autem sumatur initium. Nam ea entibus ea, quibus mistio competit esse apta, vt sese mutuò tangãt, est necesse: atque si quid agat, & aliud patiatur propriè, simili itidem modo, atque illa, afficietur. Quocirca de tactu priùs*

Text. 44. *dicẽdum est.* [d] *Ferè igitur vt & cætera quæq, alia nomina pluribus dicuntur modis, & hæc quidem æquiuocè, hæc altera ab alteris prioribusq,: sic & de tactu quoque res sese habet. Sed tamen quod propriè dicitur, ad ea accõmodari solet, quæ situm habent. Situs autẽ hisce, quibus & locus competit: etenim perinde, vt mathematici, de actu, & loco reddamus oportet, siue eorum quodque separatum sit, siue alio modo habeat. Si ergo tangere sit, quemadmodũ antea est definitum, extrema simul esse: ea profectò se mutuò tangẽt, qua cùm discretas magnitudines situmq, habeãt, extrema simul habẽt.* [e] *Porrò cùm situs omnibus, quibus & locus cõpetat, atq, differentia sint: omnia sanè, quæ sese mutuò tangunt,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo acceptum; qui in iis cernitur, quorum extrema sunt simul, & insuper in se mutuò actiua, & passiua sunt.

Duo genera mouentium.

[1] *Caterùm cùm id.* Tradit duo mouentium genera: quædam enim mouent & non mouentur, vt intelligentiæ, quæ cœlestes globos circũuehunt, neque tamen ipsæ motu agitãtur. Alia mouent simul, & mouentur, vt primũ mobile, quod subiectas Sphæras secum rapit, simulque ab intelligentia motum recipit. Hoc ipsum ait Aristoteles pronunciandum esse de agentium generibus. Nam quædam ita agũt, vt repatiantur, quædam non: esse tamẽ inter mouens, & agens hoc discrimen, quòd omne agens dicatur mouere; non tamen omne mouens agere. Vsurpat enim Aristoteles hoc loco agere pressiõ significato, prout idẽ est, atque alterare: quo pacto manifestũ est latiùs fundi mouens, quã agẽs.

[1] *Inter*

λων ἁπλόμενα βάρος ἂν ἔχοι ἡ κουφότητα, ἢ ἄμφω, ἢ θάτερον· τὰ δὲ ζιαῦτα παθητικὰ καὶ ποιητικά. ὥστε φανερὸν ὅτι δεῖ ἅπτεσθαι ἀλλήλων, ὧν διῃρημένων μεγεθῶν, ἅμα τὰ ἔσχατά ἐστιν, ὄντων κινητῶν καὶ κινητικῶν ὑπ' ἀλλήλων. [1] ἐπεὶ δ' τὸ κινοῦν οὐχ ὁμοίως κινεῖ τὸ κινούμενον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνάγκη κινούμενον, καὶ αὐτὸ κινεῖν, τὸ δὲ ἀκίνητον ὄν, δῆλον ὅτι δεῖ τ' ποιοῦντ' ἐρέμβειν ὡσαύτως· καὶ γὰρ τὸ κινοῦν ποιεῖν τι φασι, καὶ τὸ ποιοῦν κινεῖν. ἡ μὲν ἀλλὰ διαφέρει γε, καὶ δεῖ διορίζειν· ἡ γὰρ οἷόν τε πᾶν τὸ κινοῦν ποιεῖν, ἐπεὶ τὸ ποιοῦν ἀντιπάσχοντι. τοῦτο δ', οἷς ἡ κίνησις πάθος· πάθος δὲ καθ' ὅλον ἀλλοίωσις μόνον, οἷς τὸ λευκὸν, καὶ τὸ θερμόν· ἀλλὰ τὸ κινεῖν, ὅπερ πλέον τ' ποιεῖν ἐστιν. σημεῖον δ' οἰῶ φανερὸν, ὅτι ἐστὶ μὲν ὡς τὰ κινοῦντα τοῦ κινητοῦ ἅπτοιτ' ἄν, ἔστι δ' ὡς οὔ. ἀλλ' ὁ διορισμὸς τ' ἅπτεσθαι, καθάπερ μέν, ἐν τοῦ θίγειν ἐχόντων, ἓν τ' μὲν κινητικοῦ, τ' δὲ κινητοῦ· πρὸς ἄλληλα δὲ κινητικὸν καὶ κινητοῦ, ἐν οἷς ὑπάρχει τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν. ἔστι μὲν οἰῶ ὡς ὅπερ τὸ πολὺ τὸ ἁπλόμενον, ἁπλομένου ἁπλόμενον· καὶ γὰρ κινεῖ κινούμενα πάντα σχεδὸν τὰ ἐμπεδοῦντα, ὅσοις ἀνάγκη καὶ φέρεσθαι τὸ ἁπλόμενον ἁπλοῦς ἁπλομένου. [1] ἔστι δ' ὡς ἐνίοτε φαμὲν, τὸ κινοῦν ἅπτεσθαι μόνον τ' κινουμένου· τὸ δ' ἁπλόμενον, μὴ ἅπτεσθαι ἁπλομένου. ἀλλὰ δῆλον τὸ κινεῖν κινούμενα τὰ ὁμοχυῆ, ἀνάγκη δοκεῖ εἶναι, ἁπλομένου ἅπτεσθαι. ὥστε ἔστι κινεῖ ἀκίνητον ὄν, ἐκεῖνο μὲν ἂν ἅπτοιτο τ' κινητοῦ, ἐκείνου δὲ οὐδέν. φαμὲν γὰρ ἐνίοτε τὸν λυποῦντα ἅπτεσθαι ἡμῶν· ἀλλ' οὐκ αὐτοῖ ἐκείνου. περὶ μὲν οὖν ἀφῆς ἢ ἁπτοῦ φυσικῆς, διωρίσθω τοῦτον τὸν τρόπον.

Text. 45.

QVAESTIO I.

Vtrum ad mutuam actionem, & passionem corporum requiratur agentis, & patientis contactus.

ARTICVLVS I.

Negatiuæ partis Argumenta.

NOn adducimus in quæstionem an agens naturale, de quo solo in præsentia disputamus, possit in rem distantem agere. Id enim lib. 7. Physicorum latè à nobis pertractatum fuit, sed vtrum posita rei præsentia, & propinquitate, vt agens in passum actionem trahiciat, oporteat vtrúmque se tangere non solùm tactu virtutis, quo etiam substantia

gunt, pondus, leuitatémve, aut vtraque, aut alterum habebunt: quæ autem talia sunt, actiua sunt, & passiua. Vnde constat ea sùapte natura mutuò sese tangere quorum cum vicissim mobilia sint, atque motiua, discretis, separatisque magnitudinibus extrema sunt simul. [1] *Caterùm cùm id, quod mouet, nequaquam similiter id moueat, quod motum subit, sed necesse sit, vt idem aliud moueat motum & ipsum, aliud immobile persistens: haud aliter de ipso quóque agente dicendum esse in aperto est. Nam id, quod mouet, agere quippiam, & contra quod agit, mouere dicunt. Verùm differentiam subeunt, & proinde ea distinguamus oportet. Non enim fieri potest, vt quodlibet mouens agat, si patienti agens opponamus, patiens autem sit, cui, motus secundum affectum competit: affectus verò, secundum quem solùm alteratio fit, vt albedo, & calor: sed mouere latiùs, quàm agere patet. Illud igitur palam est, ea, inquam, quæ mouent, partim mobilia tangere, partim minimè. Verùm ea tangere vniuersaliter definiuntur, quæ situm habent, & quorum alterum motiuum est, alterum mobile, idque vicissim quibus agere, ac pati conuenit. Magna igitur ex parte id, quod tangitur, id tangit, à quo tangi solet. Etenim omnia fere, quæ apud nos sunt, cum mouentur, mouent: per quæ esse necesse videtur, vt id, quod tangitur, tangat, à quo tangi solet. [2] Interdum autem dicimus mouens solùm tangere id, quod motu cietur: & contrà quod tangitur, id non tangere à quo tangitur: verùm quia quæ eiusdem sunt generis, cum motum subeunt, mouent; vt quod tangitur tangat necessarium esse videtur. Quare siquid motus expers moueat, id profectò tangit mobile, nihil autem illud. Interdum enim dicimus eum, qui nos molestia afficit, tangere nos, non nos illum. De tactu igitur rerum naturalium hoc pacto determinatum sit.*

[2] *Interdum autem.* Tertius tactus, qui admodum impropriè est, conuenit iis, quæ ita mouent, vt non moueantur, vti accidit rebus, quæ diuersi generis, & conditionis sunt, vt corporibus cœlestibus respectu inferiorum milla enim in hæc influunt, cùm hæc illis nihil vicissim rependant. Sæpe etiam, quæ translatitio siue impropriè motu mouent, non mouentur, vt cùm quis alium dolore afficit.

De hoc duplici tactu D. Thom. lib. 2. contra gent. cap. 56.

stantia expers materiæ dicitur tangere rem, in quam agit: sed tactus quantitatis, qui in ea solummodò competit, quæ molem corpoream habent. Quod ergo istiusmodi contactus minimè requiratur, aliquot argumentis videtur ostendi. Primum est, Quantitas, vt alibi docuimus, est quasi altera materia, omnis efficientiæ, & actiuitatis expers: ergo nec quantitas, nec eius contactus vlla necessitate naturæ ad agendum adhibenda erunt. Secundum est. Vt D. Thomas 1 p. quæst. 115. art. 1. ex D. Augustino argumentatur: In rebus est aliquid, quod agit, & non agitur, id est Deus: aliquid quod agit, & agitur, nimirum intelligentiæ: aliquid quod agitur, & non agit, videlicet, corpora: igitur corpora omni agendi vi carent: ex quo sequitur contactum nihil eis ad agendum conferre. Tertium est, Si ponatur diuinitus cador extra substantiam, & quantitatem poterit imaginem sui ad oculum mittere: ergo ad agendum non requiritur contactus dimensio-

Primũ arg.

2.

3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. Probatur assumptum, quia quemadmodum vt visio fiat, sufficit recipi imaginem rei indiuisibiliter in puncto pupillæ, ita ad eandem imaginem transmittendam sat erit poni candorem indiuisibiliter extra subiectum. Quartum. Partes eiusdem corporis continuæ agunt mutuò, vt patet in corde, quod artus sub vna, eadémque substantiali forma coherentes, atque adeò cum ipso, & inuicem continuatos calefacit, & tamen contactus non est nisi inter ea, quæ discreta sunt, siquidem ea se tangunt, quorum extrema sunt simul; non autem quorum extrema sunt vnum: ergo. Quintum. Si duo corpora diuina virtute in eodem loco & situ ponantur, & alioqui agendi, ac patiendi vi polleant, agent in se mutuò. Quis enim dicat ignem non combusturum Socratem, quem vndique permeat? præsertim cùm sit communis Theologorum sententia damnatorum corpora debere esse penetratiuè cum igne, à quo torquenda sunt: at ea, quæ se penetrant, non tangunt sese, cùm non per extrema, sed per se tota adæquatè existant simul; ergo vt vnum corpus agat in aliud, non requiritur mutuus contactus.

4. *Inter quæ reperiatur cõtactus.*

5.

ARTICVLVS II.

Solutio quæstionis, & argumentorum superioris articuli explicatio.

PRÆTERMISSO errore quorundam Arabum, qui omnem agendi vim corporibus ademerunt, & Democriticorum, qui actionem physicam per effluxum corporum insectilium effici arbitrati sunt, quos secundo physicæ Auscultationis libro confutauimus. Præsens dubium aliquot assertionibus diluemus. Prima sit. Ad mutuã actionem, & passionem corporum non requiritur agentis, & patientis contactus tanquam ratio agendi. Hæc liquet ex eo, quia cùm quantitas, vt in primo superioris articuli argumento sumebatur, nullius sit actiuitatis, nequaquam potest esse rebus physicis ratio agendi, seu id, à quo manet actio. Deinde quia contactus formaliter aut est negatio distantiæ, aut relatio præsentiæ, quorum neutrum actionis principium est.

De his D. Th. 1. part. q. 115. art. 1. & lib. 3. contra gent. cap. 69.

Prima assertio.

Post Arist. hoc in lib. 2.

Secunda assertio.

Secunda assertio. Prædictus contactus requiritur ad mutuam actionem & passionem corporum tanquam conditio necessaria. Hæc assertio intelligenda est de agente, quod per se primò, sine absque interuentu alterius medij corporis, agit. Quo pacto elementum ignis vicinum aërem calefacit; nõ ita verò sol terram illustrat: quandoquidem inter elementum ignis, & aërem, nullum est corpus: sol autem per subiectas Sphæras, & media elementa, lumen ad terram fundit. Est verò necessarius eiusmodi contactus ob duplicem rationem, quarum altera est, quia vt libro septimo Physicorum loco citato ostendimus; nihil sine corporeum sit, sine expers corporis, potest

Cap. 2. q. 1. art. 2.

test agere per se primò in remotum: at corpora, quæ se non tangunt, remota sunt, cùm necessariò inter illa cadat aliud corpus. Altera ratio est, quia vt vnum corpus agat in aliud non sufficit ea non distare ab se; sed debent se inuicem accommodare per mutuam correspondentiam, hoc est, oportet ita esse affecta, vt pars vnius respondeat, & adæquetur parti alterius: quod fit interuẽtu contactus. Vnde Christi corpus in sacrosancta Eucharistia, quamuis speciebus intimè vnitum sit; non tamen in eas agit, aut ab iis patitur; quia non est in hoc Sacramento prædicto more quantitatiuo, cum sit totum in qualibet parte specierum. Nimirum quemadmodum corpus natura sua est extensum, & qualitates, à quibus actionem elicit, suopte ingenio extensæ sunt, licet non propria, sed quantitatis extensione; ita vt corpus operetur, quantitate præditum sit, ac secundum eam patienti & patiens ipsi coniungatur necesse est: quia vt vnumquódque ad suum esse, ita & ad suam actionem passionémque sese habet.

Cur corpus Christi in Eucharistia non agat in species, nec ab iis patiatur.

D. Th. 4. sent. d. 10. q. 1. a. 4. & 3. p. q. 76. art. 7.

Tertia assertio. Cõtactus, quem ad agendum corpora requirunt, non est tantummodò contactus propriè ac præsè sumptus, quo ea dicuntur se tangere, quorum extrema sunt simul. Hanc assertionem probant duo vltima argumenta proximi articuli. Itáque ad physicam actionem sat est corpora ita copulari, vt à se mutuò non distẽt ita tamen vt, sicuti antea monuimus, more quantitatiuo vniantur; quo pacto vnitæ sunt duæ partes eiusdem continui, itémque duo corpora si se penetrent: in his enim tanta portio vnius respondet tantæ portioni alterius, quod nõ conuenit corpori Christi in diuina Eucharistia in ordine ad species, quia non est ibi more quantitatiuo, sed more substantiæ vt explicat D. Thomas 3. part. quæst. 77. art. 3.

Tertia assertio.

Explicatur locus D. Augustini.

Argumenta verò superiùs adducta nullam habent difficultatem. Primum enim confirmat primam assertionem, nempè contactum nequaquam esse rationem agendi; haud tamen probat non esse conditionem ad agẽdum necessariam. Ad secundum respondet. D. Thomas illud Augustini intelligendum esse de tota natura corporea simul accepta, quæ ideò dicitur agere, & non agi, quoniam non habet aliquam inferiorem naturam, in quam agere possit, sicuti natura increata habet totam creatam, & Angelica corpoream; sed enim vnum corpus est infrà aliud, quatenus est in potentia ad id, quod habet aliud in actu: vt aqua infra ignem, quatenus ab eo calefieri potest.

Ad tertium negandum est candorem extra subsantiam emissurum à se imaginem, requiritur enim extensio ad actiones physicas, etiam intentionales; cùm in vtrísque, quoad hoc, æqua ratio sit. Nec verùm est rei visæ speciem recipi indiuisibiliter in pupilla; re enim vera diuiduè & extensè recipitur, vt in libris de Anima ex professo ostendemus. Quartum & quintum argumentum probant non requiri ad actionem physicam contactum præsè ac propriè sumptum, quod in tertia conclusione asseruimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITIS SEPTIMI EXPLANATIO.

Veterũ sententia de actione, & perpessione.

DEinceps. Disputationem de actione, & passione aggreditur. Ac primùm quæ ab aliis hac de re minùs probè dicta sunt, more suo refellit. Quidam veteres Philosophorũ cum explicare vellent quo pacto affecta esse oporteat quæ vicissim agunt, & patiuntur, statuebant simile non à simili, sed dissimili pati.

Alij contra nullo modo fieri posse aiebant, vt quidpiam à dissimili patetetur. Priorũ ratio fuit, quia in iis, quæ similia sunt, nulla ratio est, cur hoc potiùs in illud, quàm illud in hoc actionem intendat. Cùm verò his Philosophis alij opponerent minorem ignem à maiori consumi existente inter duos ignes tanta naturæ cognatione & affectionum similitudine, Occurrebant propterea id accidere, quia magnũ paruo contrarũ est, neque in ignis extinctione non simile à simili, sed à cõtrario pati. Cæterum germana huiusce rei causa explicata à nobis fuit ad calcem librorũ de cœlo in nostris problęmatis sect. 4. problemate primo, vbi ex Aristotelis doctrina in libro de longitudine vitæ cap. 1. diximus ideo minorem ignem interimi à maiori, quia maior pabulum illi abripit, & vorat, quo destitutus extabescit. Plerumque tamen non extingui re vera minorem, sed maiori copulari: ita vt veram corruptionem subire videri possit, cum re ipsa non corrumpatur.

Ignis minor à maiori vt absumatur.

Sententia Democritii.

[a] *Democritus verò.* Sententiam priori contrariam solus Democritus inuexit docens simile non nisi à simili pati: quia neque dulcedo verbi, causa agit in candorem, neque candor in grauitatem; idque non nisi quia hæc nullam inter se cognationem aut similitudinem habent. Quod si accident, vt à dissimilibus dissimilia pati videantur id nequaquam, inquit, propterea fiet, quod dissimilia sint: sed potiùs quia inter se conueniunt: vt si calidum à frigido patiatur, quia ambo sub eodem communi genere continentur.

[c] *Qui*

ΚΕΦ. ζ.

[a] Εἰ δὲ τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν, λεκτέον Text. 46.
ἐφεξῆς. παρειλήφαμεν δὲ περὶ τῆς φθορᾶς τὴν πρότερον ὑπ' αἰτίας ἀλλήλοις λόγους. οἱ μὲν γὰρ πλείους τοῦτό γε ὁμολογοῦντικῶς λέγουσιν, ὡς τὸ μὲν ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πᾶν ἀπαθὲς ἔσται, διὰ τὸ μηδὲν μᾶλλον ποιητικὸν ἢ παθητικὸν εἶναι θάτερον θατέρου· πάντα γὰρ ὅμοια ὑπάρχειν τὰ αὐτὰ τοῖς ὁμοίοις· τὰ δὲ ἀνόμοια καὶ τὰ διαφέροντα, ποιεῖν καὶ πάσχειν εἰς ἄλληλα πέφυκε· καὶ γὰρ ὅταν τὸ ἔλαττον πῦρ ὑπὸ τοῦ πλείονος φθείρηται, διὰ τοῦτο ἐναντίωσιν τοῦτό φασι πάσχειν· ἐναντίον γὰρ εἶναι τὸ πολὺ τῷ ὀλίγῳ. [b] Δημόκριτος δὲ παρὰ τοὺς Text. 47.
ἄλλους ἴλεως μόνος ἴσως φησὶ γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ ὅμοιον εἶναι τό τε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον· ἡ γὰρ ἰσχνρὸν τὰ ἕτερα καὶ διαφέροντα πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων· ἀλλὰ καὶ ἕτερα ὄντα ποιεῖ τι εἰς ἄλληλα, ἀλλ' οὐχ ἧ ἕτερα, ἀλλ' ἧ ταὐτόν τι ὑπάρχει. ταὐτὸν τοίνυν συμβαίνειν αὐτοῖς, τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ταῦτά ἐστιν. [c] ἐοίκασι δ' οἱ Text. 48.
τοῦτον τὸν τρόπον λέγοντες ὑπεναντία φαίνεσθαι λέγειν. αἴτιον δὲ τῆς ἐναντιολογίας, ὅτι δίχα ἔλαβον τὸ θεωρῆσαι, μέρος τι τυγχάνοντες λέγοντες ἀμφότερα· ἅ τὸ μὲν γὰρ ὅμοιον, καὶ τὸ παντὶ παντὸς διαφέρον, ἄλογον μὲν πάσχειν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου μηδέν. τί γὰρ μᾶλλον θάτερον ἴσως ποιητικὸν, ἢ θάτερον; εἶτ' ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχειν τι δυνατὸν ἢ αὐτὸ ὑφ' αὑτοῦ. καίτοι τούτων ὄντων οὕτως, εἴδεν ἂν εἴη ἄτε ἄφθαρτον, ἄτε ἀκίνητον, εἴπερ τὸ ὅμοιον, ἢ ὅμοιον, ποιητικὸν αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ κινήσει πᾶν, τό, Text. 49.
τε παντελῶς ἕτερον, καὶ τὸ μηδαμῶς ταὐτὸν ὑπάρχον· εἴδεν γὰρ ἂν φαίνοι λελευκωμένον ὑπὸ γραμμῆς, ἢ γραμμὴ ὑπὸ λελευκωμένου, οὐδὲ εἰ μάλιστα ἡ συμβεβηκυῖα, ἧς εἰ συμβεβηκυῖα, λελευκωμένη ἢ μελαίνουσα ἢ τῶν γραμμῶν· οὐ γὰρ ἑαυτὰ τῆς φύσεως, ἵνα μήτ' ἐναντία μήτ' ἐξ ἐναντίων ᾖ.

[c] ἀλλ'

CAP. VII. EXPLANATIO. 309

CAP. VII.

Text. 46. [a] DEINCEPS *de actione, & passione dicendum est, cùm de hisce sententias inter sese subcontrarias à maioribus nostris acceperimus. Plurimi enim vno ore hoc astruunt, à simili, inquam, simile nullum pati; quia neutrũ altero potiùs actiuum sit, aut passiuum, quippè cùm eadem omnia similibus similiter insint. At quæ dissimilia, differentidque sunt, vt mutuò agant, patianturq́, aptissima esse asserunt. Nam cum minor ignis a maiori corrumpitur, ob contrarietatem illum id ipsum pati inquiunt: dicunt enim multum pauco esse con-*
Text. 47. *trarium.* [b] *Democritus verò solus præ cæteris peculiariter dixit. Nam agens & patiens idem ac simile esse asserit; non enim fieri posse arbitratur, vt differentia, atque diuersa à sese vicissim patiantur. Sed & siquæ diuersa sunt, quippiam in se mutuò agant, hoc illis euenire, non quo diuersa sunt, sed*
Text. 48. *quo idem quippiam habent. Quæ igitur dicuntur, talia sunt.* [c] *Qui autem hoc pacto dicunt subcontraria dicere videntur. Contradictionis verò causa est hæc. Nam cum totum quippiam contemplari oporteat, de parte quadam loquuntur vtrique.* [d] *Nam quod simile est & omni ex parte nullam prorsus habet differentiam, nihil à simili pati, rationi consentaneum est. Cur enim potius alterum altero erit passiuum? item si fieri queat, vt quippiam patiatur à simili, illud quoque à sese pati poterit. Atqui his ad hunc modum sese habentibus, nihil aut incorruptibile, aut mutationis expers fuerit; siquidem simile, quatenus simile existit, acti-*
Text. 49. *uum sit. Nam corpus omne sese interno, proprióque motu mouebit. Et quod prorsus diuersum, & nullatenus idem est, similiter. Nam neque albedo à linea, neque linea ab albedine quicquam patietur, nisi fortè per accidens; seu si lineam esse albam, aut nigram acciderit. Non enim ea, quæ neque contraria sunt, neque ex contrarijs constant, sese extrudunt propellúntque à natura*

[c] *At*

omnino esset nec in cœlesti, neque in sublunari mundo, quod non sit corruptioni obnoxium. Sed quod neque inter omnino dissimilia procedat actio exẽplis ostenditur, quia neque candor agit in lineam, neque linea in candorem, nisi per accidens, si linea affecta sit qualitate alteri qualitati cõtrariæ ratione cuius agere in eam possit. Item quod prorsus diuersa non sint mutuo actiua, & passiua inde patet; quia

[d] *Qui autem hoc pacto.* Superiores Philosophos ait subcontraria dicere, quia quodammodo vera, quodammodo falsa pronuntiant, & quæ se vicumque possint compati, sicuti propositiones subcontrariæ. Ait autem propterea deceptos, quia non diligenter scrutati sunt vim eorum, quæ agunt, & patiuntur; ac cum totum ipsum considerare debuissent, vtrique de alia, atque alia duntaxat parte totius locuti sunt. Priores quippe, formas tãtum agentium expendentes, decreuere agentia dissimilia esse oportere: quia dissimiles actiones à dissimilibus formis oriuntur. Alij solam agentis, & patientis materiam spectantes affirmarunt ea similia esse oportere: quia cùm actio sit inter contraria, hæc autem circa idem subiectum versentur, vtique necesse est ea, quæ mutuò agunt, & patiuntur, communem habere materiam, atque ita ratione illius similia esse inter se.

Actio est inter cõtraria.

[d] *Nam quod simile est.* Quod omni ex parte similia non possint ita se habere, vt vnum agat, alterum patiatur, ea ratio demonstrat, quia nulla maior est ratio, cur vnũ potiùs, quàm alterũ patiatur. Præterea si similitudo est causa actionis, quæ similiora fuerint, in se propriùs agentiæ cùm nihil similius sit, quàm idem sibi ipsi, idem in se ipsum maximè aget, seque ipsum dissoluet, & corrumpet. Quare nihil quod non sit corruptioni

Omni ex parte similia non posse agere in se mutuò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

talia neque cõtraria sunt, cum cõtraria contineantur sub eodem genere, nec ex contrariis constant: atque ita non se inuicem pellunt, nec sibi repugnant.

Conclusio Aristotelis.

[c] *At cùm non quoduis agere, ac pati natum sit; sed qua aut contraria sunt, aut habent contrarietatem tam agens, quàm patiens genere quidem simile, ac idem, specie dissimile, atque contrarium esse, est necesse. Nam corpus à corpore, & sapor à sapore, & color à colore, & in summa quod eiusdem est generis, ab eo, quod eiusdem itidem generis est, pati aptum est. Cuius causa est, quod contraria in eo-* Text. 51. *dem genere sunt omnia. Contraria verò inter sese vicissim agunt, patiuntúrque. Quare & agens, & patiens partim eadem sint, partim diuersa, atque inter sese dissimilia, necesse est. Cùm autem agens, & patiens genere quidem eadem, similiaque sint, specie autem dissimilia: contraria verò sint eiusmodi tum contraria, tum quæ inter ea media sunt, inter se mutuò actiua & passiua esse constat. Etenim omninò generatio, atque corruptio in hisce consistunt. Quamobrem & ignem calefacere, & frigidum frigefacere, & omninò actiuum, id quod patitur sibi simile reddere, iam rationi consentaneum existit: nam agens, & patiens contraria sunt, & generatio in contrarium tendit. Quare necesse est, vt patiens in id mutetur, quod agendi vim obtinet: hoc enim pacto in contrarium* Text. 52. *erit generatio. Itaque tametsi verbo tenus, eadem non dicam, vtróque tamen naturam ipsam attingere accidit. Dicemus enim interdum subiectum ipsum pati, vt hominem sanari & calefieri, ac frigefieri, & cætera ad hunc modum interdum verò frigidum calefieri, & ægrum sanari, atque vtráque vera sunt. Eodem modo & de agente dici solet: nam interdum hominem, interdum calidum, calefacere dicimus, partim enim materies ipsa patitur, partim contrarium. Igitur qui ad illam respexerunt, agens & patiens quippiam idem habere oportere putarunt: qui ad* Text. 53. *alterum, contra.* [f] *Caterum haud aliam esse rationem de ipso agere, ac pati, quàm de ipso mouere, ac moueri existimandum est. Etenim ipsum quoque mouens bifariam dicitur. Nam & id, in quo motus principium inest, mouere videtur: quippe cùm principium prima causarum sit: & rursum quod vltimum est, ad id quod mouetur, ad generationem. Simili modo de ipso agente est dicendum. Nam & medicum, & vinum sanare dicimus. Nihil igitur vetat in mouentibus, quo minus primum mouens immobile sit: imò in nonnullis etiam necessarium existit; at vltimum semper subeundo motum moueat, necesse est.*

In

Alterans vltimum.

dicus, qui prima sanitatis causa exitit: aliud vltimum, vt medicamẽtum, aut vini potio, quæ proximè afficit, alterátque ad sanitatem. Inter hæc duo mouentia inter se, & inter hæc duo alterantia similiter discrimen est, quòd primum mouens, si sit absolutè primum, est omnino expers motus, vt patet: vltimum autem mouens vt baculus, qui proximè lapidẽ ciet, necessariò aliunde motionem accipit. Quod pati modo de agentibus, hoc est alterantibus, asserendum est. Nam primum alterans, si sit simpliciter primum in genere alterantium, id est cœlum, non alteratur ab alio: vltimum verò alterans, vt cibus, alteratur à stomacho. Ex dictis constat quemadmodum in serie mouentium deueniendũ est ad vnum primũ mouens; ita & in ordine alterantium deueniendum esse ad vnũ primũ alterans: discrimen tamẽ inueniri maximũ. Nã primũ mouens, q̃ est, Deus, cũ sit infinitæ perfectionis, & causa simpliciter prima, nihil omnino aliunde accipere potest: at primũ alterans, quod est cœlum, & si non habeat corpus aliud à quo alteretur, habet tamen intelligẽtiam, à qua in orbem voluitur, & vlteriùs sui motus causam vltimò in Deum resoluit.

In genere mouentium, & alterantiũ deueniendũ esse ad vnum primum.

[f] *Quæcum*

[c] ἀλλ' ἐπεὶ δ' τὸ τυχὸν οὐ πέφυκε πάσχειν καὶ ποιεῖν, Text. 50.
ἀλλ' ἕως ἡ ἐναντία ὅση, ἢ ἐναντίωσιν ἔχῃ, ἀνάγκη
καὶ τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον, τῷ γένει μὲν ὅμοιον-
εἶδει καὶ ταὐτὸ, τῷ δὲ εἴδει ἀνόμοιον καὶ ἐναντίον.
πέφυκε γὰρ σῶμα μὲν ὑπὸ σώματος, χυμὸς δ' ὑπὸ
χυμοῦ, χρῶμα δ' ὑπὸ χρώματος πάσχειν· ὅλως
δ' τὸ ὁμογενὲς ὑπὸ τοῦ ὁμογενοῦς. τοῦτο δ' αἴτιον,
ὅτι ταὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ γένει πάντα. ποιεῖ δὲ καὶ Text. 51.
πάσχει ταὐτὰ ὑπ' ἀλλήλων. ὥστε ἀνάγκη, πῶς
μὲν εἶναι ταὐτὰ τό, τε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον, πῶς
δ' ἕτερα καὶ ἀνόμοια ἀλλήλοις. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ πά-
σχον καὶ τὸ ποιοῦν, τῷ μὲν γένει ταὐτὰ καὶ ὅμοια,
τῷ δ' εἴδει ἀνόμοια, ἐναῦτία δὲ ταὐτία, φανε-
ρὸν ὅτι παθητικὰ καὶ ποιητικὰ ἀλλήλων δεῖ, τά τ'
ἐναντία καὶ τὰ μεταξύ· καὶ γὰρ ὅλως φθορὰ καὶ γένε-
σις ἐν τούτοις. διὸ καὶ δοκοῦσι πῦρ, τό, τε αὖρ θερ-
μαίνειν, καὶ τὸ ψυχρὸν ψύχειν, καὶ ὅλως τὸ ποιη-
τικὸν ὁμοιοῦν ἑαυτῷ τὸ πάσχον· τό, τε γὰρ ποιοῦν
καὶ τὸ πάσχον ἐναντία δεῖ· ἡ δὲ γένεσις, εἰς τοιοῦτο-
τον. ὥστ' ἀνάγκη τὸ πάσχον, εἰς τὸ ποιοῦν μετα-
βάλλειν· οὕτω γὰρ ἔσται εἰς τοιοῦτον ἡ γένεσις. καὶ Text. 52.
καὶ λέγον δὴ τὸ μὴ ταὐτὰ λέγοντας, ἀμφοτέρους
ὅμως ἔστιν ἅπτεσθαι τῆς φύσεως· λέγομεν γὰρ πάσχειν,
ὅτε μὲν τὸ ὑποκείμενον, οἷον ὑγιάζεσθαι τὸν ἄνθρω-
πον, καὶ θερμαίνεσθαι καὶ ψύχεσθαι, καὶ πάλιν τ' αὐτὸν
τρόπον· ὅτε δ', θερμαίνεσθαι μὲν τὸ ψυχρὸν, ὑγιάζεσθαι
δὲ τὸ κάμνον. ἀμφότερα δέ ἐστιν ἀληθῆ. τὸν αὐτὸν δὲ
τρόπον καὶ ὅτι τὸ ποιοῦν φαμὲν θερμαίνειν, ὅτι μὲν γὰρ τὸν ἄνθρω-
πον φαμὲν θερμαίνειν, ὅτι δὲ τὸ θερμόν· ἔστι μὲν γὰρ
ὡς ἡ ὕλη πάσχει, ἔστι δ' ὡς τὸ ἐναντίον. οἱ μὲν οὖν εἰς
ὁπότερον βλέψαντες ταὐτὸν δεῖν ὑπέλαβον, τὸ ποιοῦν
ἔχειν καὶ τὸ πάσχον· οἱ δ' εἰς ἕτερα, ἐναντίον. Text. 53.
[f] τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ὑπολητέον καὶ περὶ τοῦ ποιεῖν τε καὶ
πάσχειν, ἴσως δὲ καὶ κινεῖσθαι καὶ κινεῖν· διχῶς
γὰρ λέγεται καὶ τὸ κινοῦν· ἐν ᾧ τι γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς κι-
νήσεως, δοκεῖ τοῦτο κινεῖν· ἢ γὰρ ἀρχὴ πρώτη τῆς αἰ-
τίας. καὶ πάλιν τὸ ἔσχατον, πρὸς τὸ κινούμενον καὶ τέλος
γίγνεται· ὁμοίως δ' ὥσπερ καὶ ποιοῦντες τε καὶ τὸν ἰατρεύ-
οντα φαμὲν ὑγιάζειν, καὶ τὸν οἶνον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον κινοῦν,
οὐδὲν κωλύει, εἰ μὴ κινήσει, ἀκίνητον εἶναι. ἐπ' ἐνίων
δὲ καὶ ἀναγκαῖον. τὸ δὲ ἔσχατον, ἀεὶ κινεῖν κινούμενον.

Omne agens nititur assimilare sibi passum.

Mouens primum. Mouẽs vltimum.

Alterans primum.

ὅτι

Text. 50. [c] *At cùm non quoduis agere, ac pati natum sit; sed qua aut contraria sunt, aut habent contrarietatem tam agens, quàm patiens genere quidem simile, ac idem, specie dissimile, atque contrarium esse, est necesse. Nam corpus à corpore, & sapor à sapore, & color à colore, & in summa quod eiusdem est generis, ab eo, quod eiusdem itidem generis est, pati aptum est. Cuius causa est, quod contraria in eo-* Text. 51. *dem genere sunt omnia. Contraria verò inter sese vicissim agunt, patiuntúrque. Quare & agens, & patiens partim eadem sint, partim diuersa, atque inter sese dissimilia, necesse est. Cùm autem agens, & patiens genere quidem eadem, similiaque sint, specie autem dissimilia: contraria verò sint eiusmodi tum contraria, tum quæ inter ea media sunt, inter se mutuò actiua & passiua esse constat. Etenim omninò generatio, atque corruptio in hisce consistunt. Quamobrem & ignem calefacere, & frigidum frigefacere, & omninò actiuum, id quod patitur sibi simile reddere, iam rationi consentaneum existit: nam agens, & patiens contraria sunt, & generatio in contrarium tendit. Quare necesse est, vt patiens in id mutetur, quod agendi vim obtinet: hoc enim pacto in contrarium* Text. 52. *erit generatio. Itaque tametsi verbo tenus, eadem non dicam, vtróque tamen naturam ipsam attingere accidit. Dicemus enim interdum subiectum ipsum pati, vt hominem sanari & calefieri, ac frigefieri, & cætera ad hunc modum interdum verò frigidum calefieri, & ægrum sanari, atque vtráque vera sunt. Eodem modo & de agente dici solet: nam interdum hominem, interdum calidum, calefacere dicimus, partim enim materies ipsa patitur, partim contrarium. Igitur qui ad illam respexerunt, agens & patiens quippiam idem habere oportere putarunt: qui ad* Text. 53. *alterum, contra.* [f] *Caterum haud aliam esse rationem de ipso agere, ac pati, quàm de ipso mouere, ac moueri existimandum est. Etenim ipsum quoque mouens bifariam dicitur. Nam & id, in quo motus principium inest, mouere videtur: quippe cùm principium prima causarum sit: & rursum quod vltimum est, ad id quod mouetur, ad generationem. Simili modo de ipso agente est dicendum. Nam & medicum, & vinum sanare dicimus. Nihil igitur vetat in mouentibus, quo minus primum mouens immobile sit: imò in nonnullis etiam necessarium existit; at vltimum semper subeundo motum moueat, necesse est.*

Alterans vltimum.

In genere mouentium, & alterantiũ deueniendũ esse ad vnum primum.

dicus, qui prima sanitatis causa exitit: aliud vltimum, vt medicamẽtum, aut vini potio, quæ proximè afficit, alterátque ad sanitatem. Inter hæc duo mouentia inter se, & inter hæc duo alterantia similiter discrimen est, quòd primum mouens, si sit absolutè primum, est omnino expers motus, vt patet: vltimum autem mouens vt baculus, qui proximè lapidẽ ciet, necessariò aliunde motionem accipit. Quod pati modo de agentibus, hoc est alterantibus, asserendum est. Nam primum alterans, si sit simpliciter primum in genere alterantium, id est cœlum, non alteratur ab alio: vltimum verò alterans, vt cibus, alteratur à stomacho. Ex dictis constat quemadmodum in serie mouentium deueniendũ est ad vnum primũ mouens; ita & in ordine alterantium deueniendum esse ad vnũ primũ alterans: discrimen tamẽ inueniri maximũ. Nã primũ mouens, q̃ est, Deus, cũ sit infinitæ perfectionis, & causa simpliciter prima, nihil omnino aliunde accipere potest: at primũ alterans, quod est cœlum, & si non habeat corpus aliud à quo alteretur, habet tamen intelligẽtiam, à qua in orbem voluitur, & vlteriùs sui motus causam vltimò in Deum resoluit.

[f] *Quæcum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ὃπῃ ἢ ποιήσεως, τὸ μὲν πρῶτον ἀπαθὲς, τὸ δ' ἔσχατον δ' αὐτὸ πάσχον· ὅλα γὰρ μὴ ἔχει πλὴ αὐτὴν ὕλην, ποιεῖ ἀπαθῆ ὄντα, οἷ' ἡ ἰατρικὴ· αὐτὴ γὰρ ποιοῦσα ὑγίειαν, κἂν πάσχῃ τινὰ τῶν ὑγιαζομένων. τὸ δ' σιτίον τὸ ποιοῦν, καὶ αὐτὸ πάσχει τι· ἡ γὰρ θερμαίνεται, ἢ ψύχεται, ἢ ἄλλό τι πάσχει ἅμα ποιοῦν. ἔστι δ', ἡ μὲν ἰατρικὴ ὡς ἀρχὴ, τὸ δὲ σιτίον τὸ ἔσχατον καὶ ἀπλήθυντον. ὅ ὅλα μὲν οὐδὲν μὴ ἐν ὕλῃ ἔχει πλὴ μορφὴν, ταῦτα μὲν ἀπαθῆ τῷ ποιητικῶν· ὅλα δ' ἐν ὕλῃ, παθητικά· πλὴ μὲν γὰρ ὕλαις λέγεται ὁμοίως, ὡς εἴπεῖν, πλὴ αὐτῆς τῆς, τῷ ἀντικειμένων ὑποτετρυσθαι, ὥσπερ ἐνθάδε ὅτι. τὸ δὲ ἀναθάλπον θερμὸν τῆς, παρόντος τοῦ θερμαντικοῦ καὶ ἀλλοιάζοντος, ἀνάγκη θερμαίνεσθαι· διὸ καθάπερ εἴρηται, τὰ μὲν τῷ ποιητικῶν ἀπαθῆ, τὰ δὲ παθητικά. καὶ ὥσπερ ὅλαι κινήσεως, τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον καὶ ὅτι τῷ ποιητικῶν. ἐκεῖ τε γὰρ τὸ πρῶτος κινοῦν ἀκίνητον· καὶ ὅτι ποιητικὸν τὸ πρῶτον ποιοῦν, ἀπαθές. ἔστι δὲ τὸ ποιητικὸν αἴτιον, ὡς εἶδος ἢ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. τὸ δ' οὗ ἕνεκα, ἡ ποιητική. διὸ ἡ ὑγίεια, ἡ ποιητική, εἰ μὴ κατὰ μεταφοράν· καὶ γὰρ τῷ μὲν ποιοῦντος ὅταν ὑπάρχῃ, γίγνεταί τι τὸ πάσχον τῆς δ' ἕξεως παρόντων, οὐκ ἔστι γίνεται, ἀλλ' ἕξις εἶδος. τὰ δ' εἴδη καὶ τὰς τέλη ἕξεις τινές· ἡ δ' ὕλη ἢ ὕλη παθητικόν. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἔχει ἐν ὕλῃ τὸ θερμόν. εἰ δέ τι ἔστι χωριστὸν θερμὸν, τοῦτο δὲν ἂν πάσχοι. τοῦτο μὲν οὖν ἴσως ἀδύνατον ἐστὶ χωριστὸν εἶναι δ' ἔστιν ἴσως τοιοῦτα, ἐφ' ἐκείνων ἂν εἴη τὸ λεχθὲν ἀληθές. τί μὲν οὖν τὸ ποιοῦν καὶ πάσχειν ἐστὶ, καὶ τίσιν ὑπάρχει, καὶ διὰ τί, καὶ πῶς διωρίσθω τοῦτον τὸν τρόπον.

Text. 54.

Text. 55.

a Quæcunque igitur. Generali assertione concludit quid de actione, & repassione pronuntiandũ sit, docens quæcunque actiua formam habẽt in materia pati posse dum agunt; quæ verò non habent, pati non posse. Deinde explicat quid in re proposita sit habere materiam, quid pati posse.

Ad mutuam actionem requiri conuenientiam in materia.

Habere materiã inquit esse, constare ex materia eiusdẽ rationis, quæque contrariorũ sit particeps. Si enim materiæ differãt specie, vt cælestis, & sublunaris, non procedet actio mutua. Item etsi materia sit eadem secundum speciem, nisi vtrinque dentur cõtraria, quæ se impetãt, alteratio non erit. Docet quoque id cẽseri à Philosophis pati posse, quod præsente, & commodè congruenterque applicato actiuo, potest ad actũ deduci. Tum quæ superiùs de mouente & agente tradiderat, inculcat.

Ad quod genus causæ pertineat agens & patiens.

b Nam causa vt vnde. Ostendit ad quod genus causæ pertineant agens, & patiẽs, docetque agens pertinere ad genus causæ efficiẽtis. Nam efficiens est id, à quo est principium motus; ita verò se habet agens. Nam quod non spectet ad causam finalem, ex eo demonstrat, quia finis non propria, sed translatitia motione mouet; agens autem non ita, sed per veram, propriamque actionem operatur. Deinde rursum quod neque finis sit, neque forma, ostendit: quia agens cum maximè

In actione autem ipsum quidem primum nihil patitur, vltimum verò patitur. Quæ enim eandem materiam non habent, ea citra passionem agunt, ceu medendi ars: hæc enim sanitatem efficit, & nihil ab eo patitur, quod sanari solet. At cibus dum agit, ipse quoque quippiam patitur: aut enim calefit, aut frigefit, aut aliud quippiam patitur, & simul agit. Est autem medendi ars, veluti principium, cibus verò vltimum, ac tangens. a *Quæcunque igitur actiua in materia formam non habent, ea pati nequeunt: quæcunque habent, queunt. Nos enim similiter propè dixerim omnes, oppositorum vtriusuis eãdem esse materiam, sicuti genus vnum dicimus. Atque quod calidum esse potest, id propius admoto præsentèque calefactiuo, incalescat necesse est. Idcirco, sicuti diximus, ex iis, quæ agendi vim habent, quædam pati non solent, quædam pati solent. Atque quomodo in motione res sese habet, sic & in actione. Nam vt illic quod primò mouet, motu expers est: ita & hic quod primò agit, pati nequit.* b *Nam causa, vt vnde principium motus existit, actiua est. Cuius autem gratia cætera fiunt, actiua nõ est. Quapropter sanitas ipsa non est actiua, nisi per translationem. Etenim cùm ea aliquo quidem agente adest, patiens sit quippiã. Sed cùm habitus ipsi adsunt, nihil præterea fit, sed iam est: formæ autem, atque fines, habitus quidam sunt. At materiæ vt materio, passiua est. Igitur ignis in materia calorẽ habet. Quod si calor separabile quippiam esset, is nimirum pareretur nihil. Sed fortassè fieri nequit, vt is separabilis sit. Quia si sint nonnulla eiusmodi, in eis profecto verum fuerit, quod dicimus. Quid igitur sit agere, ac pati, & quibus competat, & qua de causa, & quemadmodum hoc pacto sit definitum.*

Text. 54.

Text. 55.

maximè est in actu actionem edit: forma autem, & finis cùm iam adsunt, nihil præterea fit. Iam quod ageas non fit materialis causa, adeò planum censuit Aristoteles, vt id probare nihil opus esset; constat enim causalitatem agentis sitam esse in actione, materiã verò omnis actionis expertẽ esse, ideóque docet patiẽs, qua patiens, ad materialẽ causam reduci. Siquidem propterea quoque vnumquodque patitur, quia est in materia. Vnde si daretur calor extra materiam positus, nullam omnino subiret passionẽ. Sed fortassè, inquit, repugnat existere qualitatem extrà subiectum: etsi id auctores ideariũ concesserint. Substantiæ verò, quæ à materiæ concretione abiunctæ sunt, cum patiendi careant principio, haud quaquà repatiuntur. Notãda sunt hoc loco, quæ Aristoteles docuit de motione metaphorica causæ finalis. Qua de re in Physicis copiosè differimus.

Ideo vnumquodque patitur, quia est in materia. Vnde si daretur calor extra materiam positus, nullam stat.

Lib. 2. cap. 7. q. 20. & 21.

CAPITIS VIII. Explanatio.

a Quo autem pacto. Summã huius capitis, quod magis prolixum, quã vtile est, sic habeto.

Text. 56.

a Πῶς δὲ ἐνδέχεται τοῦτο συμβαίνειν, πάλιν λέγωμεν. b τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ πάσχειν ἅπασαν, διά τινων. πόρων εἰσιόντος τοῦ ποιοῦντος

Refellit Aristoteles veterum quorundam placita circa modum agendi, & patiendi.

Veterũ dogmata de ratione agendi, & patiendi.

Arbitrati sunt nonnulli, quodlibet agens dum actionem molitur, insinuare sese in rem patientem per meatus siue poros repletos tenuioribus corpusculis, quæ agenti subintranti locum darent. Alij idem ferme aiebant, hoc à superioribus dissidentes, quod existimarent eiusmodi meatus inanes esse. Hos potissimùm coarguit hoc loco Aristoteles. Priores, quia si eiusmodi pori referti sunt, eadem relinquitur difficultas, ac si

CAP. VIII.

Text. 56.

a *Quo autem pacto id euenire queat, dicamus rursum.* b *Quibusdam igitur pati quodque videtur agente per quosdam meatus, sese*

ac si non essent. Posteriores, quia vbi primùm meatus illos agens subierit, iam deinceps agere non valebit, quandoquidem, vt autumant, fenestræ illæ, & inania conceptacula ad agendũ requiruntur. Concludit tandem confugiendum ad contactum, quem ante explicuit: cumque possint corpora absque meatibus sese mutuò contingere, mane potiùs, ac fictitium esse, in iis rationem, modumque agendi collocare.

a Quibusdam igitur. Philosophorum opinionem de modo agendi, patiendique per meatus primùm in genere proponit: deinde particulatim edisserit. Exordiur autem à dogmate Empedoclis, qui aiebat cùm inter se concurrunt duo, corpora habentia

Opinio Empedoclis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bentia poros vtrinque commensuratos, hoc est tales, vt vtrumlibet per eos valeat permeare, quo pacto affecta sunt aqua, & vinum, tunc dari mistionē: cùm verò vnum alteri duntaxat commensuratum est, vt ignis comparatione ligni, cuius meatus penetrat, neque tamen à ligno penetrantur in tali euentu dari actionem, & passionem, non tamen mistionem: siquidem videmus ignem ligna vrere, non autem illis misceri.

Parmenidis & Melissi dogma. Eius probatio.

[c] *Vna autem ratione.* Pertractat secundam opinionem, quę fuit Democriti, & Leucippi. Hos verò ait conuenientiùs ad naturam locutos fuisse, quàm alios: qui ea dixerunt, quæ cum natura cohærere non possunt; vt Parmenides, & Melissus, qui affirmarunt omnia vnum esse, & immobile, ac continuum. Quod immobile esset, ita probabant, motus dari non potest, nisi sit vacuum; sed vacuum non est: ergo motus non est. Quod esset tantùm vnum ita ostendebant: multa esse non possunt, nisi sit aliquid ea segregans, ac diuidens: sed nihil tale esse potest, nisi detur vacuū: hoc autem non dari nequeunt ergo esse multa inuicem discreta, proindeque omnia vnū sunt. Quia verò posset quis occurrere dari multa corpora se tangentia, inter quæ nullum intercedit vacuum: solutionem refellebant aientes continuum, & se tangens nihil differre: proindeque adhuc ratum manere omnia esse vnum, idque immobile, & cōtinuum. Si quis item diceret continuum esse diuisibile in plures partes: atque adeò posse dari multa, nec omnia vnum esse. Id eis fictitium videbatur: propterea quod non sit maior ratio, cur continuum in vno puncto, quàm in alio diuidatur, & cur vna pars in vniuerso, interpositione vacui, maneat diuisa, quàm alia. Ita verò progressi hi philosophi contra sensus experientiam motum negarunt, simulque naturam, quæ illius principium, & causa est, demoliti sunt.

Qui motum, & naturam sustulerunt.

ποιοιῶτος ἑκάτε καὶ κυριωτάτε. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν ἡμᾶς φασι, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις αἰσθάνεσθαι πάσας. ἔτι δὲ ὁρᾶσθαι, διά τε ἀέρος καὶ ὕδατος, καὶ τῶν διαφανῶν, διὰ τὸ πόρους ἔχειν, ἀοράτους μὲν διὰ σμικρότητα, πυκνοὺς δὲ καὶ κατὰ εἶκον· καὶ μᾶλλον ἔχειν τὰ διαφανῆ μᾶλλον. οἱ μὲν οὖν ἐπί τινων ὕτως διώρισαν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὑ μόνον δεῖ τῶν ποιοιώτων καὶ τῶν παθητῶν, ἀλλὰ καὶ μίγνυσθαί φασιν, ὅσων οἱ πόροι σύμμετροι πρὸς ἀλλήλας εἰσίν. [c] ὁσῶν δ' μάλιστα καὶ ὅλων τῶν πάντων ἐν λόγῳ διωρίκασι Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος, ἀρχὴν ποιησάμενοι κατὰ φύσιν ἅπαν ἐσὶν ἀτόμους γὰρ εἶναι τὴν ἀρχαίων τὸ ὂν ἐξ ἀνάγκης ἐν εἶναι καὶ ἀκίνητον· τὸ μὲν γὰρ κενόν, εἶναι ὃν· κενὸν δ' οὐκ ἂν εἴη διώσασθαι, μὴ ὄντος τινὸς κενοῦ κεχωρισμένου. οὐδ' αὖ πολλὰ εἶναι μὴ ὄντος τοῦ διείργοντος. τοῦτο δ' ὑδὲν διαφέρειν, εἴτις οἴεται μὴ συνεχὲς εἶναι τὸ πᾶν, ἀλλ' ἀπῆσθαι διηρημένως, ἢ φάναι πολλὰ καὶ μὴ ἓν εἶναι καὶ κενόν· εἰ μὲν γὰρ πάντη διαιρετόν, οὐδὲν εἶναι· ὥστε οὐδὲ πολλά, ἀλλὰ κενὸν τὸ ὅλον· εἰ δ' ἔσται τῇ μὲν, τῇ δ' μή, συμπλασμένῳ τινὶ τοῦτο ἂν ἐοικέναι· μέχρι πόσου γὰρ καὶ διαιρετόν τί, τὸ μὲν ὕτως ἔχει τὸ ὅλον, καὶ πλῆρές ἐσι, τὸ δὲ διηρημένον. ἔτι δ' ὁμοίως φάναι ἀναγκαῖον μὴ εἶναι κίνησιν. ὁπ μὲν οὖν διὰ τούτων τῶν λόγων, ὑπερβάλλοντες τῷ ἀδήλῳ καὶ παραδόντες αὐτῷ, ὡς τῷ λόγῳ δέον ἀκολουθεῖν, εἶναί φασι τὸ πᾶν ἓν, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἄπειρον· ἔνιοι δὲ τὸ μὲν πέρας περαίνειν πρὸς τὸ κενόν. εἰ μὲν οὖν ὕτως, καὶ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ἀπιθανώτερος περὶ τῆς ἀληθείας. [d] ἔτι δὲ δεῖ μὲν τῷ λόγῳ δοκεῖ ταῦτα συμβαίνειν, ὅτι δὲ τῷ πράγματι μᾶλλα ἀδύνατόν ἐσι τὸ δοκάζειν ὕτως· ὑδένα γὰρ μαινομένων ἐξεσάναι τοσοῦτον, ὥστε τὸ πῦρ ἓν εἶναι δοκεῖν, καὶ τὸν κρύσταλλον· ἀλλὰ μόνον τὰ καλὰ καὶ τὰ φαινόμενα διὰ τὸ συνήθειαν, ταῦτα ἐνίοις διὰ μανίαν, οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν. [c] Λεύκιππος δ' ἔχειν φήσειν λόγους, οἵτινες πρὸς τὰ αἰσθησιν ὁμολογούμενα λέγοντες, τὴν ἀναιρεσιν

Text. 57. Text. 58. Text. 59. Text. 60.

sese intrudente, atque nos hoc pacto & videre, & audire, cæterisque alys sensibus sentire aiunt. Tum etiam per aërem & aquam, & ea, quæ perspecta atque translucida sunt, res ipsas videri; propterea quod meatus habeant inuisibiles quidem ob paruitatem, sed tamen frequentes, & serie quadam ac ordine dispositos: & magis, quæ magis perspicua, dilucidáque sunt. Quidam igitur quemadmodum & Empedocles hoc pacto in nonnullis definierunt, non solum in agentibus, patientibusque sed & ea misceri aiunt, quorum pori ac meatus commensibiles inter sese sunt. Text. 57. [c] *Vna autē ratione ac via maximè de omnibus definiere Leucippus, & Democritus: principium facientes, quod quidem secundum naturam est. Nonnullis enim ex veteribus id quod est, necessario esse vnum, atque immobile visum est: vacuum enim ipsum non esse. Nihil autem moueri posse, si vacuum separatū in ratione rerum non sit. Nec rursus esse multa, si ipsum non sit id,* Text. 58. *quod ea distinguat. Cæterum putare vniuersum ipsum non esse continuum, sed ea, quibus constat, diuisim sese tangere, idem profectò esse, atque ipsum multa, & non vnum esse, & vacuum dicere. Nam si omni ex parte diuisibile sit, nullum vnum esse, quare nec multa, sed vacuum, vniuersum: sint vero partim diuisibile sit, partim non diuisibile, hoc figmento cuidam esse persimile. Nam quatenus, quamque ob causam pars alia vniuersi hoc pacto sese haberet, plenáque esset, alia diuisa. Præterea sic esset necessarium motum non esse. Ob hasce igitur rationes nonnulli sensum prætereuntes, despicientésque quasi rationem sequi ducem oporteat, vniuersum ipsum, vnum & immobile, & infinitum esse asserunt. Nam alioqui (inquiunt) finis ad vacuum finiret. Quidam igitur ad hunc motum, & ob causas hasce, de ipsa veritate dixerunt.* Text. 59. [d] *Sed cum in rationibus hæc videantur euenire, in ipsis verò rebus minimè hoc pacto sentire insania persimile existit: nemo enim ex hisce, quos insania malè habet, à mente eousque discedit, vt ignem & glaciem, vnū esse putet: sed solum quæ bona, honestaque sunt, & quæ per consuetudinē talia esse apparent, ea quibusdam ob insaniam nihil differre videntur.* Text. 60. [c] *Leucippus verò rationes habere arbitratus est, quæ sensui consentanea dicentes, nec*

[d] *Sed cum in rationibus.* Parmenidem, & Melissum coarguit, quòd inanium rationū specie delusi, quæ apparent, quasi quodam plusquam insaniæ æstu abrepti, non viderint: quis enim & si mente captus sit, idē putet esse ignē, & glaciem, candorē, & nigredinem? Cùm neque insani de iis, quæ sensu vsurpant, tale ferant iudicium, quāuis interdum, quæ cum virtute & honestate cōiuncta sunt, & speciem boni, etiam propter consuetudinem præ se ferunt, quibusdam præamentia nihil à contrariis differre videantur. Lege, si placet, quæ de hoc Parmenidis & Melissi dogmate scripsimus primo libro Physicorum cap. 6. quæst. 1. art. 1. vbi illud à calumnia vindicauimus cum Simplicio ad textum sextum libri eiusdem, & Bessarione, secundo libro contra calumniatorem Platonis c. 3. Nec enim verisimile est homines philosophos adeò vecordes fuisse, vt reuera putarint omnia simpliciter vnum esse, quamuis id primo verborum aspectu indicarent. Qua de re Nicolaus Cusa in libro de filiatione Dei, Eugubinus lib. 3. de perenni Philosophia, Mirandula. lib. 6. de examine vanitatis.

Reprehēditur Parmenides, & Melissus.

[c] *Leucippus verò.* Leucippum multis à Parmenide dissentire, & ex parte conuenire ait. Differt, quia rationes attulit, quæ non negarēt ea, quæ sensui perspicua sunt: & neque ortum, & interitum rerum, neque motū, aut multitudinem sustulit. Discordat etiā, quia posuit corpuscula infinita, atque discreta inter se, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

per inane volitária, quorum coitione res generarentur, dissolutione interirent. Cõsecuit autem, quia asseruit sublato vacuo nullum fore motum, quem cum videret contra sensus experientiam negari nõ posse, vacuum in rerum naturã induxit.

Confertur Leucippi, & Empedoclis dogma.

[f] *Sed quemadmodum Empedocles.* Leucippi, & Empedoclis dogmata inter se confert, in primis quoad ea, quibus consentiunt. Vterque enim ait passionem effici per poros, sicuti alij quoque ex antiquis Philosophis asseruerunt. Volunt etiam interiectu vacui res dissolui, & interire, quia vna pars huc altera illuc fertur. Item accretionẽ fieri subingressu ato morum in meatus rei, quæ nutritur. Licet enim Empedocles corpuscula in sectilia non expresse posuerit: id tamen ex iis, quæ ab eo dicuntur, plane sequitur. Ponebat enim poros, quorum interuentu actio procederet, dum sese in illos insinuarent minutissimæ particulæ, quæ ab agente in passum exirent. Itaque, vt D. Thomas & Auerroes annotarunt, id tantùm discrimis inter vtramque opinionẽ est, quod Leucippus vacuum corporibus inserebat: ij verò id negabãt: sed meatus tenuissimis corpusculis refertos esse arbitrabantur. Ideoque subicit Aristoteles modos agendi, & patiendi apud illos ita fere, vt dixit, atque adeò fermè eodẽ pacto sese habere.

Text.61.

[e] *Et de hisce quidem.* Subicit discrepãtiam inter Leucippum, & Empedoclem. Nam Leucippo ex sua opinione facilius erit eorum, quæ apparent, causam rationemque reddere. Empedocli autem minus facile. Nec enim apparet quonam modo apud illũ constare queat generatio, corruptio, & alteratio in rebus physicis, præsertim omnibus. At Democritus, & Leucippus reddere possunt

Dissidiũ inter Leucippum, & Empedoclem.

ἀναιρήσεσιν, ἔτι γίνεσιν, ἔτι φθοράν, ἔτι κίνησιν, & τὸ πλῆθος τῶν ὄντων. ὁμολογήσας ἄν, ταῦτα μὲν τοῖς φαινομένοις, τοῖς δὲ τὸ ἓν καθεκάστοτε οὐκ ἔτι ἂν κίνησιν οὐδεμίαν ἄνευ κενοῦ, τὸ, τι κενὸν μὴ ὄν, & τῶν ὄντος οὐδὲν μὴ ὂν φησὶν εἶναι· τὸ γὰρ κυρίως ἐν παμπλήθεις ὄν· ἀλλ' εἶναι τὸ ταὐτόν, οὐχ ἕν, ἀλλ' ἄπειρα τὸ πλῆθος, & μέγαλα διὰ σμικρότητα τὴν ὄγκων. ταῦτα δ' ἐν τῷ κενῷ φερέσθαι· κενὸν γὰρ εἶναι καὶ σωμάτων μέν, φησὶν, ποιεῖν διαλυόμενα ἄν, φθορὰν· ποιεῖν δ' & πάσχειν, ἃ τυγχάνουσιν ἁπλόμενα, ταῦτα οὐκ ἓν εἶναι. & συνιόντα ἄν, & συμπλεκόμενα, γένεσιν· ἐκ ὧν τὰ κατ' ἀλήθειαν ἑνός, οὐκ ἂν γένοιτο πλῆθος, οὐδ' ἐκ τῶν ἀληθῶς πολλῶν ἕν, ἀλλ' οἷόν τε τοῦτ' ἀδύνατον· [f] ἀλλ' ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τῶν ἄλλων τινὲς φασι πάσχειν διὰ τῶν πόρων, οὕτω πάσχει ἁπλῶς, & πᾶν τὸ πάσχειν, τοῦτον γίνεσθαι τὸν τρόπον, διὰ τῶν κενῶν γιγνομένης τῆς διαλύσεως & τῆς φθορᾶς. ὁμοίως δὲ & τῆς αὐξήσεως, ὑπεισδυομένων στερεῶν. σχεδὸν δὲ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ ἀναγκαῖον λέγειν, ὥσπερ & Λεύκιππός φησιν· οἷόν τε γὰρ ἄτμα στερεὰ, διαιρίζειν ἄν, εἰ μὴ πάντη πόροι συνεχεῖς εἰσὶ· τοῦτο δ' ἀδύνατον· οὐδὲν γὰρ εἶναι ἕτερον στερεὸν παρὰ τοὺς πόρους, ἀλλὰ πᾶν κενὸν ἀνάγκη ἄρα, τὰ μὲν ἀπλόμενα οἷόν τε διαιρίζειν, τὰ δὲ μεταξὺ αὐτῶν κενὰ, ἃς ὀνομάζει πόρους. ὅτως δὲ καὶ Λεύκιππος λέγει ἆρα τε ποιεῖν καὶ πάσχειν. οἱ μὲν οὖν τρόποι καθ' οὓς τὰ μὲν ποιεῖ, τὰ δὲ πάσχει, σχεδὸν εἴρηνται. [e] καὶ περὶ μὲν τούτων, & πῶς λέγουσι, δῆλον· ἐκ ὧν εἰς τὰς αὐτῶν δόξεις ἄν τις ἀνενέγκαι σχεδὸν ὁμολογουμένως φαίνεται συμβαῖνον. τοῖς δ' ἄλλοις οὐδὲν, οἷον Ἐμπεδοκλεῖ τίνα τρόπον ἔσται γένεσις, καὶ φθορὰ, & ἀλλοίωσις, οὐ δῆλον· τοῖς μὲν γὰρ ἔστιν ἀδιαίρετα τὰ πρῶτα τῶν σωμάτων, σχήμασι διαφέροντα μόνον· ἐξ ὧν πρώτων συνίσταται, & εἰς ἃ ἐσχάτα διαλύεται. Ἐμπεδοκλεῖ δ', τὰ μὲν ἄλλα φανερόν, ὅτι μέχρι τῶν στοιχείων ἔχει τὴν γένεσιν, καὶ τὴν φθορὰν· αὐτῶν δ' τούτων, πῶς ἔσται & φθείρεται τὰ σαρκόμορφα μέχρι τίνος, οὐ δῆλον, οὔτε ἐνδέχεται λέγειν αὖπαλ, μὴ λέγοντι καὶ τὸ πυρὸς εἶναι στοιχεῖον. [h] ὁμοίως δ' καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὥσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραφε Πλάτων· τοῦτον γὰρ διαφέρει

Text.62.

Text.63.

generationem, nec corruptionem, nec motum, nec entium pluralitatem è medio tollant. Consentanee autem hisce, quæ apparent, hæc quidem locutur. Illis verò, qui ipsum vnum conficiunt, quia sine vacuo non sit motus, & vacuum esse non ens, & eius, quod est, nihil non ens esse ait: quod enim propriè est, plenum esse. Sed quod est eiusmodi, non vnum esse, sed numero infinita, & indiuisibilia ob molis paruitatem. Atque hæc in vacuo ferri: vacuũ enim esse. Item cum coalescunt, coëuntque generationem; cum dissoluuntur, corruptionẽ efficere. Atque agere, & pati, quatenus sese tangunt: nam eatenus non

Text.61. *vnum esse. Et generare cùm componuntur, complicanturque. Et ex eo, quod verè vnum est, non gigni multitudinem, nec ex hisce, quæ verè multa sunt, vnum; sed hoc esse impossibile.* [f] *Sed quemadmodum Empedocles, & quidam alij aiunt, per meatus pati, sic omnem alterationem, passionemque hoc fieri modo: cùm per vacuum fiat dissolutio, & corruptio: similiter autem & accretio, intro subeuntibus solidis. Verè autem perinde dicat Empedocles,*

Text.62. *atque Leucippus ait, est necesse esse, inquam, solida, quædam, caterum indiuisibilia, nisi meatus omnis ex parte continui: quod sanè fieri nequit. Nam solidum, nihil aliud præter pores sed totum vacuum esset. Quæ igitur sese tangunt indiuisibilia esse, & quæ inter hæc media sunt vacua, quos ille poros, meatusque appellat est necesse. Ad hunc modum Leucippus de actione & passione dicit. Modi igitur, quibus alia agunt, alia patiuntur, hi ferè dicuntur, & de hisce quidem, & quo pacto dicant, perspicuum est. Et ad positiones, quibus ipsi vtuntur, ferè consentaneè accidere videtur; cæteris autem minus: verbi gratia, Empedocli qualiter generatio, corruptio, & alteratio fiant, nequaquam liquet. Nam his prima corpora indiuisibilia sunt, figura tantum inter se discrepantia, ex quibus prima entia componuntur, & in quæ vltima dissoluũ*

Text.63. *solent. Empedocli verò cætera, quidem, vt patet, vsque ad elementa ipsa, generationem habent, atque corruptionem. At horum ipsorum accretio, congeriesque magnitudo quo pacto oriatur, ac intereat, neque perspicuum est, neque fieri potest, vt ipse dicat, nisi & ipsius ignis elementum esse dixerit.* [h] *Similiter & aliorum omnium, vt Plato in Timæo scripsit. Tantum enim abest,*

possunt causam generationis, & corruptionis non mistorum tantùm; sed quatuor etiam elementorum ex corporibus insectilibus, quia apud hos tam mistorũ, quàm simplicium corporum diuersitas oritur ex varietate atomorum, positu, ordine, forma, & figura inter se differentiũ. Empedocles autem esto rationem, afferat generationis, & corruptionis mistorum, quæ censuit generari ex elementis: quo tamẽ pacto elementa ipsa generationem subeant, cùm non habeant elementa alia, ex quibus fiant declarare in opinione sua non potest.

Confertur sententia Leucippi, & Platonis.

[h] *Similiter & aliorũ.* Comparat inter se Leucippi, & Platonis opinionem primùm quoad ea, in quibus conueniunt: quia nimirum vterque ex sua affectione potest causam reddere eorum, quæ gignuntur, & intereunt, & vterque corpuscula indiuidua posuit. Est tamen inter eos dissidiũ, quia Leucippus aiebat illa sua indiuisibilia esse corpora solida: Plato autem esse non quidem corpora, sed superficies. Secũdò, quia figuræ corporum insectilium, quibus vnum quodque corpus terminatur, & circũscribitur, sunt apud Leucippum infinitæ: apud Platonem verò finitæ. Tertiò, quia cùm vterque afferat generationẽ, & interitũ effici per coitionem, & secretionem atomorum iuxta placitũ Leucippi: duo enim modi, quibus actio & passio peragantur, nempe contactus, & vacui interiectio: iuxta Platonẽ verò vnus tantùm, nimirum

Disputat cõtra Leucippum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contactus. Nam vacuum ille non posuit. Ac de indiuiduis superficiebus ait se alibi disserisse, vt in tertio de cœlo: quæ autē de indiuiduis corporibus fusè disputari possent, hoc loco præterire, nec aliud se velle facere, quàm incommoda, quæ quod ad rem præsentem attinet, ex illis sequuntur, sub aspectum ponere.

[1] *Vt autem paululū.* Primum argumentum contra Leucippum ita se habet. Ex illius dictis sequitur insectilia corpuscula, nec pati posse, neque agere, atque ità nihil è frigido calidum, è molli durum, aut è conuerso posse fieri: hoc autem sensui repugnat: igitur sententia Leucippi absurda est. Consecutio probatur, quia, vt ille vult, nihil patitur nisi per vacuū: hoc autē non inuenitur in corpusculis insectilibus, quæ solida sunt, vt ipse fatetur. Non ergo eiusmodi corpuscula pati possunt, atque adeò neque agere, cùm desit, per quod se ad agendum insinuent.

[k] *Atqui hoc absurdum est.* Nunc oppositum eius, quod proximatione concluserat, ostendit, videlicet indiuisibilia corpora necessariò in se mutuò agere: quo probatum manebit ex opinione, quam confutat, sequi pugnantia. Argumentatur ergo in hunc modum. Corpora indiuisibilia, quæ sunt figuræ circulares, sunt calida, vt ad-

ἀδιαίρετα. ἢ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον λέγων, ὅτι ὁ μὲν στερεὰ, ὁ δ' ἐπιπέδα λέγει τὰ ἀδιαίρετα. καὶ ὁ μὲν ἀπείρους ὡρίσθαι σχήμασι τὴν ἀδιαιρίτων στερεῶν ἕκαστον, ὁ δ' ὡρισμένους· ἐπεὶ ἀδιαίρετά γε ἀμφότεροι λέγουσι, καὶ ὡρισμένα σχήματα. ἐκ δὲ τούτων αἱ γλίσεις καὶ διαχείσεις, Λεύκιππῳ μὲν δύο τρόποι ἂν εἶεν, διά τε τοῦ κενοῦ, καὶ διὰ τοῦ ἁφῆς· ταύτη γὰρ διαιρετὸν ἕκαστον. Πλάτωνι δὲ, κατὰ τὸν ἀφὴν μόνον· κενὸν γὰρ οὐκ εἶναί φησι. καὶ τοῖς μὲν τὰ ἀδιαιρίτων ἐπιπέδων εἰρήκαμεν ἐν τοῖς πρότερον λόγοις· τοῖς δὲ τὰ ἀδιαιρίτων στερεῶν, τὸ μὲν ὅπη πλέον διωρῆσαι τὸ συμβαῖνον, ἀφείσθω τανῦν,[1] ὡς δὲ μικρὸν παρεκβᾶσαν, εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ἁπαθές τι ἕκαστον λέγειν τὰ ἀδιαίρετα· ἃ γὰρ οἷόν τε πάσχειν, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ κενοῦ, καὶ μηδενὸς ποιητικὸν πάθους· ἅτε γὰρ σκληρὸν, ἅτε ψυχρὸν οἷόν τ' εἶναι). [k] καίτοί γε τοῦτο ἄτοπον τὸ μόνον ἀποδοῦναι τῷ ἀδιαιρέτῳ σχήματι τὸ θερμόν· ἀνάγκη γὰρ καὶ τοὐναντίον, καὶ τὸ ψυχρὸν ἄλλῳ τινὶ προσήκειν τῶν σχημάτων. ἄτοπον δὲ, κἂν εἰ ταῦτα μὴ ὑπάρχει. λέγω δὲ θερμότητα καὶ ψυχρότητα, βαρύτητά τε καὶ κουφότητα, καὶ σκληρότητα καὶ μαλακότητα μὴ ὑπάρξει. καίτοι βαρύτερόν γε καὶ ὑπερέχειν φησὶν [1] Δημόκριτος ἕκαστον τῶν ἀδιαιρίτων. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ θερμότερον. ταῦτα δὲ δοκεῖ μὴ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων, ἀδύνατον· οὐδὲ ὑπὸ τοῦ πολὺ ὑπερβάλλοντος θερμοῦ, τὸ ἧττον θερμὸν ἥδη πάσχειν τι λέγειν· τὸ γὰρ ὑπερβάλλοντος μαλακόν. ἀλλὰ μὴν εἰ σκληρὸν, καὶ μαλακόν. τὸ δὲ μαλακὸν ἥδη πάσχειν τι λέγειν· τὸ γὰρ ὑπερβάλλοντος μαλακόν. ἀλλὰ μὴν εἰ μηδὲν ὑπάρχει, ἀλλ' ἢ μόνον σχῆμα· καὶ εἰ ὑπάρχει, ἓν δὲ μόνον, δῆλον ὅτι τὸ μὲν ψυχρὸν, τὸ δὲ θερμόν· ἥδη γὰρ ἂν μία τις εἴη ἡ φύσις αὐτῶν. ὁμοίως δὲ ἀδύνατον καὶ εἰ πλείω τῶν ἑνὶ ἀδιαιρέτου γὰρ ὄντος ἐν τῷ αὐτῷ ἕξει τὰ πάθη· ὥστε καὶ ἐὰν πάσχῃ ἑκάτερα, ταύτῃ τοι καὶ ἄλλο τι ποιοῖ, ἢ καὶ πείσεται. ἢ αὐτὸν τὸν τρόπον καὶ ὅτι τῶν ἄλλων παθημάτων· [1] τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς στερεὰ καὶ τοῖς ἐπιπέδα λέγουσιν ἀδιαίρετα, συμβαίνει τὸν αὐτὸν τρόπον· ἅτε γὰρ μανότερα, ἅτε πυκνότερα εἶόν τε γίνεσθαι, κενὸν μὴ ὄντος ἐν τοῖς ἀδιαιρίτοις. [m] ἔτι δὲ ἄτοπον καὶ τὸ μικρὰ μὲν ἀδιαίρετα εἶναι, μεγάλα δὲ μή· οὐ μὲν γὰρ

Text.64.

Text.65.

Text.66.

Text.67.

Text.68.

Text.69.

Text.70.

Si detur vnū contrarium, alterū quoque dari necesse est.

uersarij fatentur: oportet ergo aliud alterius figuræ esse frigidum: quia si vnum contrariorum in natura detur, alterum quoque dari necesse est: at si existat calidum & frigidum, pari modo existet etiam graue & leue: durū, & molle: sed contraria agunt in se mutuò, vt calidū in frigidum, imò & calidū intensius in id, quod minus intensum est: non est ergo negandū inter corpora indiuisibilia dari reciprocā actionem.

[1] *Siquidem*

abest, vt eo, quo Leucippus modo dicat, quod hic solida, ille plana esse indiuisibilia; & hic infinitis figuris, ille finitis, indiuisibile quoque definiri asserit: quandoquidem indiuisibilia vtrique & figuris definita dicunt. Ex his itaque generationes, & segregationes fiunt. Nam Leucippo quidē duo modi esse possunt, & per vacuum & per tactum. Hac enim ratione diuisibile quodque existit. Platoni verò duntaxat per tactum: nam vacuum non esse inquit. Et de planis quidem indiuisibilibus in hisce, quæ prius dicta sunt, diximus; de solidis verò itidem indiuisibilibus, quod præterea considerari potest, in præsentia omittatur. [1] *Vt autem paululum digredientes dicamus, quodque eorum, quæ indiuisibilia sunt: impatibile esse (non enim fieri potest, vt quidquam patiatur nisi per vacuum) nullamque passionem efficere (nam vacuum neque diurnum, neque frigidum esse potest) necesse est.* [k] *Atqui hoc absurdum est, solum, inquam, rotundæ figuræ calorem tribuere: necesse enim est & contrarium frigus scilicet, alicui aly competere figuræ. Absurdum etiam est si hæc quidem, caliditas, inquam, & frigiditas insint, pondus autem, ac leuitas, & duritia, mollitudóque non insint. Atqui Democritus indiuisibilium quoque per excessionem grauius esse asserit: quare, vt patet, & calidius. At fieri non potest, vt quæ talia sunt, mutuò à sese non patiantur; ceu à calore admodum exuperante, id quod lentè calidum est. At verò si durum, & molle. Molle autem dicitur: quia pati quippiam soleat; quod enim cedit, molle est. At verò & absurdum quoque fuerit, si nihil nisi figura solum insit. Item, si quid insit, sed vnum solum, vt si hoc durum sit, illud calidum: neque enim eorum natura, vna aliqua esse potest. Pari modo impossibile fuerit, & si plura vnā insint: nam cùm sit indiuisibile, in eodem affectus habebit. Quare si patitur, quatenus frigefit, eatenus nimirum & aliud quippiam ager, aut etiam patietur. Ad hunc autem modum, de cæteris quoque passionibus est dicendum.* [1] *Si quidem hoc ipsum eodem modo accidit, tam iis, qui solida, quam qui plana esse indiuisibilia dicunt. Nam si vacuum in hisce, quæ indiuisibilia sunt, non insit, neque rariora, neque densiora fieri possunt.* [m] *At hæc illud quoque præter rationem existit, parua inquam esse indiuisibilia, magna verò minimè. Nunc enim*

[1] *Siquidem hoc ipsum.* Reprehensionis aculeos in Platonem conuertit, quòd ex illius dogmate idem absurdum sequatur, atque ex placito Democriti. Námque apud illos non potest aliquid effici rarius, aut densius nisi interiectu vacui, quod cum dari negent, non erit in corporibus rarum & densum, & ex consequenti nec aliæ qualitates; quandoquidem hæ ex parte materiæ primæ sunt, quibus sublatis, aliæ funditus ruēt: atque adeò omnis actio, passióque tolletur. Ita D. Thomas hunc locū interpretatur. *Insectatur Platonem.*

[m] *Ad hæc id quoque.* Aliud proponit argumētum aduersus Democritum. Aiebat enim sua illa corpuscula ob exiguitatem insectilia esse. Id ex eo oppugnat, quia magnum & paruū eiusdem sunt generis, & vtrúque naturam quantitatis sequitur. Quare si paruis ineſt esse omnino indiuisibilia, idem etiam & magnis competet. Vt verò deceptionis Democriti causam prodat, bifariam inquit Aristoteles sumi indiuisibile. Vno modo pro eo, quod difficilè diuidi potest; altero pro eo, quod neutiquam potest diuidi. Docet ergo non esse alienum à ratione affirmare parua difficilè posse diuidi; quia dissoluentis manū effugiūt: facere verò illa omnis diuisionis expertia, absurdū esse: cum omnis quātitas diuidua sit, alioqui extēsa non esset. Itaque perperā Democritus ex difficultate diuidendi, impossibilitatem collegit. *Indiuisibilia bifariā sumē.*

[n] *In*

Universidad de Deusto
Biblioteca

μᾶλλον γὰρ ἄλλο τὰ μείζω θραύεται μᾶλλον τῶν μικρῶν· τὰ μὲν γὰρ διαλύεται ῥᾳδίως, ἂν τὰ μεγάλα· προσπίπτει γὰρ πολλοῖς· τὰ δ' ἀδιαίρετα ὅλως, ἔχει τί μᾶλλον ὑπάρχει τῶν μεγάλων ἢ τῶν μικρῶν;

Text.71. ⁿ ἔτι δ' ἕκαστον μίᾳ πάντων ἁφῇ ὁμοίων τῶν στερεῶν, ἢ διαφορὰ ἕκαστα τῶν ἑτέρων; ὥσπερ ἂν εἰ τὰ μὲν εἴη πύρινα, τὰ δὲ γήϊνα ἢ ὀξύ· εἰ μὲν γὰρ μία φύσις ἔσται πάντων, τί τὸ χωρίσαν; ἢ διὰ τί οὐ γίγνεται ἀψάμβια ἂν, ὥσπερ ὕδωρ ὑδάτου θίγῃ; οὐδὲν γὰρ διαφορᾷ τὸ ὕστερον ἢ πρότερον. εἰ δ' ἕτερα, ποῖα ταῦτα; καὶ ὅλως ὡς ταῦτα θετέον ἀρχὰς καὶ αἰτίας τῶν συμβαινόντων μᾶλλον, ἢ τὰ σχήματα.

Text.72. ᵒ ἔτι δ' διαφέροντα πῶς φύσιν, καὶ ποιεῖ, καὶ πάσχῃ διαλήσονται ἀλλήλων; Text.73. ἢ τί δεῖ, τί τὸ κινοῦν; εἰ μὲν γὰρ ἕτερον, παθητικὸν· εἰ δ' αὐτὸ αὑτὸ ἕκαστον, Text.74. ἢ διαιρετὸν ἔσται κατ' ἄλλο μὲν κινοῦν, κατ' ἄλλο δὲ κινούμενον, ἢ κῇ ταὐτὸ τἀναντία ὑπάρξει· καὶ ἡ ὕλη οὐ μόνον ἀριθμῷ ἔσται μία, ἀλλὰ καὶ δυνάμει.

Text.75. ᵖ ἔοικε μὲν οὖν διὰ τὴν τῶν πόρων κινήσεως φάσι τὰ πάθη συμβαίνειν, εἰ μὴ ἔστι πεπληρωμένων τῶν πόρων, περίεργον οἱ πόροι· εἰ γὰρ ταύτῃ πᾶσχῃ τὸ πᾶν, κἂν μὴ πόρους ἔχον, ἀλλ' αὐτὸ συνεχὲς ὄν, πάσχοι τὸν αὐτὸν τρόπον. ἔτι δ', πῶς ἐνδέχεται εἶναι πόρον; Text.76. διορᾶν συμβαίνειν οὓς λέγουσιν; ἅτε γὰρ κῇ ταῖς ἁφαῖς ἐνδέχεται διεῖναι διὰ τῶν διαφανῶν· ἅτε διὰ τῶν πόρων, εἰ πλήρης ἕκαστον· τί γὰρ διείσῃ ἢ μὴ πόρους ἔχειν; κἂν γὰρ ὁμοίως ἔχωσι πλῆρες. ἀλλὰ μὴν εἰ κἀκεῖνα μὲν ταῦτα, ἀνάγκη δὲ σώματα τὰ αὐτοῖς ἔχειν, ταὐτὸ συμβήσεται πάλιν. εἰ δὲ τηλικοῦτο τὸ μέγεθος, ὥστε μὴ δέχεσθαι σῶμα μηδέν, γελοῖον, τὸ μικρὸν μὴ οἴεσθαι κενὸν εἶναι, μέγα δὲ μή, μηδ' ὀπηλικονοῦν· ἢ τὸ κενὸν ἄλλό τι οἴεσθαι λέγειν, πλὴν χώραν σώματος. ὥστε δῆλον ὅτι παντὶ σώματι τὸν ὅλον εἶναι χώραν κενήν. ᵗ ὅλως δὲ τὸ πόρους ποιεῖν, περιεργον· εἰ μὲν γὰρ μηδὲν ποιεῖν κοινὸν πρὸς ἄλλο, οὐδὲ διὰ τῶν πόρων ποιήσει διιόν· εἰ δὲ πρὸς ἄπειθαι, κἂν μὴ πόρων ὄντων, τὰ μὲν ποιήσεται, τὰ δὲ ποιήσει, τῶν πρὸς ἄλληλα τοῦτον τὸν τρόπον ὑπαρχόντων. ὅτι μὲν οὖν ὅπως τοὺς πόρους λέγειν, ὡς τινες ὑπέλαμβανον, ἢ ῥᾴδιον, ἢ μάταιον, φανερὸν ἐκ τούτων ἐστί. διαιρετῶν δ' ὄντων πάντῃ τῶν σωμάτων, πόρους ποιεῖν, γελοῖον· ἢ γὰρ διαιρετὰ, δύναται χωρίζεσθαι.

ΚΕΦ.

Oppugnat Democritū.

ⁿ *Insuper vtrum illorum.* Alio argumento indiuidua corpuscula è natura rerum abigere conatur. Nam vel ea differunt essentia, & natura, vt aqua, & ignis: vel sunt eiusdem speciei, soloque numero distinguūtur. Si detur posterius, tribuenda causa est, quæ illa eo pacto secuerit, vt sese nō tangāt, neque in vnū coeant, vt eiusdē aquæ, aut ignis particulæ in quibus prior à priori natura non differt. Quod si detur prius, & atomi diuersas naturas sortiātur: potius ex naturæ cōstituendæ erūt principia, & causæ rerū, quæ ex atomis fiunt, quā atomorū figuræ, quas Democritus principia fecit.

ᵖ *Præterea si natura.* Appendix est superioris argumēti. Si, inquit atomi natura inter se distinguūtur: vtique in se mutuò agere, ac pati etiam poterūt, cum sibi inuicē appropinquarint, quod tamē negat Democritus.

ᵍ *Præterea quidnam est.* Persequitur Democriti oppugnationē, cum, inquit, atomi aggregantur: vel à se vel ab alio, atque externa vi mouentur. Si ab alio, iam ex se patibiles sunt contra Democritum: si à se, oportet ergo dari in iis partem vnā, quæ moueat, aliam, quæ moueatur: atque ita atomi diuiduæ erunt: nisi quis dicat in vna, eademque parte posse contraria inueniri, vt mouere, & moueri. Quod si quis respondeat contraria posse ineſſe vni subiecto, quod sit idem re, sed potentia & ratione differat. Occurrit ex proposito argumento sequi contraria reperiri in subiecto, quod non re tātum, sed ratione quoque idem omnino sit: quandoquidem atomi in sententia Democriti, cum indiuiduæ omnino sint, non constant partibus diuersis, quarum vna agere, altera pati posse

Confutatio responsionis.

Quare

enim haud sine ratione, quæ minuscula sunt facilius, quàm quæ parua, frangi solent: hæc enim, magna scilicet, facilè dissoluuntur, quippe quæ in multa impingant. Sed quæ prorsus indiuisibilia existunt, cur paruis potiùs, quàm magnis competunt?

Text.71. ⁿ *Insuper vtrum illorum omnium solidorum vna sit natura, an inter se differant, perinde atque si mole alia ignea, alia terrea essent. Nam si vna sit omnium natura quidnam id est, quod ea distinxit, separauitq;? Aut cur cùm sese tangūt, non in vnum coalescunt, haud secus quàm aqua, cùm aquam tangit? Nihil enim posteriùs à priori differt: sint verò diuersa, qualia nam hæc sunt? Atque perspicuum est ea potius, quàm figuras ipsas, poni oporte-*

Text.72. *re principia, causasq; eorum, quæ eueniunt.* ᵒ *Præterea si natura differant, & agent, & patientur,*

Text.73. *cùm mutuò sese tangent.* ᵖ *Præterea quidnam est id, quod mouet? Nam si aliud sit, affectioni erunt*

Text.74. *obnoxia. Sin verò quodque sese moueat, aut erit diuisibile, ita, vt altera parte moueat, altera moueatur, aut in eodem inerunt contraria, & materies*

Text.75. *non modò numero vna, sed & potentia, erit.* ᵠ *Qui igitur ob meatuum motionem passiones accidere inquiunt, si oppletis quoq; meatibus id euenire dicant, meatus superuacanei sunt. Nam si passio ad-*

Text.76. *hunc fiat modum, vniuersum ipsum, etiamsi foramina non habeat, sed continuum sit, eodem pati modo potest. Insuper, qui fieri potest, vt transpiciatur, vti aiunt? Nam neque secundum tactum per perspicua transitio fieri potest: neque per meatus, si singuli pleni sint. Quid enim meatus habere, an nō referri? totum enim similiter erit plenum. At verò si & hæc quidem vacua sint, sed corpora in se necessariò habeant, idem rursùm accidet. Quod si magnitudine tantilla sint, vt nullum corpus admittere queant, putare quod paruum est, vacuum esse, quod magnum, non vacuum, ne quantulumcumque quidem, aut dicere sese putare vacuū esse quippiam aliud, præter corporis locum, ridiculum est. Quare, vt patet, vacuū omni corpori mole æquabile erit.* ʳ *In summa, meatus facere, superuacaneum. Nam si per tactum agat nihil; neque per meatus sese insinuando aget. Sin verò quippiam ex eo agat, quia tangit, etiam si meatus nulli sint, eorum quæ inter se agere, ac pati nata sunt, alia agent, alia patientur. Perinde igitur meatus attribuere, vt quidam existimant, aut falsum esse, aut certè vanum, ex hisce constat. Porrò cùm corpora omni ex parte diuisibilia sint, meatus facere ridiculum existit: nam quo diuisibilia sunt, hoc separari queunt.*

Actionem & passionem non fieri per ingressū atomorum.

ʳ *In summa meatus.* Cōcludit superuacaneos esse meatus ad agēdum. Nam vel actio fit per solum contactum, vel non fit. Si fit, non igitur pori necessarij sunt. Si non fit: ergo quamuis agens poros subintret, non ideirco aget: quia ingredi non est agere, sed rem applicari, vt agat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITIS NONI EXPLANATIO.

Sententia Aristotelis de ratione agendi & patiendi.

[a] *Quonam autem modo.* Posteaquam improbauit quæ minus verè de ratione agendi, & patiendi ab aliis prodita sunt: nunc suam ea de re sententiam aperit: docetque id agere, quod, quatenus tale, actu est: id pati, quod, qua tale, est in potentia: verbi gratia, id calefacere, quod est actu calidum, seu calefactium; id calefieri, quod habet potentiam, siue aptitudinem ad recipiendum calorem. Modum verò agendi esse per contactū, siue immediatum, siue mediatum; vt progressu dicendū erit. Monet autem passionē non fieri ita, vt passum secundum alias partes, nempe solidas, nihil patiatur; secundum alias, nimirum potosas, actionem recipiat. Potest enim secundum se totum pati: quia vt totum agens potest esse in actu ad agendū, ita & patiens poterit totum esse in potentia ad recipiendam agentis impressionem. Quod patet in igni, & aqua illi congruenter applicata: siquidem & totus ignis calidus est, & tota aqua aptitudinem habet, vt ab eo calefiat.

Quo sensu dicat Aristoteles cōtinua non posse in se mutuò agere.

[b] *Continuum igitur quodque.* Docet quando vna pars est continua alteri, non posse in se mutuò agere. Quod intellige non de qualibet continuitate quantitatis, sed de ea, quam comitatur similitudo affectuum, ita vt non solùm vtriusque partis extrema vnū sint, sed ambæ in eadem specie qualitate, eiusque gradu conueniant. Licet enim Mathematico more continuentur: si tamen altera calida sit, altera frigida: vel altera plus, altera minus caloris, aut frigoris in se habeat: poterit inter eas dari reciproca actio, vt videre est in partibus eiusdem animantis, quæ cum inter se continuentur, inuicem agunt, & patiuntur.

[c] *Similiter & ea.* Inter cæteras conditiones ad agendum necessarias, vna est, vt agens, & patiens sint in debita distantia. Nam cùm agentia naturalia virtutem certis limitibus definitam sortiantur, oportet vt id, quod ab ipsis pati debet intra sphæram

ΚΕΦ. Θ.

[a] ΠΟΝΑ δὲ τρόπον ὑπάρχῃ τοῖς ἔσι γίνεσθαι, καὶ ποιεῖν, καὶ πάσχειν, λέγωμεν, λαβόντες ἀρχὴν τῶν πολλάκις εἰρημένων· εἰ γὰρ ὅτι τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δ' ἐντελεχείᾳ ἕτερόν ἐστιν· οἷον ψυχὴ δ' ἐν τῇ μέν, τῷ ἐν πάσχειν, ἀλλὰ πάντῃ καθ' ἕξιν ὅτι τοιοῦτον· ἧττον δὲ καὶ μᾶλλον ἢ τοιοῦτον μᾶλλον ὅτι καὶ ἧττον· καὶ τοῦτῃ πορεύσεται ἄν τις λέγων μᾶλλον, καθάπερ ἐν τοῖς μεταλλομένοις διῃρῆσθαι τὴν παθητικὴν φλέβες συνεχεῖς· [b] συμφυὲς μὲν οὖν ἕκαστον καὶ ἓν ἐν ἀπαθές. [c] ὁμοίως δὴ καὶ μὴ θιγγάνοντε, μήτε αὑτῷ, μήτ' ἄλλῳ, ἃ ποιεῖν πέφυκε καὶ πάσχειν· λέγω δ', οἷ' ἐμόνον ἀπορήσομεν θερμαίνει τὸ πῦρ, ἀλλὰ κἂν ἀπόθεν ᾖ· τὸν μὲν δὴ ἀέρα τὸ πῦρ, ὁ δ' ἀὴρ τὸ σῶμα θερμαίνει, πέφυκεν ποιεῖν καὶ πάσχειν. [d] τὸ δὴ τῇ μὲν οἴεσθαι πάσχειν, τῇ δὲ μὴ διοριστέον ἐν ἀρχῇ τοῦτο λεκτέον· εἰ μὲν γὰρ μὴ πάντῃ διαιρετὸν τὸ μέγεθος, ἀλλ' ἔστι σῶμα ἀδιαίρετον, ἢ πλάτος, κἂν εἴη πάντῃ παθητικὸν, ἀλλ' οὐδὲ συνεχὲς οὐδέν· εἰ δὲ τοῦτο ψεῦδος, καὶ πᾶν σῶμα διαιρετὸν, οὐδὲν διαφέρει διῃρῆσθαι μέν, ἅπτεσθαι δὲ, ἢ διαιρετὸν εἶναι· εἰ γὰρ διῃρεῖσθαι δυνατὰ καὶ τὰς ἁφὰς, ὥσπερ φασί τινες, κἂν μήπω ᾖ διῃρημένον, ἔσται διῃρημένον· δυνατὸν γὰρ διαιρεθῆναι· ἧς γὰρ οὐδὲν ἀδύνατον. [e] ὅλως δὲ τὸ τοῦτον ἢ τρόπον γίνεσθαι χωριζομένων τῶν σωμάτων, ἄτοπον· ἀναιρεῖ γὰρ ὁ λόγος ἅπτεσθαι ἀλλοίωσιν· ὁρίζει δὲ τὸ αὐτὸ σῶμα συνεχὲς ὄν, ὅτε μὲν ὑγρὸν, ὅτε δὲ πιπτικὸς, ὁ διαιρετὸς καὶ συνθετὸς τοῦτο παθὸν, οὐδὲ προσῆ ἕξις, καθάπερ λέγει Δημόκριτος· ὅτε γὰρ μεταλαχεῖν, ὅτε μεταθεῖναι, ὅτε μεταβαλεῖν τὴν φύσιν, πιπτικὸς ἐξ ὑγροῦ γίγνεται· οὐδὲ νῦν ὑπάρχειν τὰ σκληρὰ καὶ πιπτικὰ, ἀδιαίρετα τοὺς ὄγκους· ἀλλ' ὁμοίως ἅπαν ὑγρόν. ὅτε δὲ σκληρὸν, καὶ πιπτικὸς ἔστιν.

Text.77.

Text.78.

Text.79.

Text.80.

ἔτι

ram suæ actiuitatis, quæ determinata est, continuum naturaliter definiunt. Quare id, quod primò & immediatè agit in aliud, immediatum illi erit, ipsumque tanget: quod verò agit interuentu alterius, ei, in quod proximè agit, immediatè cohærebit: & huius interuētu id, quod diffitum est, tanget. Patet hoc in igni, qui lebetem attingit, ipsúmque immediatè calefacit, per illum verò aquā lebeti contiguam.

[a] *At fieri posse.* Ostēdit non oportere, vt patiens secundum vnā partem actionem admittat, secundum aliam non. Etenim si poneremus corpus, & magnitudinem non vbique diuisibilem esse; sed constare ex insectilibus corpusculis, vt asseruit Democritus; vel ex indiuiduis superficiebus, vt Plato docuit: tunc verum id quidem esset: quandoquidem indiuisibilia inter se coëntia neque faciunt maius, neque continuum, aut extēsum: quale esse oportet id, quod aliud corpus tāgit, & ab eo passionem recipit. Verùm cum res multò aliter se habeat, & horum philosophorū sententiæ à veritate deflexerint, non est cur negemus posse totum corpus ab alio pati. Quin verò nec si ad passionem diceretur necessaria partium diuisio; id de diuisione ad actum perducta intelligi deberet. Sat enim est posse continuum in plura secari.

Indiuidua superficies Platonis.

[b] *Omnino autē.* Probat eam sententiam, quæ asserit actionem, & passionem fieri dum corpuscula meatus subintrant, diuisione secretionéque partium, neque alterationem, neque accretionem tueri, immo eas è medio tollere. Videmus enim idem corpus certa continuitate, partibusque sibi mutuò cohærentibus, nunc humectari, nunc

CAP. IX.

Text.77. [a] QVONAM *autē modo ea, quæ sunt, generent, agantque, ac patiantur, sumpto initio sæpè iam dicto, declaremus oportet. Si enim aliud potentia, aliud actu tale est, atque natum est non partim pati, partim non pati; sed vniuersim quatenus est tale, magis autem & minùs, quatenus magis & minus tale est: sic profectò melius quispiam meatus ineſſe dicet, sicut in metallicis venæ quedam rei affectui obnoxiæ porrigi solent.* [b] *Continuum igitur quodque & vnum existens, affectionis expers est.* [c] *Similiter & ea, quæ tametsi agere, & pati nata sunt: tamen neque sese tangunt, neque alia. Intelligi volo, vt ignis non modo cùm tangit, sed etiamsi procul sit, calefacit. Nam ignis aërem, aër corpus excalfacit: cui vt agat, patiaturque est insitum.* [d] *At fieri posse, vt quicquam parte altera patiatur, altera non patiatur, qui id ipsum initio definiere, dicant oportet. Si enim magnitudo non omninò, omnique ex parte sit diuisibilis, sed corpus, aut latitudo indiuisibilis sit, non erit profectò quicquam omni ex parte patibile, sed ne continuum quidem. Quod si hoc falsum est, & omne corpus est diuisibile, diuisum ne sit, sed tangat, an diuisibile nihil refert. Nam si per tactus segregari possit, perinde vt quidam affirmant, etiamsi nondum sit diuisum: poterit tamen esse diuisum: nullum enim emergit impossibile.* [e] *Omninò autem generationem ad hunc fieri modum, nempe discissis corporibus, cancellos egreditur rationis. Etenim sermo iste alterationem è medio tollit.*

Text.80. *At idem corpus, quanquam continuum, aliàs liquidum, aliàs concretum videmus, non diuisione, aut compositione hoc passum, neque conuersione, aut contactu, sicuti Democritus asserit. Nam neque transpositione, neque naturæ demutatione, ex liquido concretum euadere solet. Neque nunc dura, concretáque indiuisibilia mole sunt: sed ex æquo quoduis, nunc liquidum, interdum verò durum, ac concretum existit. Præterea*

Universidad de Deusto
Biblioteca

siccari, nunc hac, nunc illa affici qualitate. Quod tamen in sententia Democriti esse non posset absque sectione partium, & mutatione penes earum situm, contactumque. Præterea in accretione oportet quamlibet partem rei, quæ augetur, incrementum sumere, vt superiùs dictum fuit. Id autem si atomorum additione præstan

Text. 81. ἔτι δ', ὑδ' αὔξησιν ἕξ τ' ἦ) καὶ φθίσιν· ἐ γὸ ὁτιοῦῶ

ἔσαι γιγνὸς μεῖζον, εἰπερ ἔσαι πρόθεσις, ἐ μὴ πᾶν μεῖζον ἐκλήκὸς, ἢ μιχθὲν τινὸς, ἢ καθ' αὑτὸ μεζαλόνη. ὅτι μὴν οὐ ὃν τὸ ἡμιᾶν, καὶ τὸ ποιεῖν, καὶ τὸ γίγνεσθαί τε καὶ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων· καὶ τίνα τρόπον ἐνδέχεται, καὶ τίνα φασὶ μέν τινες, οὐκ ἐνδέχεται δὲ, διωρίδω τοῦτον τὸν τρόπον.

QVÆSTIO I.

Possit ne idem agere in se ipsum actione reflexa.

ARTICVLVS I.

Explanatio controuersiæ, quoad actionem reflexam luminis.

Actio alia directa, alia reflexa.

DVERTENDVM est actionum materialium, & alterantium, de quibus duntaxat hoc loco disserimus, duo esse genera. Aliæ enim sunt directæ, aliæ reflexæ. Actio directa est, qua in aliud rectà tenditur, vt cùm ignis aquam calefacit. Actio reflexa est, quæ non ita se habet. Quod bifariam contingit; nimirum vel quia qualitas, ne vlterius pergat, impeditur à corpore obiecto, quod suapte natura penetrare non valet, atque ita reflectitur, vt cùm radij solis in opacum incidunt. Vel quia vna qualitas obsidetur à sua contraria, vt frigiditas aquæ ab aëris calore, qui in causa est, vt frigiditas in se quasi reflexa se ipsam aduersus hostem corroboret, intendátque. Est autem inter has duas actiones reflexas discrimen. Nam posterior est secundum qualitatem habentem contrarium, & quæ alioqui suopte ingenio potest introrsum permeare corpus, à quo obsidetur, vt frigiditas aërem: prior verò non item.

Status quæstionis.

In hac ergo disceptatione de vtróque genere actionis reflexæ agemus: quanquam de priori non in toto suo ambitu, sed prout comprehendit solam luminis reflexionem, de qua maior est dubitatio. Pro cuius explicatione sciendum quasdam esse qualitates, quæ cùm in certa corpora impingunt, reflectuntur, vt species visiles à speculo ad oculum; imago soni, id est, echo, à loco concauo, aut flexuoso ad aures non secus ac pila à pariete repercussa. Et in hunc modum reciprocatur lumen à corpore opaco, tanto magis, quanto illud magis opacum & tersum est, vnde aër, si omnino purus sit, nihil luminis reuerberat, vitrum nonnihil; crystallus, & alij quidam lapides, aliquanto plus, omnium maximè metalla expolita.

Deinde aduertendum est in productione luminis posse nos loqui

Text. 81. *Præterea fieri non potest, vt accretio, decretióve sit: non enim quoduis fiet maius, si accretio adiectio sit, & non totũ mutetur vel admisto aliquo, vel ipso per se mutato. Quod igitur generare, ac agere, & generari, ac pati inter se mutuò sit, & quonam pacto id fieri queat, & quonã quidam fieri dicant, non tamen fieri possit, hoc modo sit definitum.*

præstandum erit, non accretio, sed vnius corporis ad alterum appositio dicetur. Neque enim viuens ipsum mutationem subibit conuerso in suam substantiam alimento, vti cùm res accrescit, fieri solet: sed atomi duntaxat in se mutari poterunt, dum viuentis latera subintrant, eique vtcumque admiscentur.

qui vel de agente principali, vt de sole, aut lucerna. Vel de agente minus principali, hoc est de lumine producto in medio, cuius interuentu agens principale in vlteriores partes lumen diffundit. His positis sit prima conclusio. Corpus luminosum, siue minus, siue magis principale agens sit, potest agere in se ipsum intendendo sibi lucem per actionem reflexam. Hæc conclusio quatenus de agente minus principali loquitur, omnium ferè auctorum consensu recipitur, patétque experientia. Námque vbi primùm radius, qui posset longiùs procedere, in opacum incurrit; quasi retrocedens in se redit, seque in proximo aëre intendit. Neque enim ob aliam causam aër terræ proximus impensiùs à sole calefit, quàm remotus; nisi quia radij in terram incidentes, reflexu geminantur, & intenduntur; atque ita plus calefaciunt: quandoquidem lux quanto intensior, tanto vberiorem ex se calorem fundit. Est autem prædictæ reflexionis ea causa, quia cùm lumen insita naturæ propensione sese communicare nitatur, si id inuento obstaculo præstare nequit, eam quasi instituti sui iacturam resarcit, in se redeundo; & quantum ab extensione impeditur, tantumdem in intensionem conferendo. Semper tamen radius reflexus remissior est directo sibi respondente; quia reflexus non maiorem habet intensionem, quàm sortiretur si in longiorem tractum recta linea perrexisset. Quare cũ agens semper fortius agat in propinquum; quàm in remotũ, oportet radiũ reflexum debiliorem esse. Nec is legem actionis vniformiter difformis minùs seruat, quàm directus, atque adeò in qualibet parte viciniori opaco, à quo reciprocatio incipit, intensior est; in remotiori debilior.

Prima conclusio.

Cur lumen ab opaco reflectitur.

Lege Vitellionem lib. 5. Perspect. theor.

De intensione radiorũ.

Iam eadem conclusio quatenus asserit agens principale posse intẽdere in se lucem per actionem reflexam; etsi negetur à quibusdam facilè tamen probatur. Cur enim non possit? an quia agens principale nequit lucem ab eo, quod minus lucis habet accipere, vt lucerna ab aëre, quem illuminat? At si ita esset, certè nec agens minus principale, vt vna pars aëris ab alia minùs lucida posset per reflexionem plus luminis recipere. An quia reflexio nequit pertingere ad agens principale? Id verò apertè falsum est. Nam si reflexio lucis à pariete verbi gratia extendatur vsque ad decem palmos, constitui potest lucerna intra illud spatium decem palmorum, vbi retro commean-

Posse intendi lumẽ per reflexionem, etiam in agente principali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes radij in ipſam impingant. Negari igitur non poteſt in tali euentu augendum lumen in ipſo etiam agente magis principali, niſi fortè id obtineret lucem ſummè intenſam, qua non poſſet eſſe maior per naturam, qualis eſt in ſolari corpore: tunc enim quamtumlibet ad ipſum reflexio pertingeret, nequaquam aliunde lumen mutuaretur.

Obiectio. Obiiciat tamen aliquis. Vt patet tum experientia, tum ex propoſitione 55. lib. 2. Perſpectiuæ: Radij ſolis reflexi à ſpeculo concauo ignem generant, quem tamen radij directi generare non poſſint. ergo radius reflexus non eſt debilior directo; cuius oppoſitum ſuprà

Solutio. aſſeruimus. Occurrendum, licet radius ſimplex reflexus ſimplici directo ſibi reſpondente imbecillior exiſtat: multos tamen reflexos in vnum coeuntes, vt in eo ſpeculo accidit, poſſe eſſe fortiores directo, ſicuti etiam dicitur propoſitione 17. lib. 2. Perſpectiuæ.

Obiectio. Rurſum opponat aliquis, Radius directus, & reflexus producũtur à luminoſo in eodem inſtanti. Non eſt igitur cur reflexus dicatur directum intendere. Adde quod cùm omnis actio ſit à potentiori; ſi radius reflexus, vt dictum fuit, remiſſior eſt directo, non vide-

Solutio. tur quo pacto hic ab illo perfici, & intendi poſſit. Dicendum tamen licet vtrque radius eodem momento temporis producatur reflexum poſteriùs natura produci; quia ſupponit traiectionem directi vſque ad opacum, à quo incipit. Quin verò concedendum eſt tam directum, quàm reflexum cùm in eadem parte medij recipiuntur (interdum enim lumen ad aliam partem commeat) in vnum coaleſcere, ſicuti duo gradus caloris, qui iam antea in aqua erant, &

Duo radij in vnũ coeuntes. duo alij, qui nunc denuo aduenere, vnum calorem ſingularem componunt. Quod autem reflexus minorem habeat intenſionem, id nihil impedit, quominus directũ intendat formaliter, id eſt, tanquam pars eiuſdem formæ, quæ augeri dicitur: conſtat enim eo modo ſex gradus intendi ab vno. Quin & minor lux recepta in extima ſuperficie corporis opaci, poteſt actiuè, per reflectionem tamen, magis intendere eam, quæ maiorem obtinet intenſionem, quam ipſa. Nam

Quo pacto ſit intelligẽdum omnem actionem eſſe à vincente. cùm actio dicitur non eſſe niſi à vincente, & qualitatem non intendi in paſſo, niſi ab agente, quod eam in gradu perfectiori obtinet; non eſt id intelligendum niſi de eo, quod per ſe, & directò agit; non de illo, quod per accidens talem qualitatem refundit, quatenus illi impedimentum eſt, ne longiùs procedat.

ARTICVLVS II.

Enodatio controuerſiæ quoad actionem reflexam, quæ per antiperiſtaſim fit.

AGENDVM nunc de actione reflexa, quæ oritur ex obſeſſione, & compreſſione contrarij, vocatúrque per antiperiſtaſim, id eſt, per circumobſiſtẽtiam. Quod ergo talis actio detur manifeſtum eſt, tum aliis exmplis, quæ paulò poſt afferemus, tum quia experimur æſtiuo tempore, calore ſuperiora omnia poſſidente,

dente, aquam fontanam, & putealem frigidiorem reddi. Cæterùm quonam modo iſtiuſmodi qualitatum productio fiat, dubium controuerſumque eſt. Marſilius hoc in lib. quæſt. 18. Venetus lib. 1. Meteor. cap. 3. Forliuienſis quæſt. 1. in Aphoris. 15. ſect. 1. & alij aiunt effici per repercuſſionem ſpecierum intentionalium à contrario circunſtante. Exempli gratia refrigerari fontanam aquam in æſtate, quia ſpecies frigoris emiſſæ ab aqua ad corpus calidũ circunſtans ab eo reuerberantur, regreſſæque ad aquam, ac nihil in ea impedimenti inueniẽtes, vberiorem ei frigiditatẽ imprimunt, ſicque aqua frigidior fit occaſione obſidentis cõtrarij. Nam primùm quod tales ſpecies à frigiditate, aliiſque id genus qualitatibus exiliãt, inde conſtat; quia ſenſus tactus non niſi earum miniſterio ſenſibiles qualitates percipit; cùm ſit facultas cognoſcens, quæ rerum imaginibus ad cognoſcendum eget. Deinde quòd illæ à contrario impeditæ retro cõmeant, ex eo oſtenditur, quia non eſt, cur potiùs lumen in opacũ incidens repercutiatur, quã illæ. Item quia niſi talis regreſſio daretur, nequaquam ea actio, qua qualitas propter vicinum contrarium corroboratur, reflexa appellãda eſſet. Poſtremò, quòd ſpecies intentionales poſſint efficere eas qualitates, quarũ imagines ſunt, ex eo ſuadetur, quia nulla alia cauſa inueſtigantibus ſe offeret, cui iure aſcribi queat productio talium qualitatum in euentu & circunſtantiis, de quibus agimus. Quod ſi quis dicat non videri qualitatem ab ea, quæ tantùm eſſe notionale obtinet, produci poſſe; cùm hoc eſſe longè illo imperfectius ac deterius ſit; id ex eo refelli poterit; quia corpora damnatorum apud inferos non per receptionem caloris, & frigoris; ſed per eorum ſpecies intentionales crucianda ſunt, vt multi magni nominis, præcipuæque auctoritatis Theologi arbitrantur. At ſi ſpecies realem illum cruciatum poſſunt inurere, quid mirum ſi calorem etiam, aut frigus apud nos generare queant?

Prima opinio de intenſione qualitatũ per antiperiſtaſim.

1. *Ratio.*

2.

3.

4.

Quod ſpecies non cauſent qualitatem realẽ D. Th. 1. part. quæſt. 67. a. 2. ibidẽ Caiet. Rich. in 2. d. 13. q. 1. circa 2. princ. D. Bon. quæſt. 2.

Nihilominus ſit ſecunda concluſio huius controuerſiæ. Actio per antiperiſtaſim non fit miniſterio ſpecierũ intentionalium. Probatur, quoniàm hæ ſpecies non fuerunt à natura inſtitutæ, niſi vt ſint principia cognoſcendi. Deinde, quia ſi ſpecies repercuſſæ haberent vim producendi qualitates illas reales, eandem facultatem obtinerent ſpecies directæ, cùm fortiores & efficaciores ſint. Tertiò, quia vt ſpecies primarum qualitatum tactilium non repræſentant niſi qualitates, quæ præſentes ſunt (nec enim abſentes qualitates tactu ſentimus) ita vnà duntaxat cum ipſis qualitatibus realibus producuntur, nec ſine illis diuagantur. Quare non egredientur ſpecies intentionales frigoris ad aërem calidum, niſi vnà cum frigore, cuius ſimilitudines ſunt. Quartò quia ſpecies frigoris neque ſpeciebus caloris, neque ipſi calori aduerſantur: atque adeò non eſt, cur in calidum corpus incurrentes ob contrarietatem ab eo reſiliant. Neque obſtat, quod imago vocis, ſpecies viſiles, & lumen, quę contrarium non habent, repercutiuntur. Id enim propterea accidit, quia hæc naturæ ſuæ conditione non quælibet, ſed certi generis

Secunda cõcluſio.

Imagines nõ habent contrarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris corpora queunt peruadere, vt superiùs diximus. Non enim sonus, aut eius imago terram penetrant, similiter species visiles non omne corpus, sed diaphanum subeunt, & lux nullum opacum intrat. Quapropter necesse est quoties isthæc offendũt ea corpora, in quæ insinuare se non valent, confestim resilire. At quatuor primis qualitatibus, earúmque speciebus intentionalibus omnia corpora sublunaria peruia sunt, proindéque diuersa in his ratio inuenitur.

Igitur ad primum, & secundum argumentum contrariæ partis concedendum est dari species intentionales primarum qualitatum, sed negandum eas reflecti, & ad primam rationem, quæ oppositum suadebat, reddenda est ratio diuersitatis ex iis, quæ proximè dicta sunt. Ad tertium respondendum actionem per antiperistasim non dici propriè reflexam, sed eatenus eam appellationem sortiri, quatenus emanatio illa frigoris in aqua obsessa à calido non impenditur circa aliud corpus, sed in ipsammet aquam conuertitur, qui est velut modus quidam reflexionis.

Solutio primi, & 2. argumenti.

Solut. 3.

Quod spectat ad eam partem argumenti, quæ ostendere nitebatur species intentionales posse reales qualitates gignere, aduertendum primò probabile quidem esse, vt iam alibi hoc in libro censuimus, animam per suam apprehensionem interdum in proprium corpus, immò & in materiam fœtus imprimere qualitates, quas apprehendit; licet enim esse intentionale, cæteris paribus, inferioris notæ sit, quam reale; id tamen non impediet, quominus hoc per illud tanquam per instrumentum gigni possit; non enim oportet causam instrumentalem aut nobiliorem, aut nobilitate æqualem esse suo effectui. Verùm licet hoc vehementi animæ apprehensioni nonnumquam tribuatur, non est, cur ad species impressas, quæ rebus sensu, & vita carentibus inhærent, extendatur; præsertim cùm animæ tam hominum, quam belluarum multò excellentiorem naturam sortiantur, quàm formæ rerum non viuentiũ; proindéque nihil mirum sit, si vt in aliis effectuum generibus, ita & in hoc, aliquid formæ viuentium præstent, quod à formis non viuentium effici non possit.

De imaginationis vi.

Deinde obseruandum controuersiam non paruam esse inter doctores, num corpora damnatorum actione reali, an intentionali duntaxat torquenda sint. Quod sola intentionali affirmat D. Thomas in 4. dist. 44. quæstione tertia, articulo primo, quæstiuncula secunda, & in additionibus ad tertiam partem, quæst. 86. articulo tertio, & quæst. 97. articulo primo, & quodlib. 8. art. 18. Ferrariensis quarto contra gentes cap. 89. Capreolus in 4. dist. 44. quæstione secunda, articulo tertio. Sotus dist. 50. quæstione vnica, articulo tertio, conclusione tertia, Hispalensis dist. 44. quæst. quarta. His illud potissimùm fauet argumentum, quia per vicissitudinem realis caloris, & frigoris oporteret damnatorum corporibus pœnam minui; siquidem nunc plus, nunc minus frigoris, aut caloris in se haberent: quod tamen non accidet si torqueantur per momentaneam receptionem specierum.

Dubium de modo, quo ignis damnatorum corpora uret.

D. Thom. opusc. 3. cap. 177. tract. 2. & opusc. 16. cap. 26. Paludanus in 4. dist. 44. quæst. 1. utramque partem defendit.

Con-

Contraria tamen sententia, quæ statuit corpora damnatorum non per solas species intentionales, sed per realem caloris productionem cruciandà esse, probabilior est. Hanc tuetur D. Bonauẽtura in 4. dist. 44. articulo tertio, quæstione prima, Scotus quæstione tertia, Maior quæstione secunda. Argẽtinas quæstione vnica, Richardus quæstione sexta, & septima, articulo secundo circa 2. princ. Durandus quæstione decima, Carthusianus ibidem, qui contrariam partem seueriori, quàm par erat, censura improbans, ineptam eam vocat. Habent autem hi auctores pro se eam rationem, vt nunc cæteras omittamus, quod ex sacra pagina, & patrum dictis constat corpora damnatorum ignis ministerio vrenda esse, & grauissimis doloribus cruciãda. Quare cùm proprius, & naturalis modus vrendi, & torquẽdi corpora, sit per calorem, & realem actionem dissoluentem corporis temperamentum & lædẽtem sensiterium tactus: non est cur sine causa ad solam intentionalem actionem recurratur. Nam quod aiunt ignem non posse momento in excellenti gradu calorem inducere, fatendum id quidem est, nisi diuina virtute eleuetur, sicuti etiam eleuatur ad torquendos dæmones: cùm tamen nihil corporeum suapte natura in rem expertem materiæ possit agere.

Probabilior sententia.

Lege Ægid. quodl. 2. q. 9. & 10. Henr. Gand. quodl. 8 quæst. 14.

Eleuatur diuina virtute ignis ad torquendos Dæmones.

Ex his perspicua relinquitur solutio rationis, quæ probare contendebat posse species intentionales producere qualitatẽ realem exemplo cruciatus damnatorum. Negamus enim eorum corpora eo modo torqueri. Quod si ita re vera torquentur, id non ad naturalem facultatem specierum, sed ad diuinam virtutem, qua supra suam facultatem excitantur, referri debet.

Quod denique obiiciebatur, non occurrere aliam rationem, quæ qualitates per antiperistasim intendi possint, quàm per regressum specierum; id falsum esse mox patebit. Vt verò tertiam conclusionem statuamus, prænotandũ est qualitates, quæ per antiperistasim in subiecto producuntur; siue maiorem intensionem in eo comparant; aut esse ei naturales, vt frigus aquæ; aut eius naturæ repugnantes, vt calorem eidem aquæ. Deinde repetendum memoria est id, quod libro septimo Physicorũ cap. 1. quæst. 1. art. 3. & lib. 8. cap. 4. quæst. 1. art. 2. docuimus, videlicet cùm aqua remotis impedimentis natiuam frigiditatem recuperat, eam actionem, qualis qualis est, proximè quidem, & tanquam à causa minùs præcipua, oriri à forma aquæ; mediatè, & tanquam ab agente principali effici à generante. Quod similiter de actionibus, quibus cætera corpora ad statum naturæ suæ debitum reuertuntur, pronuntiandum est, vt cùm exhalationi frigiditas eius formæ conueniens redditur; & cùm ignis tendit ad Lunæ concauum, & terra in centrum mundi.

Solutio 4.

Aquæ ad naturalem frigus renouatio.

His positis sit tertia conclusio. Actio, qua corpus per antiperistasim mouetur ad qualitatẽ sibi naturalem, proximè est à forma substantiali ipsius corporis, remotè à generante. Hæc conclusio ea ratione ostenditur, quia eiusmodi actio non est à speciebus intentionalibus, vt probatum fuit, nec à contrario cùm vnum contrarium

3. conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sit per se causa efficiens alterius, sed contrariorum contrariæ causæ sint, vt testatur Aristoteles libro secundo huius operis capite decimo text. 56. & libro quarto Meteor. capite septimo. Nec est à materia, aut quantitate, aut qualitate aliqua subiecto inhærente, vt loco citato ostensum est: erit ergo à forma, & à generante modo ante explicato. Itaque duplici euentu solet vnumquodque subiectum sese reuocare ad natiuam qualitatem, eámque magis intendere; nimirum cùm liberatur à contrario, cuius vi eam qualitatem amiserat: item cùm obsidetur à contrario vehementi (dummodo id non tam vehemens sit, vt ab eo omnino opprimatur, sicuti aquæ accidit, cùm igni exposita illius actiuitati succumbit.) Nam cùm vnúquodque ingenitam habeat propensionem ad se conseruandum; si à contrario obsideatur, consueuit forma quodam naturæ instinctu ex se fundere qualitatem contrariam qualitati vicini hostis, à quo impetitur, vt his armis se illi opponat, eiusque potentiæ resistat, & se ipsum ab interitu vendicet. Ac de qualitatibus subiecto natiuis, eiusque formæ consentaneis, cum per antiperistasim intenduntur, ita videtur sentiendum.

Insita cuiq; propensio ad tuendum se.

ARTICVLVS III.

Explicatio eiusdem.

DE iis autem, quæ subiecto peregrinæ, & repugnantes sunt, maior est dubitatio. Ac primùm quod illę etiam, circunstante aduersario, magis intendantur experientia constat: quandoquidem forma substantialis exhalationum est eiusdem speciei cum forma substantiali terræ, è qua euocantur, vt in Meteoris docuimus, proindéque natura sua frigiditatem postulat; & tamen exhalationes, cùm in medium aëris tractum venêre, illius regionis frigore circumseptæ nonnumquã, vt Aristoteles lib. 1. Met. cap. 4. inquit, adeò incalescũt, vt ignem concipiant, quod similiter accidit aliis, quæ in infima regione accenduntur. Prætereà constat aërem æstiuo tempore ædibus conclusum vltra gradum sibi debitum à calido ambiente refrigerari; & aquas subterraneas per hyemem aëre frigido obsessas tepefieri, ac vaporem calidum exhalare. Cæterùm quænam sit causa intensionis istiusmodi qualitatum, obscura quæstio est. Nonnulli, quorum sententiam amplectitur Galenus lib. 3. de simplicibus medicamentis cap. 3. affirmant puteorum, & fontium aquam (quo maximè exemplo antiperistasis, de qua nunc sermo est, comprobari solet) non magis hyeme, quàm æstate calidam esse; sed perpetuò frigidam; etsi tactus æstimatione nunc calida, nunc frigida videatur; quia cùm sensiterium calet, frigida; cùm friget, calida apparet: non secus atque in balneo accidit, vbi siquis aquam modicè tepidam pelui illatam contigerit, eam non tepidam,

Tractatus 1. cap. 1.

Sententia Galeni.

tepidam, sed frigidam iudicat. Quare nihil mirum si putealis, & fontana aqua tactui per hyemem frigiditate affecto calida videatur. Hęc opinio à veritate aberrat: licet enim illa tactus deceptio interdum contingat, non tamen in re subiecta locum habet. Cùm altera quoq; ratio sit, vt cæteras prætereamus, quæ illũ putealis, & fontanæ aquæ in hyeme calorem testetur, nimirum quia videmus puteos, & fontes hyeme fumare, calidumq; vaporem edere, quod perspicuum est magis intensi caloris indicium.

Improbatur.

Hac igitur reiecta opinione, qui fatẽtur qualitates in alieno subiecto reuera intendi, in diuersas partes abiere. Quidam volũt eas intendi ab intrinseco ex occasione circũstantis contrarij, id est, cùm aqua obsidetur à frigido, gradum vnum caloris v. c. quem habebat, alios tres quatuorvè fundere, non per se, aut propria facultate; sed quatenus gradus ille est virtus alterius agentis, cui per se, & ex natiua conditione calor debetur. Sicuti, vt in Physicis diximus, actio, qua ignitum ferrum vrit, non formæ ipsius ferri; sed ignis, cuius virtus calor ille est, ascribi debet. Nec mirum quod tale agens illi gradui caloris eo modo suppetias ferat; quandoquidem ex innata inclinatione ad sese tuendum, suæ qualitatis defensionem eo artificio procurat. Alij affirmant eas qualitates nequaquã intendi eo modo, sed ab alia causa extrinsecùs occurrente, quorum sententia, re diligenter considerata, omnino amplectenda videtur.

Secunda opinio aliorum.

Lib. 2. cap. 7. q. 18. art. 4.

Tertia opinio.

Sit igitur quarta conclusio. Qualitates in alieno subiecto non intenduntur ab intrinseco per antiperistasim, vt paulò ante dicebatur, sed ab alia causa aduentitia, quæ tunc occurrit. Prior pars huius conclusionis ostenditur, primùm quia si calor in aqua obsessa à frigido ita intenderetur, non posset aqua summè frigida in subterraneo loco posita per antiperistasim calefieri. Si enim eiusmodi calor non nisi à gradu tam in aqua existente proximè oritur, cum aqua summum habens frigus nihil in se caloris ferat, non erit, à quo intẽsior calor oriri possit. Secundò, quia forma aquæ adiuta tum sex gradibus frigoris v. c. quos possidet, tum frigido circunstante maiores obtinet vires ad illum intensioris caloris fluxum impediendum, séque cõseruandum, quàm ad se corroborãdum, & tuendum habeant duo gradus caloris, quos ignis in aquam impresserat. Quare nequibit istiusmodi circunstantiis ille aquæ calor seipsum intendere, vtpote à valentiori aduersario impeditus. Tertiò, quia licet actio, qua aqua ab igni præcalefacta manum calefacit, & qua ferrum candens vrit, attribuatur igni; tamen nec calor aquæ tunc se ipsum intendit, neque ferrum in se agit: ergo ratio illa ducta ab exemplo aquæ calidæ, & ferri candentis non est ad rem. Quod si dicant calorem illum in aqua à contrario obsessa augeri eo modo, quo frigus in aqua, dum se ad natiuũ statum reuocat facilè conuincitur hæc responsio. Nam tale incremẽtum non est ab ipso frigore, sed immediatè ab aqua, à qua frigus manat. Quare nõ poterit calor intendi eo pacto in aqua, cùm non sit ibi forma ignis, à qua fluat: alioqui posset forma per se immediatè operari, vbi non est.

4. Conclusio.

Prima ratio propriori parte conclusionũ.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Confutatio solutionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probatio conclusionis quoad posteriorem partem.

Posterior pars nostræ conclusionis ea ratione suadetur: quia cum intensio prædictarum qualitatum non sit à principio illo intrinseco, vt probatum est: nec ab alio, quod iam in subiecto præexistat; siquidem illud neque apparet, neque ab aduersæ partis auctoribus assignatur: necessariò erit ab aliqua aduentitia causa, quæ nunc occurrat, maioremque illam intensionem efficiat. Hæc verò causa non vna, eademque semper est: sed alia, atque alia pro re nata, vt iis, quæ mox dicemus, conspicuum fiet. Imprimis enim cur exhalatio frigido aëre compressa accedatur, ratio est, quia dum ab aëre coercetur, eique resistit; istiusmodi conflictu, & collisione, quæ motus localis est, vltra modum incalescit, & flammam concipit. His adde alias istius accensionis causas, de quibus ex professo egimus in Meteoris, tract. 2. Item aër calidioribus temporibus intra secretiores domos, & specus friget, partim quia in iis terreni halitus, quibus scatet, natura frigidi, extra solis calorem positi, vltro se in natiuũ frigus vendicant, ipsúmque refrigerant: partim quia corpora terrea, quibus continetur, ob caloris antiperistasim frigiditatem suam roborant, eáque inclusum aërem afficiunt. Qui tamen ibidem hyemali tempore calidior est ob antiperistasim externi aëris frigidi, modo superiùs explicato. Item propterea aquæ puteales, & fontanæ per hyemẽ calefiunt; quia terra dum frigore addensatur, & coit, exhalationes, quas intra se æstate collegerat, in caua & apertiora loca traiicit, illæque in subterraneam aquam incidentes, ipsam calore, quo prædictæ sunt, imbuunt. Et hæc quidem ratio consentanea est doctrinæ Aristotelis primo libro Meteor. vbi ait hyemali tempore loca subterranea esse calidiora, quia frigus calorem illuc adigit, impellítque. Nam cùm hic impulsus non fiat migrante calore ab vna parte subiecti ad aliam, consequens est vt fiat deferentibus illum aliquibus corpusculis, quasi vehiculis; hæc verò non alia esse possunt, quã exhalationes terræ sinu abditæ, quas terræ partes extimæ superficiei vicinæ, dum frigore stringuuntur in abditiora adigunt. His etiam concinit illud poëtæ Lucretij lib. 6.

De accensione exhalationũ circunstãte frigido.

Cur aquæ puteorum, & fontium per hyemem incalescant.

Lucretius.

Frigore cùm premitur porrò omnis terra coitque,
Et quasi concrescit, fit scilicet vt coeundo
Exprimat in puteos siquidem gerit ipsa calorem.

Ex superioribus non erit difficile inuenire quæ sint in cæteris euentis causæ intensionis qualitatum ob antiperistasim, cùm qualitas in alieno subiecto intenditur. Obiiciet tamen aliquis, Media aëris regio est frigida per antiperistasim, vt est communis philosophantiũ vox, & tamen nulla est causa externa, quæ illi frigus intendat præter circunstantiam aduersarij; ergo qualitas in alieno subiecto intenditur eo modo, quo contraria opinio asserebat. Corroboratúrque argumentum, quia si lux cùm in opacum incidit, auget se ipsam, compensando in proprio subiecto, quod in alieno ob impedimentum efficere non potuit; cur etiam calor in subiecto non suo, cùm à

Obiectio.

Quando lux impeditur ab extẽsione confert se ad intensionem.

cùm à contrario obsidetur, non cessabit ab actione, & effusione in externam materiam, seque ipsum corroborabit aduersus vicinum hostem? Certè eius rei conspicuum exemplum videtur calx, quæ iniecta aqua vltra propriam naturam ita incalescit, vt ferueat, igném-que concipiat.

De alijs causis istius frigoris egimus in Meteor. tract. 1. c. 2.

Huic obiectioni occurrendum mediam aëris regionem frigere ob antiperistasim, non quod ipsi immediatè augescat frigus ob circunstantiam calidi aëris, sed quia exhalationes, & vapores natura frigidi, postquam eò peruenere, vicini aëris calore per antiperistasim refrigerantur, totíque illi plagæ frigiditatem impertiunt. At enim verò probabile est, eum aëris tractum prima mundi creatione ab auctore naturæ vberiori frigore, quàm eius natura postulabat, fuisse conspersum propter maiorem gignendorum imbrium commoditatem, vt alibi monuimus. Quo fit vt ei non à sola antiperistasi, interuentu exhalationum & vaporum, frigiditas obueniat.

Dilutio obiect.

In nostris Meteoris tract. 1. cap. 2.

Quod ad argumenti confirmationem attinet, negari non potest rationem, quæ in ea affertur, admodum probabilem reddere sententiam aduersariorum, quæ nobis etiam alibi placuit, si tamen eam ita intelligant, vt dicant qualitatem subiecto contrariam intendi in eo per antiperistasim, non quasi maior illa intensio re vera manet à forma, id enim fieri non posse demonstrauimus; sed quia quod in hostem impendere deberet, id quatenus est virtus talis formæ, etsi absentis, in se reciprocando sibi ipsi impendit, vt in argumento dicebatur. Occurrendum tamen diuersam esse rationem in luce, & in qualitatibus, de quibus in præsenti agimus. Nam præter ea, quæ circa secundam conclusionem secundi articuli diximus, cùm verbi gratia calor in aqua existens obsideturà frigore maiorem vim habet forma aquæ, & eius frigus, vnà cum frigore circunfusi corporis ad intendendum frigus ipsius aquæ, & impediendam intensionem caloris, quam habeat calor ad se corroborandum, vti suprà etiam diximus; quare non potest calor in tali, alióve simili euentu à se intendi. At in luce diuersa omnino ratio est; cùm neque in subiecto, cui inest, neque in circumiacente corpore habeat qualitatem contrariam, quæ impedimento esse queat, ne inuento opaco in se ipsam redeundo vlteriorem progressum compenset.

Cur non intẽdatur qualitas in alieno subiecto à se ipsa.

Porrò exemplum recentis calcis, quod attulimus, postulat in primis explicemus quid causæ sit, cur calx perfusa aqua ignescat. Ea de re ita scripsit D. Augustinus lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 4. calx occultissimè ab igne ignem concipit, eúmque iam gleba tangentibus frigida tam latenter seruat, vt nulli nostro sensui prorsus appareat; sed compertus experimento, etiam dum non apparet, sciatur inesse fopitus. Propter quod eam calcem viuam loquimur, velut ipse ignis, latens anima sit visibilis corporis. Iam verò quàm mirum sit, quòd cùm extinguitur, tunc accenditur, & aqua frigida infusa tunc effertuescit: at si non adhibeas aquam; sed oleum, quod magis fomentum est ignis, nulla eius infusione feruescit? Hæc D. Augustinus;

Cur iniecta aqua calx ignescat.

In calce ignis actu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex cuius sententia habemus in calce viua contineri ignem actu. Quod etiam affirmat Fracastorius in libro de vini temperatura. Verùm is ignis consopitus est, atque iniecta aqua eius particulæ primùm hinc, inde interceptæ constipantur: tum ob antiperistasim frigidi humoris quasi reuiuiscunt, & se produnt. Vnde patet non intendi hic calorem in alieno subiecto propter contrarium circunstans, quod petebat argumentum, sed in suo sibique proprio excitari.

ARTICVLVS IIII.

Adduntur quædam ad propositæ difficultatis explicationem concludendam.

AD absolutionem huius controuersiæ quædam animaduertenda sunt. Primum est, actionem, qua in alieno subiecto qualitates proximè intenduntur, non esse reflexam, sed directam, vt erit consideranti perspicuum. Nam cùm verbi gratia corpora terrea aërem, quem intus cohibent, vltra naturæ suæ gradum refrigerant, ea refrigerandi actio directè est à corporibus terreis absque vllo modo reuerberationis, etiam minus propriè dictæ; licet corpora ipsa terrea per reflexam actionem priùs refrigerentur. Ideóque addidimus particulam, proximè; nam illa ipsa aëris refrigeratio remotè oritur ab ea, qua prædicta corpora natiuam frigiditatem in semet ipsis intenderunt per antiperistasim.

Secundum est, Non in omni antiperistasi augeri, per maiorem intensionem, qualitatem in corpore obsesso à contrariis. Etenim, exempli gratia, ventriculus hyeme calidior est, vt testatur experientia, docetque Hippocrates Aphoris. 15. vtique ob circunfusi aëris frigiditatem: & tamen non oportet habere tunc ventriculum plus caloris intensiuè, quàm reliquo anni tempore, licet extensiuè plus habeat, vt in eius Aphorismi interpretatione Medici obseruãt. Nam quia brumæ frigus cutim stringit, & egressum spiritibus præcludit, necesse est maiorem tunc intus colligi, & asseruari copiam spirituum, in quibus continetur calor: non tamen ideò necesse est tunc calorem ventriculi intendi, seu plures gradus acquirere. Verùm nonnunquam præclusio halituum maiorem qualitatis intensionem efficit, vt videre est in eo exemplo, quod Galenus lib. 3. de temperamentis cap. 2. affert, vbi ait fimum columbinum impedita transpiratione aliquando vsque adeò incaluisse, vt flammam conceperit, qua domus arsit.

Cur ventriculus hyeme calidior.

Galenus.

Garsias lib. 2. tract. 1. c. 3. Vega lib. 1. Med. cap. 30.

Et verò cùm ad ignis generationẽ plus caloris requiratur, quàm fimus suopte ingenio postulet, clarum est ob illam præclusionem fuisse calorem fimi non extensiuè tantùm, sed etiam intensiuè auctum. Potuit autem augeri per eum motum localem, quo halitus abegressu impediti, & repercussi in interiores partes aceruatim ferebantur, vti accidit aliquando in generatione fulguris, cùm videlicet reuerberatione exhalationis à nube circunstante, ignis accenditur, & fulgetram exhibet.

Tertium est, Nulla earum actionum, de quibus hoc loco disseruimus, aliquid in se ipsum agere per se, ac propriè, quod huius disceptationis caput erat. Nã verbi gratia radius reflexus cũ directum intendit, non nisi ex accidente in illum agit, quatenus inuento obstaculo, quantum porrigi in longum deberet, tantumdem in se recurrit. Item verò dum aqua propter ambientis contrarij oppugnationem natiuum frigus auget, præterquam quod non eadem pars agit, & recipit: nam proximè agit forma, & recipit materia; ea actio, cùm emanatio quædam sit, minus propriè actionis nomen vendicat, vt diximus lib. 7. Physic. cap. 1. quæst. 1. vbi etiam ostendimus cur istiusmodi actionibus, non dicatur aliquid simpliciter agere in se ipsum, quę non est cur hoc loco à nobis repetantur. Cùm verò qualitas in subiecto alieno magis perficitur, & augescit, planum est non dari actionem eiusdem in se: quandoquidem actio illa est ab agente externo, vt à corpore terreo inclusum aërem refrigerante.

Responsio ad principalem quæst.

Emanatio minus propriè actio dicitur.

Quartum est, quæ à nobis in libris Meteor. aut alibi de actione ob antiperistasim, ex occursu, & quasi per transennam dicta sunt, ea omnia ad conclusionum, quas in hac disceptatione statuimus, normam ac veritatem esse reuocanda.

QVÆSTIO II.

Possit ne simile agere in sibi simile, an non.

ARTICVLVS I.

Statuitur prima conclusio, eadémque ab aduersariorum argumentis defenditur.

TRIPLICITER quod ad præsentem disputationem attinet, possunt res similes esse in qualitate; vno modo quoad gradum, efficacitatémque agendi, vt duo ignes pari caloris ac siccitatis intensione, & materia æquè rara prædicti. Secundò quoad qualitatem in specie, non tamen gradu, quidquid sit de acrimonia in agendo, quo pacto se habent ignis, & aqua repida. Tertiò pencs gradum, non tamen agendi acrimoniam, seu vehementiam, vt duo corpora æquè calida, quorum alterum rarius sit, alterum densius. Constat enim æquè intensum calorem in re, quæ magis compacta est, & plus materiæ cohiber, vehementiùs vrere.

Triplex genus similiũ.

His animaduersis prima conclusio sit. Ea, quæ primo modo similia sunt, mutuò in se agere non possunt. Hæc probatur, primum, quia teste Aristot. in lib. de motu anim. & Auer. 4. Physic. com. 71.

Prima conclusio.

Omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis actio physica vnius in alterum, fundatur in victoria, & excessu agentis. Hæc autem non se vincunt, aut excedunt. Deinde quia id, quod agit, nititur assimilare sibi patiens, vt docuit Arist. cap. 7. huius lib. text. 51. Quare vbi iam perfecta similitudo extiterit, vt in re proposita, non procedet actio. Corroboratúrque argumentum, quia potentia actiua est principium transmutandi aliud, quatenus aliud est, vt definit Arist. lib. 5. Metaphy. cap. 12. text. 17. & lib. 9. c. 1. text. 2. Ex quo sequitur passum debere esse agenti dissimile, & contrarium, atque adeò ab eo, quod sibi omnino simile est, pati non posse. Vnde quasi commune axioma celebratur à philosophis omnem actionem esse à proportione maioris inæqualitatis.

Potentia actiua principium transmutandi aliud.

Philosophicũ axioma.

Obiectio 1.

Sed obiiciat quis. Speculum vnum potest agere in aliud æquè tersum & lucidum, atque omnino simile sibi, transmittendo in illud rei obiectæ imaginem. Ergo simile potest agere in simile primo modo. Secundò, sit mixtum inanimatum homogeneum, cuius omnes

2.

partes eadem intensione caloris præditæ sint, similitérque quoad alias qualitates sese habeant; partes huiusce mixti poterunt in se mutuò agere vsque ad interitum; alioqui non omne mixtum esset corruptibile ab intrinseco; ergo vna pars corporis mixti agit in aliá

3.

sibi similem. Tertiò, Ignis maior minorem absumit, vt experientia notum videtur, asseritque Aristoteles in problematis sect. 3. problemate 22. & sect. 35. probl. 2. & lib. de breuit. vit. cap. 2. sed absumptio illa non nisi agendo fit: ergo vnus ignis potest agere in alium sibi si-

4.

milem, esto ambo qualitatum gradu inter se conueniant. Quartò, Sit corpus luminosum A quod habet octo gradus lucis, eámque per spatium B. C. D. vniformiter difformiter explicuerit. Deinde extendatur hoc ipsum luminosum in molem ampliorem cum eadem intensione lucis. Hoc posito si anteà in prima superficie produxerat lucem octo graduum, nunc maius redditum intensiorem lucem gignet in eadem prima superficie; & tamen non est intensius modo, quàm priùs. Igitur aliquid agit in id, quod sibi prædicto modo simile est quoad intensionem gradualem. Probatur maior, quia eiusmodi luminosum fundit nunc lucem in maius spatium, vt sensu constat; non potest autem eam longiùs fundere, quin ipsam in omnibus partibus intendat; cùm agat vniformiter difformiter. Quare etiam in prima superficie lucem augebit.

Diluitio 1. obiect.

Superiora argumenta sic diluito. Ad primum dic cum speculum reflectit ab se imaginem ad aliud, non dari actionem inter similia, qua similia, id est, inter specula, quatenus æquè lucida sunt, vel æquè tersa; sed quatenus dissimilia existunt, secundum esse intentionale, seu ratione specierum; quia speculum A imaginem, quam à re obiecta imbiberat, traiicit (intellige eandem specie, non numero) ad B. quod ea caret, sicque agit in dissimile. Par solutio reddenda est illi argumento, quod quidam afferunt, nempe, duæ phialæ vitreæ æquè duræ, vtrinque collisæ defringent sese mutuò: ergo simile aget in simile. Occurrendum est enim eiusmodi phialas nõ agere in se prout duræ

duræ sunt, atque adeò quatenus similes; sed vtramque per impulsum sibi à collidente impressum vincere alterius duritiem, atque ita continuitatem soluere.

Ad secundum dic, partes mixti homogenei, quale ibi describitur, non acturas in se mutuò, neque eiusmodi corpus esse corrumpendum, nisi extrinsecùs accedat agens contrarium, quod illius temperiem dissoluat, aliámque formam inducat: quod in tam frequenti contrariorum occursu nequaquam difficile erit. Itaque non oportet omne mistum, etiam homogeneum, corruptibile esse ab intrinseco. Quamuis id de mistis dissimilium partium, qualia sunt viuentia, pro vero habeatur.

Non omne mistum esse corruptibile ab intrinseco.

Lege qua de corruptione viuentiũ ab intrinseco diximus in hac lib. cap. 4.

Ad tertium respondendum est cum Aristotele eodem loco minorem flammam dici à maiore absumi, non quod hæc illam per se corrumpat, aut in eam propriè agat, sed per accidés; quatenus ea pábulum deuorat, videlicet fumum, quod illa non nisi longo tempore absumere potest, hæc verò ocyus absumit. Lege si placet, quę in hanc sententiam scripsimus in nostris problematis ad finem librorum de Cœlo sect. 4. probl. primo.

Dil. 3. obiect.

Ad quartum, Luminosum illud redditum maius non augere lucem in prima superficie, quia non potest agere in simile; nihilominus quia magis extenditur, necessariò, vt probat argumentum, intendere illam in spatio vltra primam superficiem in omnibus partibus diuisim sumptis; sic tamen vt in aliqua immediatè versus ipsum indeterminatè accepta eam non augeat. Nam cùm immediatè post primam superficiem in parte incerta sit quidquid est infra lucem octo graduum, certè intendi ea lux non potest, quin ad octo graduum intensionem perueniat. Quare cùm luminosum quantumlibet dilatetur, neutiquam eximatur à lege vniformiter difformiter agẽdi, quemadmodum postquam increuit, lucem in prima superficie non auxit; ita nec eam immediatè post in parte certa intendit. Siquis autem petat quanam parte intensio incipiat: occurrẽdum erit designari eam non posse, cum incerta atque indefinita sit.

Dil. 4. obiect.

De extensione luminis vniformiter difformiter vltra primã superficiem.

ARTICVLVS II.

Ponitur secunda conclusio, diluuntur obiectiones.

EXPLICATVM à nobis est quo pacto sese habeant quoad vim agendi ea, quæ primo modo similia sunt; nunc cætera persequamur. Sit secunda conclusio. Inter similia secundo modo potest esse actio; ita nimirum, vt id, quod intensius est, in minus intensum agat, non contra. Hæc conclusio ex eo probatur, quia, vt suprà disputabamus, actio est à vincente, & à proportione maioris, non autem minoris inæqualitatis. Paret etiam experientia quotidiana; videmus enim minus calidum intendi à calidiori, vt aërem ab igni, & minùs frigidum à frigidiori, vt terram ab

Secunda conclusio.

Actio est à vincente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aqua,& vnumquodque vt minus tale est, ita ab eo, quod est magis tale, perfici,non autem viceuersa.

Obiect.1. Verùm obiiciat aliquis. Fieri potest,vt aliquid producat qualitatem magis intensam,quam in se cohibeat.Ergo non omnis actio est à proportione maioris inæqualitatis.Assumptum ita ostenditur.Sumatur corpus B.vniformiter difformiter calidum,ita vt in prima superficie habeat calorem sex graduum , & immediatè post quidquid infra eiusmodi intensionem est. Tunc detrahatur ei diuina virtute prima superficies,& secundum eam partem applicetur patienti idoneo.Vel corpus B.producet calorem sex graduum in prima superficie patientis:vel id,quod est immediatè infra illos sex gradus : si detur posterius;quàm igitur intẽsus erit is calor:certè designari id non poterit ; quod tamen absurdum est , cum de certa superficie agitur. Restat igitur vt producat calorem sex graduum,& tamen hunc non habet;quia detracta fuit illa superficies, in qua sola erat tanta intensio:ergo istud corpus producet calorem maioris intensionis , quàm *Obiect.2.* in se obtineat.Deinde,Aër tempore hyberno congelat aquam , eam vtique refrigerando;& tamen ipse minus frigidus est,quã aqua,cum natura sua calidus sit,nec congelascat. Ergo aliquid minùs frigidum *Obiect.3.* intendit frigidus.Tertiò,Nihil potest pati nisi a contrario,vt hoc in libro cap. 7. text.49. & sæpè alibi affirmat Aristoteles : sed calidum quinque graduum,& calidum trium graduum , non sunt contraria; cùm non se perimant,imo conseruent in eodem subiecto : ergo hoc non poterit ab illo pati:atque adeò inter similia secundo modo non datur actio.

Prior solutio obiectionis prima. Non est tamen difficile his argumentis satisfacere,quanquam circa primum dissideãt neoterici.Quidam enim data hypothesi negant vllam actionem ab eo corpore exituram,quod careat certi ac definiti gradus forma,per quam agere debeat. Alij, quibus magis assentimur;quia parum verisimile putant ob defectum superficiei omnem caloris actionem inhibendam,inquiunt producendum ab eo corpore calorem sex graduum,non quidem per se ac merito agentis,quod eo gradu caret,sed ob naturam ipsam effectus,videlicet caloris,quem repugnat in subiecto certo,& in tali euentu non produci sub certa, & definita intensione,qualis est sex graduum. Itaque id,quod deest ex parte agentis ad complementum sexti gradus,quasi per resultantiam in re patienti orietur.

Posterior solutio , quæ magis placet.

Sol. 2. obiect. Ad secundum dicẽdum in primis ex eo,quod aqua hyberno tempore in gelu concrescat , non verò aër, haud rectè concludi aquam esse frigidiorem aëre,cùm palam sit oleum,& ceram minori frigore, quàm aquæ,concrescere. Sed enim reuera aqua , quæ in gelu coit, circunfuso aëre frigidior est,nec ab illo condensatur;sed partim cæ-

Quo modo aqua in gelu concrescat. lestium corporum influxu,quæ in aqua,vt in natiuo subiecto,promptiùs , quam alibi, frigiditatem imprimunt ; partim quòd aqua ipsa remotis per hyemem impedimẽtis vltro se in suum frigus vendicat. Nobis tamen videtur aquæ congelationem non à sola frigiditate

De congelatione egimus in Meteorol. tract.7. c.7.

prouenire

prouenire(alioqui elementum aquæ in sua natiua constitutione non liquidum;sed concretum esset,quod nequaquam verisimile est) sed à certa aliarum etiam qualitatum coitione, quæ aquæ liquorem in gelu contrahit.

Ad tertium concedenda est maior,& ad minorem dicendum,ca- *Sol.3.obiect.* lorem intensum,& remissum esse quodammodo contraria,vt docuit Aristoteles 5.libro Physic.cap.2.text.19. nimirum ratione excessus, & defectus,quatenus minus intensum importat priuationem seu negationem perfectionis, quam magis intensum vendicat , quod non competit quinque gradibus, & tribus gradibus caloris existentibus simul in eodem subiecto,vt patet. Adde subiectum ipsum minùs calidum habere propriam contrarietatem respectu magis calidi, si minus calidum spectetur prout quantum ei caloris deest , tantundem obtinet frigoris;sic enim quatenus frigidum est,repugnat calido.

ARTICVLVS III.

Traditur tertia conclusio soluuntur rationes contrariæ sententiæ.

3.Conclus. RESTAT agamus de iis,quæ tertio modo similia sunt. Sit tertia conclusio,Inter similia tertio modo non potest dari actio.Hęc conclusio est ad mentem Aristote-

Valles.in hãc locum Galeni, Astudilli hoc libro qu. 21.Veneti.in sum.c.23. lis hoc in lib.cap.7.text.8.D.Thomæ,ibidem, Galeni lib.2.de simplicium medicamentorum facult.cap.19. Saxon.quæst.15.& aliorum complurium;est tamen contra Marsilium hoc loc.quæst.18.Niphum cap.2.quæst.2 Sotum lib.2.Physi.quæst. 4.& alios existimantes calidum in materia densiore posse intendere æquè calidum in materia rara. Probatur tamen nostra conclusio, *Probatio.* quia si v.g.calidum in materia densiore ageret in æquè calidum,sed minùs densum,vtique ageret,vt illud sibi assimilaret:atqui iam est ei perfectè simile, vtpote secũdum speciem,& gradum;nam secundum densitatem non conatur ipsum reddere simile,vt euentus satis probat;nullo igitur pacto in illud aget. Secundò,Idem ostenditur,quia alioqui possent duo corpora calida quarto gradu, viciſſim sese intẽdere;& ad octauum vsque gradum promouere. Sumatur enim ferrum,& aqua, vtrumque calidum quarto gradu:ferrũ, quia densiori materia præditum est,potest,vt aduersarij concedunt,calorem aquæ vsque ad quintum gradum intendere : sed calidum in quinto gradu potest intendere calidum in quarto , idque sibi perfectè assimilare. Igitur aqua producet in ferro alium nouum gradum caloris, nempe quintum.Rursus ferrũ calidum quinto gradu propter materiæ densitatem augebit calorem aquæ vsque ad sextum gradum;atque ita similiter vsque ad summum, vltimúmque gradum,quod tamẽ nequa- *Agere supponit esse.* quam videtur admittendum. Tertiò , cùm agere supponat esse , d,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod est in potentia ad aliquem actum, nequit ad eiusmodi actum perduci, nisi ab eo, quod actu tale est, vt docet Aristoteles 3. lib. Physic. cap. 2. text. 17. & hoc lib. cap. 9. text. 77. Ergo calidum quarto gradu, quod est in potestate ad maiorem intensionem, non nisi ab eo, quod calidius est, intendi potest. Quare nequaquam à calido quarto gradu intenderetur. Quod si quis occurrat calidum quarto gradu in materia densiori, etsi quatuor tantum gradus actu obtineat, virtute tamen propter materiæ densitatem, ac multitudinem plures obtinere. Is facilè coarguetur. Nam si densitas conferret agenti vim ad producendum intẽsiorem calorem, quàm actu possideat, sequeretur calidum quarto gradu in materia densa posse intendere calidum quinto gradu in materia rara, quod aduersariæ partis assertores negant. Probatur consecutio. Enim verò si calidum quarto gradu ob tantam densitatem potest intendere calidum simile sibi in gradu, certè postquam ad maiorem densitatem venerit, poterit aliud maiori intensione affectum intendere, cùm illi ex densitate accrescat efficacitas ad intendendum effectum.

Confutatio responsionis.

Primum argum pro contraria parte.

In contrariam tamen partem hæc sunt argumenta, Agens maioris actiuitatis, & efficacitatis potest agere in aliud minoris: sed calidum in materia densa est maioris actiuitatis, & efficacitatis, quàm calidum habens qualitatem æquè intensam in materia rara; ergo illud potest agere in hoc. Maior probatur, quia perfectior actiuitas proditur effectu, & victoria agentis: quare id, quod magis efficax, magisque actuosum fuerit, poterit in id, quod minus tale, est agere, ipsumque vincere. Minor ostenditur; quia actiuitas nõ oritur ex sola intensione gradualis qualitatis; sed etiam ex multitudine materiæ, quatenus in ea qualitas sub eadem intensione sæpius multiplicatur. Constat autem in re densa plus esse materiæ.

2. argumentum.

Secundò idem comprobatur experientia, Nam carbones acriùs vrunt, quàm flamma: & glacies plus refrigerat, quàm aqua soluta; & ferrum candens dum stupam ignit, imprimit summum calorem, quem non habet: certè non nisi quia qualitas in materia magis densa potest similem qualitatem cum maiori intensione producere.

3. argumentum.

Idem præterea confirmatur argumento sumpto à luminosis. Nam corpus luminosum densius pari luce affectum plus illuminat, vt videre est in Luna, quæ non accipit à sole vberius lumen, quàm aliæ cœli partes ei vicinæ, & in eadem à sole distantia constitutæ; & tamen luce clarius est lunam plus luminis ad nos fundere. Nec satisfaciet qui dixerit lunam ideò nobis magis lucere, quia habet plus luminis, quàm partes cœli propinquę, propterea quod non totũ suum splendorem à sole mutuatur, vt aliæ partes rariores: licet enim totum lumen à sole acciperet, adhuc plus nobis splenderet; cùm id, quod à se obtinet cõparatione eius, quod à sole haurit, perexiguum sit, vt in eius deliquio cernitur.

4. argumentum.

Denique si sumatur luminosum habens octo gradus luminis, deinde

deinde ponatur diuina virtute simul cum eo adæquatè in eodem loco aliud corpus æquali magnitudine, & luce præditum: posterius luminosum simul cum priori augebit lumen, quod antea à priori fuerat productũ, redderque illud intensius in medio; non ob aliam rationem, nisi quia ambo simul accepta lumen eiusdem intensionis duplicatum seu bis repetitum obtinent: ergo pari ratione cum calor in densiori materia habeat eandem intensionẽ gradualem crebriùs repetitam, magis intensum calorem producet, quàm in materia rara, proindéque aget in sibi simile secundũ gradũ. Nam quod posterius luminosum debeat aliquid luminis producere, ex eo ostenditur, quia cùm in natura rerũ nihil sit otiosum, necesse est ipsum aliquid agere. Deinde quod actione illa oporteat intendi lumen à priori luminoso genitum ea ratio conuincit, quia nihil est, quod per eam effici possit, nisi maior latitudo gradualis luminis antea producti.

Solutio primi argumenti.

Ad explicationem primi argumenti sciendum est bifariam posse agens dici efficacius, vel actuosius. Nimirum quia producit effectum vel maiori intẽsione vel maiori celeritate; quæ maior celeritas non prouenit ex sola intensione formæ agentis, sed etiam aliunde, vt ex multiplicatione eiusdem qualitatis in subiecto. Ad argumentum ergo dicendum agens maioris actiuitatis priori modo posse agere in aliud minoris, id est, magis intensum in minùs intensum: agens autem maioris actiuitatis posteriori modo, id est, quod agit celeriùs, non posse agere in aliud minoris, id est, quod tardiùs operatur, nisi hoc sit minus intensum, quàm illud: atque ita calidum sexto gradu in materia densa nequibit agere in calidum sexto gradu in materia rara; aget tamen in calidum quinto gradu in quacumque materia existat. Vnde patet perfectionem actiuitatis prodi, cernique in effectu, & victoria agentis secundum priorem quidem vsurpationem in intensione effectus, secundum posteriorem verò in celeritate agendi, qua vnum aliud excedit. Patet etiam actiuitatem primo modo oriri ex sola intensione graduali qualitatis actiuæ.

Agens maioris actiuitatis bifariam dicitur.

Ad secundum dicendum maiorem agendi acrimoniam in carbonibus, & glacie, aliisque eiusmodi consistere in celeritate, quam efficit maior multitudo materiæ, in qua gradus qualitatis crebriùs geminantur. Ad quod etiam non parùm iuuatur à siccitate calor, cum illa sit quasi lima huius, ipsum acuens, expedientsque vt compendio materiam inuadet, ac permeet.

Solutio 2.

Siccitas lima caloris.

Quod si quis vrgeat videri densitatem non solum vnire, & colligere calorem, sed etiam intendere: quandoquidem, vt constat tum experientia, tum iis, quæ docet Aristoteles 1. libro Meteor. cap. 12. & auctor libri de causis proposit. 1. virtus vnita est fortior, ac robustior se dispersa; quod robur non in sola actionis celeritate videtur contineri, sed etiam in intensione qualitatis, qua subiectum sese defendit, & aduersariis resistit. Occurrendum erit resistentiam, & defensionem agentis non prouenire ex sola qualitatis intensione, sed etiam ex maiori multitudine illius sub eadem intensione, quia videlicet

De sensu horum theorematũ Zimara in suis theor. prop. 65.

Quo pacto intelligẽdum sit virtutẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ignitum ferrum se fortiorem se ipso dispersa.

licet in calido vt quatuor plures quaterniones graduum caloris vires simas in vnum conferunt ad agendum,& repellendum hostem materia densi, quàm in rara. Quo fit,vt ex collectione virtutis non arguatur maior intensio qualitatis, licet non solùm maior celeritas in agendo;sed etiam maior resistentia arguatur.

Ferrum candens vt stupã accendat.

Quod ad ferrum ignitum attinet dicendum non produci ab eo plus caloris, quám produceretur ab alio agente habente parem caloris intensionem in rariori materia. Itaque ferrum ignitum non profert ex se calorem summum,quem non habeat,neque ab eo generatur ignis, sed à scintillulis, id est, à partibus ferri tenuioribus iam in ignem conuersis,quæ intra ferrum latent, ab eóque exiliunt, vt est sententia Durandi in 4.dist.44.quæst.5.ad 2.Paludani ibidem quæst.3.art.2.Capreoli art.3.Eodémque sensu scripsit Aphrodisæus in opusc.de mistione, ferrum candens continere verum ignem; vel etiam quia aër, qui antea intra poros ferri continebatur, in ignem conuersus intra eosdem poros adhuc latet; ab eóque stupa ignescit. Nam quod totum ferrum non sit in ignem mutatum indicat illa materiæ crassitudo, & pondus, quæ veræ ignis formæ non conueniunt.Aliis placet in ferro candenti esse calorem summum, non tamen formam substantialem ignis ob deffectum aliarum qualitatum, quæ ad eam requiruntur: de quorum sententia dici posset generari ignem à ferro candenti,si ei offeratur materia prædita cæteris accidentibus, quæ ad ignis formam excipiendam necessaria sunt. Quidquid tamen dicatur, admittendum non est ferrum ignitum, quia densius,intensiorem edere calorem.

Ferrum cadens non esse totum versũ in ignem.

Continens ignem in ari ignito, vt in ſpõgia vel pã no ajuã. Scaliger exercit. 12.in Card. non 3.

Solutio 3.

Pro solutione tertij aduertendũ est corpus lucidũ non posse nobis splendere, neque aspectũ terminare, nisi congrua densitate præditum sit:vnde neque ignis in sua sphæra,neque partes cœli tali dẽsitate carentes nobis apparent. Aduertendum præterea licet vt per aliquod medium trãsmittatur lumen iniectum à luminoso,oporteat tale medium transluciduin, siue rarum esse:tamẽ vt lumen reuerberetur,oppositum requiri:quandoquidem nunquã illius reflexio datur,nisi cùm incidit in corpus,quod traiectionẽ impediat.Hoc posito respondemus ad argumentum,si sumantur duo corpora pari luce affecta,quorum alterum sit dẽsum, alterum rarum;id quod densum est,posse à nobis cerni, esto ratũ non inspiciatur;quia illud sua densitate visum terminat,hoc verò nequaquã.Præterea ab illo posse lumen reciprocari,ab hoc non posse;quia per hoc patet lumini transitus,qui in illo impeditur.Atque hæ causæ sunt,cur luna nobis appareat,non tamen aliæ partes eiusdẽ cœli par lumen à sole mutuantes, item cur luna tantũ luminis ad nos eiaculetur, videlicet non per directam actionem;sed reflexam,qua non est inficiendum luminosum propter densitatem intensius lumen à se mittere; quàm aliud quod cùm æquale lumen à luminoso hauriat, ipsum raritate sua imbibit.

Luminis reflexio quando detur.

Solutio prima 4. argumenti.

Ad vltimum prior responsio, quæ quibusdam placet, hæc est. Quemadmodum è duobus illis luminosis primum per se sumptum non

non augeret lumen ab se antea genitum, si retenta eadem extensione, per diuinam potentiam duplo maiorem densitatem, & congeminationem intensionis eiusdem luminis acquireret,cum ostensum fuerit densitatem non augere virtutem intensiuam qualitatis:ita nec in proposito euentu posterius luminosum simul cum priori intendet prædictum lumen: quandoquidem eadem multitudo graduum posita in diuersis subiectis nequaquam potentior est ad intensiorem qualitatem edendam quàm si in vno, eodémque subiecto coalesceret.Dicendum ergo est cum posterius luminosum, iam productum inueniat totum lumen,quod per se valeret producere; cumque ex coniunctione cum priori maiores vires ad agendum nõ comparet; nihil omnino ab eo productum iri,imò nec à mille luminosis æqua luminis intẽsione affectis, si diuinitus in eodem loco adæquatè ponerentur.Secus tamen res haberet,si luminosa non se inuicem adæquatè penetrarent, sed posterius ita priori adiungeretur, vt ambo maiorem occuparent locum:tunc enim, ob maiorem extensionem, ampliorem actiuitatis sphæram sortirentur, & in longius spatium lumen extenderetur;& quia omnis noua extensio luminis coniuncta est cum noua intensione eiusdem, necessariò ab vtroque intenderetur lumen post primã superficiẽ modo superiùs explicato. Vnde intelliges ea luminosa sese adæquatè permeantia non productura simul,aut extensiuè,aut intensiuè plus luminis, quã vnumquodque per se sumptum produceret:quemadmodum pruna neutro modo plus caloris gignit,quàm flamma cum eadem caloris intensione: esto illa ex eadem distantia citiùs,sensibiliúsque vrat, quàm hæc ob crassitudinis,& densæ materiæ varietatem.

Pruna ob ſolam frequentiã & cohæſionem partium nõ vrit è maiori diſtantia.

Argumentum autem, quod afferebatur ab probandum luminosum aduenies cum alio ædequatè constiturum in eodem loco necessariò aliquid acturum ne otiosum sit; parùm momenti habet. Nihil enim incommodi est aliquid vi miraculi,& per accidens dum ei impedimentum opponitur, cùm alioqui valeat actionem edere, otiari: quo etiam pacto se haberet corpus luminosum collocatum extra cœlum,vbi nihil produceret luminis ob defectum subiecti, in quod ageret.

Altera ſolutio eiuſdem 4. argumẽti, quæ magis placet.

Et hoc quidem modo sese habet prior huius argumenti solutio. Alia tamen est, quæ nobis multo magis probatur, videlicet vt concedamus duo illa corpora luminosa in eodẽ loco adæquatè posita, & quodcũque aliud agens æquali magnitudine, parique intensione qualitatis, si sit in materia magis densa,debere actionẽ extendere in longiorem sphærã,quàm si esset in materia rara, comitante interim maiori intensione maiorẽ extensionem modo ante explicato, nõ in parte immediata & indeterminata. Apparet enim id experientia cõpertum in pruna candenti,& in flãma æqualis quantitatis. Re enim vera videtur pruna non solùm citiùs,sed longiùs calefacere. Idemq; valet,quoad hoc,multitudo graduũ in duobus subiectis penetratiue existẽtibus,atque in vno eodemq; subiecto, si repetitio ob densitatẽ

ex æquo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex æquo respondeat. Ac nostra conclusio, etiam hac solutione admissa, suam retinet veritatem, si vti debet, intelligatur. Nempe qualitatem in materia densiore non producere magis intensa qualitatem, quam in se cohibeat. Si enim agens tantummodò obtinet sex gradus lucis, aut caloris, non quia densius plures, quam sex gradus producet in prima superficie; esto vltra illam, vniformiter difformiter intensionem minuendo, lucem aut calorem in longius spatium explicet. Itaque negandum est crebriorem repetionem eiusdem intensionis gradualis non efficere vt subiectum, in quo est, secundum istum modum fortius operetur. Ex quo etiam intelliges quo pacto accipiendum sit, quod dici solet in hac sententia, nimirum maiorem densitatem non esse causam cur subiectum producat qualitatem sub maiori intensione, & maiorem acrimoniam caloris in materia densiori tantum consistere in maiori celeritate; est enim id intelligendum de maiori celeritate, prout excludit maiorem intensionem absolutè, non autem magis porrectam, vt diximus.

QVAESTIO III.

Detur ne inter agens, & patiens, actio reciproca, an non.

ARTICVLVS I.

Argumenta partis negatiuæ.

Status controuersiæ.

PROPOSITA quæstio de iis tantummodo intelligi debet, quæ vnam specie materiâ communè obtinent, vt omnia corpora sublunaria: quæ enim ex materia specie diuersa coaluere, vt sublunaria, & cœlestia, quoad rationē agendi, & patiendi nō reciprocari inter se palam est, vt hoc in lib. c. 7. text. 54. & c. 10. text. 87. Arist. monuit; idque in causa est, cur ignis, etsi globo sublunari attiguus sit, non tamen in eum agat. Debent præterea agens, & patiens ita sumi, vt congruenter sibi applicata sint, & vtrumque alterum intra suæ virtutis sphæram cohibeat. Nec verò quæst. de qualibet actione intelligi debet, sed de physica, atque ea præsertim, quæ in quatuor primis qualitatibus calore, frigore, humore, & siccitate versatur.

Primum argumentū pro parte negatiua.

Negatiua igitur pars hisce argumentis probari videtur. Nam agentis, ac patientis potentia, aut par, aut impar est: si impar, quod potentius est, aget in infirmius: si par, neutrum aget in alterum. Nam quod æquis vtrinque viribus nulla procedat actio docet Arist. in

2. Argum.

lib. de motu anim. his verbis; Quæcumque sunt æqualia, à se inuicem non patiuntur, per exuperantiam verò vincuntur. Deinde si patiens re ageret, nullum agens id, quod patitur, sibi omnino assimilare posset; siquidem agendo infirmaretur, remissiusque fieret: fractum verò, ac remissum nequiret aliud ad integritatem suam promouere, vt patet in calido, vt octo, quod si à calore summo deficiatur, quonam pacto aliud calidum, vt octo reddat? Item sequeretur omnem elementorum actionem esse mixtionem, nec posse alterum ex altero generari; quia nunquam id, quod actuosius, ac potentius est, in se impotentius commutaret; sed ad medium quoddam ex contrariorum permissione concretum deduceret. Præterea data mutua actione admittendum esset contra commune philosophorum placitum eandem qualitatem in eadem parte subiecti intendi simul, & remitti. Nam per hypothesim calidum A. quatuor palmorum agat in B. frigidum, cumque non opus sit totum A. pati à B. patiatur ratione duntaxat quarti palmi, qui B. proximè attingit. Hoc posito quartus palmus agentis A. pateretur à frigido, atque adeò remitteret calorem. Rursus idem palmus simul calefieret à reliquis tribus palmis ipsius agentis calidi; quia reliquæ partes agunt in B. frigidū, nec nisi per quartum palmum actionem possunt transmittere, cùm nihil agat in distans, quin priùs agat in propinquum. Igitur quartus palmus simul calefieret, atque adeò eius calor in eadem parte simul minueretur, & augeretur; minueretur, inquam, à B. & augeretur ab A. Idem verò absurdum colligi potest, si agentia loco dissita mutuò patiantur. Sequitur enim aërem interiectum simul cōtrariis motibus cieri. Nam neque tunc B. ab A. calefieri, neque A. frigefieri à B. nisi per intermedium aërem potest. Quare si dum A. calefacit B. frigefit à B. necessum planè est interpositum aërem simul incalescere, & refrigerari.

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

Denique non omne id, quod aliud loco mouet, ab eo mouetur, vt Aristoteles in lib. de motu anim. dicit, patérque in magnete attrahente ad se ferrum, & in eo, qui lapidem deucit, aut iaculum intorquet. Sed par videtur esse ratio in eo, quod alterando agit. Non ergo id, dum agit, necessariò patitur.

6. Argum.

ARTICVLVS II.

Negari non posse mutuam actionem, & passionem inter agens & patiens, & in ea re explicanda non rectè quosdam philosophari.

Confirmatio ab experientia.

ÆTERVM, qui reciprocam agentis, & patientis actionem negant, & sensui, cuius hac præsertim in re, magna auctoritas est, & rationi, & Peripateticæ disciplinæ refragātur. Sensui, quia videmus; siquis frigidæ aquæ calidam permisceat, manere aquam cum medio quodam temperamento caloris, & frigoris. Siquis item manu glaciem prehēdat, hanc liquescere, illam perfrigerari. Præterea, quia in nutritione experimur, non solùm alimentum à nostris membris vi caloris confici, & absumi; sed membra ipsa ab alimentis affici; adeò vt ex diuturno, & frequenti pituitosi cibi vsu interdū caro albescat, & mollis fiat, atque in morbum, quem Medici Leucophlegmatiam appellant, incidat. Rationi quoque aduersantur, quia vt Aristoteles capite septimo, huius libri

De Leucophlegmatia.

Rationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

text.50.differebat,agens & patiens,de quibus in præsenti sermo est, ex se aptitudinem habent, vt alterum alterius impressionē recipiat. Quare si aliunde nihil obsit,ab se mutuò patientur. Prætereà idem confirmatur,quia sublata repassione tolleretur mistorum corporum ortus, cùm hic haudquaquam esse possit;nisi summæ elementorum qualitates mutua contrariorum actione fractæ,ac remissæ ad temperiem quandam mixtis corporibus idoneam reducantur. Item non gigneretur tertium elementum ex duorum congressu;siquidem hoc tunc gignitur,cùm neutrum alterum omnino vincit, sed agendo,& patiendo vtrumque ad medium reducitur,vt docet Aristoteles lib.2. huius operis cap.4.Adimeretur quoque Medicis confectio medicamentorum,quæ ab ipsis cōposita nuncupantur;hæc enim non constant,nisi cùm simplex medicamentum impensè calidū,frigidumvè permistione, & reactione contrarij remissius sit. Sanè verò mutua hæc contrariorum actio à natura, quæ perpetuitati quàm maximè studet,comparata est,& quasi lege sancita,vt res caducæ earum,quæ se à naturali statu dimouent,insolentiam retunderent, ac morarētur, atque ita diuturniores esse possent.Denique qui repassionem negāt, Aristoteli contradicunt, eam multis in locis astruenti,vt 3. Physic. cap.2.text.8.&16.& hoc in lib.cap.7.& 10.& lib.2.cap.4.& vberius 4.lib.de gener.anim.cap.3.vbi ita scripsit.Omne agens patitur,etiam à patienti,vt quod secat,hebetatur ab eo,quod secatur;quod calescit, refrigeratur à calescente;denique quodcunque mouet,excepto primo,mutuò mouetur aliquo motu.Idem approbat communis schola Medicorum, vt videre est apud Auicennam 1. Fenn.doct.1.cap. de complexione, & Galenum 3.Symptom.cap.2.& 3.de temperamentis cap.5.

quæ est petitio intercisa vide Celsum lib.2.c. 21.

Ex concursu duorum elementū vt gignatur tertium.

Mutua actio contrariorū.

Aristot.

Auicen. Galen.

Est tamen inter eos, qui nostram hanc assertionem amplectuntur,non parum dissidij in explicanda ratione,qua prædicta perpessio exercetur.Nonnulli,quos refert Marsilius hoc in lib.quæst.19 art.3. putant agens non à patiente repati, sed à cœlestiū corporum influxu, qui dum ad mixtionem, generationémque rerum promouendam in commune concurrit,fortioris agentis vim refringit,ac temperat. Hæc sententia nobis minimè placet; primùm quia repugnat Aristoteli locis paulò ante citatis asserenti agens ab ipso patiente repati.Deinde quia rationi quoque aduersatur.Nam cùm agens,vt superiùs argumentabamur,in potentia sit,vt ab eo,in quod agit,repatiatur,non est cur ad cœlestem vim confugiamus.

Opinio Marsilij.

Refellitur.

Alia est opinio Richardi Suiseth,quem Calculatorem vocant,tractatu 7.de reactione, in quam etiam concessere nonnulli è familia D.Thomæ.In eademque Commentatorē 4.Meteor.lib.fuisse aliqui putant. Hi volunt repati agens à patiente,non tamen per se(saltem in eadem parte subiecti) id est, non secundum eandem qualitatem, per quam agit; sed secundum aliam; vt cum ignis aquam calefacit, agere quidem per calorem in frigus,repati autem per siccitatem ab humore aqueo.Fatetur nihilominus Calculator posse agens secundum

Sententia Calculatoris.

dum eandem qualitatem,qua agit,ex accidente repati, etiam in eadem parte,quomodò dum ignis siccitas ab humiditate aquæ remittitur,ab eadem quoque humiditate per accidēs calor minuitur.Item posse pati per se ipsum secundum eandem qualitatē in diuersis partibus subiecti v. g. si sit agens pedale A.calidum habens alias partes calidas sexto gradu,alias secundo:item si sit agens pedale B.frigidum continens alias partes frigidas sexto,alias secundo gradu:A.per partes calidas sexto gradu agere in B.secundum partes frigidas secundo gradu, & B.reagere per partes frigidas sexto gradu in A. secundum partes calidas secundo gradu. Quod si agens,& patiens sint vniformiter calida,& frigida,vnum non agere in alterum.

Hoc etiam placitum à veritate aberrat.Et quidem quatenus asserit agens non repati secundum eandem partem mox impugnabitur; prout autem negat repati per eandem qualitatem ex eo cōuincitur, quia sensuum testimonio repugnat, siquidem experientia notum est,cùm aqua calida in frigidam infunditur, quantumlibet hæc vniformiter frigida sit, & illa vniformiter calida, tam calorem illius, quàm huius frigus remitti, cum interim humiditas nulla ex parte minuatur.Deinde quia si darentur duo corpora, vnum calidum siccitatis expers,alterum frigidum expers humiditatis,haud dubiè in se vicissim agerent, cùm vtrumque esset in potentia ad alterius qualitatem recipiendam;& tamen non iam ex accidente,sed per se,& calor à frigore,& frigus à calore remitteretur.

Impugnatur.

Tertiam opinionem secutus est Guillielmus Hentisberus sophista non ignobilis in vltimo sophismate,vbi captiosa argumentorum probabilitate,etsi non inficietur inter agens,& patiens vniformia (quod negabat Calculator) dari actionem, & passionem secundum eandem qualitatem; contendit tamen agens non secundum se totum, sed secundum aliquam sui partem repati; quia quantumlibet patiens imbecillum fuerit,& iniquo marte congrediatur,semper aliquam agentis particulam vincet;vt autem totum superet,nullatenus videtur fieri posse;cum id,quod ab alio vincitur,ipsum ab alio integram reportare victoriam, impossibile sit. Sed neque Hentisberus rectè sentit, tum quia palam experimur interdum id, quod agit, se toto repati, vt dum calida frigidæ infunditur; tum etiam quia aliqui nulla esset misti generatio. Necessum est enim elementa,è quibus mistum coalescit,secundum se tota refringi. Tum denique,quia cum patiens intra virtutis suæ sphæram totum agens cohibere possit,non est,cur ex vtraque parte inter totum agens & patiens actionem dari posse inficiemur. Atque his rationibus profligata etiam manet sententia Calculatoris,quatenus aiebat dum agens repatitur secundum eandem qualitatem,non posse in eadem subiecti parte repati.

Opinio Hentisberi.

Confutatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

Repassionem fieri, dum vnius qualitatis actiuitas alterius resistentiam vincit.

Conclusio. IGITVR superioribus sententiis reiectis, nostra conclusio sit. Agens repatitur per se à patienti secundum eam qualitatem, qua agit, non ex parte duntaxat, sed nonnunquá etiam totum. Hæc conclusio est D. Thomæ in 4. sent. dist. 11. q. 1. art. 3. quæstio. 3. Themistij 3. Physi. com. 8. Heruæi de vnit. form. q. 15. Marsilij hoc lib. quæst. 19. Saxoniæ quæst. 16. Thienensis in tract. de reactione, & aliorum complurium, elicitúrque ex doctrina Aristotelis locis ante citatis. Intelligenda tamen erit cum ea moderatione, quam articulo proximo subiiciemus. Ac tametsi illius veritas ex iis, quæ hactenus diximus, plana videatur; tamen vt res magis eluceat, quædam obseruanda erunt. Primum in omni actione, de qua loquimur, vtrobique tam in eo, quod agit, quàm in eo, quod patitur, & actiuitatem, & resistentiam cerni. Item resistentiæ nomen trifariam vsurpari. Nimirum pro resistentia negatiua, priuatiua, & contraria. Negatiua consistit in sola incapacitate, & ineptitudine subiecti ad recipiendam formam. Quo modo corpus cœleste dicitur resistere ignis calori, cuius incapax est.

Triplex resistentia.

Negatiua.

Priuatiua. Priuatiua, quæ etiam passiua à philosophis vocatur, est, qua subiectũ esto aptum sit ad recipiendam formam ab agente, ei tamen aut neutiquam, aut ægrè cedit, & eius actionem remoratur, verùm sine vlla actione: vt cùm prædurum saxum, frangere nitenti; & nauis, trahere conanti immota obsistit. Denique resistentia contraria est, qua quippiam actione sua cum aduersario congreditur, eiusque vim contra pugnando, quoad potest, debilitat, vt cum igni resistit aqua per calefactionem, eius calorem remittendo, actiuitatémque retardando.

Contraria.

Omissa ergo resistentia negatiua, quæ in rebus alterationi obnoxiis, de quibus tantùm hoc loco agimus, locum non habet; siquidem eæ omnes sunt participes primarum qualitatum, in quibus alteratio versatur: aduertendum est hoc esse discrimen inter resistentiam secundo, & tertio modo acceptam, quòd hæc sit æqualis actiuitati, cum per eam tantum resistatur, quantum per actiuitatem de contrario expellitur: illa verò interdum actiuitate maior sit, interdum minor, vt experiri licet in qualitatibus primis, inter quas calor, & frigus magis actiua sunt, quàm siccitas, & humiditas. Porrò autem ratio actiuitatis, & resistentiæ passiuæ non consistit in latitudine graduum, cùm hæc in quatuor primis qualitatibus par esse queat existentibus inter se inæqualibus resistẽtia, & actiuitate earundem. Igitur actiuitas consistit in maiori agendi efficacitate, & actimonia, quam ex celeritate, qua agens id, quod patitur, sibi assimilat, deprehendimus. Resistentia verò in difficultate patiendi, quæ quanto maior est, tanto patiens impressionem agentis tardiùs admittit,

Discrimen inter resistẽtiam secundo, & tertio modo.

immò & aliquando eam ex toto respuit.

Est autẽ hic ordo quoad actiuitatem in iis qualitatibus; calor primum locum vendicat, siquidem compertum est ignem vi caloris celeriùs ac promptiùs materiam corripere, suúmque effectum producere, quàm aliud quodvis elementum vi alterius qualitatis: secũdum locum obtinet frigiditas: tertium humiditas: postremum siccitas. Quoad resistentiam verò conuerso modo res habet. Nam siccitas omnium acerrimè repugnat; eaque causa est, cur morbi, qui in siccitatem labuntur, difficiliùs curentur. Secunda in resistendo est humiditas: tertia frigiditas: quarta caliditas. Atque horum omnium graduum diuersitas variis experimentis innotuit. Qua de re fusiùs in huius operis progressu differemus, cùm diuisionem qualitatum in actiuas, & passiuas ex instituto pertractabimus.

Ordo actiuitatis in qualitatibus.

His animaduersis non erit difficile percipere, quo pacto agens valeat per se secundum eandem qualitatem tum agere, tum pati; siquidem eadem qualitas potest actiuitate sua resistentiam contrariæ superare, & quoad suam resistentiam ab eiusdem contrariæ qualitatis actiuitate vinci. Quapropter cũ à maioris inæqualitatis proportione actio progredi queat, nihil impediet quominus vtrumque in alterum agat. Non enim istiusmodi proportio penes actiuitatem vtriusque, sed actiuitatem vnius, & resistentiam, siue contumaciam, & impatibilitatem alterius æstimanda est. Itaque non infrequenter accider, vt vnius cõtrarij actiuitas, alterius actiuitati par, aut etiam minor sit; & tamen ab eo in alterum procedat actio; modò illius resistentiam exuperet.

Actio à proportione maioris inæqualitatis.

ARTICVLVS IIII.

Refelluntur falsæ quorundam opiniones circa ea, quæ proximè conclusa sunt.

Vallesius lib. 1. contr. phil. & medic. c. 5. Lege quoq; Theophilum lib. 2. de anim. ad text. 45. ECCE nonnulli recentium philosophorum secũdam illam resistentiæ notionem paulò ante à nobis traditam reiiciunt, eam fictitiam, ac nulla necessitate inuectam asserentes; cum resistere (quod ad rem præsentem attinet) nihil aliud sit, inquiunt, quàm per contrariam agere qualitatem. Persistendũ nihilominùs in sententia est, affirmandumq; necessariò dari modum illum resistentiæ ab actione distinctum. Primùm, quia Aristoteles in categoria qualitatis naturalem potentiam definiens, ait esse id, quo quidpiam facilè agit, non autem patitur, id est, resistit; vbi non solum actionem à resistentia separat; sed quid resistentia sit appositè docet, dum resistere appellat non pati. Videlicet quia hæc, de qua agimus, resistẽtia, non est aliud, quàm impatibilitas quædam, secundũ quam non facilè qualitas à subiecto pellitur, nec subiectum ipsum à contrario patitur. Secundò idem suadetur, quia in motu locali datur resistentia absque actione: ergo & in alteratione. Con-

Argumenta probãtia resistentiam distingui ab actione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secutio videtur perspicua, cùm par sit vtrobique ratio, estque de mente Aristotelis, vt ex secundo pronuntiato patebit. Assumptum verò, etsi manifestius sit, quàm vt probatione egeat: confirmatur tamen primùm testimonio Aristotelis cap. 8. text. 71. lib. 4. Physic. vbi docet medium densius propterea quod ægrè diuiditur, magis retardare mobile. Deinde quia si quis montem loco mouere conetur, vtique resistet illi mons non agendo; sed sola impatibilitate, qua motum non admittit.

Aristot.

Dubium. Non parua etiam dubitatio est, an subiectum quantumuis intensa qualitate præditum à contrario quantumlibet remisso pati possit, dummodò se intra mutuæ actiuitatis sphæram cohibeant. Nonnulli affirmatiuam partem amplectuntur: quibus si opponas tritum illud philosophorum pronuntiatum, omnem actionem esse à proportione maioris inæqualitatis, respondent intelligendum id esse inter qualitates, quæ eiusdem speciei sunt verbi gratia non posse calidum, nisi intensius sit, agere in calidum; posse tamen in aliud quantumlibet frigidum. Hoc autem ea potissimum ratione comprobare nituntur, quia totum reciprocæ actionis fundamentũ est potentia, quam vtrumque agens ad alterius impressionem recipiendam habet, vt videtur non obscurè docuisse Arist. lib 3. Physic. cap. 2. text. 8. & hoc in lib. cap. 9. text. 77. aiens ideò quædam vicissim agere, & pati; quia agendi, & patiendi simul facultatem obtinent. Quare cùm in quouis calido insit potentia ad frigus, poterit quoduis frigidum in quoduis calidum sine discrimine agere. Videtur quóque his fauere experientia. Nam minima aquæ guttula candenti ferro iniecta aliquam eius particulam refrigerat; & stilla durissimum lapidem sæpè cadendo excauat, nec tamen putandum est maiorem esse actiuitatem aquæ, quàm resistentiam ferri igniti, aut præduri lapidis. Potestque idem suaderi, quia si vt humidum verbi gratia in siccum agat, requireretur proportio inter actiuitatem humiditatis, & resistentiam siccitatis; sequeretur summè humidum non posse agere in summè siccum, quod non videtur admittendum. Probatur consecutio. Quia resistentia siccitatis superat resistentiam humiditatis. Cùm igitur humiditas minùs agat, quàm resistat; siquidem hæ duæ qualitates dicuntur in resistentia excellere, manifestè colligitur siccitatem plus resistere, quàm humiditas agat.

Ex testimonio Aristotelis.

Responsio ad superius dubium. Asserendum tamen agens non à quolibet potiente repati; quandoquidem vt repatiatur, oportet eius resistentiam à contrario vinci; potest autem actiuitas patientis tam exigua esse, & tam magna resistentia agentis, vt hæc nequaquam illam superet; quod cùm acciderit nulla erit repassio, cùm nihil nisi à vincente repatiatur. Et hæc quidem sententia videtur expressè tradita ab Aristot. lib. 7. Physic. cap. 5. text. 39. vbi Zenonem coarguens ait, sicuti non quælibet virtus motrix cuiusuis ponderis repugnantiam, ita neque quælibet virtutem alteratricem cuiusuis subiecti resistentiam vincere, aut ipsum alterare. Quod item scripsit de gener. anim. lib. 4. cap. 3. hisce verbis

verbis. Refrigeratum est calefaciens, concalefactum refrigerans, aliàs nihil agens, aliàs minus quàm patiens. Corroborari idem potest ex eo, quia si, vt aduersariæ partis auctores inquiunt, nulla esset in agente habenda ratio passiuæ resistentiæ, sed potentiæ duntaxat, quàm ad alterius impressionem recipiendam habet, sequeretur nauem à quolibet impellente quantumuis imbecillo aliquid pati, ac nonnihil impelli posse: quod tum Aristoteles loco citato, tum experientia negat. Consecutio probatur, quia nauis non minùs est in potentia ad motum, quàm quoduis calidum ad frigus.

Rationes verò partis contrariæ non multum negotij exhibent. Ad primam enim dicendum integram causam, cur ageus, & patiens in se mutuò agant non esse potentiam, quam vtrúmque ad alterius impressionem recipiendam obtinet; quamuis hæc etiam requiratur, vt locis in argumento adductis testatur Aristoteles: sed requiri etiam proportionem inter vnius actiuitatem, & alterius resistentiam. Ad experientiam ferri igniti dicendum cùm illud ab aquæ guttula patitur, maiorem esse guttulæ actiuitatem, quàm resistentiam ferri, non quidem si comparetur vis illius guttulæ cum toto ferro; sed cũ particula, quàm attingit. Item ad illud de stilla, seu gutta cadenti respondendum, non quamlibet guttam saxo particulam detrahere, sed millesimam, v. g. ope antecedentium, quibus saxũ ad eam detractionem subeundam paulatim disponebatur per aliquam qualitatem, vt per humiditatem, quam cõsequitur mollitudo, quæ in causa est, vt lapis patiatur auelli à se particulas, etiam leui plaga decidentis guttæ. In quam sententiam ita scripsit Themistius in sua paraphrasi ad calcem septimi lib. Physic. Neque si lapidem multa stillicidia incauant, necesse est singulis stillicidiis separatim sua ramenta respondeant. Nec enim semper ad discretionem potentiarum subiectæ magnitudines discernuntur; sed nonnullæ quoque potẽtiæ sunt, quæ illas quasi transcursu prætereant, non diuidendo, secandovè, sed ita afficiendo, & præparando, vt secari, & diuidi aliquando possint. Hæc ille. Quibus consentanea docet S. Thomas in secunda secundæ quæst. 24. art. 6. ad 2. Ita verò dum guttæ percussu assiduo lapidem ad dissectionem præparant, qualitas, per quam singulæ partiatim agunt, actiuitate sua vincit resistentiam eius, qua lapis resilit.

De hac etiã re Galenus lib. 1 de loc. affect. cap. 2.

Themistius.

Lege etiam D. Thom. 1. d. 7. q. 2. a. 3. & in 3. d. 32. q. 1. a. 2. & in 4. d. 23. q. 1. a. 2. & de verit. q. 1. art. 9. ad 11.

D. Thomas.

Maior tamen difficultas est in explicando modo, quo minutissima quædam, & leuissima corpuscula, à quibus nulla præuia qualitas induci videtur, lapides incauent, vt formicæ, de quibus Plinius lib. 11. Natural. hist. cap. 30. Silices, inquit, itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacumque assiduitas. Sed dicendum formicas partim suorum pedum conatu, partim attactu onerum, quæ deuehunt, lapides longo decursu temporum nonnihil comminuere, non quidem vt guttas, humectando, & molliendo, aut aliam eiusmodi inducendo qualitatem; sed tenuissimas particulas eo qualicumque nisi non vno quoque, sed sæpius repetito, per localem motum sensim auocando

Plinius.

Assiduitas quantũ valeat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cando, tandémque diuellendo. In qua etiam diuulsione cùm resistentia, actiuitas, & victoria reperiantur; necessariò concedendum erit minutissima illa corpuscula terentia lapides sua actiuitate vincere tandem resistentiam inuentam in particulis, quas detrahunt. Quo etiam pacto stillæ cadentes, etsi nihil humoris, aut mollitudinis inducerent, cauare lapides possent.

Cur humiditas, & siccitas dicantur magis resistere.

Ad vltimum argumentum sumptum à proportione inter actiuitatem humiditatis, & resistentiam siccitatis, neganda est consecutio; & ad eius probationem dicendum humiditatem, & siccitatem non iccirco dici in resistentia excellere, quòd magis resistant, quàm ipsæ agant; re enim vera magis agunt, quàm resistant: sed quòd collatæ cum aliis duabus primis qualitatibus, ipsæ magis; illæ minùs resistant; illæ acriùs agant, hæ lentiùs. Quare cùm siccitas non plus resistat, quàm humiditas agat, nihil impediet, quominus summè humidum agat in summè siccum.

ARTICVLVS V.

Diluuntur rationes, quæ probare contendebant, patiens non reagere.

Dilutio 1.

NVNC primi articuli argumentis, quæ reactionem è medio tollere nitebantur, respondeamus. Ac primi quidem explicatio ex dictis perspicua relinquitur. Nam vtcumque agens, & patiens quoad actiuitatem sese habuerint; siue æquis polleant viribus, siue non; modò actiuitas vnius, alterius resistentiam vincat; in se mutuò agent. Nec Aristoteles in lib. de motu anim. inter actiuitates ipsas inæqualitatem requirit, vt procedat actio; sed inter actiuitatem, & resistentiam. Ad secundum negandum est, quod assumit; licet enim agens patiendo debilitetur; si tamen omnino victoriam obtinuerit, ita profligato hoste, vt iam ab eo non repatiatur, confestim intensionis dispendia resarciet, & ad statum naturæ suæ debitum redibit; sicque patiens sibi perfectè assimilabit. Quod tamen intellige cùm agens, quod repatitur, agit per qualitatem non peregrinam, sed sibi naturalem, quæque sublatis impedimẽtis ab eius formæ dimanat; quo pacto se habet calor ad ignẽ. Quod si agens per qualitatem alienam, & aduentitiam operetur, vt ferrum ignitum per calorem; fatendũ erit non posse tunc agens assimilare sibi passum in eo gradu, quem ante repassionem habebat, sed in eo, quem prope finem obtinet. Ad tertium negandà est consecutio: quia licet vnum elementum in conflictu repatiatur, nihilominus sæpè victoriam tandem reportat, & aduersarium in se conuertit.

Dilutio 2.

Quando agẽs parta victoria dispendiũ resarcit.

Dilutio 3.

Dilutio 4.

Ad quartum negandũ est, quod assumit, dicendũmque quartum illum palmum refrigerari à B. frigido, sed interim non calefieri à reliquis partibus A. calidi, esto illæ B. frigidum calefaciant. Non enim calorem per quartum palmum, sed per se immediatè traiiciunt in

in B. frigidum. Quia quando partes non agunt actione sibi peculiari, sed actione totius, non necesse est, vt vna earum agat in aliam, & per eam in rem externam, quæ patitur. Nam philosophicũ illud axioma. Nihil agit in distans, nisi per intermedium; de toto agente, non de parte intelligi debet. Vti enim totum agens in rem patientem extrinsecam immediatè actionem inducit, ita & partes totius agentis; licet inter eas, & id, quod patitur, aliqua eiusdem agentis portio, quæ prædictam actionem non excipiat, interiecta sit. Debere autem eo pacto id intelligi argumento est, quòd si ignis quatuor palmorum æquabiliter calens, citra omnem repassionem in aquam ageret, haud dubiè tres priores palmi communi cõspiratione aquam calefacerent; alioqui multò lentior, segniórque eiusmodi actio foret, vtpotè à minori agente edita; & tamen constat eosdem tres priores palmos sic in aquam agere, vt in quartum quem ponimus cæteris omnino similem, nihil caloris immittant. Igitur & in re proposita tres priores ignis palmi immediatè aquam calefacient; quia non distinctis actionibus, sed vna duntaxat actione totius operantur.

Quo passo intelligi debeat miscere in distans.

Impugnatio solutionis.

Sed hunc in modum iam quispiam vrgeat, Quartus palmus agentis A. fit cæteris palmis in conflictu dissimilis. Ergo vt eum illi sibi assimilent, in ipsum agent; siquidem omne agens physicum ex naturæ necessitate agit in passum dissimile, si ei congruenter propinquum sit. Huic obiectioni occurrit Theophilus Zimara lib. 2. de anima ad text. 45. ideò tres palmos agentis A. non calefacere quartũ palmum; quia vt docet Aristoteles hoc in lib. cap. 9. text. 78. vna pars continui non agit in alteram sibi continuam. Verùm hæc responsio non placet; agit enim vna pars continui in alteram, vt fuit à nobis superiùs dictum, cum de reciproca partiũ inter se actione disputaremus. Neque id negat Aristoteles loco citato; tantum enim vult partes continui homogenei, quæ eadem qualitate, quoad speciem, & gradum affectæ sunt, non agere in se mutuò. Aliter igitur respondendum, videlicet in proposito euentu impediri omnino tres priores palmos, quominùs in quartum agant, quia cum externo hoste ita occupantur, sicque ad eum vincendum omnem vim suam conferunt, vt illius partis dispendiũ quasi dissimulẽt, donec, parta victoria, eam in suum priſſinum statum vendicent. Sæpe enim natura, vt in hisce rebus solers, ac prouida est, quo tueri totum possit, partem vnam periculo, damnoq; exponit. Quòd si quis adhuc roget, cur ignis non simul & quartum illum palmum tueatur, & cum externo hoste depugnet? Respondemus huius rei causam ad finitatem virtutis, & applicationis agentium naturalium referendam esse; inde enim fit, vt si vehementi conatu, atque vndique collectis viribus, & vna totius actione in aliquid incumbant, vim ad alia intendere vel ægrè admodum, vel nullo modo queant. At enim illud etiã nunc in proposito argumẽto difficultatẽ affert, cur videlicet ignis non potiùs incumbat ad quartum illum palmum calefaciendum, præsertim cùm tota ei pernicies ab aduersario per illum inferatur, eoq; incolumi totũ agens factum,

Quæ nõ placet.

Germana responsio.

Natura solertia, & prouidentia.

Difficilis dubij enodatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tectúmque maneat? Nimirum quia postquam semel tres illi palmi actionem agentis contrarij impedire nequierunt, non valent etiam, dum hostis non vincitur, qualitatem, quæ per eam actionem producitur, expellere; cùm per illam eiusmodi qualitas efficiérer conseruetur, & augeatur. Et hæc vna ratio præ aliis fortè placuerit ad reddendam absolutè causam, cur tres palmi prædicti in quartum non agant.

Multiplex responsio ad 5.

Ad quintum sunt, qui respondeant, si medium vniforme sit, & æque paratum ad calorem, & frigus; calefaciendum id simul, & refrigerandum. Alij verò futurum putant, vt medium alternatim incalescat, refrigereturque; arbitrantur enim nullum motum esse continuum; sed ex progressionibus & moralis quibusdam coalescere. Itaque in morula frigefactionis, cum medium non frigescat, calefiet, inquiunt, in morula calefactionis, cum non calefiat, refrigerabitur. Harum responsionum neutra veritati consonat. Non prima, quia admittit in eodem corpore suis iam affecto qualitatibus, dari simul contrarios motus, quod fieri non posse progressu ostendemus. Non secunda, quia negat alterationem esse motum continuum, quod suprà confutauimus. Respondemus igitur si A. calidũ & B. frigidum ad reuincendum medium vim habeant, tunc aërem interiectum calefactum iri ab A. secundum vnam medietatem, simúlque refrigeratum iri à B. secundum alteram: deinde A. cum sua aëris medietate calefacta tanquam vnum totale agens acturum in alteram medietatem aëris, & B. cum sua aëris medietate frigefacta acturum similiter in alteram

Idonea solutio.

CAPITIS X. ΚΕΦ. ι.

Explanatio.

Text. 82. ¹ ΛΟΙΠΟΝ ἡ διωρισμένων περὶ μίξεως, καὶ τοῦ αὐτῶν πρῶτον ἡ μιχθὲν τὸ γὰρ ἓν τρίτον ἦν προτεθέντων ἐξ ἀρχῆς. σκεπτέον ἓν τί τὸ ἔστιν ἡ μίξις. καὶ τί τὸ μικτὸν, καὶ τίσιν ὑπάρχει ἔργῳ ὄντων. καὶ πῶς. ἔτι δέ, πότερον ἔστι μίξις, ἢ πᾶσα φαίνεται ἀδύνατον γὰρ ἔστι μιχθῆναί τι ἑτέρῳ ἑτέρῳ, καθάπερ λέγουσί τινες· ὄντων μὲν γὰρ ἓν τῷ μιχθέντων, καὶ μὴ ἀλλοιουμένων, οὐδὲν μᾶλλον μεμίχθαι φασὶν ἢ σφαῖραν σφαίρᾳ ἐχούσῃ. ἔστιν ἓν σφαῖρα σφαίρᾳ, ἡ μεμίχθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν ὅλῳ ὅλῳ, τὸ δ' οὐ ὅλῳ. τῷ ἓν μίξιν ἐχόντων ὁμοίως ὅλῳ· τὸν αὐτὸν ἓν τρόπον, κἂν εἰ ἀμφοτέρων σπερμάτων ἐφαπτομένων ἑκάτερον, ἡ γὰρ ὅλῳ μεμιγμένα τά γε ὅλων ἐν ὅλῳ. ² ἔοικε μὲν οὖν ὁ λόγος ἰσχεῖν διαφέρειν, τί ἐστὶ

Text. 83.

Quo argumẽto nonnulli miscionem esse negarint.

negligemus. Fuerũt ergo qui mistionem nullam esse omnino putarent, hoc, vt vito nõnulli mi- dicunt, ducti argumento. Ea, quæ misceri dicuntur, duo saltẽ esse oportet. Vel igitur ea in mistione ambo conseruamur, formamque suam retinent: vel vnum corrumpitur,

teram partem aëris. Sic verò vna medietas aëris calefiet, & non refrigerabitur; alia refrigerabitur, & non calefiet. Sicuti in solutione superioris argumenti dicebamus.

Explicatio dubij de superficie media inter vtrumque agens.

Sed quid de media superficie dicendum? Quo pacto illa à contrariis motibus vindicari poterit, vbi primùm ad eam vtrumque agens simul appropinquarit? Respondemus apud eos, qui negant indiuisibilia alterationẽ subire, nihil esse difficultatis; quia media superficies neque calefiet, neque frigefiet. Iuxta aliorum verò opinionem, occurrendum erit, vt nobis quidem videtur, si actiuitas caloris ex vna parte, & actiuitas frigoris ex altera æquales fuerint ad vincẽdam resistentiam qualitatũ, quæ tunc in media superficie inueniuntur; tunc mediam superficiem nec calefaciendam, nec refrigerandã; quia agens calidum, & frigidum mutuò sese impedient, cùm nulla maior ratio sit cur, hoc potiùs, quam illud agat. Itaque in eo euentu non vlteriùs actio proceder, sed ad eiusmodi superficiem extrinsecè terminabitur. Si verò actiuitas vnius præualuerit ad vincendam prædictam resistentiam; tunc id præoccupandi actionem ius habebit; atque adeò in superficiem, qualitatem propriam transfundet, deincepsque victoriam persequetur, inhibita alterius agentis actione.

Dilutio 6.

Ad vltimum argumentum dicito non eandem esse rationem in motu locali, & in alteratione. In motu enim locali non necesse est, vt id, quod resistit, virtutem motricem habeat, quam in patiente imprimat: at verò quod alterationem, de qua agimus, datur vtrumque agendi, & resistendi vis, vt ex dictis constat.

CAP. X.

Text. 81. ¹ RESTAT vt de mistione contemplemur, iuxta eundem doctrinæ modum. Nam ex hisce, quæ initio proposuimus, hoc erat tertium. Considerandum autem est quid mistio, quid mistile, quibus entibus, & quo pacto competat; & insuper vtrum sit mistio, an id falsum sit. Nam fieri non potest, vt quid alterum alteri misceatur; sicuti quidam aiunt. Etenim cum ea, quæ mista sunt, adhuc sint, nec alterationem subierint, non magis nunc, quàm prius esse mista, sed similiter se habere dicunt. Porrò si alterum sit corruptum; non esse mista, sed alterum esse, alterum non esse; quæ similiter sese habent. Eodem autem modo, etiam si postea, quam in vnum ambo venerint, virumque eorum, qua miscentur, corruptum sit, non

Text. 83. non sunt. ² Hæc igitur ratio postulare videtur, vt pitur, & alterum manet; vel vtrumque interit. Si detur primum, non magis, dicentur mistionem fabulisse, postquam in vnum cõuenerint, quàm antea, cùm eodem modo se habeant. Si secundum, idem erit dicendum: nec enim id, quod manet, dicetur cum eo, quod interiit, misceri cum id, quod interiit, iam non existat, & id, quod manet, mutatum non sit. Si tertium, idem similiter pronuntiandum etiamsi ea, quæ non sunt, mista esse non possint. Quare nulla omnino in rebus mistio esse viderur.

Mistionem non esse genitam rationem.

² Hæc igitur ratio. Vt superiori argumento occurrat, explicandum sibi quo pacto mistio à gene

Universidad de Deusto
Biblioteca

generatione, cæteris̃que mutationibus differat, quid item inter miſtile, & generabile, ac corruptibile, ſit diſcriminis. Quod ergo miſtio non ſit generatio probatur: quia cum quidpiã ex alio gignitur, vt ex ligno ignis, non ligno admiſceri ignem, neque igni lignũ dicimus, ſed ignem generari, & lignũ corrumpi.

Neque alterationẽ, alterationémve.

[a] *Eodem autẽ.* Quod miſtio non ſit accretio, vel alteratio ex eo oſtendit, quia tam quod augeſcit, quam quod alteratione fit, integra manent. Cùm tamẽ ea, quæ miſcentur, non ita ſe habeant. Ob quam etiam rationem neque accidẽtia cum ſubiectis, vt candor cum corpore: neque ipſa accidentia cum aliis accidentibus, vt candor cum dulcedine miſceri queunt; ſiquidem iſtiuſmodi affectus poſt mutuam coniunctionẽ incolumes perſeuerãt. Adde quod ea, quę miſcẽtur, eiuſmodi eſſe debent, vt per ſe cohærere valeant, quod accidentibus minimè conuenit. Hinc Anaxagoram carpit, qui omnia in Chao miſta fuiſſe, & Anaximandrum, qui omnia miſceri poſſe exiſtimarunt: cum multa ſint, quæ vt cõſiſtere per ſe nequeunt, eiuſmodi ſunt accidẽtia, ita nec miſceri vlla ratione poſſunt.

Reprehenſio Anaxagoræ, & Anaximandri.

[b] *Cùm autem eorum.* Diluit propoſitam controuerſiam, ſtatuens dari re vera miſtionem. Vt autem pateat quo pacto ea, quæ miſcentur, ſiue elementa, maneant in miſto, quod ex eorum concretione generatur: docet rerum quaſdam eſſe actu, alias potentia: elementa verò eſſe in miſto potentia, non actu: quia neque omnino euanuere, neque exiſtunt vt antea. Ex quo iam reſponderi poterit ad argumentum ſuperius adductum: deeſſe quippe in eo quartum membrum, videlicet aliquo modo eſſe, aliquo non eſſe. Porro quid ſit hoc loco apud Ariſtotelem eſſe potentia, ſeu virtute

Elementa eſſe in miſto non actu, ſed potentia.

τί διαφέρει μίξις ἀλλοιώσεως καὶ φθορᾶς· καὶ τί τὸ μικτὸν τῶν γιγνομένων ἢ φθαρτῶν· δῆλον γὰρ ὡς δεῖ διαφέρειν εἴ πέρ ἐστιν. ἔστι τούτων ὄντων φανερὸν, τὰ διαπερανθέντα λύεσθαι ἂν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πάλιν τὸν αὐτὸν μεμίχθαι φαμὲν, οὐδὲ μίγνυσθαι κομιδῆ, ὥστε αὐτὰ αὐτοῖς τοῖς μορίοις, ὥστε πῦρ αὖρ. ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ γίνεσθαι, πάλιν δὲ φθείρεσθαι. [c] τὸν αὐτὸν δ' τρόπον, οὔτε τῷ σώματι πάλιν τροφὴν, οὔτε τὸ σῆπμα τὸ κηρῷ μιγνύμενον, σχηματίζειν τὸν ὄγκον· οὐδὲ τὸ τῶμα καὶ τὸ λευκὸν, οὐδ' ὅλως τὰ πάθη καὶ τὰς ἕξεις οἷόν τε μεμίχθαι τοῖς πράγμασιν· σωζόμενα γὰρ ὁρᾶται. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ λευκὸν γε καὶ τὴν ὀπτικὴν μίξιν ἐνδέχεται μιχθῆναι, οὐδ' ἄλλο τῶν μὴ χωριστῶν οὐδέν. ἀλλὰ τοῦτο λέγουσιν οὐ καλῶς, οἱ σαφῶς φασὶ τοῦτο εἶναι φάσκοντες εἶναι), & μεμίχθαι· ἅπαν γὰρ ἅπασι μεῖναι, ἀλλ' ὑπάρχειν δεῖ τι χωρισθὲν ἑκάτερον τῶν μιχθέντων. τῶν δὲ παθῶν, οὐδὲν χωριστόν. [d] ἐπεὶ δ' ἔστι, τὰ μὲν δυνάμει, τὰ δ' ἐντελεχείᾳ ὄντων, ἐνδέχεται τὰ μιχθέντα εἶναι πως, καὶ μὴ εἶναι ἐνεργείᾳ μὲν ἕτερα ὄντα & γιγνόμενα ἐξ αὐτῶν· δυνάμει δέ τι ἕκαστον, ἅπερ ἦσαν πρὶν μιχθῆναι, καὶ ἂν ἀπολωλόσι· τοῦτο γὰρ ὁ λέγω & διαπέρᾳ πρότερον· φαίνεται δὲ τὰ μιγνύμενα πρότερόν τε ὂν κεχωρισμένων σωιόντα, καὶ δυνάμενα χωρίζεσθαι πάλιν. ὥστε διαμένουσιν οὐκ ἐνεργείᾳ ὥσπερ τὸ σῶμα καὶ τὸ λευκὸν, ὥστε φθείρεσθαι, ὥστε θάτερον, ὥστε ἀμφοτέρως γὰρ ἂν δυνάμει αὐτὰ. διὸ ταῦτα μὲν ἀφείσθω. [e] τὸ δὲ σωιχὶς τούτοις ἀπόρημα διαιρετέον, πότερον ἡ μῖξις πρὸς πάθησιν τί ἐστιν· ὅταν γὰρ ὕτως εἰς μικρὰ διαιρεθῇ τὰ μιγνύμενα, & τιθῇ παρ' ἄλληλα τὸν τρόπον, ὥστε μὴ δῆλον ἕκαστον εἶναι τῇ αἰσθήσει, τότε μέμικται, ἢ οὔ· ἀλλ' ἔστιν ὥστε ὁτιοῦν. παρ' ὁτιοῦν δὲ μόριον γῆς μιχθέντων, λέγεται μὲν οὐκ ἐκείνως, ὅμως δὲ ἀναισθήτως μεμίχθαι συροῖς, ὅταν ἀτιοῦν παρ' ὁντινανοῦν τιθῇ. εἰ δὴ δεῖ καὶ σῶμα διαιρετὸν, εἴπερ καὶ ἔστι σῶμα σώματι μικτὸν ὁμοιομερὲς, ὁτιοῦν ἂν δέοι μὴν & γίνεσθαι παρ' ὁτιοῦν. ἐκεῖ δὴ ὧν ἔστιν οἷς τὰ ἐλάχιστα διαιρεθέντα, οὐκ ἐνοίσεται ταὐτὸ & μῖξις, ἀλλ' ἕτερον, δῆλον ὡς ὅτε καὶ μικρὰ σωζόμενα δεῖ τὰ μιγνύμενα φάναι μεμίχθαι· σώθησις γὰρ ἦσαν.

Text. 84.

Text. 85.

Text. 86.

vt quo miſtio à generatione, & corruptione, & quo miſtile à generabili, & corruptibili differat, deſiniamus. Perſpicuum enim eſt miſtionem ſi quidem ſit, ab illis differre oportere. Quo ſit vt hiſce cognitis, quæ addubitata fuerunt ſolui queant. At verò neque materiã igni miſtam eſſe, neque miſceri dum comburitur, aut ipſam ſuis partibus, aut igni, ſed ignem igni, & materiã corrũpi, dicimus. [c] *Eodem autem modo neque corpori, alimentum, neque figuram, quæ cera molem efformat, ceræ miſceri dicimus. Neque corpori albedinem, nec omnino affectus, habituſq́, rebus ipſis miſceri poſſibile eſt, quippe cùm ipſi ſalui cernantur. At verò nec albedinẽ, & ſcientiam, nec aliud quicquam inſeparabile miſceri contingit. Quin imò nec id probè dicunt, qui omnia aliquãdo & ſimul eſſe, & miſceri inquiunt: non enim omnibus omnia miſceri queunt, ſed eorũ, quæ miſcentur. vtrũque ſeparabile quid eſſe oportet: affectuum autem nullus ſeparabilis exiſtit.*

Text. 84. [d] *Cùm autem eorum, quæ ſunt, alia actu ſint, alia potentia: quæ miſta ſunt, eſſe quodammodo & non eſſe contingit, actu quidem aliud exiſtente eo, quod ex eis factum eſt, potentia verò quippiam vtriuſque eorum, quæ erant, antè quam miſcerentur, & non eſſe perdita: id quod ratio priùs addubitabat. Nam quæ miſcentur & priùs ex ſeparatis coiſſe, & poſſe rurſum ſeparari videmus. Igitur neque permanent actu, vti corpus, & albedo, neque corrumpuntur, aut ambo, aut alterum: nam eorum virtus, atque potentia ſalua manet: Iccirco hæc*

Text. 85. *omittuntur.* [e] *Dubitationem autem hiſce, cõmunem edifſeramus oportet: vtrũ miſtio quippiã ad ſenſum ſit, verbi gratia, cùm ea, quæ miſcẽtur ita in parua diuiſa fuerint, & hoc pacto iuxta ſeſe poſita, vt nullo ſenſu dignoſcatur, tunc ne miſta ſunt, an non, ſed ſit, vt eorum, quæ miſta ſunt, particula quælibet iuxta quamlibet ſit? Illo igitur modo miſta eſſe dicuntur; vt hordeacea grana frumentaceis, cùm*

Text. 86. *quodlibet iuxta quodlibet poſitum eſt. At ſi omne corpus ſit diuiſibile, ſi corpus corpori miſtum ſimilare ſit, partẽ quãlibet, ſecum quamlibet, eſſe oportebit. Atque cùm fieri nequeat, vt in partes minimas diuiſio fiat, & compoſitio non idem ſit, quod miſtio, ſed aliud, non oportere dicere, quæ miſcentur, eſſe miſta ſecundũ partes exiguas, quæ ſuam adhuc retineant naturam, perſpicuum eſt: compoſitio enim eſſet,*

Non idem eſſe compoſitionẽ, & miſtionem.

tute non ſatis liquet. Exquirendũ id à nobis erit in quæſtione, vtrum elementa maneant actu, id eſt, ſecundum ſuas formas ſubſtantiales in miſto, an non.

[a] *Dubitationem autem.* Tranſit ad declarandam penultimam quæſtionẽ, quo ſcilicet modo fiat miſtio, refertque ſententiam exiſtimantiũ miſtionẽ effici, cùm inter ſe coëunt res ita minutatim conciſę, vt præ exiguitate oculoru ſenſum effugiant, nec diſcerni vllo modo queant, vt tritici, hordeique farina. Hoc autem ex duplici hypotheſi confutat. Altera eſt, non idẽ eſſe compoſitionẽ & miſtionem. Nam vinum aqua temperatum, miſtum eſſe dicimus, compoſitum non dicimus: contra verò domum ex ligno, & lapidibus cõpoſitam, non miſtã vocamus. Altera eſt, Nullum corpus diuidi in partes minimas, ſed in infinitum progredi diuiſionem, vt in ſexto Phyſicæ Auſcultationis libro oſtenſum fuit. Hinc colligit non rectè philoſophari eos, qui tunc miſtionem fieri dicunt, cùm res minutæ coëũt, quamuis ſub aſpectum non cadant: tum quia ea potiùs compoſitio quædam eſt, quam miſtio: tum quia ſi miſtio foret eiuſmodi partium congregatio, cùm oporteat quamlibet partem miſti miſtam eſſe, nulla vera & ſyncera miſtio daretur, ſed ſenſu tantùm apparens. Namque res acutum viſum non habenti eſſet miſta, ſyncera miſta non eſſet, vtpote quæ in minores adhuc partes ſecari poſſet,

Quamlibet partem miſti eſſe miſtam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ tamen mistionem non admisissent: cùm tamen oporteat quamlibet partem misti mistam esse.

Quæ mistionem subeãt.

ᵃ *Sunt itaque.* Vox propria sententia declaret, quo pacto fiat mistio, & quid sit, exponit prius quæ dicantur miscibilia. Atque primùm quædam corpora esse actiua, quædam passiua, vt liquidò constat: sed non omnia hæc misceri posse, cùm præter id oporteat habere communem materiam, vt superiùs dictum fuit. Vnde est quod cœlestia corpora agunt in sublunaria, non tamen ab eis patiuntur. Ea igitur tantùm miscerí possunt, quæ mutuò actiua, & passiua sunt, ad quod requiritur materiæ conuenientia: sed ea non sufficit. Oportet enim illa eiusmodi esse, vt facile diuidi, & communi possint. Ideóque lapis ferro non miscetur, neque alia, quæ præduta sunt, licet in aceruum, aut alterius generis compositionem coire valeant.

ᵇ *Nam alterum in id.* Tradit aliâ conditionem quæ requiritur in iis, quæ miscerí debent. Nimirum ne vnum alterũ magno excessu vincat: sic enim non mistio fiet, sed conuersio in id, quod potentius est, veluti cùm vini gutta in multas aquæ amphoras iniicitur. Itaque ea miscentur, quæ ita se permutant, vt vnũ non concertat in se alterum, sed ex vtroque fiat tertium quid commune, in quo ambo potestate seu virtute maneant.

ἐστιν, καὶ ἡ κρᾶσις, ἐάν μίξις· ὑδὲ ἐξῆ τὸν αὐτὸν λόγον τῷ ὅλῳ τὸ μόριον. φαμὲν δ', ὅταν δεῖ μεμίχθαί τι, τὸ μιχθὲν ὁμοιομερὲς εἶναι (1). καὶ ἄπαν δὴ ὕδατος τὸ μιχθὲν ὕδωρ, ἔστω καὶ τὸ κρατῆσον. ἂν δ' ἡ κατὰ μικρὰ σωζόμενος ἡ μίξις, ὑδὲν συμβήσεται τούτων· ἀλλὰ μόνον μεμιγμένα πρὸς τὴν αἴσθησιν. ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ τὸ μὴ μεμιγμένον, ἐὰν μὴ βλέπωμεν ὀξύ, τῷ λυγκεῖ δ' ὑδὲν μεμιγμένον, ὅτι τῷ διαιρεῖσθαι, ἄτε ὀτιοῦν παρ' ὀτιοῦν μέρος· ἀδιάκριτον γὰρ ἦν διαφθορᾶς. ἀ σωζόμενα ἐστὶ μίξις, ἡ λυτέον τάδε πῶς ὑπάρχειν τιθέντας πάλιν. ᵇ ἐστι δή, ὡς ἔφαμεν, τὰ μὲν ποιητικὰ, τὰ δὲ ὑπὸ τούτων παθητικά. τὰ μὲν οὖν ἀντιστρέφει, ὅσων ἡ αὐτὴ ὕλη ἐστὶ, καὶ ποιητικὰ ἀλλήλων, καὶ παθητικὰ ὑπ' ἀλλήλων. τὰ δὲ ποιεῖ ἀπαθῆ ὄντα, ὅσων μὴ ἡ αὐτὴ ὕλη· τούτων μὲν οὖν οὐκ ἐστι μίξις· διὸ οὐδ' ἰατρικὴ ποιεῖ ὑγίειαν, οὐδ' ἡ ὑγιεινὴ μεγνυμένη τοῖς σώμασι. τὴν δὲ ποιητικὴν καὶ παθητικὴν ὅλως διαίρεσιν, πολλὰ μὲν ἐλλείπει, καὶ μεγάλα μεμερῆς σωτηρία, καὶ ποιεῖ μίξεις, ἀλλ' αὔξησιν καὶ κρεοῦτος· ὁ μεταβάλλει δ' θάτερον εἰς τὸ κρατῆσαι δεῖ· καλαμὶς οἶνον μυρίους χοῦσιν ὕδατος ἡ μίγνυται, λύεται γὰρ τὸ εἶδος, εἰς μεταβάλλει εἰς τὸ πᾶν ὕδωρ. ὅταν δὲ ταῖς δυνάμεσιν ἰσάζῃ πως, τότε μεταβάλλει μὲν ἑκάτερον εἰς τὸ κρατῆσον οὐκ ἦν αὐτῶ φύσεως· ἡ γὰρ ἦν θάτερον, ἀλλὰ μεταξὺ ἐξ ἀμφοῖν. φανερὸν δ' ἐν, ὅτι ἐστὶ ταῦτα μικτὰ, ἵνα ἐναντίωσιν ἔχῃ πρὸς ἄλληλα τοιούτων· ταῦτα γὰρ ὄντα ὑπ' ἀλλήλων παθητικά. ᵇ ἐξ μικρὰ δὴ μικροῖς ἀφθαρτιθέμενα, μίγνυται μᾶλλον· ῥᾷον γὰρ καὶ θάττον ἀλλήλοις μεθίσησι. τὸ δὲ πολὺ καὶ ὑπὸ πολλῶ, χρονίως τοῦτο δρᾷ. ᵈ διὸ τὰ λεῖστα, ἧπερ διαιρετὰ ἐξ παθητικῶν, μικτὰ· διαιρεῖται γὰρ εἰς μικρὰ ταῦτα ῥᾳδίως. τοῦτο γὰρ ἴδιον τὸ λεῖστον εἶναι, ἧπερ τὰ ὑγρὰ μικτὰ μάλιστα ἧπερ σωμάτων. λεῖστον γὰρ μάλιστα τὸ ὑγρὸν· ἧπερ διαιρετὸν, ἐὰν μὴ γλίσχρον ἦ ταῦτα γὰρ μείζω δεῖ καὶ πολὺ πιεῖ μόνον τὸν οἶνον. ᵇ οὕτω δ' ἢ θάτερον μᾶλλον παθητικὸν, ἢ σφόδρα, τὸ δὲ πάμπαν ἧττον, ἢ ὑδὲν πολὺ τὸ μεχθὲν ὕδωρ φανεῖται, ἢ μικρὸν, ὅταν συμβαίνῃ τὸ ἀσθενέστερον καὶ τὸν χαλκὸν ἔτσι γὰρ φιλίζεται πρὸς ἄλληλα τῶν ἐναντίων, καὶ ἐπιμφοτερίζει. φαίνεται γάρ πως καὶ μιᾶς ὑρίμας.

Solutio dubitationis.

ᵇ *Parua autem.* Minuta promptiora esse inquit ad mistionem quàm magna. Cur autem ita res habeat, quærit Philoponus, cùm eadem sit proportio magni ad magnum, quæ parui ad paruum. Respondet tamen licet quoad conuersionem alterius in se, eadem vtrobique ratio proportionis inueniatur, tamen, quod

esset, non temperatura, aut mistio, nec pars eandem cum toto habet & rationem. Dicimus autem si quid misceri debeat, quod mistum est, similium esse partium: & quemadmodum aqua pars, aqua est mista & temperati temperatura. Quod si mistio sit compositio secundum parua exigua, nihil horum accidet, sed solum esse mista ad sensum: atq; idem hinc quidem si acutè nõ videat esse mistum: lynceo verò non esse mistum videbitur. Neque diuisione adeo vt quauis particula iuxta quamuis posita sit, mistio sit; nam fieri non potest, vt corpora sic diuidantur. Aut igitur no est mistio, aut hoc rursum est dicendum, quo pacto, inquam, fieri

Text. 87. *possit.* ᶠ *Sunt itaque, vt diximus, eorum quæ sunt, quædam actiua, quædam quæ ab hisce pati solent. Quædam igitur conuertuntur, suntq; inter se mutuo actiua, & passiua, quorum videlicet eadem est materies. Quædam verò agunt, & non patiuntur, nimirum quibus materies eadem non est. Horum igitur non est mistio. Quare nec medendi scientia*

Text. 88. *ciunt. Eorum verò actiuorum, & passiuorum, quæ facilè diuisibilia sunt, multa quidem pauca, & magna paruis composita mistionem non faciunt, sed accretionem eiusce quod euincit.* ᵍ *Nam alterum in id, quod euincit, verti solet, vt gutta vini, decies millenis aquæ mensuris non miscetur: etenim forma vini perit, atque vinum in totam*

Text. 89. *aquam vertitur. Cum verò potentiâ habent quodammodo æquales, tum vtrumque è sua quidem mutatur natura in id, quod vincit, ac superat non tamen fit alterum, sed inter vtrumque medium, atque commune. Patet igitur ea esse mistilia, quæcunque ex agentibus contrarietatem habent: hæc enim inter se passiua sunt.* ʰ *Parua autem dum paruis admouentur, propensius miscerí solent: quippe cùm ea facilius, celeriúsque se transmeant; at multum tardiùs hoc idem efficit, patiturque à multo.* ⁱ *Idcirco ex iis, quæ diuidi possunt, patique solent, quæ facilè terminos suscipiunt, ea mistilia sunt: quippe quæ facile in parua dirimantur: hæc enim est eius, quod facilè terminatur, ratio verbi gratia quæ liquida sunt, inter corpora maximè mistilia sunt, cùm liquidum maximè omnium diuisibilium facilè terminari possit, modo non sit viscosum, atque tenax. Hæc enim molem reddunt ampliorem ac maiorem.* ʰ *Cùm autem alterum dumtaxat passiuum fuerit, aut alterum vehementer, & alterum admodum remisse:*

Text. 90. *vel nihilo, vel certè paulo maius euadet, quod ex vtriusque mistura condiscreta sunt, ambiguique: videntur enim quodammodo, & remisse*

Quæ mistionem subeãt. quod ad mistionem attinet, secus rem habere, quia quæ miscentur mutuò sese inuouare debet, quod minora facilùs præstant, quàm grandia, vt planum est, docetque in contrario Aristoteles.

Idcirco ex iis. Ex dictis infert humida, quæ facilè terminos alienos admittunt, paruoque negotio in minores partes secantur, optimè commisceri, nisi tenacia sint, & viscosa: vt oleum, mel, pinguedo, aliáque id genus, quæ propter lentorem ægrè separantur, sibique ita inhærescunt, vt difficilè penetrẽtur. Quo fit, vt non ad veram mistionem, sed ad ampliorem rei molem efficiendam coeant.

Tenacia, & viscosa: vt oleum, mel, pinguedo, aliáque id genus, quæ propter lentorem ægrè separantur, sibique ita inhærescunt, vt difficilè penetrẽtur. Quo fit, vt non ad veram mistionem, sed ad ampliorem rei molem efficiendam coeant. *viscosa non facilè commisceri.*

ᵏ *Cùm alterum dumtaxat.* Cùm aliqua ita sunt affecta, vt vnũ dumtaxat patiatur, ea nullo modo misceri inquit. Cùm verò vnum vehementer agit alterum nimis patitur, & agit remisse, tunc vel nulla datur mistio, vel perexigua, vt cùm æs, & stannum pariter liquefiunt.

Nam

misceri,

Nam æs ob agendi acrimoniam ſtannum penè in halitum ſoluit, ita vt nihil ferè de illo præter colorem relinquatur.

ὑρίμη, καὶ ὡς θάτερον μὲν δυνατικὸν, θάτερον δ' εἶδος, ὅπερ ἐν τοῖς τούτων συμβαίνει· ὁ γὰρ κασσίτερος ὡς πάθος τι ὂν, ἀπὸ ὕλης τῆς χαλκοῦ, χρόαν ἀφαιρεῖται, καὶ μιχθεὶς ἄπεισι, χρωματίζων μόνον. ταὐτὸ δὴ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐφ' ἑτέρων. [1] φανερὸν δὴ οὕτω ὅτι τῶν εἰρημένων, καὶ ἔστι μίξις, καὶ τί ἐστι, καὶ διὰ τί, καὶ ποῖα μικτὰ τῶν ὄντων, ἐπεὶ πᾶν ἔστιν ἔνια διαλύεσθαι, οἷα παθητικά τε ὑπ' ἀλλήλων, καὶ δύσεισα, καὶ διαιρεταί· τοῦτα γὰρ ὑπ' ἐφθάρθαι ἀνάγκη μεμιγμένα, ἢ ὅτε τὰ αὐτὰ ἁπλῶς ἦν, ἢ ὅτε σωθήσεται ἦν πλὴν μίξει αὐτῶν, ἢ ὅτε φθεῖρε πλὴν ἀθροῖσαι· ἀλλ' ἔσι μικτὸν μόνον, ὃ ἂν δύσεισον ὂν παθητικὸν ᾖ καὶ ποιητικὸν, καὶ τοιοῦτον· φθεῖρε δ' ὁρῶμεν γὰρ τὸ μιχθὲν ἢ δὴ μίξις τῶν μικτῶν ἀλλοιωθέντων ἕνωσις.

k Patet igitur ex hiſce. Paucis colligit quæ hactenus dixerat, ſimulque reſpondet ad primã, & ſecundam quæſtionẽ earum, quas initio capitis propoſuit, videlicet quid *miſceri, & quaſi alterum ſuſceptiuum, alterum forma eſſe: quod quidem & in hiſce accidit. Nam ſtannum quaſi affectio quædam ſine materia æris, penè euaneſcit, miſturæ toti colore ſolùm indito: quod idem & in aliis quoque vſu venit.* [1] *Patet igitur ex his, quæ diximus, miſtionem eſſe, & quid ea ſit, & quam ob cauſam, & quænam entia miſtilia ſint: quandoquidem nonnulla ſunt eiuſmodi, quæ & pati inter ſe & facilè terminari, diuidiq; poſſunt. Hæc enim cùm miſta ſunt non eſſe corrupta, nec vltra eadem ſimpliciter eſſe, nec eorum miſtionem eſſe compoſitionem, nec ad ſenſum neceſſe eſt. Sed miſtile quidem eſt, quando cùm facilè definiri queat, paſſiuum eſt, & actiuum, & ei, quod eſt eiuſmodi, miſtile: nam miſtile ad id, quod eodem appellatur nomine refertur. Miſtio verò, eſt miſtilium alteratorum vnio.*

quid ſit miſtile, & quid miſtio, aiens miſtile eſſe, quod cùm facile diuidi queat, paſſiuum eſt, & actiuum. Miſtionem verò eſſe miſtilium alteratorum vnionem.

QVAESTIO I.

Vtrum miſtio ſit.

ARTICVLVS I.

Quibuſdam argumentis videri non eſſe; re tamen vera eſſe.

Primùm argument. AD confirmandum negatiuam partem quæſtionis aliquot ſeſe offerunt argumenta. Primùm, quia ſi elementa miſceri poſſent, deberent ſeſe particulatim diſſecare, & comminuere, vt Ariſtoteles 10. cap. huius libri docuit: vel igitur eiuſmodi partes ſeſe inuicem permearent, quod eſſe nequit; vel aliæ iuxta alias ponerentur; quo fieret, vt non eſſet aliud miſceri, quàm partes partibus agglutinari, cuius oppoſitum contra Anaxagoricos philoſophos proximo ſuperiori capite ſtatuit Ariſtoteles.

2. Argum. Deinde, quia vel mixtio fieret ſecundum naturam, vel natura repugnante; non ſecundum naturam; quia elementa ad mixtionem coire nequeunt, niſi renitente ipſorum inclinatione, vnum in locum aſcendant grauia, aut deſcendant leuia. Nec etiam repugnante natura, cùm mixtio ſit generatio quædam rei phyſicæ, quam naturalem

3. Argum. eſſe oportet. Nullo igitur pacto mixtio datur. Præterea, quia generatio mixti, ſi eſſet, haberet pro effectrici cauſa elementa, quæ in ſe mutuò agunt; quod verò mixtum ab elementis non gignatur, inde patet, quia mixta ſunt elementis perfectiora, vt pote quorum gratia illa ſint; at cauſa efficiens cum effectu comparata, ſi æquiuoca ſit, nobilior eſſe debet; ſi vniuoca, non ignobilior.

Vt miſta præſtent elementis D. Th. 2. contra gent. cap. 68.

4. Argum. Item, quia cum duo aliqua elementa inter ſe congrediuntur, vel ſunt

ſunt in agendo æquè fortia; vel alterum potentius; ſi æquè fortia, vtrumque ſe ab aduerſario tuebitur, incolumeq; ſeruabit: ſi alterum ſit potentius, conuertet in ſe aliud; atque ita non reſultabit mixtum.

5. Argum. Poſtremò, quia non poteſt eſſe mixtio, de qua hîc agimus, niſi in materiam eorum, quæ miſcentur, noua forma ſuccedat: at quòd non ita res habeat, exemplo aquæ oſtẽditur, quæ vino mixta formã ſuam retinet. Scribit enim, præter alios, D. Nemeſius in lib. de natura hominis ſpongiam oleo imbutam ex vino aqua mixto puram aquam attrahere, quod euidens argumentum eſt aquam vino miſtam adhuc propriam formam ſeruare. Quod etiam Alchimicæ artis profeſſores fieri poſſe aiunt miſſo in vinum iunco decorticato, ſeu medulla iunci; & Plinius lib. 16. Natural. hiſt. cap. 35. mira, inquit, ederæ proditur natura ad experienda vina: ſi vas fiat ex ligno eius, vina tranſfluere, ac remanere aquam, ſi qua fuerit miſta. Quod multo ante literis commendarat Cato in lib. de re Ruſt. cap. 151. hiſce verbis, ſi voles ſcire in vinum aqua addita ſit, nec ne; vaſculum facito de materia edereacea. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito; Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas ederaceum.

D. Nemeſi. *Plinius.* *Cato.*

Nihilominus etſi veram miſtionem veterum quidam ignorarint, eam tamen eſſe, communis philoſophorum conſenſus, & experientia, & ratio docent. Experientia, quia cernimus vigente mutua vaporum, & exhalationum è terra aſcendentium, & aquæ pluuiæ, ac circunfuſi aëris actione, ranas, aliáſque huiuſmodi beſtiolas ex putreſcente materia ſubitò enaſci; quod non niſi miſtionis interuentu fit. Ratione, quia elementa ſuopte ingenio ad miſtionem ordinantur, vt videlicet ſtirpium, animantium, & aliorum miſtorum ſpecies, è quibus vniuerſi pulchritudo magna ex parte dependet, cohæreant. Quare ne ab hoc fine natura deſtituatur, neceſſariò dãda erit miſtio. Adde cum elementa poſſint vnum in locum conuenire, vt in terra, aqua,

Concluſio. *Elementa ordinantur ad miſtionem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

aqua,& aëre passim constat,& in igne etiam,qui subterraneis cauernis ardet;cumq; mutuò actiua, & passiua sint; nihil impedire,quominus in se vicissim agant,confundantúrque, ita vt ex iis interdum mista generentur.Lege opusculũ,quod de hac re Alexander Aphrodisæus accuratè scriplit.

ARTICVLVS II.

Diluuntur argumenta,quæ mistionem è medio tollere nitebantur.

Solut. 1. arg. IGITVR argumenta,quæ probare cõtendebant nondari mistionẽ,hoc modo soluentur.Ad primum dicendum erit elementa mistionis gratia sese vicissim demoliri, & minutatim concidere, & partes vnius alterius partibus adhærescere,neque veteres, quod ita senserint, ab Aristotele coarguí;sed quod elementa solo exiguarum partium appositu permisceri dixerint,in eaque copulatione mistionem collocarint;cùm præterea requiratur mutua elementorum actio,ex qua primarum qualitatum temperatura ad mixti formam idonea proueniat.

Solut. 2. Ad Secundum,mistionem simpliciter naturalẽ esse;quia tam mistilium alteratio,quàm introductio formæ misti(quæ duo mistionis nomine importantur) naturalis est: etsi cùm ex pluribus elementis inter se coeuntibus mixtum generatur,eorum vnum in locum concursus non sit simpliciter naturalis;si proprias ipsorum naturas spectemus, qui tamen aliquo modo secundum naturam fieri dici potest,quatenus à causis vniuersalibus,quæ hinc inde elementa cient, & in pugnam congredi faciunt,intenditur,promouetúrque.

Solut. 3. Ad Tertium fatendum mixta perfectiora esse elementis,vt ait D. Thom.in 2.distinctione decima quinta, quæst.secunda,art. 1.ad 2.& in opusculo de occultis naturæ operibus:verum elementa non esse principales causas effectrices mixtorum,vt præter alios aduertit hoc loco idem S.Thomas ad tex.84.M.Albert.tract.6.c.4. & lib. de ani. tract.1.cap.8.& Auer.12.Metaph.text.16.à quibus non videtur dissentire Alexander 2.Nat.q.c.3. Igitur causæ principales mixtorum non viuentium quæ ex concursu elementorum proximè oriuntur, sunt corpora cœlestia.Causæ autem non quidem absolutè principales,sed principaliores,quam elementa respectu viuentium imperfectorum, quæ prædicto modo ex elementis proueniunt,sunt eadem corpora cœlestia,vt lib.2.de Cœlo c.3.quæst.6.ex professo ostendimus.Nihil autem vetat causas efficientes minùs præcipuas,cuiusmodi sunt elementa comparatione quorumlibet mistorum,suis effectis deteriores esse,vt in Physicis quoque docuimus.

D.Thom. M.Albert. Auerr. Alex.

Solut. 4. Ad quartum siue elementa pari ad agendum virtute in certamen descendant,siue non;modò vnum non nimis alterum excedat,posse in se mutuò agere mixtúmque producere, vt ex iis, quæ superiùs disputaui

Lib. 2.c.7.§. 5.n.2.

disputauimus,intelligi potest.Nam antequam quod minus & imbecillius est,ab ampliore & potentiore perimatur,& illius formam recipiat,frequenter accidit,vt ex reciproca actione ea qualitatum proportio existat quam misti generatio consequatur.

Quod ad vltimum argumentũ pertinet,concesso primo eius pronuntiato,asserendum cùm aquæ portio vino iniecta,eiusmodi est,vt eam vini acrimonia superare queat,vt sæpè accidit, haud dubiè aquã in vinum perfectè commutari,vt ait Aristoteles hoc in libro cap.10. text.86.& D.Thom.tum ibidem,tum in 4.sent. distinct.11.quæst.2. art. 4. quæstiuncula 4. Alexander in opusc. de mistione, aliique auctores communi assensu. Quod ex eo patet, quia vinum potest suo calore & aliis qualitatibus,quibus præditũ est,agere in aquam,eiúsque materiam ad suæ formæ introductionemperfectè accommodare;atque adeò ipsam in se conuertere.Deinde quia alióqui in mysterio Eucharistiæ aqua, quæ in vinum călice contentum ante consecrationem infunditur,maneret etiam post consecrationem sub propria forma, quandoquidem in sanguinem Christi non conuertitur, nisi vinum,cùm materia huius sacramẽti non sit alia,quàm panis & vinum,vt docet Concilium Florentinum;& Tridentinum sess.13.c. 1.& 3. Quod verò admittendum non sit conuerso vino in sanguinem,manere nihilominus aquam in calice,conuincit tum communis scholasticæ Theologiæ professorum auctoritas;tum quia,vt argumentatur D.Tho.3.p.q.74.art.8.& Sotus in 4.dist.9.q.1.art.6.sequeretur non esse adorandũ quidquid latet sub speciebus in calice contentis.Aduerte tamen id,quod dicimus de conuersione aquæ in vinum non esse de fide,cum sit in opinione positum,an aqua nõ conuersa in vinum conuerratur in sanguinem.

Rabbanus in lib.de corpore domini.c. 4.Rich in 4. d.11.q.2.& 3. circa 3.princip. & d. 12. q. 1. circa 4. princ. Maior d. 12. q.2.D. Bonau. 2.p. dist. 2. 1.q.3. Scotus q. 7. Palud. eadẽ d.q.1.a.7.Gabriel.q.2.dubio 3. Ægid. quod.2.q.16. Alens.4 p.q. 32.m.5. a. 2. & 3.

Non esse negandum posse aquã conuerti in vinum.

Quapropter quod aiunt posse aquam à vino excerni,dicendum si id quod separatur,reuera aqua sit,eam exeretionem posse fieri, cum vinum ita est imbecillum,vt nequeat conuertere in se aquam;vel & ambo ita se inuicẽ habent,vt ex ipsis non resultet tertium.Vel cum vinum, etsi possit in se conuertere aquam; nondum tamen ei per tempus licuit eam in se conuertere.Vbi verò sese istiusmodi circunstantiæ non interponunt, asserendum est id, quod è vino eximitur delicet exquisitè decoctum, qui etiam ex puro vino elici potest; vt annotauit D.Thomas in 4.dist.11.in expositione literæ.

Num aqua possit à vino diluto eximi.

Contra Max sil. lib. 1.huius opin. q.3. ar.3.

ARTICVLVS III.

Dubij cuiusdam enodatio.

Dionysius in 4. d. 12. q.2. MAIOR tamen dubitatio existit,vtrũ si vnus liquor alteri eiusdem speciei misceatur maneat vterque,an tertiũ quid gignatur. D.Thom.3.part.q.77.art.8.& quodlib.10. art. 3. Paludanus in 4. dist.12. quæst. 5. Capreolus dist.13. quæst. 1. respondent si liquor alteri additus ea quantitate fuerit,

Sententia D. Thom. & aliorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt totum priorem attingat,& peruadat, totum priorem dissolutum iri,efficiendúmque ex vtroque tertium.Ducuntur autem eo potissimùm argumento,quia eiusmodi liquores dissecant sese mutuò infra minima naturalia, quod absque interitu vtriusque fieri non potest. Nobis hæc cõtrouersia ita videtur explicanda,vt dicamus,etsi prior liquor ob accessum nouarum partium non dicatur omnino idem; nam antea totum erat;nunc verò est pars totius,quod ex ipso,& nouis partibus conflatum est,tamen re vera neutrum ex iis liquoribus propriam formam abiecisse. Vnde etiam putamus, si speciebus vini consecrati,vinum eiusdem speciei quantumuis magna quãtitate infundatur;adhuc sub prioribus speciebus sanguinem Christi permansurum,quod auctores paulò ante citati negant. Tandiu enim manet sanguis Christi sub speciebus, quandiu vini forma, si inibi esset,sub iisdem perseuerasset:hanc verò in prædicto euentu perseueraturam asserimus cum Durando in 4.dist.12.quæst.3.& Maiore eadem dist. q.1.aliisque nonnullis; quod stabiliri potest auctoritate Innocentij tertij cap.cum Martha.vbi summus Pontifex statuit,si post consecrationem calicis aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transire in sanguinem,neque sanguini commisceri,sed accidentibus prioris vini commixtum,corpori,quod sub eis latet, vndiq; circunfundi.Itaque hoc decreto palam docemur post additionem vini non consecrati, manere nihilominus sanguinem Christi sub prioribus speciebus. Et verò si aduersariorum ratio concluderet sequeretur etiamsi species vnius vini consecrati misceantur speciebus alterius vini cõsecrati,desinere esse sanguinem Christi sub speciebus vtriusque:cum hîc etiam detur mistio & dissectio partium.

Opinio Durandi verior.

In Decr. lib. titul. 42. §. Quæsiuisti.

Sanè quod cùm vnus liquor miscetur alteri eiusdem speciei,non detur ibi corruptio,potest in vniuersum ostendi ea ratione, quia simile non corrumpit aliud sibi simile in specie infima;cùm agens naturale ideò generationem intendat,vt patiens in forma substantiali specifica sibi simile reddat.Quod autem cõtrariæ opinionis assertores de partium dissectione afferunt, non conuincit. Nam cum diuisionem in partes minores minimis fieri aiunt, vel contendunt eiusmodi partes per aliquod momentum à cæteris abiunctas manere; vel aliis perpetuò continuari. Si primum, cùm in his minimis non sit alia forma,quàm vini,cõcedunt formam alicuius rei naturalis infra minimum suæ speciei consistere;quod à vero abest. Si secundum, non est cur partes vnius vini cum sese in alterius partes insinuant,corrumpantur;cum partes similares quandiu toti cohærent,in quantumlibet exigua quantitate possint eandem formam seruare.

***

QVÆS

QVÆSTIO II.

Vtrum definitio mistionis rectè se habeat.

ARTICVLVS I.

Argumenta partis negatiuæ.

MISTIONEM hunc in modum Arist. definiit superiori c.tex.90.Mistio est mistilium alteratorum vnio. Sed quod hæc definitio non sit rectè tradita, videtur suaderi posse: ac primùm quod mistio non sit vnio. Nam vnio aut est relatio coniunctionis inter extrema vnita: aut est actio, qua duo seu plura ab aliquo agente inter se mutuò copulantur:aut si sermo sit de vnione substantiali,& accipiatur à nobis non in tota sua amplitudine, sed vt restringitur ad formam & materiam,non est aliud,quàm modus quidam substantialis earum,seu potiùs ipsa forma,& materia,vt talem modum vendicant, id est,forma,vt se insinuat in materiam,eámque informat,& actuat; materia vt formam fouet ac recipit. At quod mistio nulla harum vnionum sit,ex eo ostenditur,quia mistio vt posteà dicemus, est rei mistæ generatio, generationi autem nulla ex prædictis vnionibus accommodari potest, vt erit consideranti perspicuum.

Primum argum.

Deinde quod illa particula, mistilium, adhibenda non fuerit, ita ostenditur.Generatio cuiusliber misti est mistio,& tamen nõ quodlibet mistum coalescit ex mistilibus, id est, ex elementis in vnum coeuntibus, cùm plurima mista ex aliis mistis immediatè generentur. Igitur mistio non est vnio mistilium. Præterea cap. 1. Genes. quædam animantes dicuntur ortæ ex aquis, vt pisces; aliæ ex terra, vt quadrupedes.Aristoteles etiam lib.3.de gener.anim.cap. 11. singulis elementis, saltem tribus inferioribus sua viuentia peculiariter attribuit. Quod fecit item de illius sententia Balbus apud Ciceronem lib.2.de nat.Deorum.Non ergo mista ex mistilibus,hoc est,ex pluribus elementis,sed interdum ex vno duntaxat nascuntur.

2. Argum.

3. Argum.

Postremò Aristoteles cum mistionem definiit,non seruauit normam rectè definiendi,cum non explicarit inuolutæ rei naturam per aliquid notius, & illustrius, sed per æquè obscurum, videlicet per mistile, quod non minùs, quam ipsa mistio ignotum est: ergo definitio illa non est ad rem apposita, nec conuenienter ab Aristotele tradita.

4. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS II.

Defenditur miſtionis definitio. Occurritur argumentis in aduerſam partem adductis.

Miſtionis nomen variè vſurpari.

IN hac dubitatione aduertendum primò eſt, bifariam miſtionis nomen vſurpari. Vno modo, fuſa ſignificatione, quo pacto miſceri dicimus quæcumque aliis accumulantur,& quæ partium appoſitu conſtant, ſeu propriam formam retineant, vt triticum confuſum milio, ſiue non, vt aquæ gutta vino iniecta. Secùdò, preſsè ac propriè pro vnione miſtilium, id eſt, elementorum ſub vna ſubſtantiali forma alicuius miſti, corruptis ſingulorum miſtilium propriis formis. Supponimus enim hoc loco, quod proxima quæſtione oſtendemus, elementa non manere in miſto ſecundum ſuas formas ſubſtantiales; & de hac miſtione diſſeruit hoc loco Ariſtoteles, déque eadem nos præſentem diſputationem ſuſcepimus. Deinde aduertendum eſt, quorundã ſententiam fuiſſe nullum miſtum fieri immediatè ex elemẽtis, ſed ex alio miſto, quos tamen coarguunt, & refutant eæ rationes, quas artic. 1. quæſtionis proximæ attulimus. Si autem petas nũ ad quamlibet miſtionem, omnium elementorum materia concurrat; dicendum, miſtionem interdum effici ex materia plurium elementorum: interdũ ex materia vnius tantùm. Cuius pronũtiati prior pars ex eo oſtenditur, quia quanquam difficile ſit omnia quatuor elemẽta ad conflictũ in vnum locum concurrere, vt eorum reciproca actione miſtũ generetur: non eſt tamen valde rarum, aut operoſum confluere in vnũ tria, vt terram, aquam, & aërem, ſeu vaporem aqueũ, exhalationem terreſtem, & aërem. Poſterior pars, quam ſtatuunt ex profeſſo Scotus, & Greg. in 2. diſt. 15. quæſt. 1. & alij poſt D. Auguſt. lib. 3. ſuper Geneſim ad lit. cap. 15. ſuadetur; quia cùm duo elemẽta in ſe mutuò agũt, antequam vnum conuertat in ſe alterum, vel tertium reſultet, fieri poteſt, vt in materiam vnius inferantur diſpoſitiones, quas miſti forma conſequatur. Etſi apud Ariſtotelem hoc loco non dicatur propriè miſtio, niſi cum pluta elementa concurrunt.

Tria exigi ad miſti generationem.

Item nec illud prætereundum eſt ad miſti generationem, cæteris omiſſis, tria requiri, videlicet concurſum elementorũ vnũ in locum; mutuam eorum actionem, ex qua ſequitur temperies primarũ qualitatum; comminutionem eorum in minutiſſimas partes; etſi hæc non ſemper neceſſaria ſit; & denique introductionem formæ miſti. *Lib. 5. Phy. cap. 2. q. 1.*

Et verò vt generatio, quod alibi monuimus, interdum accipitur pro ſola introductione formæ ſubſtantialis, aliàs pro hac vnà cum præunte alteratione: ita & miſtio nũc ſumitur pro ſola introductione formæ ſubſtantialis miſti; nunc pro hac ſimul cũ alteratione miſtilium, id eſt, elementorum. Quo pacto eam ſumpſit Ariſt. cum miſtionem definit vnionem miſtilium alteratorũ. Dicitur autẽ miſtio vnio; quia neceſſe eſt ea, quæ miſcentur in vnam ſubſtantialem formam

Explicatur miſtionis definitio.

mam vniri, & concreſcere: miſtiliũ alteratorũ, quia eiuſmodi vnionem præcedat oportet mutua miſtilium alteratio, qua eorum qualitates ſeſe inuicem obtundant, & ad moderationẽ quandã, ac proportionem redigant. Quãuis enim, vt diximus, nõ ſemper ad miſti ortum concurrant multa miſtilia, id eſt, multa elementa ſemper tamen confluunt multæ partes materiæ, quæ talem alterationem ſubeant.

Concluſio.

Ex his conſtat aptam eſſe idoneámque definitionem miſtionis ab Ariſt. traditam, quam proinde Peripatetica ſchola iure amplectitur, ac defendit; etſi eam quidam è recentioribus philoſophis adductus vltimo ſuperioris articuli argumẽto, improbarit, aiens miſtionẽ ſic potiùs eſſe definiendam; Miſtio eſt motus corporũ minimorum ad mutuum contactum, vt fiat vnio. Sed hæc potiùs definitio, quàm Ariſtotelica, vituperanda eſt; nec enim miſtio eſt motus; nec ea, quæ ad contactum mouentur, interim dum ſe mutuò contangunt, miſceri dicuntur; immo neque miſtio ſubſtantialis datur, niſi cùm ſub vna forma ſubſtantiali miſtilia coaleſcunt, & vniuntur.

Leges Greg. in 2. d. 12. q. 1. Capr. ibidem art. 3.

Definitio miſtionis.

Non eſt tamen negandum poſſe Ariſtotelis definitionem ad maiorem perſpicuitatẽ reuocari, expreſſo in ea genere miſtionis, quod eſt generatio, ſiquidem miſtio formaliter eſt ſpecies quædam generationis, vt colligitur ex iis, quæ docet idem Ariſtoteles. 4. Meteor. lib. cap. de putredine. Poterit ergo definitio ita componi; Miſtio eſt generatio miſti ex miſtilibus alteratis; vbi locum generis habet generatio, cætera locum differentiæ. Ac per particulam, generatio, excluduntur à definitione alteratio, accretio, & vt ſemel dicamus, omnia, quibus notio generationis non competit. Per particulam, miſti remouetur generatio elementorum. Per particulas, miſtilibus alteratis, reijcitur generatio miſtorum, quæ non fit immediatè ex elementis, nec ex multis partibus materialibus eiuſdem elementi; ſed ex aliis miſtis.

Reſponſio ad prim. argum. 1. art.

Occurramus nunc primi articuli argumentis. Ad primũ reſpondendum eſt miſtionem dici vnionem; quia dum miſtio fit, materiæ plurium elementorum, vel partes vnius non ſolùm copulantur inter ſe; ſed ſubiiciuntur etiam formæ miſti, inter quam materiam, & formam conſtat dari vnionem illam ſubſtãtialem, quæ in argumento explicatur: quãquam miſtio formaliter non ſit illa vnio, vt paulò ante diximus. Ad ſecundum reſpondendum eſt in definitione tradita ab Ariſt. non comprehendi generationem vnius miſti ex alio, ſed eam tantùm, quæ immediatè fit ex vno, aut pluribus elementis. Ad tertium cap. 1. Geneſ. quædã animantia dici genita ex terra v. g. alia ex aquis, tum propter maiorem conuenientiam, quam cum his elementis ſortiuntur; tum quia ex illorum materia, non verò ex materiis aliorum procreata à Deo ſunt. Vnde colligit Scotus in 2. ſent. diſt. 15. quæſt. 1. non omnia miſta ex multorum elementorum coitione quoad ſubſtantiam cõſtitui. Ariſt. autem tertio de generatione animalium loco citato, non tam agit de iis, è quibus viuentia oriuntur, quàm de ſedibus, quibus continentur. Sic enim ait, plantas

Ad 2.

Ad 3.

terræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

terræ incolas quispiam esse statuerit, aquæ aquatile animalium genus, aëris pedestre, quanquam duo illa priora viuentium genera ab iis elemẽtis oriri dici possunt ob eam, quam cum illis cognationem
Ad 4. habent vti, diximus. Ad vltimum respondendum est, non explicasse Aristotelem mistionis naturam per æquè iguotum. Nam cùm priùs quidnam mistile esset, docuisset; per id, vt per aliquid iam manifestius, mistionem definiit. Quæ definiendi ratio ad res obscuras aperiendas, & enucleandas non infrequens est apud philosophos.

QVAESTIO III.

Vtrum elementa secundum suas formas maneant in mixto, an non.

ARTICVLVS I.

Qui auctores affirmatiuam partem defendant, & quibus argumentis.

QVOD elementa omnibus mistis gignendis sese tanquam materiam accommodent, pro certo habetur in philosophia. Num verò etiam quoad formas substantiales in iis insint, controuersum est, & dissidentium Philosophorum opinione agitatum. Antiqui naturæ interpretes Anaxagoras, & Empedocles; præterea stoici, & vt quibusdam videtur, Plato, affirmantem partem secuti sunt, quorum vestigiis plerique è posterioribus philosophis institêre, etsi hi non parum inter se dissenserint. Nam Auicenna primo sufficientiæ cap. 10. & 1.1. doct. 3. cap. 3. arbitratur elementa in misto formas suas perfectas, atque integras retinere; dissecta tamen, ac minutatim concisa; ita vt eorum particulæ ordine quodam compositæ, & connexæ mutuò aliæ aliis cohæresçant. At quod ad elementorum qualitates attinet, putat eas non secundum suas naturas in mixto remanere; sed actione mutua interire, & ex iis qualitatem quandam vnam emergere; quam vocat complexionem; virtutes quatuor primarum in se cohibentem, eáque producta resultare, inquit, formam mixti ab elementorum formis distinctam. Auerroes hoc in lib. com. 90. & 3. lib. de cœlo com. 67. & in epitome Metaph. tract. 1. statuit formas elementorum per materiam æquabiliter fusas actu seruari in mixto; remissas tamen, atque refractas sicuti ipsorum qualitates. Cui si Aristotelem opponas in categoria substantiæ asserentem substantias neque intensionem, neque remissionem admittere: respondet intelligendum id esse de iis, quæ substantiæ dignitatẽ perfectè obtinent, non de elementis, quæ ad materiam primã naturæ conditione proximè accedunt, atque inter accidentia, & substantias medium sortiuntur, quæ proinde nihil obstat ea ex parte, qua cum accidentariis formis

Lege Arist. lib. 4. Meteor. cap. vlt.

Anaxagoras.
Empedocles.
Stoici.
Plato.
Auicennæ opinio.

Sententia Auerroïs.

formis conueniunt, intensionem, ac remissionem suscipere.

Hæ sententiæ, quatenus elementorum formas in mixtis asseruari statuunt, hunc in modum suaderi possunt. Primò, vbicunque reperitur propria alicuius subiecti affectio, necesse est eiusdem subiecti formam actu esse; sed in quolibet misto reperiuntur quatuor primæ qualitates, quæ sunt propriæ elementorum affectiones: ergo in quolibet actu insunt, non vires tantum, sed formæ ipsæ elementorum. *Primum argum. pro superioribus sententijs.*

Secundò, In elementorum congressu aut superant frigida, aut superantur, aut æquis viribus certant, si primum, non corrumpuntur calida: si secundum, non corrumpuntur frigida: si vltimum, seruantur vtraque incorrupta. Non igitur elementorum formæ cum in misti compositionem concreuerint, euanescunt. *2. Argum.*

Tertio, Si elementorum formæ conciderent, eisque vna tantum substantialis forma rei mistæ succederet, sequeretur, non minus rei mistæ, quàm cuiusuis elementi formam simplicem esse; atque adeò nullum esse corpus mistum quoad substãtiam; quod tamen est contra communem philosophorum sensum diuidentium corpus in mixtum, & simplex. *3. Argum.*

Quartò, Si elementa ideò tantùm ineesse misto dicerentur, quia eorum virtus in eo continetur, pari ratione concedendum foret, vnum elementum esse in alio, vt terram in igni, aërem in aqua; cum terræ siccitas in igne, aëris humiditas in aqua insit: atqui elementa non dicuntur alia in aliis contineri; ergo aliquid in mixto infidet præter virtutem elementorum, cuius merito elementa in eo esse perhibeantur. *4. Argum.*

Quintò, Natura, vt dictum est ab Hippocrate in lib. de natura humana, rerum obitus conficient, eò singula refert, vnde accepta fuerunt. Proindéque vnumquodque ex iis constare creditur, in quę dissoluitur: dissolui autem, & refluere mixtum in elementa, perspicuum videtur in succensa viridium lignorum strue. Cernimus enim proditæ ex ea flammam, fumum, humorem, & cineres; quæ quatuor elementis igni, aëri, aquæ, & terræ singulatim respondeant. Idémque fit in obitu hominis. Nam spirituum vitalium substantia partim in ignem, partim in aërem dissipatur, humor in aquam refluit, solidiores partes in cinerem, & terram abeunt. Quo spectat illud Lucretij libro 2. *5. Argum.*

Cedit enim retro de terra, quod fuit ante,
In terras: & quod missum est ex æthere, rursus
Id cœli rursum templa recepta tenent:
Nec sic interimit mors res, vt materiai
Corpora conficiat, sed cœtum dissipat vnde. *Lucretius.*

Postremò, hanc sententiã videtur Aristoteles palam docuisse. Nam hoc in lib. capit. 10. text. 84. ait ea, quæ miscentur, non interire: & eodem cap. text. 88. ideò gurtam vini decem millibus amphorarum *6. Argum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquæ non admisceri ; quia forma vini aboletur. Præterea lib.1.de Cœlo cap.2.text.7.& text.12.,ait mista corpora cieri vi dominantis elementi.Item lib.2.de anim.cap.4.text.39.affirmat nisi anima esset in corpore futurum,vt elementa distraherentur,& contraria loca capesserent,& lib.5.Metaph.cap.3.text.4.& lib.7.eiusdem operis cap. 17.text.60.definiens elementum,statuit esse id,ex quo quippiam fit, ita vt insit,siue tanquam ex primo insito.Quæ loca non obscurè indicant putasse Aristotelem elementa contineri actu in misto.

ARTICVLVS II.

Negatiuam partem quæstionis veram esse.

Assertio partis negatiuæ.

NIHILOMINVS asserendũ videtur elementa non esse in misto secundum suas formas,sed iis pereuntibus succedere formam misti;sub cuius imperio primæ qualitates pristinum naturæ rigorem deponant,& ad quandam mediocritatem, ac temperaturam reuocentur. Est autem hæc assertio non modò contra eos,quos initio superioris articuli nominauimus , sed etiam contra M. Albertum hoc in lib. tract. 6.cap. 5. & 3. de Cœlo, tract.2.cap.1.& 8.Philoponum ad text.64, Aureolum apud Cregorium in 2.dist.15.quæst.vnica.Iandunum 6.Phys.quæst.4. Zumaram theo.27.& Fernelium 2.lib.suæ Physiol.cap.6. aliósque è recentioribus philosophis,præsertim rei medicæ ptofessores , qui contrariæ opinioni ita inhærent;vt dicant eum, qui ipsorum argumenta legerit,ni lapis molaris sit,manus daturum:qui aliter sentiunt , Aristot. aut oscitanter legere,aut negligenter intelligere,sophistas agere,naturæ operibus imponere,veteris disciplinæ splendorem obterere,& inquinare.Sanè verò his ego Medicis,si me audire vellent,ex ipsorũ disciplina , & Hippocraticæ scholæ præceptis darem consilium , vt Rhabarbarũ sumerent ad purgandã choleram , vti minori stomacho disputent,neque nobis tantopere sine causa succenseant.Nam quòd elementa non maneant in misto secundum suas formas,sententia est haudquaquam noua,sed Aristotelica;& vt nonnullis videtur, etiam Hippocratica, quã primi nominis philosophi amplectũtur.D.Tho. opus.53.& 1.part. quæst.76.art.4.ibidemque Caietanus ; item Scotus,Gregorius,Capreolus,Ioannes Maior,Argentinas,Gabriel,Bassolius in 2.dist.15.quæst.vnica.Durandus dist.30.quæst.1.Richardus dist.15.circa primum principale quæst.1. Ochamus quodl.3.quæst. 4.Heruæus in tractatu de vnitate formarum quæst.15.Soncinas 10. Metaphys.quæst.27.& lib.12.quæst.68. Ferrariensis 2.contra gentes cap.56.Garbius in sua summa tract.1.quæst.1.Ægidius,Saxonia, Marsilius,aliique hoc loco.

Achill lib.1. de elem.Idē. 6. Phys.q.4. Niph. hoc loc. ad text. vlt. Contar. lib.3.de elem. Mercen.dis. cid 1.

Medicorum bilis coarguitur.

Conciliator diff.16.Mars. hoc lib. quæst.22.Saxonia. 9.10 Iauel.6.Met. quæst.4.

Prima ratio.

Probatur igitur hæc opinio,quia si elementa proprias formas in misto seruarent,vel eiusmodi formæ in eodem situ essent, vel in diuerso.Si in eodem,vt Stoici autumant,referente Alexandro in opus. de mistio

de mistione , cùm singulæ suas secum dimensiones ferant , iam duo corpora sese inuicem permearent,quod fieri nequit.Si in diuerso,vt sentit Auicenna,iam non quælibet pars misti esset mixta ; quia non quælibet contineret formas elementorum, quarum coitione misceri res dicunt.

2. Secundò,quia cùm ea,quæ specie distinguuntur , nequeant inter se continuari,vt 5.Physicæ Auscultationis cap.4.text.41.Aristoteles docet,sequeretur mistionem non esse aliud,quàm elementorũ aceruum , & congeriem,quod impugnatum est ab Aristotele hoc in lib. cap.10.text.86.itémque nullum mistum esse vnum numero;quandoquidem in rebus physicis,quod vnum numero est,continuum esse oportet,docente etiam Aristotele lib.5.Metaphys.cap. 6. text.12. & lib.5.Physic.cap.4.text.56.

Distincta specie non continuantur.

3. Deinde,Si in misto forma ignis, verbi causa, & lapis pariter insiderent, idem simul foret ignis, & lapis ; quo nihil in philosophia absurdius.Probatur assumptum. Nam id,quod lapidis forma cõstat, haud dubiè lapis est,& quod ex forma ignis, ignẽ esse,ac dici oportet:alioqui daretur forma in composito,quæ nullum ei esse formale contribueret,quod tamen non minùs impossibile est, quàm albedinem esse in Socrate, & ea Socratem non esse album. Nec satisfacit Auerroës aiendo formam ignis esse in mixto refractam, ac sopitam, proindéque non posse rei compositæ ab se nomen dare ; sed totam eam appellationem transferre ad vlteriorem formam,id est, ad formam mixti,quæ elementorum formas imperio suo coercet , ac toti præsider.Non,inquam,satisfacit.Primùm,quia esto eiusmodi formæ compositum non absolutè appellarent,ita vt eadem res & ignis , & lapis simpliciter diceretur;non tamen effugiet , quin concedat eandem rem simpliciter lapidem & secundum quid ignem nuncupandam fuisse;quemadmodum aqua,quę è gelida est,simpliciter frigida, secũdum quid calida dicitur:at quis neget appellationem illam non solùm à philosophorum loquendi consuetudine alienam , sed per quàm absurdam esse?Deinde errat quoque Auerroës,dum intensionem,& remissionem vlli substantiæ,quantumuis ignobili,concedit. Tum quia id communi philosophantium consensu absolutè negat Aristoteles in categoria substantiæ. Tum quia quælibet forma substantialis siue perfecta,siue imperfecta,supra gradum omnium accidentium,saltem naturalium,eminet. Cùm igitur multa sint naturalia accidentia,quæ neutiquam intensionem,aut remissionem ferunt,vt potentia intelligendi , appetendi , aliæque eiusmodi , multò minùs eam ferent substantiales formæ.

Confutatio responsionis.

Nullam substantiam intendi,aut remitti.

4. Rursus, tametsi elementa interdum ab aliqua naturali causa , vt virtute astrorum à propriis sedibus euocentur ad generationem misti;non tamen omnia semper cõueniunt,nec perpetuò quoad suam substantiam in locum vnum confluunt,& nihilominus mistum generatur,vt à nobis suprà ostensum fuit:ergo fieri non potest,vt omnia mista constent ex formis quatuor elementorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5. Item priuatim quod forma ignis non possit esse in re mista ostenditur, tum quia sequeretur posse formam ignis conseruari cum frigore vltra mediam intensionem gradualem, videlicet in compositis natura frigidis, atque ita appellaretur ignis frigidus, quod est contra Aristotelem cap. de oppositis, & communem philosophorũ vocem. Tum quia nullum animal in aquis degeret: siquidem aqua confestim extingueret portionem igneæ substantiæ, ex qua simul cum aliorum elementorum particulis mixtum coalesceret.

Ignem nunquam appellari frigidũ.

6. Præterea, Idem ea ratione concluditur, quia si elementorum formæ in mixtis residerent, in quolibet cõposito naturali essent multæ formæ; subiectum generationis non esset materia nuda, sed materia informata formis elementorum: in interitu rerum non fieret vsque ad materiam primam resolutio; quia mistum, vt inquiunt, resolueretur in elementum: generatio vnius, id est, misti, non esset corruptio alterius, id est, elementi, siue elementorum; siquidem hæc salua manerent. Quæ omnia à Peripatetica doctrina, & à veritate aberrare in huius libri progressu, separatis quæstionibus ostendimus.

Generatio vnius est corruptio alterius.

7. Postremò accedunt testimonia Aristotelis aientis elementa non manere in mistis actu, id est, quoad suum proprium actum substãtialem, siue quoad substantiales formas, sed virtute, id est, quoad ipsorũ virtutes, seu qualitates. Sic enim habet capite decimo primo huius lib. text. 84. Quæ miscentur, nec permanent actu, vti corpus, & albedo, neque corrumpuntur, aut ambo, aut alterum: nam eorum virtus atque potentia salua manent; quod etiam repetit secundo de partibus anim. capite primo, vbi cùm dixisset seruari in mistis elementa, corrigit sese, vel potiùs, inquit, remanent ipsorum virtutes, id est, calor, frigus, siccitas, humor.

Conclusio.

Maneat ergo ex hac disceptatione, formas elemẽtorum non contineri actu in misto, sed virtute, interiréque eas in instanti generationis, & in earum materiam introduci formam quandam substantialem simplicẽ, atque vnius naturæ, distinctam specie à formis elementorum, simplicem, quia alioqui mistum non esset compositum vnũ per se: sed quasi cumulus, aut aceruus. Distinctam specie, quia aliter mista neque ab elementis, nec à se mutuò specie differrent; quod veritati apertè repugnat. Addit tamen S. Thomas lib. 4. cõtra gentes cap. 81. formam mistionis interdum sumi non pro forma substantiali ipsius misti, quæ in homine non distinguitur ab anima rationali, sed pro qualitate composita, & cõtemperata ex mistione simplicium qualitatum, quæ ita se habeat ad formam substantialem corporis misti, sicut qualitas simplex ad formam substantialem corporis simplicis. Et hanc mistionis qualitatem ait idem Sanctus doctor 1. part. quæst. 76. art. 4. esse proptiam dispositionem ad formam substantialem corporis misti, vt ad formam hominis, aut lapidis. Verùm num hæc qualitas sit simplex, an potiùs collectio omnium quatuor primarum, suo loco dicemus.

Formam mistionis dupliciter sumi.

ARTI

Diluuntur aduersariorum argumenta.

NVNC argumenta, quæ initio proposuimus, explicanda sunt. Ad primum dicito, vbicumque propria & reciproca alicuius subiecti affectio eo modo, ac perfectione, qua in subiecto insidet, reperitur; ibidem subiecti formam reperiri: at elementorum affectiones non ita ineſſe mixtis, in his enim insunt refractæ, & ad temperiem deductæ: in illis vna primarum qualitatum est summè intensa, si elementum naturalem statum retineat: in illis continentur, vt in suis fontibus, & primæua origine; in his, vt aliunde deriuatæ. Adde etiam causam adæquatam qualitatum, quæ mixtis conueniunt, non esse elementa, cùm illæ etiam influxu corporum cœlestium obueniant, immò cùm videamus calorem summum non à solo igni communicari, sed interdum solari luce gigni dum radiorum coitu flamma in fomite accenditur. Ad secundum quid respondendum sit ex superiùs dictis patet. Ad tertium dicendum corpora non ideo mixta dici, quòd eorum formæ non sint substantiæ simplices; sed quod permistionem quatuor primarum qualitatum, vt naturæ suæ congruentem, ac sibi propriam dispositionem exigant; quæ enim ita se habent substantialiter mixta sunt.

Solutio primi argum.

Solut. 2.

Solut. 3.

Ad quartum dicendum in primis non esse omnia elementa virtute in vno, quia nullum in suo statu naturali vendicat qualitates omnium elementorum, quas tamen quodlibet mistum substantiale postulat. Sed neque tria elementa, duove in vno, aut vnum in alio contineri dicenda sunt; quia ad virtualem continentiam non sat est reperiri in illo vno eaſdem specie qualitates, quas cætera obtinent; sed aliud quid præterea requiritur, vt suo loco, id est, proxima quæstione à nobis explicabitur.

Solut. 4.

Cur elementa plura, aut vnum nõ dicatur in alio contineri.

Ad quintum respondendum est, vnumquódque resolui in ea, ex quibus constat vel actu, vel potestate. Lignum autem quod vritur, negamus resolui in quatuor elementa. Nam liquor, quem per extremas oras exudat, non est vera aqua (sicuti nec liquorum stillatitium, id est, qui virtute ignis ex herbis, floribúsque artificiosè exprimitur, veram aquam dicimus) sed humor, quo arbor nutriebatur, nisi fortè sit aqua pluuia, aliáve eiusmodi, poris aut foraminibus excepta, & asseruata, quam ignis dum materiã ad suæ formæ receptionem præparat, foras egerit. Flamma autem denuò excitatur. Item fumus, & cineres denuò efficiuntur, nec formam aëris, & terræ obtinent; sed aëriæ, & terrenæ similem. In obitu verò hominis spiritus vitales, & animales iam ante in corpore exiterant: sed ij non constituunt corpus mixtum, vti partes elementares, neque sunt elementa, nec informantur forma mixti, sed sanguinis; vt alibi in hoc opere docuimus: homine autem intereunte, in aërem, aut aliud quid eiusmodi, & in-

Solut. 5.

De liquore stillatitio.

De fumo, & cineribus ligni adusti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terdum in ignem, si corpus illi mixtis absumatur, corrumpuntur. De humore verò, & cineribus quid sit dicendum, iam ex dictis constat. Fatendum tamen eũ in mixtis elemẽtarias virtutes insint, eorũ corpora, dum corrũpuntur, in corpora elementis cognata, immò & in elementa ipsa modò vnũ, modò plura facile dissolui. Ob idque scripsit Arist. hoc in lib. cap. 10. text. 84. ea, quæ miscentur, posse iterum separari. Nimirum quia elementa continentur in misto potentia quasi proxima, vt quæstione sequenti enucleatiùs exponemus.

Solut. 6. Ad vltimum, quod ab Aristot. testimoniis petitum est; dicimus omnia fere illa loca eandem habere explicationem, nimirum philosophi mentem esse contineri quidem elementa in misto, verùm non actu, sed potestate. Item ea non corrumpi, si loquamur de corruptione, qua nihil rei corruptæ manet præter materiam; sic enim nõ intereunt elementa, cùm maneant virtute in mixto. Ad illud de vini gutta dic non ob id negare Arist. eam multis aquæ amphoris permisceri, quòd intereat, sed quòd ita intereat, vt ex ipsa, & ex aqua non emergat vnum tertium vbi ambo saltem virtute seruentur. Quod ad rationẽm veræ perfectæque mistionis, de qua hic agimus, requiritur, in qua oportet nullum mistilium manere neque vnum conferti in alterum, sed iis pereuntibus aliud quid ab eis distinctum effici.

Explicatur locus Arist.

Quo pacto mistum moueatur ab elemẽto prædominante.

Dum ieni Arist. primo de Cœlo ait mistum moueri ab elemento prædominante, non concedit elementum prædominans esse in misto secundum suam formam substantialem; sat enim est contineri in eo quoad virtutem motiuam ab ipso deriuatam. At in secundo de anima non ex propria sententia ponit elementa actu in re mista: disputat enim ibi contrà Empedoclem, qui cùm elementa omnino integra in re viuente cõstitueret, negabat accretionem virtute animæ perfici. Aduersus quem illud opponit, quod si elementa inibi eo pacto essent; nec tamen anima viuentis functiones administraret, & elementa ipsa vi sua continerent; futurum necessariò erat, vt illa rupto fœdere dissociarentur, & viuens confestim interiret.

De definitione elementi.

Quod attinet ad definitionem elementi ab Aristotele traditam, de qua initio libri secundi, Scotus & Gregorius putant non definiri in ea quatuor vulgata elementa, sed solam materiam primam. Verùm hæc sententia non congruit cum doctrina Aristotelis eodem illo capite lib. 5. Metaphys. vbi docens quæ nam proposita elementi definitione comprehendantur, inter illa, quatuor mundi elementa enumerat. Potiùs ergo dicendum cùm elementum definitur id, ex quo quidpiam fit, ita vt insit, verbum inesse, latè sumendum, nimirum pro inesse actu, vel potentia. Quod ipsemet Aristoteles monuit lib. 3. de Cœlo, c. 3. text. 31. hisce verbis. Sit igitur id

corporum elementum, in quod cætera
corpora diuiduntur quibus
ineſt potentia,
aut actu.

QVÆ

QVÆSTIO IIII.

Qua ratione elementa dicantur manere virtute in mistis.

ARTICVLVS I.

Diuersæ auctorum sententiæ.

QVOD elementa maneant virtute in mistis asseruimus quæstione proxima, idémque traditum est ab Aristotele multis in locis, vt hoc lib. cap. 10. text. 84. & lib. sequenti cap. 8. text. 48. & 3. de cœlo cap. 3. text. 32. & de part. anim. lib. 2. cap. 1. Porrò tametsi qui negant elementa contineri actu in mistis, communi assensu affirment contineri in eis virtute: est tamen inter illos dissidium in explicanda istiusmodi virtuali continentia. Scotus in 2. sent. dist. 15. quæst. vnica, & lib. 5. Metaphysicæ ad text. 18. putat ideò elementa dici contineri virtute in mistis, quia illorum formæ continentur virtute, siue eminenter in forma misti, eo pacto, quo anima sensitiua est in rationali. Refellitur tamen à Caietano 1. part. quæst. 76. art. 4. ex eo, quia operationes elementariũ formarum, vt calefactio, exsiccatio, aliæque huiusmodi multo perfectiori modo elementis conueniunt, quàm mixtis: ac secus fieri oporteret, si formæ elementorum in forma misti virtute, seu eminenter essent. Semper enim saltem præcipuæ functiones eius formæ, quæ in alia excellentiori modo continetur, perfectiùs à continente, quàm à contenta administrantur, vt patet in anima intellectrici, quæ simpliciter perfectiùs sentit, quàm brutarum animantium formæ.

Opin. Scot.

Confutatur.

Aliorũ sententia.

Alij opinantur iccirco elementa manere in mixto virtute quia manent in eo ratione qualitatum; sed hi etiam in diuersas partes abierẽt. Nam quidam censent elementorum qualitatibus in congressu extinctis succedere qualitatem quãdam simplicẽ mixto natiuam, ac propriam à quatuor primis distinctam, quæ tamen eas virtute in se cohibeat, qualem etiã posuit Auicenna 1. lib. suffic. cap. 10. & Fen. prima primi, doct. 4. nisi quod hic, vt superiùs retulimus, ipsas etiam elementorum formas in mixtis integras, & incolumes seruat. Huius sententiæ sunt Gregorius in 1. dist. 17. q. 3. art. 2. Garbius in sua Summa tract. 1. q. 1. qui ait impropriè dici elementa contineri virtute in misto, Soncinas 10. Metaph. quæst. 22. Heruæus in tractatu de vnit. formarum quæst. 15. Iauellus 8. Metaphysicæ quæst. 4. potestque ea in hunc modum probari. Vt se habent formæ elementorum ad mixtorum formas; ita eorundem qualitates inter sese: sed formis elementorum, quæ in conflictu pereunt, succedit in quolibet mixto vnica forma simplex, ab illis distincta; igitur & ipsorum qualitatibus vnica simplex qualitas ab iis diuersa succedet. Secundò, Si mistorum temperatura non in simplici qualitate; sed in concentu

Vtsupra in 2. d. 15. q. 1. a. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& proportione omnium quatuor primarum qualitatum consisteret; cùm proportiò in insectili posita sit, atque adeò qualibet mutatione etiam minima dissoluatur, concedendum esset singulis prope horis mixta à propria, & natiua temperie recedere; quod falsum est, & ridiculum; sic enim minimo etiam negotio interirent. Consecutio probatur, quia ex contrariorum, & dissimilium occursu, ex sole, vento, esu, & potu, aliisque id genus, varias qualitatum immutationes sine vlla ferè intermissione incidere oporteret.

Vera opinionis explicatio.

Asserendum tamen est cum D. Thom. 1. part. quæst. 76. art. 4. & in 3. dist. 16. q. 1. art. 1. Marsilio hoc in lib. quæst. 22. Fernelio lib. 3. Physiol. cap. 3. Galeno in 1. de elem. cap. vlt. Hippocrate in libro de carnibus, & alijs, manere in quolibet misto non illam simplicem qualitatem; sed omnes quatuor primas, nimirum calorem, frigus, humorem, siccitatem; non quidē in summo gradu, sed quadam moderatione, & temperie, quæ tamen varietatem subit pro natura cuiusque misti, pro conditione ætatis, sexus, aliorúmque eiusmodi vt progressu fusiùs exponemus. Probari autem potest hæc sententia, simulque contraria refelli hisce argumentis. Primùm, quia experientia constat mista omnes quatuor qualitatum functiones exercere: calefaciunt enim, refrigerant, exsiccant, humectant: mirum est autem minimēque probabile tam dissimilia, & inter se pugnantia officia, vna simplici qualitate administrari. Deinde, quia cum elementum agit in mistum, vt ignis in Socratem, vel introducit aliquid propriæ qualitatis verbi gratia calorem, vel nihil. Si nihil, non ergo agit: Si aliquid, ergo in Socrate manet calor, cúmque accessu caloris oporteat expelli frigus, sequitur iam ante illam actionem extitisse frigus in Socrate: quod similiter de aliis qualitatibus ostendi potest. Deinde, aut illa simplex qualitas potest in misto intendi, & remitti, aut non potest. Si dent prius, vel cùm remittitur, aduenit subiecto alia qualitas priori similis, vel cōtraria. Non similis, quia nulla qualitas aduentu similis, remittitur. Si contraria, ponamus eam esse frigus: tunc cum frigori non nisi calor aduersetur, sequitur eam qualitatem, quæ erat in subiecto, esse calorem; non autem simplicē qualitatem, quam ponebant. Si autem posterius dent; vtique oportebit eam qualitatem, quam misto attribuunt, nunquam deperdi, atque adeò mistum esse indissolubile, cum ea qualitas, quæ est naturalis dispositio, qua eius forma in materia conseruatur, nullo modo perimi queat.

Temperamenta quantam varietatem subeant.

Prætereà, Confirmatur eadem sententia hunc in modum. Qualitates, quæ præparant materiam ad introductionem substantialis formæ, sunt naturales rei generandæ, eiusdémque rationis cum iis, quæ perseuerant in re genita: sed qualitates primæ elementorum præparant materiam ad introductionem formæ substantialis misti, vt liquidò patet, cùm mistum ex elementorum congressu proximè oritur: ergo elementorum qualitates sunt eiusdem speciei cum iis, quæ in misto permanent, quæque ei secundum communem rationem

Elementorū, & mistorum qualitates eiusdē speciei.

nem misti substantialis debentur. Postremò, colores, sapores, odores, cæteræque id genus, quæ appellantur qualitates secundæ, oriuntur ex varia temperie, & proportione primarum, vnde si quod elementum aliquam earum obtinet, omnes quatuor qualitates interim habeat necesse est: sed quoduis mistum ex sua propria, & natiua conditione vendicat aliquam ex secundis qualitatibus: igitur in quouis misto inueniuntur quatuor primæ.

Tactus sentit exuperantiam qualitatum.

Tandem, quòd nostra hæc assertio peripatetica sit, constat. Nam Aristoteles 2. de anima. cap. 11. text. 118. ait tactum non nisi exuperantiam qualitatum sentire, quòd illas habeat ad temperationem quandam redactas, & 2. de part. anim. cap. 1. primariam compositionem esse ex quatuor primis qualitatibus inter se coeuntibus, & 4. Meteor. cap. 1. stirpium & animantium generibus interitum conuenire, quod ex harum qualitatum, quæ agēdi, & perpetiendi vim habent, permistione cōcreta sint. Ex quibus locis perspicuum est, Aristotelem non quintam qualitatem, sed quatuor primas formaliter in mixtis constituere. Atque his etiam rationibus facile coarguitur opinio Durandi in 1. dist. 30. quæst. 1. & aliorum asserentium dari in quolibet misto non hunc, quem diximus, quaternionem, sed duplicem qualitatem, quarum vna caloris, & frigoris; altera humoris, & siccitatis naturam sapiat.

Saxonia 1. huius opc. q. 19. Aponensis.

Responsio ad argumenta partis contrariæ.

Argumenta verò aduersariæ partis nihil exhibent negotij. Primum soluitur negando qualitatem, quæ in misto elementorū qualitatibus respondet, eodem modo sese habere quoad simplicitatem, quo substantiales mistorum formæ: sat est enim nuncupari eiusmodi qualitates vnum quid, non simpliciter; sed quatenus in vnam misti corporis temperationem coeunt.

Ad secundum respondetur etsi misti corporis affectio secundum aliam atque aliam qualitatum intensionem facilè commutetur, non ob id tamen dici corpus temperamentum aliud assumere; nisi vehemens, & diuturna commutatio accidat, qualis est ea, qua quis è melancholico biliosus efficitur. Constat autem non sufficere quamlibet mutationem in intensione graduali qualitatum, vt mistum intereat; immò neque habitualis mutatio temperamenti ex bilioso in melancholicum, aliáve eiusmodi ordinariè sat est, cùm multi mortales variata decursu ætatum complexione superstites maneant.

ARTICVLVS II.

Veræ opinionis explicatio.

QVONIAM igitur monstratum à nobis est, quatuor principes qualitates, quæ primariæ virtutes elementorum sunt, intereuntibus elementis, quasi hæreditatio iure ad mista deuenire, in iisque seruari: reliquum est, vt statuamus ideò elementa dici contineri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima ratio, cur elementa dicantur manere in mistis. virtute in mistis, quia manent in his eorum virtutes, non quidē eædem numero, cum in generatione fiat resolutio vsque ad materiam primam, sed eædem specie. Sanè verò cum non solùm qualitates illæ alterantes, sed etiā loco mouentes, nempe grauitas, & leuitas ab elementis ad mista deriuentur; siquidem vnunquodque mistum cùm naturali motu cietur, ab elemento prædominante incitatur, vt suprà ex doctrina Aristotelis in 1. de Cœlo retulimus: hæc etiam altera ratio erit, vel saltem appendix superioris, cur elementa dicantur contineri virtute in mistis; videlicet merito huiuscemodi facultatum, quæ in iis etiam, modo suo seruantur.

Secunda ratio.

Tertia ratio. Addi quoque tertia ratio potest, quòd mixta saltem homogenea ob diuersas partium, è quibus constant, affectiones in elementa sibi consimilia facilè dissolui queunt, modo à nobis superiùs explicato.

Quarta ratio. Nec illa etiam ratio præteriri debet, quæ animantibus peculiaris est; nimirum quòd in iis, teste D. Damasceno lib. 2. fidei orthodoxæ cap. 12. singuli humores singulis elementis proportione respondent.

Singuli humores singulis respondēt elementis. Atra quidem bilis, vtpote sicca, & frigida, terræ: pituita, quæ frigida, & humida est, aquæ: languis, quia calidus, & humidus, aëri: flaua denique bilis, quia calida, & sicca, igni. Atque his cognata sunt, quæ in lib. de spiritu, & anima cap. 33. legimus, in hunc fere modum. Humanum corpus ex quatuor elementis coagmentatum est; in carne, & ossibus, ob terream soliditatem, terra apparet: Aqua in humoribus; aër continetur in pulmone: ideò enim semper in motu est, quia ventilabrum est cordis, ne nimio calore extabescat, & dissoluatur. Denique ignis sedem habet in corde, quod est omnium membrorum calidissimum.

LIBRI PRIMI FINIS.

IN SECVNDVM LIBRVM ARISTOTELIS DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

PROOEMIVM.

Huius libri scopus.

INSTITVTVM *Aristotelis hoc in libro est, disserere de quatuor vulgatis mūdi elementis. Licet enim de ijs in tertio, & quarto libro de cœlo egerit: alia tamen est hoc loco eorum contemplatio. Possunt quippe spectari elementa vel prout certam ac definitam in mundo sedem obtinent, ad quam ingenita propensione, proprioq́, motu feruntur: vel vt sunt prima generabilia, & corruptibilia, cæteriq́, corporibus sublunaribus ortus, & interitus causam præbent. Igitur prior eorum consideratio duobus illis de cœlo libris comprehensa fuit: posterior ad hunc librum delegata est. Ea verò tribus potißimùm quæstionibus continetur. Quarum prima est, quæ sit natura elementorum: secunda, num perpetua sint, an ortui, interituiq́, obnoxia, saltem quoad partes: tertia, si generationem subeunt, an omnia reciproca vicißitudine indiscriminatim ex se fiant; vel potiùs vnum eorum sit, ex quo, vt primo, cætera gignantur.*

Elementorū in hoc lib. cōsideratio.

CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

DE mistione igitur. Collectis in summam iis, quæ superiori libro pertractauit, docet cur sibi de elementis in præsenti disputandum sit: videlicet quòd absque eorum opera, & intercentu nulla res ortum, vel interitum subeat: quidquid enim gignitur, & corrumpitur, aut elementum est, aut ex elementorum permistione cõcretum: siquidem primæ qualitates, quæ præcipuæ agendi, & patendi administræ habentur, propriæ affectiones sunt elementorum, vnde ipsa per excellentiam prima sensibilia nuncupantur.

Elementa nõ esse prima principia simpliciter.

[a] *Quorum subiectum.* Aggreditur primã quæstionem eatũ, quas hoc libro pertractari diximus, videlicet de natura elementorum: & quoniam hæc partim materia partim forma continent; à materia exordiatur: ita tamen, vt rerum etiam, quæ ex elementis constant, materiale principium simul disquirat. Fuerunt igitur ea de re quatuor sententiæ. Nam quidam elementũ vnum pro materia constituebant, nempe ignem, aut aërem, aut mediũ quid ab vtroque distinctum, igne densius, subtilius aëre. Quidam duo posuerunt: alij tria, alij quatuor ipsa elementa, vt Empedocles. Itaque hi materiam faciebant elementa, sed non eodem pacto. Nã qui plura faciebant, eorum coitione, & secretione res gigni, & corrumpi affirmabant: qui verò vnum duntaxat, non ita: cùm vnum nec congregari, nec segregari queat: sed sola alteratione, qua res addensantur, aut rarescunt, generationẽ, & interitu fieri arbitrabantur.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΓΕΝΕΣΕΩΣ
καὶ φθορᾶς, τῶν εἰς δύο,
τὸ Β.

ΚΕΦ. α.

Text.1. [a] ΠΕΡΙ μὲν οὖν μίξεως καὶ ἁφῆς, ἔτι δὲ ποιεῖν, καὶ πάσχειν, εἴρηται, πῶς ὑπάρχει τοῖς μεταβάλλουσι καὶ φύσιν. ἔτι δ', περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆ ἁπλῆς, πῶς καὶ τίνων ἐστί, καὶ δι' τίν' αἰτίαν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀλλοιώσεως εἴρηται, τί τὸ ἀλλοιοῦσθαι, καὶ τίν' ἔχει διαφορὰν αὐτῆ ἕκαστοι. λοιπὸν δὴ διελθεῖν, περὶ τὰ καλούμενα στοιχεῖα τῆ σωμάτων· γένεσις μὲν γὰρ καὶ φθορὰ, πάσας τὰς φύσει συνεστώσας οὐσίας, ἢ ἄνευ τῆ αἰσθητῆ σωμάτων. [b] τούτων δὲ τὸν ὑποκείμενον Text.2.
ὕλλον, οἱ μὲν φασι μίαν εἶναι, δι' ἀέρα τιθέντες, ἢ πῦρ, ἢ τι τῆ μεταξὺ τούτων, σῶμα τι ὂν καὶ χωριστόν· οἱ δὲ, πλείω δὲ ἑνὸς μὲν οἱ μὲν πῦρ καὶ γῆν, οἱ δὲ ταῦτα τι, καὶ ἀέρα τρίτον· οἱ δὲ καὶ ὕδωρ τούτων τέταρτον, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, ἐξ ὧν συγκρινομένων, καὶ διακρινομένων, ἢ ἀλλοιουμένων, συμβαίνειν τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν τοῖς πράγμασιν· [c] ὅτι μὲν οὖν τὰ πρῶτα ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα καλῶς Text.3.
ἔχει λέγειν, ἔστω συνομολογούμενον. ἐξ ὧν μεταβαλλόντων, ἢ κατὰ σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, ἢ κατ' ἄλλην μεταβολὴν, συμβαίνει γένεσιν εἶναι καὶ φθοράν. ἀλλ' οἱ μὲν ποιοῦντες μίαν ὕλλην παρὰ τὰ εἰρημένα, ταύτην δὲ σωματικὴν χωριστὴν, ἁμαρτάνουσι· δεῖ γὰρ ἀεὶ ἐναντίωσιν εἶναι τὸ σῶμα τῆ αἰσθητῆ ὄν· ἢ γὰρ κοῦφον ἢ βαρὺ, ἢ ψυχρὸν ἢ θερμὸν ἀνάγκη εἶναι· τὸ ἄπειρον τοῦτο, ἢ λέγουσιν εἶναί τινες παρὰ ἀρχήν. [d] ὡς δ' ἐν τῆ Τιμαίῳ γέγραπται, δεῖ ἴσως Text.4.
ἔχειν διορισμόν· ἡ γὰρ εἰρημένη ἀφὴς τὸ πανδεχὲς, εἰ χωρίζεται

[c] *Quod igitur prima.* Non improbare se, inquit, eorum sententiam, qui statuunt elementa prima principia generationis, & corruptionis, quocunque modo hæc fiant: id enim in præsentia non quærit: confutat tamen eos qui putant hæc principia esse prima simpliciter: ac primum illos, qui ponunt materiam quandam corpoream,

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ET Corruptione.

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Text.1. [a] *DE mistione igitur, & tactu, & actione, & passione, quo pacto hisce competãt, quæ natura mutationem subeunt, & insuper de ortu, & occasu simplici, absolutoq; qualiter fiat, cuius sit, & quam ob causam, tum etiam de alteratione, quid sit alterari, & quam quodq; eorum habeat differentiam, dictum est. Restat vt circa ea, quæ elementa corporum appellantur, contemplemur. Nam generatio, & corruptio substantijs omnibus, quæ natura constant, haud sine sensibilibus corporibus, competunt.*

Text.2. [b] *Quorum subiectam materiam quidam vnã esse aiunt, eam aërem, aut ignem, aut quippiam inter hæc medium, quod & corpus sit, & separabile ponentes. Quidam numero plures vnã: alij enim ignem, & terram: alij & hæc, & tertium aërem; alij & aquam inter hæc quartam, vti Empedocles, ex quibus concretionem, secretionémve, aut alterationem subeuntibus, ortum, atque occasum*

Text.3. *rebus ipsis contingere dicunt.* [c] *Quòd igitur prima ipsa, principia, elementaq; probe dicantur, sit in confesso: ex quibus si aut congregatione, segregationeve, aut alia mutatione transmutentur, generationem fieri contingat, atque corruptionem. Sed qui vnam vltra ea, quæ sunt dicta, materiam faciunt, eamq; corpoream, atque separabilem, errant. Nam fieri non potest, vt corpus hoc, cum sensibile sit, sine contrarietate existat. Etenim infinitum hoc, quod nonnulli principium esse dicunt, aut leue, aut graue, aut calidũ, aut frigidum*

Text.4. *sit, necesse est.* [d] *Quòd autem in Timæo est scriptum, nihil habet certi, definitique. Nam nec ille plane dixit, an id, quod omnia suscipit, ab ipsis separetur*

Reprehensio Platonis.

poream, ab omni contrarietate, & elementari forma seiunctam: cùm fieri nequeat vt corpus illud subiectũ sensibus, contrarijs vacet, cumq; eiusmodi infinitum, id est, tale corpus nulli certo composito addictum, necessariò leuitate, aut grauitate, frigore, aut calore, quæ inter se pugnãtia, & contraria sunt, præditum esse debeat. Hic aduerte non negare Aristotelem dari prætet quatuor elementa vnum commune principium, quod est subiectum generationis, & corruptionis, nempe materiam primam, ex qua elemẽta ipsa, & omnia composita naturalia partiatim constent, sed tantùm reiicere corpus quoddam à materia, & quatuor elementis distinctum, quod aliorũ principium dicatur, quale veteres nonnulli ponebant.

[d] *Quod autem in Timæo.* Contigit Platonẽ quòd nihil de materia perspicuè asseruerit. Nec enim expressit, an principium illud, quod appellauit πανδεχὲς id est, omnia habens, quod est materia, separetur ab elementis, ita vt aliquando existat sub eorum actu, aliquãdo non. Item non vtitur istiusmodi principio in suis disputationibus: sed cum materiam priorem elementis fecerit, & ex ipsa, vt artefacta ex auro, res cæteras constitui docuerit: nullam deinde eius facit mentionem. Insuper docet quemadmodum aurum dicitur de statua verbi gratia quæ ex eo compositur: vt statua est aurum: ita materiam dici de re genita, vt aër est materia. Quæ tamen à vero aliena sunt: nam neque aurum de statua verè affirmatur, neque materia de suo composito naturali, licet subiectum alterationis verè de eo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod per alterationem fit, dicatur, vt album est Socrates. Postremò peccat in eo Plato, quia videtur materiam facere superficiem: quandoquidem elementa, quæ sunt corpora solida, resoluit vltimò in superficies: at materia est id, in quod fit vltima corporum resolutio. Notandum est hic quod Aristoteles ait materiam non prædicari de antefacto, cuius est materia. Est enim ea de re controuersia, quæ alibi à nobis pertractanda erit.

In materiâ fit vltima corporũ resolutio.

[a] *Non autem sensibilium.* Suam de materia sententiam explicat asserens materiam, quæ elementorum principium est, non esse corpus aliquod actu, neque re ipsa absq; omni forma posse consistere, sempérq; esse coniunctam cum contrariis tam qualitatibus, quàm formis, quibus in alio, atque alio composito naturali subest. Quæ de re in primo Physicæ Auscultationis, & in tertio, & quarto de cœlo laxiori filo disputatũ fuit.

Elemẽta non esse principia absolutè prima.

[b] *Verùm enim verò.* Quia elementa ex materia, vt ex principio constant, admonet sic de elementis loquendum esse, vt ipsa pro principiis absolutè primis non habeantur. Subinde ostendit materia distinctum quidpiam esse à contrariis: quia vnum contrarium non potest alteri subiici, vt calor frigori, sed tertium aliquid distinctum dari oportet, quod vtriusque pugnam sustineat, hoc autem, subiectum, ac materia

χωρίζεται τῆ στοιχείων. ὅδε χρῆται ὕδατι, φῶς ⟨1⟩ ὑποκείμενον ἔχις καλυμένοις στοιχείοις πρότερον ⟨2⟩ χρυσὸν ἔχις ἔργοις ἔχις χρυσοῖς. καὶ ἔχι τοῦτο ὁ καλῶς λέγονται τινὲς τὸ πρότον λεγόμενον, ἀλλ' ὧν μὲ λῶς λέγονται τινὲς τὸ πρότον λεγόμενον, ἀλλοίωσις, ἔτερόν ἐστιν ὧν ἡ γένεσις καὶ φθορὰ, ἀδύνατον ἐκεῖνα προϋπορχεῖσθαι, ἐξ ὧν γίγνονται. καὶ τοῖ Text.5. γέ φησι, μακρῷ ἀληθέστερον ⟨3⟩, χρυσὸν λέγειν ἕκαστον ⟨4⟩, ἀλλα τῆ στοιχείων ὄντων στερεῶν, μίχθεν δὲ πεπέδων ποιεῖται τὴν ἀνάλυσιν. ἀδιαίρετον ἢ πρὸ τῆ ὕλης τὴν πρώτην, τὰ ἐπίπεδα ⟨5⟩. [c] ἡμεῖς δὲ Text.6. φαμὲν ὕλην τινὰ εἶναι σωμάτων τῶν αἰσθητῶν· ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριστὴν, ἀλλ' ἀεὶ μετ' ἐναντιώσεως, ἐξ ὧν τὰ καλούμενα στοιχεῖα. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἀκριβεστέροις. [d] ὑ μὲν ἀλλ' ὅτι καὶ ὁ τρόπον τοῦτον ἔστιν ἐκ τῆ ὕλης τὰ σώματα τὰ φυσικὰ, διωρισμένον ⟨6⟩ καὶ πρώτην ὑποθεμένοις ⟨7⟩ τὴν ὕλην, τὴν ἀχώριστον μὲν, ὑποκειμένην δὲ τοῖς ἐναντίοις· ὁ γὰρ τὸ θερμὸν ὕλην τῆ ψυχροῦ. οὐδὲ τοῦτο τῆ θερμῆ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἀμφοῖν. ἔ ὥστε πρῶτον μὲν δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχή. δεύτερον δὲ, αἱ ἐναντιώσεις λέγω δὲ, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης· τρίτον δὲ ἤδη πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦτο μὲν γὰρ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, καὶ ἐκ ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἕτεροι λέγουσι· οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ἀλλοίωσις, αἱ δ' ἐναντιώσεις, ὐ μεταβάλλουσι· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ ὡς σώματα, πολλὰς καὶ πολλὰς λεκτέον ἀρχάς· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ὑποθέμενοι ἓν ῥῶντας, καὶ οὐδὲν λέγουσι, ὅτῳ τί ταῦτα ἢ τοιαῦτα.

CAPITIS II. *Explanatio.*

ΚΕΦ. β.

[a] *Vm igitur.* Egit superiori capite de principio materiali elementorum: nunc de formali agere instituit. Et verò si elementa considerentur, vt substantiæ quædam sunt, eorum formale principium est substantialis forma: si vt actiua, & passiua: siue vt tactilia sunt, quatuor primæ qualitates, & quoniam hæc posterior

Duplicitèr spectari elementa.

[a] Περὶ μὲν ζητῆσαι πρῶτον ἀξιοῦσι σώματος ἀρχὰς, τοῦτ' ἔστιν ἀσώματον· ἁπλοῦν ἢ οὐ ἢ οὐδὲν σώματι ἀφ' φανερὸν ὅτι οὐ πᾶσαι αἱ ἐναντιώσεις σώματος εἴδη καὶ ἀρχὰς ποιοῦσιν, ἀλλὰ μένει αἱ κατ' τὴν ἀφήν. *Text.7.*

---

separetur elementis, nec vllo vti sólet, cum tamen dixerit illud vocatis elementis, prius, vt aurum aureis operibus esse subiectum: quanquam id non rectè dicitur, si hoc dicatur modo. Sed quorum est alteratio, ea ita sese habent, quorum verò generatio est, atque corruptio, ea ex nomine eorum ex Text.5. *quibus sunt, appellari impossibile est. Atqui longè verissimum esse, inquit, dicere quódque aurum esse. Verùm cum sólida ipsa elementa sint, ad plana vsque resolutionem facit: ad primam materiam esse plana ipsa de numero eorum est, quæ* Text.6. *fieri nequeunt.* [c] *Nos autem sensibilium corporum quandam esse materiam dicimus, sed eam separari non posse, sed semper esse cum contrarietate, ex qua elementa vocata sunt: de quibus alibi exactiùs est definitum, atque pertractatum.* [d] *Verùm enim verò cum ad hunc modum ex materia corpora prima constent, de hisce quoque determinemus oportet: supponentes materiam inseparabilem quidẽ, sed contrarijs subiectam principium, at primum esse: non enim calor frigori, nec frigus calori, sed quod subijcitur, vtriq; materia existit.* [e] *Quare primò, quod potentia sensibile corpus existit, principium est. Deinde contrarietates ipsæ, ceu calor, & frigus. Postremò ignis, & aqua, & quæ sunt eiusmodi: hæc enim in sese transmutari sólent: nec res perinde habet, vt Empedocles, & cæteri asserunt: non enim esset alteratio. At contrarietates ipsæ, transmutari in se non sólent. Verùm nihilominus, & vt corporis sint, qualia, & quot principia sint, dicamus oportet. Nam cæteri suppositis vtuntur, nec cur talia sint, aut tot numero, dicunt.*

In quolibet elemẽto tria inesse principia.

[e] *Quare primò, quod,* Colligit in vno quoque elemento tria principia. Primum est, materia prima, quæ dicitur ens potentia. Secundum, forma substantialis, quam significat nomine primarum qualitatum contrariarum. Tertium, elementum ipsum, vt ignis, vel aër, aut aliud quodvis è quatuor primis elementis, quibus primùm ortus, & interitus ratio cõuenit. Nec enim audiendus est Empedocles, & alij, qui elementa quoad substantiam transmutari negant, ex quorum opinione sequitur tolli etiam alterationem, cum hæc ad generationem vt ad finem ordinetur, vt initio superioris libri disputatum fuit.

CAP. II.

[a] *Vm igitur corporis sensibilis, hoc est, tangibilis principia disquiramus, sensibile autem sit, quod tactu sensum facit, constat non omnes corporis contrarietates, species, & principia facere, sed eas sólum, quæ sub tactum cadunt. Nam* Text.7.

posterior consideratio huius libri propria est, vt istiusmodi formale principium explicet Aristoteles, de quatuor primis qualitatibus differit: maximè cum ex earum notitia ad substantialis formæ, quæ obscurior est, cognitionem procedamus. Ait igitur quærere se principia corporis sensibilis, id est, cuiusque elementi, prout sensibile est, non verò absolutè prout naturam substantiæ participat. Sumit autem sensibile non in tota suæ significationis amplitudine, quomodo comprehendit omnia, quæ in aliquem sensum, quisquis ille sit cadere possunt: sed vt idem valet, ac tangibile: quod proinde definit id, quod tactu sensum facit, id est, quod tactu percipitur. Vnde colligit non omnia contraria, quæ elementaribus corporibus insunt, constituere principium formale, sed

Tangibile quid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ea solùm, quæ ad tactum pertinent, siquidem iis duntaxat tangibilia, qua talia sunt, differunt.

Obiectio. ᵇ *Atqui visus.* Obiicit sibi ipsi hunc in modum. Aspectus est prior tactu: ergo qualitates, quæ sub aspectum veniunt priores erunt iis, quæ tactui subiiciuntur. *Dilutio.* Quare hæ potiùs, quàm illæ constituere elementa debuerunt. Huic obiectioni respondet concedendo id, quod assumit, & priorem consecutionem: sed negando posteriorem: quia cum elementa non agant, & patiantur, neque cadant sub tactum nisi interuentu tactilium qualitatum, his potiùs constitui oportuit, dum vt tangibilia sunt, considerantur. Hic aduerte aspectum tactu priorem dignitate esse, ordine verò posteriorem. Nam tactus omnium sensuum fundamentum est, vnde & absque illo nullum animal viuit docere Aristotele lib. 3. de anima cap. 12. text. 66. & 67. Præterea contrarietates tactus reliquarum omnium fontes sunt: at visus nobiliorem habet operandi modũ, vt alibi ostẽdemus, eiúsque obiectum præstantius est, saltem quoad lucem, quæ inter omnes sensibiles qualitates dignitate eminet. *Aspectus dignitate prior actu.*

ᶜ *Porrò ipsorum.* Vt eligat prima contraria tãgibilia ad principium formale elementorum spectantia, enumerat septem coniugationes, & contrarietates tactilium qualitatum, ex quibus duas tantùm priores, vt formalia elementorum principia elegit, nempe calidum, & frigidum, humidũ & siccum, propterea quod hæc præcipuè agendi & patiendi vim obtinent. Vbi de actione, & passione alterativa duntaxat loquitur: ideóque negat grauitatem, & leuitatem esse qualitates actiuas. Namque licet ab his motus in locum infimum, & suprem efficiatur: is tamen motus latio est, non alteratio. *Septem coniugationes tactilium qualitatum.*

ᵈ *Calidum autem.* E quatuor primis qualitatibus duas ait esse actiuas, calorem, & frigus: duas passiuas, humorem, & siccitatem. Id autem quo pacto intelligi debeat, in quæstionibus exponemus. Probat ergo calorem esse qualitatem actiuam, *Calor qualitas actiua.*

κατ' ἐναντίωσίν τι γὰρ διαφέρουσι, καὶ οὐ πάθη ἐναντίωσιν· διότι οὔτε λαμπρότης οὔτε μελανία, οὔτε γλυκύτης οὔτε πικρότης, ὁμοίως δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδενὸς ἐναντίωσιν, οὐδὲν ποιεῖ στοιχεῖον. ᵇ καίτοι φρονιμώτερα ὄψις ἁφῆς· ὥστε καὶ τὸ ἐναντίωμα φρονιμώτερον. ἀλλ' οὐκ ἔστι σώματος ἁπλοῦ παθητικὸν ἡ ἁπλοῦν, ἀλλὰ καθ' ἕτερον, καὶ εἰ ἔτυχε τῇ φύσει φρονιμώτερον. ᶜ αὐτῶν δὲ φρονιμώτερον τῶν ἁπλῶν διαιρετέον, ποῖαι φρονιμώτεραι διαφοραὶ καὶ ἐναντιώσεις εἰσὶ δὲ ἐναντιώσεις καὶ πρῶτον ἀφ' ὧν, θερμὸν ψυχρόν, ξηρὸν ὑγρόν, βαρὺ κοῦφον, σκληρὸν μαλακόν, γλίσχρον πρανὲς, τραχὺ λεῖον, σκιρρὸν λιπαρόν. τούτων δὲ βαρὺ μὲν καὶ κοῦφον, οὐ ποιητικὰ, οὐδὲ παθητικά· οὐ γὰρ τῷ ποιεῖν τι ἕτερον, οὐδὲ τῷ πάσχειν ὑφ' ἑτέρου λέγεται. δεῖ δὲ ποιητικὰ καὶ παθητικὰ εἶναι ἀλλήλων τὰ στοιχεῖα· μίγνυται γὰρ καὶ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα. ᵈ θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι. τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται· θερμὸν γάρ ἐστι, τὸ συγκρῖνον τὰ ὅμοιόμερῆ· τὸ γὰρ διακρίνειν, ἐπὶ μὲν φασι ποιεῖν τὸ πῦρ, συγκρίνειν δὲ τὰ ὁμόφυλα· συμβαίνει γὰρ ἐξαιρεῖν τὰ ἀλλότρια. ψυχρὸν δὲ τὸ συνάγον καὶ συγκρῖνον ὁμοίως τε καὶ συνδεῖν καὶ τὰ μὲν ὁμόφυλα. ὑγρὸν δὲ, τὸ ἀόριστον εἰς εἶδος ὁρᾳ ἀόριστον δὲ, ὃ ἐπὶ ἑνὸς ὁρᾳ ὁρίστου· ξηρὸν δὲ, τὸ ὁρίστον μὲν οἰκείῳ ὁρῳ, δυσόριστον δέ. ᶜ τὸ δὲ λεῖον καὶ τραχὺ, καὶ γλίσχρον καὶ πρανὲς, καὶ σκληρὸν καὶ μαλακὸν, καὶ αἱ ἄλλαι διαφοραὶ, ἐκ τούτων· ἔστι γὰρ τὸ ἀνωμαλοειδὲς εἶναι τὸ ὑγρῷ, διὰ τὸ μὴ ὡρίσθαι μᾶλλον, ἀόριστον δὲ καὶ ἀκολουθεῖν τῷ ἀπλήμονι· τὸ δὲ λεῖον ἀνωμαλοειδὲς· λειομερὲς γὰρ καὶ τὸ μικρομερές· ἀνωμαλοειδὲς δὲ ὅλως ἀνάγκη· τὸ δὲ λεῖον, μᾶλλον τοιοῦτόν φαινόμενον ἢ τὸ μὴ λεῖον εἶναι τῷ ὑγρῷ, τὸ δὲ τραχὺ, τῷ ξηρῷ. πάλιν δὲ τὰ μὲν γλίσχρα, τῷ ὑγρῷ· τὸ γὰρ γλίσχρον, ὑγρόν πως τυγχάνει ὄν· διὰ τὸ ἔλαιον· τὸ δὲ πρανὲς, τῷ ξηρῷ· πρανὲς γὰρ, τὸ τελέως ξηρόν. ὥστε

Text. 8.

Text. 9.

Text. 10.

Text. 11.

Text. 12.

Nam contrarietate, eáque tangibili differunt. Quocirca nec albor, nec nigror, nec amaritudo, nec item caterarum quicquam contrarietatum elementum facit. ᵇ *Atqui visus tactu prior est: quare & quod ei obijcitur, prius erit. Verùm non est corporis tangibilis affectio, quatenus tangibile existit: sed per aliud, quamquam natura prius est.* ᶜ *Porrò ipsorum tangibilium quales nam sint primæ differentiæ, & contrarietates, distinguamus oportet. Sunt autem tangibiles contrarietates hæ, calidum, frigidum: siccum, humidum: graue, leue: durum, molle: viscosum, aridum: scabrum, glabrum: crassum, tenue. Ex quibus graue, & leue neque actiua sunt, neque passiua: non enim quòd alterum quippiam agat patiatúrve ab altero, dicuntur. At elementa ipsa inter se mutuò actiua sint, & passiua, oportet. Nam miscentur, & in sese vicissim mutantur.* ᵈ *Calidum autem, frigidumque, & humidum, ac siccum: illa quidem, quod actiua sint: hæc verò quod passiua, dicuntur. Calidum enim est, quod ea congregat, quæ eiusdem sunt generis. Nam segregare (id quod ignem facere aiunt) est cognata, & quæ eiusdem sunt generis congregare: accidit enim, vt aliena eximat. Frigidũ verò, quod ex aquo cogit, ac congregat, tam quæ eiusdem sunt generis, quàm quæ diuersi. Humidum autem, quod cùm facilè terminos suscipiat, proprio non definitur: siccum verò, quod proprio termino belle definitur, alieno ægrè.* ᶜ *Tenue autẽ & crassum, viscosum, & aridũ: durum, & molle: & cætera differentia ex hisce sunt. Nã cùm quod repletionem existit, ad humidũ ex eo pertineat, quòd non sit definitum, sed promptè terminari possit, & sequatur id, quod ipsum tangit: tenue autem sit repletionem (nam paruarum est partium, & quod est eiusmodi, repletionem est: totum enim totum tangit, tenue autem maximè est tale) tenue sub humido & crassum sub sicco forè consistat. Rursum viscosum ab humido comprehendetur: nam viscosum humidum cum quadam affectione existit, velut oleum. Aridum autem à sicco: Aridum enim est, quod perfectè siccum est; adeò*

Text. 8.

Text. 9.

Text. 10.

Text. 11.

Text. 12.

Frigus item qualitas actiua.

Humiditas qualitas passibilis.

Siccitas item qualitas passibilis.

actiuam, quia calidum dicitur id, quod similatia, & quæ eiusdem rationis sunt, in vnum cogit: vt patet cùm ignis aurum liquefacit; tunc enim puram auri substantiam congerit: partes autem terreas, & facem quamuis separet, id ex accidente est, quatenus similia congregare non potest, nisi dissimilia abdicet. Pari modo ostendit frigus esse actiuam qualitatem, quia frigidum dicitur quod contingit tam cognata, quàm aliena: vt pater cũ aqua in gelu coit: tunc enim frigidum tam partes aqueas, quàm ligna, & lapides, ac cætera, quæ forte intercipit, accuratim congregat. Deinde quòd humiditas sit qualitas passibilis suadet ex eo, quia humidũ est id, quod facilè terminatur alieno termino, non autem proprio: vt aër qui promptè sese affingit ad terminos domus, aut vasis, aut cuiuscumque alterius rei, quæ excipitur: ipse verò per se nullo certo termino circũscribitur. Cum ergo terminari sit pati, constat humiditatem esse vnam è passibilibus qualitatibus. Quod similiter concludi potest de siccitate: quandoquidem siccũ appellatur id, quod proprio termino bene coercetur, alieno ægrè, vt videre est in terra, quæ propriam figuram tenaciter seruat, ad figuram verò alterius corporis difficulter sese accommodati patitur.

ᵉ *Tenue autem.* Aliorum cõtrariorum differentias ad duplicem cõiugationem, & oppositionem calidi, & frigidifici, & humidi reuocat, vt hinc planum euadat has duas omnium primas esse. Nam exempli grat. tenue, viscosum, & molle reduconmr ad humidum, crassum, aridum, & durum ad siccum, Definit au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mollis quid. tem molle aiens esse id, quod cùm premitur, cedit tangenti in profundum, ita videlicet, vt extrema superficiens non discumpatur. Vnde colligebat aërem, & aquam non iure mollia nuncupari, quia si manu premantur: non cedit extrema eorum superficies in profundum: sed dissipatur, ac scinditur.

Siccũ & humidũ multipliciter dici. [f] *Porrò siccum.* Ostendit siccum, & humidum multis modis dici: omnia tamen ad primum siccum, primúmque humidum, id est, ad siccum, & humidum elementaria reduci. Vnde patet calidum, & frigidum: humidum, & siccum primas esse tactilium qualitatum differentias: vt pote ad quas cæteræ reuocentur, ipsæ verò ad nullas priores: nec inter se aliæ ad alias redigi

ὥστε δ πιεσηῤῥαγὰ δι' ἔλλειψιν ὑγρότητος· ἔστι τὸ μὲν Text.13.
μαλακὸν τὸ ὑγρόν· μαλακὸν γὰρ τὸ ὑπεῖκον εἰς ἑαυτὸ, δ μὴ μεθίσταμενον, ὅπερ ποιεῖ τὸ ὑγρόν. διὸ δ οὐκ ἐστὶ τὸ ὑγρὸν μαλακὸν, ἀλλὰ τὸ μαλακὸν, τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ σκληρὸν, τὸ ξηρόν. σκληρὸν γάρ ἐστι, τὸ πιεσηὸς τὸ δὲ πιεσηὸς, ξηρόν. [f] λέγεται δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν Text.14.
πλεοναχῶς· ἀντίκειται γὰρ τῷ ξηρῷ δ τὸ ὑγρὸν δ τὸ διερὸν· καὶ πάλιν τῷ ὑγρῷ δ τὸ ξηρὸν δ τὸ πιεσηός· ἅπαντα δ' ἐστὶ ταῦτα τοῦ ὑγροῦ δ τοῦ ξηροῦ πρώτων λιχθέντων. ἐπεὶ γὰρ ἀντίκειται τῷ διερῷ τὸ ξηρὸν· τῷ δὲ διερῷ μέν ἐστι, τὸ ἔχον ἀλλοτρίαν ὑγρότητα ἐπιπολῆς· βαθέως μέντοι τὸ εἰς βάθος. ξηρὸν δὲ, τὸ ἐστερημένον ταύτης. φανερὸν ὅτι τὸ μὲν διερὸν ἔσται τοῦ ὑγροῦ· τὸ δὲ ἀντικείμενον ξηρὸν τῷ πρώτῳ ξηρῷ. πάλιν δὲ τὸ ὑγρὸν δ τὸ πιεσηὸς ὡσαύτως· ὑγρὸν Text.15.
μὲν γάρ ἐστι, τὸ ἔχον οἰκείαν ὑγρότητα ἐν τῷ βάθει. πιεσηὸν δὲ, τὸ ἐστερημένον ταύτης. ὥστε καὶ τούτων ἔσται, τὸ μὲν ὑγρὸν, τὸ δὲ ξηρόν. δῆλον τοίνυν ὅτι δ αἱ ἄλλαι πᾶσαι διαφοραὶ, ἀνάγονται εἰς τὰς πρώτας τέτταρας. αὗται δέ, ὡς ὕστερον εἰς ἐλάττους· ὅτε γὰρ τὸ θερμὸν ὅπερ ὑγρὸν, ἢ ὅπερ ξηρὸν, ὅτε τὸ ὑγρὸν ὅπερ θερμὸν, ἢ ὅπερ ψυχρόν. ὅτε τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ξηρὸν, ὅτε ὑφ' ἑκάτερα, ὅτε ἴσως τὸ θερμὸν καὶ ὑγρὸν εἶναι· ὥστε ἀνάγκη τέτταρας εἶναι ταύτας.

Text.13. *adeò vt ob humiditatis defectum etiã concreuerit. Insuper, molle humidum comitari sõlet: & durum, siccum. Molle enim est, quod in sese refugit, cedit, & non resistit: id quod humidum facere assolet. Quamobrem & humidum molle non est, sed molle sub humido: & durum sub sicco collocatur. Durum siquidem est quod concretum, seu congelatum est.*

Text.14. *Quod autẽ est cõcretum siccum est.* [f] *Porrò siccum & humidũ, multis dicuntur modis: nam & humidũ, & madens sicco aduersantur: & rursus siccum & concretum, humido. Hæc autẽ omnia ad humidum & siccũ, quæ prima dicta sunt, attinẽt. Nam cùm madenti siccũ aduersetur, & madens sit, quod superficie tenus extrariam admisit humiditatem, & humectum quod introrsus, siccum autem id, quod hac vacat: madens sub humido, & ei oppositum siccum sub primo siccum fore constat. Rursus humidum, & concretum eodem modo. Humidum enim est, quod in penitiore parte propriam habet humiditatem. Concretum verò, quod hac priuatum est. Et proinde ex hisce alterum humidi, alterum sicci erit. Constat igitur cæteras omnes differentias ad quatuor primas, & has non amplius in pauciores reduci: neque enim calidum, id est, quod humidum, aut quod siccum est: neque humidum, quod calidum, aut quod frigidum est, neque frigidum, & siccum subalterna sunt, neque sub calido & humido struuntur. Quare quatuor esse has necesse est.*

Text.15.

CAPITIS III. Explanatio.

ΚΕΦ. γ.

[a] *Vm autẽ elementa*, Constituto numero quatuor primarum qualitatum, nunc eas singulis elementis distribuit. Putaret autem fortasse quispiam è quatuor qualitatibus sex fieri posse cõplicationes, vt videlicet, calidum cum sicco, humidum cum calido, frigidum cũ humido, siccum cum frigido, frigidum cum calido humidum cum sicco copularetur. Docet tamen hæc duo postrema coniugia nõ dari, propterea quod contraria in eandem rem conuenire nequeunt. Itaque his reiectis, quatuor tantum manent, quæ quatuor elementa, ignem, aërem, aquam, terram perficiant: Calor, & siccitas

[a] Ἐπεὶ δ τέτταρα στοιχεῖα, τῶν δ τέτταρων ἐξ συζεύξεις τὰ δ ἐναντία οὐ πέφυκε συνδυάζεσθαι· θερμὸν γὰρ δ ψυχρὸν οὐ τὸ αὐτὸ, δ πάλιν ξηρὸν δ ὑγρὸν ἀδύνατον· φανερὸν ὅτι τέσσαρες ἔσονται αἱ τῶν στοιχείων συζύξεις, θερμοῦ δ ξηροῦ, δ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ· καὶ πάλιν ψυχροῦ καὶ ξηροῦ, καὶ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ. καὶ ἀκολούθησει τῷ λόγῳ τοῖς ἁπλοῖς φαινομένοις σώμασι, πυρὶ, δ ἀέρι, δ ὕδατι, δ γῇ· τὸ μὲν γὰρ πῦρ, θερμὸν δ ξηρόν· δ δ ἀὴρ, θερμὸς δ ὑγρός· οὗ γὰρ ἀτμὶς δ ἀὴρ· τὸ δ ὕδωρ, ψυχρὸν δ ὑγρόν· ἡ δ γῆ ψυχρὸν δ ξηρόν. ὥστε εὐλόγως διῃρήμεθα τὰς διαφορὰς τοῖς πρώτοις σώμασι, δ τὸ πλῆθος αὐτῆς τῷ δ λόγῳ. [b] ἅπαντες γὰρ οἱ τὰ ἁπλᾶ σώματα στοι- Text.17.
χεῖα

Text.16.

Qua qualitates, quorũ elementorum propria sint.

Text.17.

---

[a] *VM autem elementa sint quatuor, & eorum, quæ sunt quatuor, sex sint copulæ, contraria autem simul copulari non possint (calidum enim, & frigidum, & rursum siccum, & humidum idem esse, est impossibile) constat quòd elementorum copulæ quatuor eruntnempè calidum, & siccum, calidum, & humidum; rursus frigidum, & siccum; frigidum, & humidum: atque hæc corpora ea, quæ simplicia videntur esse, ignem, inquam, aërem, aquam, terram secundum rationem comitari, ac sequi sõlent. Nam ignis calidus, siccus, est: Aër verò calidus, & humidus: nam aër velut vapor est, aqua frigida, humidaq; : Terra frigida, atque sicca. Vnde fit, vt differentiæ illæ non iniuria primis corporibus distribuantur, & iuxta rationem eorum numerus constet.* [b] *Omnes enim & qui simplicia corpora elementa*

Text.16.

Quatuor tãtum esse elementa.

Text.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dati in mundo infinita corpora elementaria, quomodo de elementis hic agimus, sed finxisse multitudinem infinitam infectilium corporum, ex quibus cætera coalescerent. Alij respondent cum Aristoteles ait neminem quaternionem elementorum excessisse, de iis tantùm loqui, qui finita fecerunt elementa.

ᵃ *Ignis autem, & aër.* Non consentiunt interpretes in huius loci explicatione. Quidam volunt cum paulò ante dixisset Aristoteles, putasse Empedoclem elementa, quæ videmus, non esse vera elementa, sed mista, ac tantummodo veris elementis affinia: nunc de illius etiam mente asserere ignem, qui apud nos est, expertissimam habere caloris, sicuti glacies excessum habet frigoris. Alius placet pronuntiari hoc ab Aristotele ex proprio sensu. Quod tamen non ita est accipiendum, quasi noster ignis intensiorem obtineat calorem, quàm qui in propria regione ad lunæ concauum est, sed quia cum apud nos densiorem obtineat materiã, acriùs vrit, quemadmodum & glacies ob eandem causam vehementiùs manum refrigerat, quàm aqua soluta. Aduerte etiam elementa nobis vicina, esto propriam retineãt formam, veráque sint elementa quoad substantiam, non tamẽ quoad qualitatum affectiones pura, syncerâque esse, vt in nostris problematis ad finem librorum de cœlo monuimus ex Aristotele libro tertio de generatione animalium capit. 11. & ex Platone in libro de summo bono.

Ignis in materia dẽsiori acriùs vrit.

ᵇ *Cum autem simplicia.* Theoremata quædam subiicit ad elementorum statum, conditionémque declarandam. Primum est duo elementa superum locum tenere, videlicet aëtem & ignem: duo imum, aquam, & terram. Secundum, Extrema elementa magis pura, & syncera esse, quàm intermedia. Tertium, Superiora inferioribus aduersari, nimirum aquæ ignem, aëtem, terræ: id verò ob qualitatum, quibus prædita sunt, repugnantiam. Quartum, Licèt singula elementa duplicem obtineant

Theoremata de statu, & conditione elementorũ.

χεῖα πυῤῥότερος, οἱ μὲν ἓν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρία, οἱ δὲ τέτταρα ποιοῦσιν· ὅθεν μὲν οὐδὲν ἓν μόνον λέγουσιν, εἶτα πυκνότητι καὶ μανότητι τἄλλα γλυκῦτητι, τἄλλοις συμβαίνῃ δύο ποιεῖν τὰς ἀρχὰς, τό, τε μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν· ταῦτα γὰρ τὰ δημιουργοῦντα, τὸ δὲ ἐν ἑκάστοις καθάπερ ὕλην. οἱ δὲ δύο δύο ποιοῦντες, ὥσπερ Παρμενίδης πῦρ καὶ γῆν· τὰ μεταξὺ μίγματα ποιοῦσι τούτων, οἷον ἀέρα καὶ ὕδωρ. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τρία λέγοντες, καθάπερ Πλάτων ἐν τοῖς διαιρέσεσι· τὸ γὰρ μέσον μίγμα ποιεῖ· καὶ ἔστιν ταὐτὰ λέγειν, εἴ τι δύο, καὶ εἰ τρία, ποιοῦντες· πλὴν οἱ μὲν τὴν μῆνσιν εἰς δύο τὸ μέσον, οἱ δὲ ἓν μόνον ποιοῦσι· ἔνιοι δὲ καὶ δύο τινὰ τέτταρα λέγουσιν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. συμβαίνῃ δὲ καὶ οὕτως εἰς τὰ δύο· τὸ γὰρ πυρὶ τἄλλα πάντα ἀποτίθησιν. ᶜ ὁτὲ μὲν οὖν τὸ πῦρ, καὶ ὁ ἀὴρ, καὶ ἑκάτερον τοῦ εἰρημένου, ἁπλοῦν, ἄλλα μικτόν. τὰ δὲ ἁπλᾶ, τοιαῦτα μέν ἐστιν, ἃ μήτοι ταὐτὰ· οἷον οἱ τοῦ πυρὶ τὸ ὅμοιον, πυρσειδὲς, ἃ πῦρ· καὶ τὸ τοῦ ἀέρος, ἀερσειδὲς· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἄλλου. τὸ δὲ πῦρ ἔστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ καὶ κρύσταλλος ψυχρότητος· ἡ γὰρ πῆξις, καὶ ἡ ζέσις, ὑπερβολαί τινές εἰσιν, ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. εἰ ἀνὴ ὁ κρύσταλλος ἔστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ κἀδὲν ὕτι ἐκ κρυσάλλου ἂν γένοιτο, ἀτ' ἐκ πυρός. ᵈ ὄντων δὲ τεττάρων ἁπλῶν σωμάτων, ἑκάτερον ἔχειν δυοῖν, ἑκατέρᾳ ἁπλῶν τόπων ἐστί. πῦρ μὲν γὰρ καὶ ἀὴρ, ἡ πρὸς ἡμᾶς ὄρον φερομένων· γῆ δὲ καὶ ὕδωρ, ἡ πρὸς τὸ μέσον· καὶ ἄκρα μὲν καὶ ἐλικρινέστατα, πῦρ καὶ γῆ. μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον, ὕδωρ καὶ ἀὴρ· καὶ ἑκάτερα δὲ ἑκατέρων ἐναντία· πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ. ἔχει γὰρ ἕκαστα ἐναντίωσιν παθημάτων συνίστημεν. ἃ μὲν οὖν ἁπλᾶ καὶ τίνα τὰ ἐναντία ἔστιν ἐκ τούτων ἐστί· γῆ μὲν γὰρ ξηροῦ μᾶλλον, ἢ ψυχροῦ· ὕδωρ δὲ, ψυχροῦ μᾶλλον, ἢ ὑγροῦ· ἀὴρ δὲ, ὑγροῦ μᾶλλον, ἢ θερμοῦ· πῦρ δὲ θερμοῦ μᾶλλον, ἢ ξηροῦ.

Ignis autem, & aër. Text.18.

Text.19.

Text.10.

Text.11.

Text.12.

Text.13.

Text.14.

Text.15.

Text.16.

Text.17.

menta faciunt, alij vnum, alij duo, alij tria, alij quatuor esse volunt. Qui igitur tantùm vnum esse dicunt, deinde densitate, & raritate cætera generant: hisce duo principia facere, rarum, inquam, & densum: aut calidum, & frigidum accidit: hæc enim opificis manus obeunt: vnum autem subijci sólet sicut materies. Qui verò conijnuò duo, vt Parmenides ignem, & terram faciunt: quæ inter hæc media sunt, ceu aërem, & aquam horum misturas esse astruunt. Eodem modo & qui esse tria inquiunt, quemadmodum Plato in diuisionibus: medium siquidem misturam, congeriemq; facit. Atque eadem ferè dicunt, qui duo, & qui tria faciunt: verùm illi medium in duo secant: hi verò vnum faciunt medium. Porrò nonnulli statim quatuor esse aiunt, vt Empedocles. Cogit autem & hic illa in duo: nam igni cætera omnia contra ponit. ᶜ *Ignis autem, & aër & vnumquodq; eorum, quæ dicta sunt, haudquaquam simplex est, sed mistum. Quæ verò sunt simplicia, talia quidem sunt, non tamen eadem: vt quod igni simile est, igneum, non ignis: & quod aëri, aërium, non aër existit: simili modo & de cæteris quoque dicendum est. Ignis etiam caloris excessus quædam sunt: illa quidem frigoris, hæc verò caloris. Igitur si glacies humidi & frigidi congelatio sit, & ignis calidi & sicci feruor erit. Quamobrem nec ex glacie igni quicquam, nec ex igni potest.* ᵈ *Cùm autem simplicia corpora sint quatuor, è duobus vtrumq; vtriusque locorum est: Ignis enim, & aër eius, qui ad superficiem, terminúmque vergit: terra verò, & aqua eius, qui ad medium. Atque ignis, & terra extrema quidem sunt, & syncriora: aqua verò & aër media, & mista magis: & vtraque etiam vtrisque contraria sunt. Nam igni aqua, aëri verò terra aduersatur: hæc enim contrarijs affectibus constant. Verùm enim verò cùm simpliciter quatuor sint, quodq; vnius est. Terra siquidem sicci potiùs est, quàm frigidi. Aqua verò frigidi magis, quàm humidi. Aër humidi magis, quàm calidi. Ignis calidi magis, quam sicci.*

Text.18.

Text.19.

Text.20.

Text.21.

Text.22.

Text.23.

Text.24.

QVAESTIO I.

Quid sit elementum.

ARTICVLVS I.

Multiplex elementi significatio, & definitio.

ELEMENTI nomen, græcis στοιχεῖον variè vsurpari consueuit. Vno modo, pro primis cuiúsque rei principijs, siue ea res artefacta sit, siue naturalis, seu ars sit, seu scientia, seu aliud quid simile; Qua significatione, literæ, orationis elementa appellantur, quòd ad orationem confi-

Prima accepio elemẽti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciendam primum sumantur, & in ipsas postrema illius diuisio fiat. Sic etiam primæ demonstrationes, designationésque in Mathematica, elementa nuncupantur, quòd alias demonstrationes, priores non habeant, sed ex illis posteriores constent: quo modo dicimus Euclidis elementa. *Secundò.* Secundò, pro principiis generationis, quo sensu accipitur ab Arist. 12. Metaph. cap. 4. text. 23. cum ait tria esse elementa, *Tertiò.* materiam, formam, & priuationem; causas verò quatuor. Tertiò, pro sola materia prima, quo pacto ex quorundam interpretatione sumpsit Aristoteles elementum in proœmio Physicæ auscultationis, cùm dixit, in omni scientia, in qua sunt principia, causæ, & elementa, ex horum perceptione cognitionem fieri. *Quartò.* Quartò, pro quatuor vulgatis mundi elementis, igne, aëre, aqua, terra: secundum quam notionem, de elemento in præsenti agimus.

Elementi definitio. Deinde, aduertendum est Aristotelem variis in locis elementum definiisse: ac libro quinto Metaphys. capit. 3. textu 4. hoc modo. Elementum est id, ex quo primùm insito, ac indiuisibili specie in aliam speciem, aliquid componitur, id est, elementum est id, ex quo aliquid ita constat, vt nihil prius in eius compositionem veniat, quodque ita se habet vt in aliam rem specie distinctam secari nequeat; Vnde neque lignum ex quo fit sella, neque quatuor humores, ex quibus constat animal, dicuntur elementa; quia lignum, & humores componuntur, saltem potentia, ex alia re, nempe ex quatuor elementis, quæ inter se specie dissident.

De elementi defin. Auic. Fon. 1. pr. doct. 2. Isach. in lib. defin. Gal. in lib. de nat. hum. comment. 2.

S. Thomæ interpretatio. Putauit autem D. Thomas in commentariis eius loci prædictam definitionem solis quatuor elementis competere, quòd nihil dicatur indiuisibile in aliam speciem, nisi quod rationem speciei sortitur: id enim subnotat illa particula, aliam, materia autem cùm ex se *Improbatur.* omnis actus expers sit, non videtur habere naturam speciei. Hæc tamen opinio parùm firmo nititur fundaméto, quia materia licet non sit species entis naturalis, quod ex actu, & potentia coalescit; est tamen species secundum notionem potentiæ passiuæ: quandoquidem materia in commune distribuitur in materiam cœlestem, & sublunarem tanquam in veras species, vt ex iis, quæ lib. 1. Phys. cap. 9. quæst. 3. art. 3. & lib. 1. de cœlo capit. 2. quæst. 5. artic. 2. differuimus, planum est.

D. Thomam sequitur Iauel. 6. Metaph. q. 10. Eliadrienſis q. 5.

Alia, quæ admittitur. Dicendum potiùs definiri illic ab Aristotele non solùm quatuor elementa, sed etiam materiam primam, immò hanc primaria ratione, vt Auerroes, Magnus Albertus, Alensis, aliique interpretes obseruarunt; quin etiam neque formam siue physicam, vt formam equi; siue Metaphysicam, vt genus, & differentiam ab ea definitione excludi, cùm his omnibus tota definitio competat, vt eo loco enucleatè exponemus.

Iandunus 1. Met. q. 5. Soncin. & Cheruesius in text. & Scaynus.

Dub. Iure tamen quispiam rogarit qua ratione dicantur mista componi primùm ex elementis, cùm priùs ex materia, & forma constent, & in has tanquam in res specie distinctas diuidantur. Respon-

Solut. demus particulam, primùm, sic esse accipiendam, vt elementum dicatur

catur id, ex quo aliquid constat primam, id est, ex quo constat tanquam ex primo, siue absolute, quo pacto materia, & forma nuncupantur prima, cùm in entium naturalium coagmentatione neque alia corpora, neque aliæ partes priores inueniantur: siue tanquam ex primo in genere corporum, quo modo elementa dicuntur prima; quia ipsa non resoluuntur in alia corpora, nec in genere corporum aliud prius in misti compositionem venit. Vnde & Aristoteles cap. 1. huius lib. text. 16. & lib. 1. de cœlo cap. 2. text. 7. & 1. libro Metaphys. capit. 7. text. 12. & sæpe alibi vocat illa, prima corpora, & corpora simplicia.

Alia elementi definitio. Aliter quóque definit Aristot. elementum 3. lib. de cœlo cap. 3. text. 31. nempe, Elementum est id, in quod cætera corpora diuiduntur, in quibus inest, potentia, aut actu; ipsum autem est indiuisibile in diuersa secundùm speciem. Quæ definitio quatuor duntaxat vulgata elementa complectitur, vt constat tum ex doctrina illius capitis, tum quia definitio ipsa reciprocatur cum elemẽto, prout ignem, aërem, aquam, & terram comprehendit, vt erit consideranti perspicuum. Quod & Simplicius, D. Thomas, Magnus Albertus, Auerroes, Thienensis, Niphus, aliique expositores annotarunt. Remouit autem Aristoteles ab hac definitione materiam, & formam, cùm dixit elementum esse id, in quod cætera corpora diuiduntur. Namque nomen illud, cætera, satis indicat elementum esse vnum è corporibus, ac si dictum esset, elementum esse corpus, in quod alia diuiduntur. Concinit hæc definitio cum ea, quam tradidit Hippocrates libro 2. de elementis, refertque Galenus 8. de placitis, nempe elementum est simplex: & minima corporis particula. Quod exponens Galenus ait, elementum dici particulam minimam, non quantitate sed qualitate; quia inter omnia corpora generationem, & interitum subeuntia, nullum est, quod pauciores vendicet qualitates, quàm elementum, cum ex primis qualitatibus tres duntaxat obtineat, vt progressu dicemus. Compendiosiùs apertiúsque definiri posset elementum hoc modo. Elementum est corpus simplex in quod alia corpora resoluuntur. Dicitur corpus ad excludendam materiam, & formam, & omnino quæcúmque non dicuntur corpora. Simplex, ad reiicienda mixta. In quod alia resoluuntur, ad remouendum cœlum, quod licet sit corpus simplex, non tamen in ipsum alia corpora resoluuntur.

Flandrienſis 5. Met. q. 3.

Alia ex Hippocrate.

Alia cõpendiosior, & apertior.

ARTICVLVS I.

Essentiales elementorum formas non esse qualitates primas.

QVONIAM elementorum essentia partim forma, partim materia continetur, explicandum occurrit, quænam eorum forma sit. Nam de materia constans est Philosophorum opinio eam esse eãdem, quæ cæterorum sublunarium corporum, vt reciproca eorum communitio palam testatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opinio Alexandri. Ammonij. Philopon. Galeni. Plotini.

statur. Circa formam verò dissentiunt tũ à Græcis Latini, tum Latini ipsi inter sese. Alexander Aphrodisiensis 12. lib. Metaph. com. 12. & in 4. quæstionum. Natural. quæst. 4. aliúsque in locis. Item Ammonius in categoriis cap. de substantia, ciusque discipulus Ioannes Grammaticus hoc in libro com. 7. Galenus 1. de vsu partium, & 1. de elementis, &, vt videtur, Plotinus Enead. 6. lib. 3. cap. 9. Præterea ex Latinis Matthæus Curtius, & Theophilus Zimara lib. 3. de anima ad text. 18. & quidam alius, cuius meminit Concil. diff. 13. arbitrantur quatuor primas qualitates esse essentiales elementorum formas. Nec est, inquiunt nõnulli eorum, absurdum easdem esse, & primas qualitates, & essentiales formas elementorum: poscit enim rerum ordo, vt infimæ conditionis substantiæ, summis qualitatibus formentur; quandoquidem infimum superioris ordinis, summo inferioris necti oportet; ne rerum series dissita, diuulsáque sit. Deinde confirmatur eadem sententia hunc in modum.

Confirmatio opinionis.

Formæ ex actionibus distinguuntur, & innotescunt: atqui in elementis nulla propria actio deprehenditur, præter eas, quæ qualitatum sunt: igitur nulla in eis forma substantialis est, præter qualitates. Item videmus celeri, & acri motu generari ignem, vt sagittarum iactu, attrituque filicum; hoc autem non fieret, si ignis forma non esset calor: ergo &c. Probatur assumptio. Nam motus, quo ignis accenditur, nihil aliud, præter calorem, exhibere potest. Præterea hoc ipsum videtur Aristoteles expressis verbis docuisse proximo superiori cap. text. 7. asserens quatuor primas qualitates elementa constituere, esseque eorum principia, ac primas differentias. Adstipulantur etiam Hippocrates, & Plato, quorum ille in lib. de natura humana, non aliter quatuor elementa significat, quàm nomine calidi, frigidi, sicci, humidi; videlicet quia nullam in eis formam, præter huiusmodi qualitates agnoscebat. Hic verò apertiùs in Timæo scripsit nullum elementum fieri hoc aliquid per formam; sed quale aliquid. Constat verò facere quale qualitatis esse, non substantiæ.

Hippocrates. Plato.

Cõtraria sẽtentia Latinorum.

Contraria opinio aientium elementa suam habere formã substantialem, ex qua constent, à quatuor primis qualitatibus distinctam, haud dubiè vera est, & Peripatetica, quam tuẽtur Latini pene omnes hoc in lib. ad text. 16. lib. 3. Metaph. ad text. 17. & Arabes, atque inter eos Auerroës saltem in commentariis ad libros Metaphys. Nam etsi 3. de cœlo com. 67. oppositum innuerit; octauo tamẽ Metaph. com. 5. ex professo digreditur contra eos, qui qualitates, elemẽtorum formas constituebant. Idem sentit Proclus in Timæũ Platonis com. 5. Deinde comprobatur hæc sententia, quia vel primæ, qualitates continentur in genere qualitatum duntaxat: vel sunt qualitates, & substãtiæ simul: vel tantummodò substãtiæ. Si dicant contineri duntaxat in genere qualitatis; ex eo coarguuntur, quia sequeretur materiam elementorũ viribus naturę consistere absque forma substantiali cum in elementis nihil ponãs præter materiam & accidentia. Sequeretur elemẽtorum generationem, esse alterationem, vtpote quæ pro

Et Arabum.

Et Procli

Per se vnum nequit cõponi ex substãtia & accidente.

termino haberet qualitatẽ. Sequeretur elementa non esse composita Physica; vel aliquod compositum physicum non constare ex materia, & forma substantiali; sed accidentaria; atque adeò elementum non esse per se vnum; siquidem quod est vnũ per se, nequit ex substantia, & accidente coalescere. Sequeretur postremò pari ratione proprietatẽ cuiúsque mixti dici posse illius formã; neque mistum ex alia substantiali forma coagmentari. Quæ omnia perspicuè absurda sunt, & à nobis partim in hoc opere, partim in phisicis confutata.

Quod si dicant huiusmodi qualitates esse pariter & qualitates, & substantias; vel esse tantùm substantias, ac solo nomine qualitates dici; non minùs coarguuntur hisce rationibus, quæ probant nequaquam illas in genere substantiarum posse numerari. Primùm quia calor, frigus, siccitas, & humor suscipiunt intensionem, & remissionem; habent contrarium, & cadunt per se sub sensum; quæ tria à natura, & conditione substantiæ aliena esse docet Aristoteles. Duo quidem priora in categoriis, cap. de substantia: tertium lib. 2. de anima cap. 6. text. 65. Deinde quia cùm in quolibet elemento plures qualitates primæ insint, iam idem compositum plures in se formas cohiberet. Tertiò, quia, quod vni substantiæ est, nequit alteri inhærere, vt docuit Arist. 1. lib. Phys. cap. 3. text. 27. & lib. 5. Metaph. cap. 5. text. 17. constat autem quatuor primas qualitates rebus mistis inhærere. Quartò, vt auctor est Aristoteles in lib. de sensu, & sensili cap. de sapore, Ignis non qua ignis, sed vt calidus est, agit: non ergo forma, & natura ignis in calore consistit. Postremò accedit testimonium Aristotelis hoc in lib. cap. 9. text. 54. vbi docet qualitates primas esse formarum substantialium instrumenta, veteresque philosophos, reprehendit, quòd qualitatum solùm, non autem formarum, quæ elementis conueniunt, meminerint.

Quod vni est substantiæ nõ potest alteri inhærere.

ARTICVLVS III.

Solutio rationum, quæ oppositum probare nitebantur.

QVÆ verò in contrariam partem adduximus, facilè habent explicatum. Ad primum concessa maiori propositione, respondendum est minori, præcipuas elementorum actiones oriri proximè à quatuor primis qualitatibus tanquam ab instrumentis formarum substantialium, principaliùs verò ab ipsis formis, quas oportet à qualitatibus distinctas esse, ob rationes proximè adductas. Nec vt infimum superioris ordinis, summo inferioris nectatur, opus est, vt qualitates elementorum sint essentiales eorum formæ, cùm id fieri nequeat; sufficit enim eiusmodi qualitates dignitate quodãmodo attingere corpora elementaria. Ad secundum dicendum, motu excitari calorem, interuentu caloris, & aliarũ qualitatum, vt siccitatis, & raritatis, quæ simul, vt instrumenta generantis, concurrunt, producique ignem eo modo & ratione, quã in libris de

Solut. 1.

Solut. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solut. 3. cœlo exposuimus. Ad aliud ex philosophorum testimonio dicendum, Aristotelem, nomine primarum qualitatum, significasse formas substantiales elementorum nobis ignotas, quod etiam, in lib. de natura humana, Hippocrates fecerat. Sæpe enim ad substantias indicandas, vtimur vocabulis accidentium, quæ notiora nobis sunt, & sensui magis familiaria. Atque hoc modo, nonnulli ex Auerroistarum grege, & Contarenus Cardinalis lib. 1. de elementis, Auerroëm interpretandum censent, cum in quarto lib. de cœlo com. 10. & 2. de anima comm. 108. grauitatem, & leuitatem formas substantiales elementorum vocat. Quanquam non desunt è recensioribus, qui eum re vera elementorum formas, in grauitate, & leuitate, cõstituisse arbitrentur. Cæterùm quæcũque eius sententia illic fuerit, quam scrutari nequaquam operæ pretium putamus: certè quod grauitas, & leuitas non sint elementorum formæ, ex eo patet, quia non substantiæ sunt, sed accidentia, & quidem subiecta sensui, vt docet Arist. hoc in lib. cap. 2. text. 8. Ad quod etiam confirmadum, valent pleræque earum rationum, quibus suprà ostendimus quatuor primas qualitates non esse formas elementorum.

Lege Auer. 3. Physi. com. 10. concil. dif. 13.

Grauitas & leuitas non sunt formæ elementũ.

Aliter quoque locus ille Aristotelis explicari consueuit nẽpe cum ait primas qualitates elemẽta constituere, essẽque eorum primas differentias; non accipere elementa secundum gradum substantiæ; sed quatenus actiua, & passiua sunt; sic enim spectata, certũ est constitui, ac distingui per quatuor primas qualitates, quæ sunt instrumentaria alterandi principia. Quem etiam sensum dictis Græcorum interpretum, quos citauimus, nonnulli adhiberi posse inquiunt, etsi alij repugnent. Quod verò ad Platonem attinet, dic in Timæo fuisse locutum non de substantialibus, sed de accidentariis elementorum formis. Vel certè ideò pronuntiasse formas elementorum efficere potiùs quale quid, quàm hoc aliquid; quia, esto simpliciter in categoria substantiæ collocentur, proximè tamen accedũt ad naturam qualitatum, quarum est quale, non quid efficere. Adde quòd Plato formas omnes, quæ per se separatæ cohærere non possunt, non tam formas, quàm formarũ simulachra, imagines, vmbras; nec tam substantias, quàm substantiales qualitates vocabat, vt eas ab ideis, ideſt, à nobilissimis, & præstantissimis formis appellatione distingueret. Nihil ergo mirum, si asseruerit formas elementorum quale quid facere.

Lege Iandũ 4. Phys. q. 4. Auer. lib. 8. Metaſ. com. 5.

Explicatur locus Platonis.

Consule Platonem in Timæo, & lib. 7. de Rep. Marſ. Ficinũ in Lydum, de anim. c. 5.

QVAESTIO II.

Sint ne quatuor primæ qualitates, an non.

ARTICVLVS I.

Negatiuæ partis argumenta.

Primum argumentum. PRIMÆ qualitates ex communi Philosophorum consensu appellantur, quæ nec ex aliis, nec ex se mutuo fiunt, sed ex ipsis oriuntur cæteræ. Hoc posito fundamento, videtur ostendi

ostendi posse calorem, frigus, humorem, siccitatem non esse qualitates primas. In singulis elemẽtis dantur qualitates quædam virtuales, quæ illis quatuor respondent, easque procreant, vt frigus virtuale, quo velut instrumento, aqua ex se formalem frigiditatem fundat; similiterque res habet in aliis qualitatibus, ac cæteris elementis: igitur quatuor illæ qualitates oriuntur ex aliis. Probatur assumptum quia nisi in aqua v. g. eiusmodi frigus virtuale inesset, non posset ea, postquam semel incaluit, remotis impedimentis, vltro sese reducere ad statum amissæ frigiditatis. Corroboraturque argumentum, quia si elementa hisce qualitatibus carerent, difficilè se tueri possent contra aduersariorum incursus: siquidem primæ aliæ qualitates segniter admodum resistut, paruo negotio vincuntur, pereuntque. Deinde, quia cùm constet ingenitas esse à natura quibusdã mixtis virtuales qualitates, vt piperi vim ad excalefaciendum ventriculũ; quid est cur non eriam elementis similes concedantur, præsertim cum elementa sint principia, & quasi fontes actualium qualitatum?

De qualitatibus virtualibus.

Secundò. Calor gignitur à luce, vt nobilissima eius soboles. Item latentes cælestium corporum influxus pariunt in sublunari mundo, pro diuersitate rerum subiectarũ, calorem, frigus, humorẽ, & siccitatem: igitur hæ qualitates ex aliis fiunt. Tertiò. Calor parit siccitatem, siccitas calorem: igitur hæc oriuntur ex se mutuò. Probatur antecedens quoad priorem partem, tum quia id palã docet Arist. cap. 1. lib. 4. Meteor. tum quia calor dum grassatur in humidum primigenium, arefacit, atque exsiccat membra. Deinde quoad posteriorem, quia calida accedente siccitate, acriùs vrunt; certè non nisi quia siccitas aliquod incrementum, atque intensionem calori affert.

1. Argum.

3. Argum.

Quartò. Figura non potest ex prædictis quatuor qualitatibus prouenire, cùm sit idem cum quantitate, quæ omnes qualitates origine antecedit, nec etiã grauitas, & leuitas, quia sunt principia motus localis, qui est alteratione prior, docente Arist. 8. phys. cap. 7. text. 55. nec colores quia sæpe iidem in dissimili earum qualitatũ proportione, diuersis rebus competunt, vt lacti, & ceruſæ; vt nini & calci; vt roſæ, & sanguini, quarum combinationum priora membra, frigida sunt; posteriora, calida; omnia tamen candida. Item verò, sæpe in iisdem rebus eadem proportione mutata, iidem nihilominus colores visuntur, vt in Æthiope puero, & sene, & in vino paulatim à calore ad frigus degenerante. Idem & in odoribus ostendi potest, vt patet in moſco, & ambra, quorum suauissimi asbatus diu in vestibus asseruantur, esto frigeant, incalescántve. Denique soni, cùm ex collisione corporum edantur, nihilo videntur à quatuor primis qualitatibus dependere; Non igitur omnes qualitates ex illis ortum habent.

4. Argum.

De moſco & ambara.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS II.

Totius controuersiæ explicatio.

Prima assertio.

PROPOSITA quæstio aliquot assertionibus explicanda est. Prima sit. Non solùm calor, & humor; sed etiã frigus, & siccitas sunt qualitates positiuæ. Hæc est cõtra iuniores quosdã philosophos, qui arbitrati sunt frigus, & siccitatem non esse qualitates positiuas; sed duntaxat priuationes caloris, & humiditatis, eo potissimùm nixi argumento, quòd videamus corpora solo caloris abscessu refrigerari, vt qui riget in tertiana, quod similiter dicendum videtur de corporibus, quæ humore consumpto inarescunt. Alij verò putarũt calorem, & frigus esse qualitates positiuas, & humorem non esse qualitatem, sed substantiam fluidam, siccitatem autem esse huius substantiæ priuationẽ. Hos ea ratio in hanc sententiam impulit, quòd viderent nihil humectari, nisi ingressu eiusmodi substantiæ fluidæ; nihil exsiccari, nisi abscessu eiusdem. Nostra tamen assertio Philosophorũ cõmunis est, atque omnino vera, eamque luculentè cõfirmat Plutarchus in libello de primo frigido. Nam si frigus esset priuatio caloris, pari ratione admittendum foret grauitatem esse primationem leuitatis, duritiem mollitudinis, amarorem dulcedinis, nigredinem cãdoris, atque alia similiter complura; sicque magna pars qualitatum è medio tolleretur. Deinde, quia omnis priuatio otiosa est, & ignaua, velut cæcitas, surditas, silentium; at frigus, & siccitas multas, atque insignes in corporibus mutationes efficiũt. Item quiã priuatio non propriè intenditur, & remittitur, quod in frigore, & siccitate passim videmus. Præterea quia nulla priuatio cadit sub sensum tanquã propriũ sensibile; frigus verò & siccitas tanquam propria sensibilia tactu percipiuntur. Nihil huic sententiæ officit quod Arist. lib. 1. huius operis cap. 3. text. 18. & lib. 2. de cœlo cap. 3. text. 18. & 12. Metap. cap. 4. text. 22. appellauit frigus primationem caloris. Est enim Aristoteli cõsuetum, alterum contrariorum priuationem vocare, propterea quòd vnum ab alterius perfectione deficiat, atque id, quod minus præstans est, eminẽtioris quasi priuatio habeatur, vt constat ex iis, quæ 3. Phys. auscultationis lib. cap. 1. text. 5. & 4. lib. Metaph. cap. 6. text. 26. & lib. 10. cap. 4. text. 7. & cap. 7. text. 16. tradita sunt. Nec aduersariorum rationes momentum habent. Non enim quicquam solo caloris abscessu refrigeratur; aut solo humoris dispendio siccescit; sed quia abscessum caloris (quod in tertiana fit, coeuntibus ad interiores partes spiritibus) vera ac positiua frigoris receptio humoris interitum, vera item ac positiua siccitatis introductio cõsequitur. Quod verò aiunt nihil humectari nisi ingressu substantiæ, id ex eo coarguitur, quia sequeretur, nullum corpus posse ex toto humectari ab alio: vel enim corpus humectans ingreditur alterum, diuidendo, eiúsve poros subeundo; vel ipsum penetrat, manendo in eodem situ cum illo: si detur primum, cùm nullum corpus possit diuidi in omnem sui partem, nec totum ex poris coalescat, sequitur,

De frigore quòd non sit priuatio lege Arist. lib. 2. de art. anim. cap. 2.

Frigus non esse priuationem caloris.

Quo sensu Arist. vnum contrariorũ priuationem appellet.

Lege D. Tho. ad text. 18. lib. huius op.

Nullum corpus posse diuidi in omnem sui partem.

sequitur nullum corpus posse ab alio, quoquouersum humiditate perfundi. Posterius autem admitti nequit, quia penetratio corporum, facultate naturæ non datur; ergo &c. His adde humorem, & siccitatem esse sensibilia propria: quod cum neque substantiæ, neque priuationi conueniat, perspicuum fit, neque humorem, esse substantiam: neque siccitatem, eius priuationem.

2. Assertio.

Secunda assertio sit. In elementis, præter quatuor vulgatas qualitates, non dantur aliæ virtuales eiusdem appellationis. Assertionem hanc statuit Capreolus in secunda distinct. 16. quæst. 2. Soncinas libro 9. Metaphys. quæstione 8. Sotus lib. 2. Physicorum quæstione 1. Marsilius hoc in libro quæst. 5. & vt videtur Auicenna 1. sufficientiæ capit. 5. Henricus Gandauen. quodlibet. 11. quæstione 6. Ægidius quodlibet 2. quæstione 16. Quibus tamen aduersantur nonnulli, quos refert Marsilius hoc libro quæstione quinta, qui sunt adducti primo superioris articuli argumento. Sed hi neque verè sentiunt, neque rectè probant. Sunt enim eiusmodi qualitates fictitiæ, ac superuacaneæ. Primùm quia substantiæ non egent mediis accidentibus ad internas emanationes, eiusmodi sunt eæ, quibus primæ qualitates ab elementis fluunt; alioqui daretur in iis progressus in infinitum, cùm nulla sit maior ratio, cur hoc potiùs accidens, quàm illud, vt à subiecto fluat, altero egeat. Deinde quia, vt loco citato argumentatur Marsilius, qualitates virtuales mixtorum resultant ex varia commixtione quatuor primarum qualitatum; atque ita non ab illis hæ, sed illæ potiùs ab his oriuntur. Præterea, quia qualitates virtuales mixtorum non sunt principia agendi in propria, sed in aliena subiecta; nec enim piper se ipsum calefacit; sed ventriculum. Quare perperam ex his virtuales qualitates, quibus elementa in se agant, quæque actuales origine antecedant, colliguntur.

Qualitates virtuales mixtorũ vnde.

Opinio negãtium qualitates virtuales etiam in mistis.

At enim sunt, qui virtuales qualitates adeò auersentur, vt eas, ne in mistis quidem ponendas dicant. Itaque, aiunt, piper verbi gratia, non calefacere ventriculum insita ad calefaciendum virtute, sed acceptа ab ipso ventriculo caliditate. Quod ex eo probant, quia constat piper nisi priùs ab stomacho calefiat, non cum calefacere. Nec mirum est, inquiunt, si piper vberiorem calorem imbibat, & in stomachum refundat, quàm stomachus ipse, cuius beneficio incaluit, in se habeat: tanta est enim huius mixti habilitas ad calorem concipiendum, vt à minus calido vehementiùs calefiat. Non est tamen probanda hæc opinio, tum quia à communi Philosophorum sensu aliena est; tum quia futili prorsus ratione innititur. Non enim piper, vt stomachum calefaciat, calefieri ab eo priùs debet propterea quòd non nisi calorem, quem accipit, ei rependit: sed quia virtualis eius calor quasi sopitus, à calore actuali ipsius stomachi excitari debet. Nec certè stomachus potest ita piper calefacere, vt ab eo postea impensiùs calefiat, siquidem nullum patiens, quantumlibet ad recipiendam alterius impressionem habile sit, potest ab agẽte intensiorem qualitatem accipere, quàm agens ipsum in se, vel actu, vel potẽ-

Refellitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stare contineat,vt ex iis, quæ superiori libro disputata sunt, constat.

1. Assertio. Tertia assertio. Quatuor sunt qualitates primæ, calor, frigus, humor,& siccitas: nec plures pauciorésve numerari possunt. Hæc assertio,vt annotauit Galenus 1.Methodi, primùm tradita est ab Hippocrate in lib.de hominis natura,deinde à posterioribus medicis,& Physiologis accepta,demonstratáque ab Arist.tum alibi,tum hoc in lib.cap.2.text.15.Scire tamen oportet huiusmodi qualitates non esse absolutè primas existimandas,sed primas inter corporeas, & sensibiles, vt excludamus qualitates spiritales, & quæ non cadunt sub sensum.Item esse primas inter eas, quæ corporibus elementariis insitæ,ac peculiares sunt,vt remoueamus lucem,figuram,& occultam virtutem, atque influxum, per quem corpora cœlestia in sublunarem mundum agunt,& denique omnia, quæ tam corporibus dissolubilibus,quàm indissolubilibus communia sunt.

Hippocrat.

Arist.

Confirmatio assertionis. Potest autem hæc assertio hûc in modum intellecta quoad primam partem,qua dicimus eas esse primas,ita ostendi.Hæ qualitates non fiunt ex aliis, nec ex alterutris; sed ex ipsis oriuntur aliæ, quæ videlicet secundæ nuncupantur:sunt igitur primæ.Probatur assumptum imprimis,quòd non fiant ex aliis,quia inter qualitates,prædictas, nullæ inueniuntur, quas hæ non antecedant, saltem origine. Quod & inductione patet, & ea ratione suadetur, quia vt se habet generatio rei ad perfectionem eiusdem, ita oportet, vt sese habeant qualitates necessariæ generationi, ad illas, quas natura gratia perfectionis adhibet;generatio autē rei,ordine naturæ, prior est eiusdem perfectione; cum igitur quatuor istæ qualitates disponant per se ad generationem rerum omnium;aliæ verò ad earundem rerum perfectionem,vel ornatum conferantur; consequens est,vt quatuor huiusmodi qualitates ordine naturæ,& origine priores sint.

Rei generatio prætat naturæ ordine eius perfectionem.

Item,quòd non fiant ex alterutris,ostenditur, quia calor, qua calor, sicuti per se duntaxat vendicat calefacere, ita non nisi calorē gignit; similitérque tres aliæ qualitates, humor humorem,siccitatem siccitas, frigiditas frigiditatem. Quare nulla hatū qualitatum aliam per se efficit,proindéque nulla ab alia, aliísve per se efficitur:ex quo sequitur,eas non gigni ex alterutris. Deinde,quòd ex illis, id est,earum actione, & perpessione, & dissimili temperie, cæteræ, quas diximus,corporibus obueniant,probatur. Nam primùm,quod attinet ad qualitates,quæ tactu percipiuntur, id Arist. loco proximè citato, & 2.de partibus anim.cap.1.diserte ostendit. In libro verò de sensu, & sensili cap. 4. docet sapores ex commistione humidi & sicci, & actione calidi, & frigidi oriri. Idémque asserit de odoribus cap. 5. eiusdem lib.& cap.9.lib.2.de anima,& de coloribus,sectione vltima problematum.Qua de re lege M. Albertum in summ.de homine 2. part. tract. de gustu, quæst. 3, & Galenum lib.5. de simplic. medic. Idem & de sonis innuit Arist. sectione 11. problematum, multis ea de re quæstionibus excitatis, vbi sonorum, vocumque varietatem, ad multiplicem illarum quatuor qualitatum proportionem, & ad alias,

alias,quæ ab iis pendeāt,refert.Atque ita se rem habere,ex eo etiam suaderi potest, quia vt constat ex iis, quæ traduntur lib. 2. de cœlo cap. 9. text. 54. & lib.2.de anima cap.8. text. 78, soni efficiuntur in corporibus,quæ franguntur,aut aliquo modo diuiduntur,vnde corpora cœlestia, quia frangi,aut secari nequeunt, sonora non sunt: at durities,& mollitudo, quibus diuisioni facilè, vel ægrè resistitur, à primis qualitatibus ortum habent.Quòd verò etiam leuitas,& grauitas,quas Arist.hoc loco,& lib.2.de partibus animal. capit. 1. inter qualitates sensibiles, & secundas numerat; quòd, inquam, ab illis quatuor proueniant, expressis verbis docuit idem Aristoteles lib. 2. de partibus animal. cap.3. argumentumque eius rei est, quod terra cum nimium incalescit in exhalationem attenuatur,& leuis fit:similitérque aqua frigore concreta,grauior efficitur.Neque obstat quòd comparato calore,aut frigore non confestim,ac proximè leuitatem, & grauitatem res acquirant; non enim illæ ex calore, aut frigore proximè efficiuntur,sed interuentu raritatis, & densitatis vt Aristoteles 4.Physicor.cap.9.text.85. docuit.

Etiam grauitatem, & leuitatē oriri à primis qualitatib.

Deinde,quòd vniuersim cæteræ qualitates sensiles à primis quatuor proueniant, ea ratio probat, quia experientia compertum est, earum mutatione corpora verbi gratia laxari, stringi, addensari, rarescere,fieri dura,mollia,aspera,leuia. Sæpe etiam experimur earundem varietate sapores,odores,& colores in arborum fructibus,herbis, & cibis mutari. Quæ omnia non obscurè indicant huiusmodi qualitates originem ab iis ducere.

Tandem, quòd non sint plures pauciorésve primæ qualitates, quàm quatuor prædictæ; quæ erat altera pars tertiæ conclusionis, ex eo conuincitur; quia neque aliæ, præter has, assignari poterunt; neque vlli harum quicquam deest,quominus inter primas numeretur, vt argumentorum solutione planius fiet.

ARTICVLVS III.

Soluuntur aduersariæ partis argumenta.

Explicatio primi arg. NVNC argumenta, quæ superiùs dicta infirmare nitebātur, explicemus. Ad primū negandum est id, quod assumit,& ad eius probationem respondendum, aquam calidam reduci ad pristinum frigus à generante,tanquā à causa principali;proximè verò,vt ab illius instrumēto, à suamet forma substātiali. Ad priorem eiusdem argumenti confirmationem dicito; naturam incolumitati elementorum, quantū expediebat, consuluisse distribuendo illis quadriparritam varietatem primarum qualitatum, quæ non tam facilè vincuntur, aut cedunt. Posteriori quo pacto sit occurrendum, ex dictis liquet;etsi enim mistis corporibus virtuales insint qualitates,non proinde tamen, elementis tribuendæ sunt.

A quo reducatur aqua ad naturam frigus.

2. Ad secundum negandum est,lucem, & cœlestium corporum virtutes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tates, influxúsve esse è numero earum qualitatum, de quibus hic agitur. Nec enim dissolubilibus corporibus propriæ sunt. Vbi aduerte, qualitates secundas sic iis corporibus peculiares esse debere, vt tamen eis communiter conueniant. Quod addimus propter virtutem magnetis, & priuatas quasdam proprietates aliorum corporum iis similes, quæ licet in mistis duntaxat inueniantur, non tamen oriuntur à primis qualitatibus; sed à cœlestibus corporibus imprimuntur, vt docet S. Thomas 2. contra gent. cap. 68. & opusc. 54. cap. vnico, & in quæstionibus de spiritalibus creat. quæst. 2.

De vi magnetis.

Lege Fernel. lib. 2. de abditis rerum caus. cap. 16. & 18.

3. Ad tertium dic, siccitatem non effici per se à calore, sed quatenus calor partes humidi dissipat, & resoluit; atque ita humore absumpto siccitas consequitur. Quo etiam modo frigus siccitatem affert, calorem pellendo, & stringendo, ac stipando corpora, quæ stipata partes humidas egerunt, vt in iis, quæ concrescunt, videre licet. Nec verò ideò calor in re sicca actiùs vrit, quòd siccitas calorem intendat; sed quia illum, quasi lima acuit, & ad expediendam citiùs actionem, habiliorem reddit.

Vt frigus siccitatem affert.

4. Ad quartum respondemus, figuram non esse qualitatẽ propriam cotruptibilium corporum: siquidem cœlo, vt quantitas, ita & sua figura inest, grauitatem verò & leuitatem oriri, vti diximus, à quatuor primis qualitatibus. Nec obstare, quòd motus localis prior sit, quàm alteratio ea prioritate, quam superiori lib. exposuimus. Si enim loquamur de latione cuius principia sunt grauitas, & leuitas; aut comparatio fiat non inter corpora inferiora, & cœlestia, quatenus illa alterantur, & hæc loco mouentur; sed spectetur alteratio, & motus ad locum, respectu eiusdẽ corporis corruptibilis: tunc non dubium, quin alteratio sit prior latione, quatenus primæ qualitates disponunt materiam ad generationem, pertinentque ad ipsum esse rei.

Ad id, quod de coloribus obiicitur, dic licet ij à primis qualitatibus proficiscantur, nihil tamen impedire, quominus interdum similes ex diuersa illarum temperie resultent: sicuti neque officit, quòd temperie mutata iidem, saltem aliquando tempore, perseuerent, vel nihil aut parum mutata varientur, dummodo ratum sit, à prædicta qualitatum commixtione eos nasci. Ex quo etiam patet quid de odoribus sentiendum sit. De sonis verò iam explicatum à nobis est, quo pacto à primis qualitatibus genus ducant; De qua tamen re planiùs, ac plenius in libris de anima.

Lege Marsil. hoc in lib. q. 2. art. 3.

Illud hic postremò aduerte, quosdam expositores, non earum, quas nos statuimus, sed aliarum conditionum defectu nonnullas qualitates à numero primarum excludere, vt figuram, quod nullam agendi vim habeat; grauitatem, & leuitatem, quòd non se mutuo perimant; virtutem magneris, quòd non cadat sub sensum; Cui opinioni, non est, cur magnopere repugnemus; dummodo constet, quæ qualitates inter primas numerari debeant, quæ non debeant.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

Vtrum Aristoteles quatuor primas qualitates rectè definierit.

ARTICVLVS I.

Quibus rationibus negatiua pars ostendi videatur.

SECVNDO huius libri capite quatuor primas qualitates singulatim Aristoteles definiit, hũc in modum. Calidum est, quod ea congregat, quæ sunt eiusdem generis. Frigidum est, quod congregat tam ea, quæ eiusdem generis sunt, quàm quæ alieni. Humidum, quod termino proprio non terminatur, cum facilè possit terminari alieno. Siccum, quod termino proprio facilè terminatur, cùm difficilè alieno terminetur. Quæ definitiones exemplis illustrantur. Nam quòd calor congreget, quæ sunt eiusdem generis, patet in igni, qui aurũ cum aliis metallis permistum ab illis eximit, & in vnum cogit. Item quòd frigus omnia promiscuè in vnum contrahat, perspicuum est in glacie, & aliis frigore cõcretis; in quibus pleraq; alieni generis frequenter insunt, vt lapides, ligna, animalia, idque de succino tradit Arist. 4. Meteor. cap. 10. in quo interdum bestiolæ inclusæ visuntur, vnde illud Martialis.

Definitiones quatuor primarum qualitatum.

1. *lib. epigr.* 112. *Et latet, & lucet Phaetontide condita gutta,*
2. *lib. epigr.* 139. *Vt videatur apis nectare clausa suo.*

Et alia similia de vipera, & formica. Rursum, quod humidum facilè alienis, difficilè propriis terminis cohibeatur, apparet in aqua, & iis quæ aquea sunt: ea nãmque perpetuò diffluunt, nec nisi alieno corpore, ac termino continentur. Quod denique siccum facilè propriis, malè alienis concludatur, videre est in terra, & lapidibus sicca natura constantibus.

6. *lib. epigr.* 15.

Nihilominus contra superiores definitiones multa sese offerunt. Imprimis enim calidum, & frigidum potiùs videbantur definiri debuisse per actionem calefaciendi, & refrigerandi; similitérque humidum, & siccum per actionem humectandi, & exsiccandi, quàm per congregare, & terminare; cum operationes illæ primæ, ac præcipuæ sint: hæ secundariæ, ac minùs principales; siquidem calidum v.g. non congregat, nisi quia priùs calefacit. Deinde quòd neque actus congregandi, & terminandi verè congruentérque primis qualitatibus aptentur, hunc in modum ostendi potest. In generatione mixti calidum vnit, aggregátque humidum sicco: Nec enim mixti generatio ex solo humido constat, aut ex solo sicco, sed ex concretione sicci, & humidi: hæc autẽ sint eterogenea, seu diuersi generis. Ergo calidum congregat ea, quæ diuersi generis sunt. Rursum, idem ex eo suadetur, quia in concoctione, quæ à calido perficitur, calidũ vnit diuersa alimenta, ex quibus in ventriculo fit chylus. Tertiò, quia cera, & pix,

Argumenta contra defin. primarũ qualit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm in eodem vase igni liquantur, caloris vi in vnum coeunt; & in caseo, qui calore concrescit, interdum eterogenea, seu peregrina insunt. Quare non videtur negandum calidum congregare ea, quæ diuersi generis sunt. Deinde quòd etiam dissipet homogenea probatur, quia vitra, si quid vehementer calidum in ea immittatur, rumpi solent. Item quia glacies, & grando soluuntur calore: & eodem liquescunt, stannum, æs, aurum; at quæ soluuntur, liquefiunt, non congregantur, sed disiunguntur potiùs. Præterea idem comprobatur, quia quemadmodum densare proprium est frigoris, ita caloris laxare, vt Arist. docet lib. 2. de partibus anim. cap. 7. experiunturque id animalium corpora, quorum meatus hyeme astringuuntur; per æstatem verò, & in balneis, & hypocaustis dilatantur; ob eámque causam vigente æstu, minor copia spirituum vitalium in corpore asseruatur, quod ij, apertis meatibus, ac libero exitu, foras euolent. Ob id quoq; medici cùm sudorem volunt educere, ægrotum calidum esse, ac benè tectum iubent. Patet igitur non rectè dici calidum cogere, & contrahere, cum potiùs laxet, ac dissipet.

Addensare proprium frigoris: caloris laxare.

Quòd verò frigidum non rectè definiatur id, quod tam homogenea, quàm eterogenea congregat, probatur: quia compertũ est, frigore disrumpi interdum saxa, & dissolui membra. Vnde est illud Poëtæ. Et cùm tristis hyems, etiam nũc, frigore saxa Rumperet, & alibi, soluuntur frigore membra. Deinde quia teste Aristotele hoc in lib. cap. 10. text. 56. & 4. Metaph. comm. 4. aliisque in locis contrariarum causarum contrarij effectus esse debent. Quare si actio congregandi calori ascribitur, non poterit eadem frigori, quod calori contrarium est, verè attribui.

Virg. 4. Geor. & 1. Aen.

Polit. lib. 5. c. 8. lib. 4. Met. cap. 3.

Postremò contra definitionem humidi, & sicci, ita licet obiicere. Ignis, arena, aliáque huiusmodi minutissimis corpusculis constantia sunt sicca, & tamen alieno termino facilè, proprio difficilè terminantur. Item aqua, quæ humida est, cùm elabitur, & fluit, & ægrè detinetur, atque adeò non facilè capit terminum detinentis. Igitur definitio humidi conuenit sicco, definitio sicci, humido.

ARTICVLVS II.

Diluuntur proximi Articuli rationes.

PROPOSITÆ dubitationis satisfactum à nobis erit, si superiora argumenta diluerimus. Quare id in præsentia duntaxat conabimur; Quoad primum, sciendũ est, Arist. hoc in lib. non tam ex suo, quàm ex veterũ Philosophorum sensu, illas calidi, & frigidi explicationes attulisse, quod sanè indicant illa eius verba cap. 9. text. 53. (vt aiunt, calidũ segregare, & frigidum congregare natũ est.) Vbi Empedoclé videtur intellexisse, qui teste Plutarcho in opusc. de primo frigido, calorem vocabat litem omnia separantem, frigus amicitiam omnia congregantem. Vel certè Parme-

Empedocles calorem appellabat litẽ.

nidem significare voluit, qui vt Alexander apud Philoponum loco citato ait, quid calidum, & frigidum esset, per eiusmodi actiones declarabat; fuit quippe veterum dogma, quod inibi refellit Aristot. omnem actionem à solis qualitatibus proficisci. Sunt igitur, qui putẽt, neque hoc lib. neque alibi, Aristotelis mentem fuisse prædictas talium qualitatum explicationes approbare; apud quos satis patet nihil virium habere proposita argumenta. Alij secus opinantur, qui respondent Aristotelem non descripsisse calidum per actionem calefaciendi, similitérque cæteras qualitates per actus suos primarios, & intrinsecos, tum ne idem eodẽ definiret; tum quia in omni definitione aliquid obscurum declarari oportet, nemo autem nescit calidum calefacere, frigus refrigerare.

Veterũ Philos. error.

Quod attinet ad argumenta alia, quæ probare nituntur actionem homogenea, & eterogenea congregandi, ac segregandi, non rectè calido, & frigido attribui; ea plus exhibent negotij. Itáque interpretes in varias sententias abiere. Philoponus hoc in libro ad text. 8. putat per eterogenea non significari quæ in eadem specie infima conueniunt, sed quæcúmque similem habent complexionem, siue specie differant, siue non. Alij, è quorum numero est Venetus ad eundem locum, aiunt per eterogenea intelligi quæcunque non eandem virtutem motricem possident. Itaque calorem seiungere grauia à leuibus, frigus verò ea in vnum conducere. Albertus Magnus capit. 4. lib. 4. Meteoror. & Zimara in theorematis propositione 17. quos permulti alij sequuntur, asserunt calidum dupliciter considerari posse; nimirum vel vt calidum est, ac secundum propriam suam naturam; vel vt instrumentum alterius, à quo regitur, ac flectitur; priori modo sumptum congregare homogenea, & secernere eterogenea; posteriori, vtráque aggregare, vt in generatione mixtorum, & alimenti decoctione videre est. Pomponarius, & Buccafetreus 4. item Metеor. volunt calorem per se rarefacere, frigus per se addensare: Vnde experientia videmus elementa, quæ calore prædita sunt, ignem videlicet, & aërem, esse rara; quæ frigore pollent, nimirum aquam, & terram densa esse; itémque, si calida refrigerentur, coire in densitatem, si frigida calescant, in raritatem abire. Quia igitur, vt plurimum, ex rarefactione sequitur coniunctio earum partium, quæ eiusdem speciei sunt, & earum, quæ sunt diuersæ speciei, secretio; & ex condensatione sequitur coniunctio partium tam quæ eiusdem, quàm quæ diuersæ speciei sunt; ideò Aristotelem eiusmodi affectiones calori, & frigori attribuisse; esto nonnunquam aliter accidat, vt exempla, quæ in argumentis adducta sunt, apertè indicant. Harum omnium explicationum hæc vltima nobis magis placet, quòd cæteræ, vt erit consideranti perspicuum, nec experientiæ, nec argumentis planè satisfaciant. Itaque censemus noluisse Aristotelem calorem, & frigus, tanquam per reciprocam, & veram definitionem eo modo explicare, sed duntaxat inculeare huiusmodi qualitatum affectiones, quæ tamen eis ita per se conueniunt, vt

De calidi & frigidi definitione inter interpretes dissidium.

Elementa calida ingenitam habẽt raritatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nonnunquam,licet quodammodo ex accidente,aliter habeant.

Non est autem,quòd quis putet,calidũ non vnire,quæ sunt eiusdem generis,dum ea liquefacit,laxátve.Non enim quęcumq; liquefiunt,aut laxantur,necessariò ab se inuicem disiunguntur, vt videre est in plumbo,quod liquatum,sibi nihilo secius continuatum perseuerat.Nec etiã calor animalis dum carpit humidum,illud per se dissoluit,& separat, sed per acidens;quatenus ea pars materiæ humore destituta,non iam aliis agglutinari, nec viuẽtis anima informari potest.Similiter cùm saxa frigore rumpuntur, ea non per se frigus disiungit,sed quatenus partes quasdam nimiũ stringit,quæ si alias trahere non possunt ab eis dissociantur.Membra autem corporis dissolui frigore dicuntur,quia coeuntibus ad interiora spiritibus,& calore,sustinere se nequeũt,& collabascunt.Quod item obijcitur,actiones eiusdem speciei à contrariis oriri non posse,haud ita est,quando cõtraria alias habent actiones sibi proprias,quibus inter se differant, vt in re proposita accidit, nam calidum,& frigidũ ita in ratione aggregandi conueniunt, vt per actiones calefaciendi, & refrigerandi, quæ ipsis peculiares sunt mutuò dissideant.

Calor naturalis non dissoluit per se humidum.

Nonnunquã actiones eiusdem speciei oriũtur à cõtrariũ.

Sect.4.probl. 3.

Quæ verò contra definitionem sicci,& humidi opposuimus,variè quoque ab interpretibus explicari solent:atque omissa responsione, quã Auerroës hoc loco in paraphrasi magna affert,quæ nequaquam videtur ad rem esse;occurrit Ioannes Grammaticus ignẽ non capere alienum terminum,sed proprium retinere;licet non ita perfectè, vt terra;quia ignis aliquam habet frigiditatem:nec more aquæ diffunditur,sed perpetuò sese confirmat in effigiem pyramidis,quod etiam videmus in puluere,qui non spargitur,sed sese acuminat.Verùm neque huiusmodi respõsio placet. Nam pyramidis figurã ignis non ex se vẽdicat,sed quia cùm in superiora euadit,tenuiores particulæ,quia leuiores,celeriùs feruntur;minus tenues,cùm eant tardiùs,ad imum quasi ad basim sese diffundunt, atque ita ignis ascendens eam figuram capessit, vt in nostris problematis ad lib.de cœlo exposuimus.

Responsio Philoponi.

Vera responsio.

Quod & aëri etiam ascendenti pari ratione conuenit, nisi quod in eo,id non deprehẽdimus,quia visum effugit.Quare si humidi definitio ideo igni non cõuenit,quia eiusmodi figuram in ascensu obtinet;certè neque aëri competet. Respondendum igitur est ignem haud censeri facilè circunscribi termino cõtinentis,primò quia corpora continentia ob agendi acrimoniam absumit:deinde quia si vndique alieno termino cohibeatur,perit, vt in furno vndique occluso. Arenulæ verò, & similia corpora minutissima alienum terminum natura sua non accipiunt; sed quatenus ob fluxilem tenuitatem non consistunt;cùm alioqui per se,ac ratione suæ formæ, proprium terminum habere debuissent,siquidem sunt eiusdem naturæ cùm corporibus duris,ac per se cõsistentibus.Deniq; quod de aquæ fluxu obiectum est,dissoluet, qui dixerit id non obstare,quominus aqua ad alienum terminum sese promptè accommodare queat, si v.g.aliquo vase excipiatur.

Car ignis nõ dicatur facilè terminari alieno termino.

Nec arenulæ & quædam alia minutissima.

ARTICVLVS III.

E quatuor primis qualitatibus duas esse actiuas, duas passiuas.

QVATVOR primæ qualitates trifariam,quod ad præsentem locũ attinet, spectari possunt. Vno modo,quatenus mixta corpora ex iis concrescunt, (intellige secundum accidentariam cõpositionem) vt 1.cap.lib.2.de part. animal. Aristoteles ait. Altero quoad rationem vniendi, & quatenus reddunt subiectum facilè,aut difficilè terminabile. Tertiò in ordine ad primas, ac magis proprias earum actiones, videlicet calefactionem,refrigerationem,humectationem,exsiccationem.

Triplex conideratio primarum qualitatum.

Hoc posito sit prima assertio.Si quatuor primæ qualitates primo modo spectentur,omnes sunt passiuæ dumtaxat.Hęc probatur,quia huiusmodi qualitates ita sumptæ, habent rationem materiæ, quæ nullam agendi vim possidet. Vnde Aristoteles 2. de partibus animal.loco citato eas compositorum corporum materiam vocat. Sit secunda assertio.Si quatuor primæ qualitates secundo modo considerentur,earum duæ sunt agentes tantùm, calor,& frigus;duæ tantummodò patientes, humor, & siccitas. Hanc tradidit Aristoteles hoc in lib.cap. 2. tex.8.& initio lib.4.Meteor.c.4. confirmaturq; ex eo, quia vnire est agere, calor verò,& frigus vniunt, vt est superius dictum.Prętereà terminari facilè,aut difficilè,est quoddam pati,pertinętque ad potentiam passiuam. Id conuenit humido, & sicco ratione humiditatis,& siccitatis ; igitur hæ qualitates si expendantur, præcisè secundum hanc notionem, passiuæ tantùm sunt. Cernitur quoque earundem qualitatum actiuitas,& patibilitas in mixti compositione,vt Ioannes Grammaticus,aliique interpretes ex Aristotele obseruant.Nam,sicuti in fictili opificio videre est,calor partes siccas cum humidis copulat excoquendo, & digerendo,frigus autem coagmentat ; atque interim siccitas,& humiditas effingi sese, atque inflecti,& quasi formari patiuntur.

1. Assertio.

2. Assertio.

Sit tertia assertio. Si quatuor primæ qualitates tertio modo sumantur, omnes sunt actiuæ.Hæc patet ex eo,quia docente Aristot. hoc in lib.cap.4. text. 28. omnia elemẽta ex se mutuò progigni possunt : quod non ita esset,nisi omnes quatuor qualitates in se vicissim agerent. Vnde, & in mixto genito nulla qualitas summum gradum retinet, sed temperiem quandã, quæ videlicet per reciprocam earum omnium actionem inducta fuit.Prætereà quod siccitas agat, priuatim,concluditur ex eo,quia siccitas coagulat teste Aristotele 4. Meteor.capit.34.& 36. at coagulare, agere est. Item , quia sal vehementissime corpora exsiccat, vt experiuntur ij,qui in salinis versantur. Item quòd humiditas agendi vim habeat suadetur;nam carnes, aliaque id genus,in locis humiditate abundantibus computrescunt; & sal præsente humido liquefit , & glacies in aqua soluitur , quæ omnia actionem propriam exerendo, humiditas præstat.

3. Assertio.

Sal corpora exsiccat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. Assertio. Sit quarta assertio. E quatuor prædictis qualitatibus, calor, & frigus magis actiua sint, quàm siccitas, & humiditas. Hæc assertio intelligenda est de qualitatibus sub tertia cõsideratione sumptis: Eam verò suadet in primis experiẽtia; cõpertum est enim calida, & frigida celeriùs agere; sicca, & humida lentiùs; item, quia illa ad ampliorem, hæc ad breuiorem sphæram sese communicant. Deinde, quia cum siccitas, & humiditas magis resistant, hoc est, aliarum actiones magis remorentur; postulabat ordo diuinæ sapientiæ, vt duæ priores qualitates magis actiuæ essent, posteriores duæ minus; ne si eædem magis agerent, & resisterent, alias imperio suo coercerent, ac omnino destruerent. Porrò ex omnibus quatuor qualitatibus, calor magis actuosus est, siccitas minùs. Vnde ignis corpora admodum solida, & præduta resoluit, vt saxa, & metalla: terra verò, etiam mollia, & tenuia segniter, lentéque afficit.

Lege Soncinatem lib. 1. Metaph. q. 6.

Siccitas & humiditas magis resistunt.

Ex dictis collige, non aberrasse à vero eos, qui humorem, & siccitatem passiuas qualitates appellarũt: non quòd in congressu cũ suis contrariis magis patiantur: siquidẽ vt magis resistũt, ita ex se minùs patiuntur, sed quia minori ad agendum vi præditæ sunt, quàm calor & frigus: atque ita illarũ cõparatione non actiuæ, sed passiuæ, id est, vix actiuæ dici possunt. Itaque siccitas, & humiditas triplici ratione passiuæ qualitates vocantur quarum primam, quæ etiã cæteris communis est, explicat prima conclusio: alteram secunda: tertiam nunc adiecimus. Adde posse siccitatem, & humiditatem, prout pertinaciùs resistunt, dici etiam, licet impropriè, magis passiuas, quatenus resistentia, quæ fit non contra pugnando, habet sese ex parte patientis, vt rectè obseruat Marsilius quæst. 2. huius lib. art. 1.

Non appellatur dua prima qualitates passiua quòd magis patiantur.

QVAESTIO IIII.

Vtrum singulis elementis singulæ in summo qualitates insint, & quæ quibus.

ARTICVLVS I.

Vnicuique elemento in suo naturali statu competere vnam qualitatem in summo: igni calorem, aëri humiditatem.

QVATVOR esse elementa, non plura neque pauciora, demonstrauimus 3. lib. de cœlo. Nunc eorum numero iam ibi constituto, de ipsorum duntaxat qualitatibus disseremus. Sit prima assertio. Vnumquodque elementum vnam è quatuor primis qualitatibus in summo gradu obtinet. Hæc assertio intelligenda est de elemẽtis in suo naturali statu, quẽ tamen non omnia seruare alibi oſtẽdimus. Probatur autẽ illius veritas, quæ progressu magis elucebit, quia cùm primæ qualitates sint quatuor, eædémque sint primariæ administræ generationis, & interitus in commune, consequens est, vt per prima corpora generabilia, & corruptibilia

Cap. 3. 4.

In nostris problem. ad libros de cœlo sect. 1. probl. 1.

ruptibilia, hoc est, per elementa singulatim distribuantur, & vnicuique sua prima qualitas conueniat. Quòd autẽ oporteat cuilibet suã competere in summo gradu, ex eo cõuincitur, quia qualitas naturalis in sua maxima perfectione competit corpori, cui primò, ac peculiariter debetur, quod non potest esse aliud nisi elementum, vt ratio adducta concludit. Tum verò quòd nulla qualitas prima in summo gradu alicui corpori mixto cõuenire possit, liquet inde, quia omnes eiusmodi qualitates mutua permistione in eo refranguntur. Hinc collige non rectè philosophatũ Auerroëm lib. 3. de cœlo comm. 67. Niphum hoc in lib. ad text. 28. Achulinum lib. 3. de elementis, & alios, quos in decursu huiusce disputationis nominabimus, dum eidem elemento plures in summo qualitates attribuunt.

Secunda assertio. Summus calor cõuenit igni. Hæc ita probatur. Calor summus, vt ex superiori assertione constat, alicui elemento in naturali statu debetur, non terræ, non aquæ non aëri; ergo igni. Minor suadetur; quia hæc tria elementa calefiunt ab externo agente, quo amoto sese ad pristinum statum minus intensi caloris referunt. Igitur in naturali sua constitutione aliquid frigoris requirunt, atque adeò nõ summum calorẽ. Præterea, corpora quo calidiora, nisi quid obstet, maiori conatu in sublime euolant, videlicet ad locum ignis, vt in exalationibus, & flamma aduertimus. Igitur ignis principium est, ac fons caloris, ad quem illa, quoad possunt, contendunt. Tertiò, calor est omnium primarum qualitatũ perfectissima; cõuenit igitur elemento, quod inter omnia, vt loco, ita & dignitate eminet id est, igni. Accedit testimonium Arist. cap. 3. huius lib. text. 23. & lib. de sensu, & sensili cap. 4. vbi igni peculiariter calorem attribuit. & 2. Metaph. cap. 1. text. 4. quo loco ignem calidissimum esse ait. Idem affirmant D. Basilius homil. 4. Exam. D. Ambros. lib. 4. Exam. cap. 4. D. Damascenus in suis Physic. cap. 12.

2. Assertio.

Tertia assertio. Humiditas summa competit aëri. Hæc ex ipsa humidi definitione suadetur; humidum námque id est, quod facilè alieno termino, suo difficilè coërcetur; at hoc præ cæteris elementis aëri accommodatur. Itẽ ab effectu; quæ enim humida sunt, affluxu aëris humidiora fiunt, vt oleum. Tertiò inductione, quia summa humiditas non competit igni; alioqui, cùm calor humiditate hebescat, non esset ignis, vti est, summè actuosus. Nec etiam terræ conuenit, cum sit maximè cõpacta, & solida. Nec verò aquæ, quæ non tã facilè alienis clauditur limitibus; ergo aëri. Postremò auctoritate Aristotelis, qui hoc in lib. cap. 3. text. 23. distribuens cuique elemento suam peculiarem qualitatem, aëri humiditatem ascribit, & cap. 8. text. 49. docet ignem, & aërem aduersari aquæ, & terræ; certè ratione caloris, & humiditatis. Sentit igitur sicut ignis ob summum calorem aduersatur aquæ, ita aërem ob summam humiditatem aduersari terræ.

3. Assertio.

Verùm tertiam hanc assertionem improbat Galenus 1. lib. de elementis cap. 3. lib. 1. de simplicium medicamentorũ facultatibus c. 8. & apertiùs cap. 32. D. Thomas hoc loco cap. 4. ad text. 23. Magnus

Alber

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumenta contra 3. assertionem.

Albertus tract.1.cap.12. Auicenna lib. 1. fen.1.doct.2. Garbius in summa,tract.1.quæst.2.arbitrati non aërem,sed aquam summo gradu humidam esse.Primùm quia plus aqua,quàm aër humectat. Deinde,quia difficiliùs humor aquæ,quàm aëris remittitur. Item, quia quod est humidum in summo non potest exsiccari, aër autē suo aflatu terram frequenter exsiccat.Quartò,quia aqua tempore pluuiæ humectat aërem;at non humectaret humidum in summo. Quintò, quia planeta,qui virtute humidissimus perhibetur,nempe Luna,dicitur aquæ dominari Sextò,quia Aristot. 8. cap. huius lib. text. 48. asseruit solam ex omnibus elemētis aquam optimè terminari, quod humidi proprium est, & lib.4.Meteor. cap. 4. aquam maximè propriè dici humidam: terram verò siccam. Videtur igitur concludi non aërem,sed aquam summo gradu humidam esse.

1.
2.
3.
4.
5.
6.

Solut. 1. arg.

Cæterùm licet hæc argumenta in speciē probabilia sint,nostram tamen assertionem minimè euertunt. Quare ad primum respondemus aquam corpora plus humectare, quàm aërē;non quod humor aqueus vberior sit,& intensior;sed quia in crassiori substantia posita dum in vias receſſusque corporum inferitur, magis inhæresci, diutiúsque retinetur,quod aëri non accidit, qui tenuitate sua facilè effluit. Atque eadem etiā materiæ densitas in causa est, vt humiditas aquea magis sensum moueat, tardiúsque, cæteris paribus, remittatur,quàm aërea;densa enim, vt plus habent materiæ sub pari mole, quàm rara;ita plures humiditatis partes sub pari intēsione, si humiditate affecta sint,in se cohibent,atque ita celeriùs agunt. Itē,densa, vt externæ impressioni minus patēt, sic diutiùs humiditatē seruant. Atque his consentit Auerroës 1. part.Cantic.tract. 1. com. 15.& 2. colliget.cap.2.inquiens aërem humidiorem esse aqua, sed aquā potentiorem esse in humectando.Diximus humiditatē aqueā non absolutè,sed cùm cætera, præter materiæ densitatē, paria sunt, tardiùs remitti, atque adeò seriùs extingui;quia tanta potest esse humiditas aërea,& tam exigua aquea,vt hæc faciliùs remittatur, & pereat, quā illa.Quod in humiditate,quæ ipso aëris elemēto insita,est perpetuò euenit; licet enim quædam mista plus habeant humiditatis aqueæ, quàm aëreæ;semper tamē aër multo plus habet humiditatis, quàm aqua,idque tanto excessu quāto semper aër(quod sensu liquet) faciliùs,promptiusq; recipit alienū terminū, quàm aqua;quantumlibet hæc humescat, nisi forte cùm in vaporem attenuatur. Sed quidquid de vapore comparatione aëris pronuntiandum sit;certè dum aër, & aqua naturalem statum seruant, ita res habet, vt diximus. Atque ab aëre, quantumuis peruius ac penetrabilis sit, difficiliùs expellitur humiditas, quàm ab aqua, si de humiditate propriè sumpta loquamur.Hinc patet quid ad secundum argumentum responderi debeat.

Cur aqua plus corpora humectet.

Corpora diſſa humiditatem diutius seruant.

Semper aër plus habet humiditatis, quàm aqua.

Solut.2.

3.

Ad tertium dicendū est aërē non exsiccare per se, seu per natiuā siccitatem,hac enim,in suo naturali statu,omnino caret,sed ex accidente reddere sicca corpora;interdum quidem vi peregrini frigoris, quo stringit, & partes humidas exprimit; nonnunquam vi caloris, quo

ex humidis corporibus halitū euocat,eique viam pandit, cuius egressum siccitas consequitur. Atque hac ratione frequentes balneæ membra exsiccant,dum videlicet è corpore humores extrahunt. Ad quartum,pluuiam non humectare aërem,id est,non illum magis habilem ad alienū terminum capiendum reddere,imò minus;sed interpaulò ante explicatas. Ad quintum,Lunam non dominari aquæ ob sympathiam humiditatis summæ,sed eius,quę aquā denominet,non tamen in supremo gradu .Deinde,etiam ob alia effecta,quæ in mari præstat,vt quotidie experimur.Ad sextum,ideò aquam dici ab Aristotele maximè propriè humidā,quia maximè humectat modo ante explicato. Item,dici inter omnia elementa externo limite facilè terminari;quia res alias sua permixtione terminabiles efficit,vt paret in luto,quod non aëreo,sed aqueo humore cōcrescit,& coagmentatur. Quo sensu putant nonnulli Galenum aquam magis humidam,quàm aërem appellasse,quia videlicet,vt medicus de humiditate, prout in medicamentorum compositionem venit,loquebatur.

Cur frequentes balneæ corpora exsiccent.

4.

5.

6.

ARTICVLVS II.

Aquæ summum frigus,terræ siccitatem summam deberi.

DESCENDAMVS nunc ad inferiora elementa, aquam, & terram.Imprimis circa frigiditatem,non parua est inter Philosophos dissensio,cuinā ex his duobus elementis,adiudicare eam oporteat. Auic.in suo lib.de cœlo cap. vlt.putat terræ summum frigus deberi; quod etiam placuit D.Tho. hoc in lib.ad text.23.& M.Alberto hoc loco tract.1.cap.14. poteſtq; ea opinio hunc in modum confirmari.Id,quod maximè à cœlo distat summè frigidum esse oportet, cùm cœlum sit quasi fons, & parens caloris vniuersi,quem lucis vehiculo in omnes mundi partes dimittit;at terra maximè distat à cœlo,est ergo summè frigida.Deinde,leuitas ignis,& grauitas terræ,sicuti sunt maximè opposita,ita vidētur à maxima contrarietate originem ducere; cùm igitur lenitas ignis oriatur à calore summo, vt docet Aristot. 2. de cœlo cap. 7. grauitas terræ orietur à summo frigore.Tertiò,si aqua natura sua frigidissima esset,sequeretur aquā in naturali statu debere esse congelatam, siquidē nimia frigoris vis cogit in gelu,atque ita aqua ex se nihil humoris vendicaret,quod falsum est. Quartò,loca maritima calidiora sunt,quàm mediterranea; Igitur aqua minus frigefacit,quàm terra.

Opinio Auicennæ deberi terræ summū frigus.

Prima ratio.

2.Ratio.

3.Ratio.

4.Ratio.

Sit tamen quarta assertio. Non terræ,sed aquæ summum frigus debetur.Hæc assertio Peripatetica est,vt constat ex Aristotel. doctrina cap.3.huius lib.text.23.& lib.de sensu & sensili cap.4.eámque docuit Empedocles,& Strato, referente Plutarcho in lib.de primo frigido: Item D.Ambrosius lib.4.Hexam.cap.4.D.Basilius homil.4. in Gen. D.Damas.in suis Phys.cap.12.aliíque theologi,& philosophi. Pro-

Quarta assertio.

Eius auctores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima cõfirmatio.

batur autem eius veritas, imprimis quia nullum elementum magis frigefacit, nullum igni magis infestum est, & inimicum, quàm aqua; vnde in lib. Iob, cap. 24. dicitur, Ad nimium calorem transeat ab aquis niuiũ, vbi summo calori opponitur aquæ frigus: id autem, quod præ aliis summè calido aduersatur, summè frigidum esse debet. Deinde, quòd terra non sit summè frigida ostenditur, tum quia cùm densior, quàm aqua, multò vehementiùs, quam illa refrigeraret, cuius oppositum, & nos experimur, & medici tradunt vt Ægin. lib. 7. Galen. 1. lib. de simpli. medicam. facult. à cap. 4. ad 8. Item quia constat terram destinatam à Deo fuisse ad vsum habitationémque animalium in ea degentium, non esset autem ad hunc finem idonea, si summè frigida esset, cum excessus frigiditatis vitæ terrestrium animantium magnopere aduersetur. Nec obstat quòd pisces in aqua viuant, hi enim vt maiori ex parte exangues sunt, vel exiguo præditi sanguine, ita natura frigidiores existũt (quod asseuerat Arist. in lib. de respiratione cap. 6. aduersus Empedoclem, pisces, quòd in aquis viuant, calidiores, existimantem) sunt, inquam, frigidiores, quàm terrestria animantia proindéque frigido magis gaudent.

Dilutio tacita obiecti.

Responsio ad arg. partis cõtrariæ.

Ad primum igitur argumentum eorum, quæ probare nitebantur terram, non aquam summè frigidam esse, dicendum, si omnis mundi sublunaris calor è cœlestibus corporibus difflueret, tũc futurum sanè vt quo ab illis corpora longiori tractu dissiderent, eo minùs haberent caloris, saltem eius, qui per directum radium gignitur. Nunc autem aliter rem habere. Non enim omnis calor cœlitus dimanat, sed calor igneus, à forma sui elementi; sicuti & frigus, à forma aquæ, similitérque cæteræ qualitates, à suorum elemẽtorum formis. Ad secundum, mentem Aristotelis non esse, leuitatem ignis à summo duntaxat calore exoriri, sed à calore summo, & ab aliis igni propriis qualitatibus. Quo etiam modo summa grauitas à complexu qualitatũ, quæ terræ suapte natura conueniunt, proficiscitur. Nec oportet, vt summa leuitas, & summa grauitas à qualitatibus summo gradu inter se contrariis gignantur. Non enim par repugnantia in causa, & in effectu requirenda est. Circa tertium, constat in primis frigus per se non esse causam cõgelationis: nam acetum, quod natura perfrigidum est, nunquam gelu stringitur, & oleum natura calidum frequenter cõcrescit, videlicet ad coeundum faciliora sunt, quæ leuigatiora, & densiora, vt oleum. Lege Macrob. lib. 7. Satur. cap. 12. Ad argumentum ergo dicendũ est cum Auerroë 4. de cœlo com. 32. & Alberto 4. Metaph. tract. 2. cap. 5. licet aqua ex se frigiditatem summam postulet, non esse tamen natura sua congelatam, quia frigiditas non puram aquam, sed exhalatione terrea subtili permixtã congelat, cuius rei indicium est, quòd aqua præcalefacta citiùs, quàm frigida in gelu cogitur, vt docet Arist. 1. Meteor. cap. 2. nempe ob multitudinem exhalationum, quas in ea calor excitauit. Quanquam, & huius facilioris congelationis alia etiam causa est, nimirũ quòd calor aquam tenuiorem, proindéque magis peruiam frigori congelanti efficit; vt aduertit Auicenna 1. Fen.

Non omnis calor è cœlo.

Ad 2.

De ortu summæ grauitatis & leuitatis.

Ad 3.

Aqua præcalefacta cur citius cõgelascat.

na 1. Fen. doct. 2. sum. 1. cap. 3. Theophrastus lib. 5. de causis plantarum cap. 20.

5. Assertio.

Tandem quod ad terrã attinet, sit quinta assertio. Siccitas in summo gradu conuenit terræ. Hæc philosophorum medicorumq; communis est, patétque ex primarum qualitatum distributione. Cùm enim calor igni, humiditas aëri, frigus aquæ, in summo gradu competant; reliquum est, vt summa siccitas elemento terræ obueniat. Patet etiam ex ipsa siccitatis notione; terra namque, præ aliis elementis, propriam circunscriptionem tenaciter seruat, nec alienam admittit. Præterea idem ex eo confirmatur, quia inter elementa, ignis est tanquam agens; terra quasi materia, vt Plato in Timæo inquit, ideoque terra appellatur veluti mundi vterus, in quam complurium rerum gignendarum semina transmittuntur: ergo quemadmodũ ignis inter elementa maximè est actiuus, sic terra erit maximè passiua; vtique ratione siccitatis summæ. Accedit ad confirmationem auctoritas sacræ paginæ, quæ Gen. 1. terram vocat aridam, ob excedentem siccitatem, vt interpretatur D. Basilius homil. 4. Exam. D. Ambrosius lib. 1. Exam. cap. 4. D. Thom. 1. part. quæst. 69. art. 1. ad 5. Quare non probamus eorum sententiam, qui non terræ, sed igni extremam siccitatem accommodant. Nec obstat quòd ignis plus exsiccare soleat, quàm terra: non enim id præstat ob maiorem siccitatem, sed ratione caloris, cuius vi partes humidas extenuat, & in halitus resolut.

Ignis inter elementa est tanquã agens: terra vt patiens.

Genes. D. Basil. D. Ambr. D. Thom.

QVAESTIO V.

Vtrum elementa præter qualitatem vnam summè intensam, aliam in excellenti gradu vendicent.

ARTICVLVS I.

Affirmatiuæ partis assertio, & confirmatio.

Aristot. Hippocr.

VILIBET elementum non vnã duntaxat, sed plures inesse qualitates primas, docuit Arist. hoc in libro cap. 3. text. 23. post Hippocratem lib. 1. de carnibus, & lib. 1. de diæta: idque vel ipso sensuum testimonio manifestum est. Experimur enim aquam non solùm refrigerare, sed humectare etiam; & ignem non tantum calefacere, sed etiam deficcare: similitérque in cæteris res habet. Verùm quot singulis elementis qualitates competant, quóve modo dispensatæ sint; controuersum est. Sit tamen conclusio. Ignis est calidus, & siccus, aër humidus, & calidus: aqua frigida, & humida: terra sicca, & frigida. Hæc conclusio sic intelligi debet, vt huiusmodi qualitatum prior in summo gradu elemento suo insit, quod iam superiùs probauimus; posterior verò infra summum, sed tamen maiori ex parte. Quod ex eo ostendi,

Conclusio.

Pro hac edit. lege Alexan. lib. 1. Meteor. com. 13. Auer. hoc in libro est. 48. Mar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concors discordia elementaris mundi.

illustratíque potest,quia cõcors discordia,& dissentiens amicitia,qua elementaris mundi conseruatio, ordo,pulchritudo continetur, non alia ratione meliùs cohærere potuit.Sic enim aër,& ignis calore cõueniunt,humiditate distant:aqua,& aër humiditate sociantur,frigore disiunguntur:terra,& aqua frigiditate astringuntur,siccitate dissident.Atque hoc ordine, & dispositione qualitatũ,habetur ratio tum concordiæ,tum dignitatis.Concordiæ,cum inter contrarias, aliqua non contraria interiecta sit;vt inter summum calorem,summúmque frigus,humiditas:inter summam humiditatem,summamque siccitatem,frigiditas.Nobilitatis,quia sub præstantiori, ex actiuis, nobilior passiua proximè sedẽ habet,nempe sub calore humiditas:& sub actiua minus præstanti,passiua etiam minùs præstans,nimirum sub frigiditate siccitas collocata est.

fil.q.6.Saxt. q.2.Fern.lib. 2.de elementis cap.4.contra Auicen. lib.1. de cœlo cap. vlt. Achil.3.de element.

Simul etiam, hoc qualitatum dissidio,& conuenientia consulitur generationi,& incolumitati rerum,vt adnotauit D.Damascenus in suis Physicis,c.12. generationi, quia omnis generatio est à contrario.Incolumitati, quia conuenientia, & pax, diuturnitatis parens habetur.Sed & ipsa contrarietas, dum generationi obseruit, rebus dissolubilibus perennitatem cõfert, prout generatio in locum eius, quod perit,aliud continuò subiicit.Qua de re luculentè differit Aristoteles in lib.de mundo,siue quisquis eius libri auctor est. Vbi ait minus esse mirandũ,quòd mundus,cum ex contrariis constet,iamdiu dissolutus non sit,atque interierit;quàm quod ciuitas aliqua incolumis perduret,quæ composita sit ex egenis,& diuitibus,iuuenibus,& senio confectis,infirmis,& robustis,prauis,atque innocẽtibus.Ignorantia est,inquit,ista hominum, non vidẽtium longè hoc esse admirabilius in concordia ciuili,quę omnis naturæ,& fortunæ susceptrix, ex multis vnum efficit affectum,ex dissimilibus similem.

Amicitia parens diuturnitatis.

Cum mũdus constet ex cõtrariis cur non pereat.

D. Damasc.

D.autem Damascenus libro primo Fidei Orthodoxæ,cap.3.inter cætera argumenta,quæ demonstrant Deũ esse,enumerat illud,quod fieri non posset,vt ignis,aqua,aër,& terra,pugnantis inter se naturę, ad vnum mundi ornatum numeris omnibus absoluendum simul coirent, adeóque tenaci nexu cohærerent, vt nulla ratione dissolui possent; nisi ea omnipotens vis aliqua & conciliasset, & ita semper tueretur,vt disiungi,ac dissolui vllo modo nequeant. Quod tamen non ita est accipiendum,quasi propterea quod elementa ex contrariis constent,requiratur ad ea tuenda,& perpetuãda maior Dei concursus,quàm communis,& ordinarius:quandoquidem sic eiusmodi repugnantia,& contrarietas à Deo,(quod iam ex dictis patet) attemperata est, vt elementa agendo, patiendóque sese mutuis vicibus compensent,& conseruent ordinario duntaxat Dei omnia regentis,& sustentantis auxilio.

Plato in Timæo.Philo in lib.de mundi incorr.in lib. de mundo ad Alex.D.Greg. Ny. de operat. sex dier.

Elementa mutuis vicibus dispendia resarciunt.

***

ARTI

Eorum rationes,qui aërem natura frigidum,& eorum qui natura calidum esse affirmarunt.

VERVM circa eam qualitatum coniugationem,quam aëri attribuimus,magna fuit inter Peripateticos,& Stoicos dissensio, vt testatur Galenus secũdo de simplicium medicamentorum facultate cap. 20. Illi enim aërem calidũ, hi frigidũ esse asserebant.Seneca, vt pote eiusdẽ doctrinæ alumnus, Stoicorum sententiam amplexus est, secundo quæstionum naturalium lib.cap.10. & Tullius 2.lib.de natura Deorum, itémque Philo Iudæus in lib.de plantatione Noë, & Galenus non solùm in lib. cui titulus est, quòd animi mores corporis temperationem sequantur cap.4.vbi fortassè non ex proprio sensu loquitur;sed etiam 8. de vsu partium cap.3. vbi palam Aristotelem reprehendit, quòd aërem calidum posuerit;aliique nõnulli, quibus hæc potissimùm argumenta sunt.Vnicuique naturale id est,ad quod,amotis impedimẽtis, redit; sed aër noctu, & hyeme Solis dũtaxat absceſſu frigiditatem repetit; ergo frigiditas naturalis ei est,nec nisi præter naturã calet.Secundò, aër in sua media regione,vbi propriæ naturæ congruentius est, plus alget;siquidem imbi vapores in pluuiã, & grandinẽ concrescũt;igitur ex se frigiditatem vendicat.Tertiò,oleum est aëreæ naturæ,ideo enim in aqua supernatat,& tamen est frigidũ, cùm per hyemẽ facilè in crassitudinẽ cocat, vt aqua in gelu;ergo & aër, cuius naturã oleũ æmulatur,frigidus est.Præterea, aër nõ solùm nostra corpora ventilatione refrigerat;sed aquam etiam frigidiorẽ reddit:itẽ respiratione attractus cordis calorem temperat:inclusus vẽtriculo ob inductum frigus dolores efficit: hæc autem aperta sunt natiuæ frigiditatis indicia:non videtur igitur negandum aërem natura sua frigidum esse.

Dissidiũ inter Peripateticos & Stoicos.

Vellicat Aristotelem Galenus.

Primũ. Arg. pro Stoicis.

1.

2.

3.

4.

Peripatetici verò in contrariam partem ita disputant. Aër generatur actione caloris excedentis,licet nõ summi, vt patet, cum ignis aquam lebetis in aërem resoluit:ergo aër natura sua calidus est.Item leuitas est comes,& confectatrix caloris:vnde ea,quæ calefiunt,magis rara,magísque leuia redduntur: sed aër est leuis;ergo & calidus. Tertiò,nisi aër esset calidus, dissolueretur armonia illa, & concors discordia,quæ in elementari mundo ex quatuor primarum qualitatum distributione, prout à nobis tradita est, exoritur. Essent enim tria elementa excedenti gradu frigida: nec ignis cum aëre qualitate vna pugnaret,altera conueniret;ergo &c. Quartò, idem ex eo confirmatur, quia aër in abditis terræ locis frigore corrumpitur, eo quod ibi nimium algens crassescit, & in aquam vertitur. Postremò, quia videmus aërea esse calida, vt mel, & oleum. Asserendum ergo est aërem suopte ingenio caliditatem vendicare.

Sententia Peripateticorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

Concluditur aërem esse natura calidum, & diluuntur aduersariorum argumenta.

HARVM opinionum etsi neutra probabilitate careat: posterior tamen non solùm quia Peripatetica, sed quia verisimilior, amplectẽda à nobis est. Quare prioris argumenta diluemus. Ad primũ dicendum, aërem noctu, & hyeme frigere, non quòd vltro ad frigiditatẽ, vt naturæ suæ congruentem, sese referat; sed quia, tum vapores, & exhalationes, quæ per id tempus, ad natiuum frigus redeunt, tum cœlestium corporum influxus frigiditatem inducentes, tum aqua, & terra, frigida elementa, quorum actionem Solis præsentia impediebat, aut retardabat, assiduè ipsum refrigerant. Præsertim quod aër, cùm rarus, & tenuis sit, aduentitijs impressionibus admodum est obnoxius, vt præter alios aduertit Auicenna 1. Cant. Fen. 2. doct. 2. sum. 1. cap. 23. & Auerroës 1. Cant. Com. 100. & 109. Ad secundum, aërem in media regione frigidiorem esse, quàm in summa, vel ima. In summa enim regione, & motu, quo vnà cum igni circumagitur, & calidissimi elementi vicinitate inardescit: in ima verò repercussu radiorum solarium multum caloris concipit. At in media non solùm huiusmodi aduentitij caloris auxilia non habet, sed neque tueri suum potest, tum ob alias causas, quas in Meteor. exposuimus, tum ob halitus è terra, & aqua solutos, qui naturà frigidi cùm sint, vbi eò peruenere, per antiperistasim ambientis caloris ad naturam redeunt; neque solùm ipsi frigidiores euadunt, ita vt in pluuiam, & grandinem coeant; sed aërem etiam refrigerant. Ad tertium, oleum in hyeme crassescere, non quòd natura frigidum sit, sed quia præter naturalem suam constitutionem frigore correptum, calore intereunte, in eum modum addensatur. Lege Aristotelem 4. Meteor. capit. 7. & lib. 2. de generatione animalium capit. 1. Ad quartum dicito nihil mirum si nos multis modis aër refrigeret, qui calidiores eo sumus: sed enim peculiariter id præstare, dum vẽtilatur, quia vapore de nostro corpore exeunte vicinus aër tepefit, atque adeò per ventilationem commutatus frigidior accedit. Lege Aristotelem in problemat. sect. 5. problem. 34. & Alexandrum lib. 1. problem. quæst. 111. Mitigat etiam aër cordis æstum, quia comparatione cordis, ac spirituum frigidus est. Item aquam alieno calore tepentem refrigerat, cùm ipse peregrino frigore alget. Quo etiam pacto, id est, vltra propriam naturam frigidus, vti medici docent, symptomata inducit; quia cùm tenuis sit, & interiores partes facilè penetret, frigidos flatus inuehit, qui eiusmodi malarum affectionum causa existunt.

Dilut. 1.

Aër cur noctu, & per hyemẽ friget.

Dilut. 2.

Media regio aëris cur frigeat.

Dilut. 3.

Quid de olei natura & crassitudine Arist. Olympiodorus, Galen. & Mag. Abl. senserint, lege apud Vicomer. 4. Meteor. cap. 7.

Dilut. 4.

Quo pacto aër ventilatus refrigeret.

ARTI

ARTICVLVS IIII.

Qualitatem, quæ elementis in excellenti, non tamen summo gradu competit, contrariæ admixtam esse.

HIS ita explicatis, adhuc circa elementariam primarum qualitatum complicationem controuersia est, num ea qualitas, quam singulis elementis infra gradũ summum conuenire diximus, suæ contrariæ permixta sit an non? Alexander 1. Meteor. com. 13. Saxonia quæst. 2. huius libri, aliique nonnulli negantem partem sequuntur. Primùm, quia si eiusmodi qualitas contrariæ permixta esset, sequeretur elementa non simplicia corpora, sed potius mixta debere iudicari. Secundò, quia nullum iam foret asymbolum elementum; siquidem quodlibet communione alicuius qualitatis, cum cæteris conueniret, vt ignis humiditate cum aqua, calore cum aëre, siccitate cum terra. Tertiò, quia non videtur quo pacto igni humiditas vlla conuenire queat, cùm omnem humiditatem caloris acrimonia confestim absumat. Nec item in aqua quicquam videtur esse siccitatis, vt pote quam nullo modo sensus deprehendat. Quartò quia cùm Aristoteles elementis qualitates distribueret, duas tantummodo singulis assignauit.

Opinio Alexandri. Primũ. Arg.

4.

3.

4.

Nobis tamen contraria sententia magis probatur, quam defendit Marsilius hoc loco, quæst. 4. & 6. Forliuiensis tractatu de intensione formarum, part. 2. Buridanus, & plerique de schola Nominalium. Potest autem illa suaderi, primùm quia, vt progressu fusiùs dicemus, semper tota latitudo primarum qualitatum in subiecto est expleta; ita vt quantum deest vni contrario, tantundem suppleatur ex altero. Secundò, quia sequeretur, cùm eiusmodi qualitas, quæ est in excellenti gradu, non tamen summo, intenditur: talem intensionem effici in instanti, cùm non inueniat in subiecto qualitatem contrariam, à qua retardetur. Hæc tamen ratio apud eos tantùm valet, qui totam rationem, cur istiusmodi qualitates non producantur in instanti, sed in tempore, constituunt in repugnantia, & remitentia contrarij. Tertiò, corroboratur eadem opinio; quia cum, exempli gratia, ex aqua, & igni aër generatur, paulatim aquæ frigus calore subeunte expellitur; cùm ergo, vt aër gignatur, non oporteat summum calorem in materiam aquæ induci; intendetur calor vsque ad sextum gradum verbi gratia; sicque forma aëris sub aliquantulo frigore, in materiam inferetur, & cum eo seruabitur.

Conclusio.

Prima ratio.

2.

3.

Igitur, ad primum oppositæ partis argumẽtum dicimus, naturam corporis simplicis non ex qualitatũ simplicitate argui; alioqui nullum elementum duplicem qualitatem obtineret; sed deprehendi ex eo, quod natura sua vendicet vnam qualitatẽ in summo, non autem reliquam quatuor primarũ qualitatũ; quam si vendicaret, mixtum esset. Ad secundum, esto omnia elementa eo pacto inter se conueniant; non omnia, tamen symbolica esse; quia ad id nõ quæuis qualitatum

Solutio argumentorum partis cõtrariæ.

Sol. 1.

Sol. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatum conuenientia sat est; sed ea,quæ cernitur inter qualitates excellenti gradu subiecta denominantes, cuiusmodi non est qualitas remissa, quæ singulis elementis competit. Ad tertium, & si ignis, cùm in aliena corpora grassatur, eorum humiditatem depopuletur; propriam tamen,sibique inhærentem, vt naturæ suæ debitam, tueri. Ad id verò, quod de aquæ humiditate obiicitur,dicendũ,manum aquæ siccitatẽ non sentire;quia cùm illius humiditate, quæ intẽsior est,perfundatur,fieri nequit,vt simul etiam eiusdem siccitatem percipiat; alioqui humectandi, & desiccandi motu pariter afficeretur.

Sol. 3.

Cur manus aquæ siccitatẽ non sentit.

Sol. 4. Ad vltimum,Aristotelem tertiæ qualitatis non meminisse; tum quia non simpliciter subiectum appellat:tum maximè quod ea qualitas nec ad reciprocam elementorum actionem, nec ad naturalium locorum ordinem exigatur;sed ad explendam duntaxat capacitatem materiæ,quæ tali est ingenio, vt quantum ex aliqua primarum qualitatum ei deficit, tantundem sibi è contraria suppleri postulet, vt suo loco vberiùs explicabimus.

QVAESTIO VI.

Vtrum qualitates Symbolicæ elementorum inter se specie distinguantur, an non.

ARTICVLVS I.

Non distingui.

Quæ dicantur qualitates Symbolicæ.

SYMBOLICÆ qualitates hoc loco dicuntur,quæ sub eodem nomine pluribus elementis insunt, vt calor aëri,& igni;humiditas aquæ,& aëri.Has ergo specie inter se distingui opinati quidam sunt; qui etiam addidere calorem non modò frigori contrarium esse, & siccitati humorem;sed calorem ignis calori aëris, & humorem aëris humori aquæ. Potest verò hæc sententia hisce rationibus ostendi. Cùm subiecta specie differunt, etiam affectiones,quæ ab eis dimanant,distingui specie oportet;sed omnia elementa distinguuntur specie inter se:ergo & ipsorum affectiones. Secundò,siccitas in elemẽto terræ coniuncta est cum densitate extrema;in elemẽto verò ignis cum raritate summa;igitur siccitas ignis, & terræ non conueniunt in natura eiusdem speciei.Tertiò,humiditas aquea extinguit ignem:aërea fouet,nutritque vt videre licet in oleo,& cera,quæ flãmæ pabulum sunt;ergo hæ duæ humiditates non solùm specie differunt, sed sibi etiam mutuò aduersantur.Quartò, calor non est eiusdem speciei in mistis corporibus, vt ex multiplici eius effectu patet;ergo neque in elementis,cùm in vtrisque par ratio esse videatur.

Primum argumentũ pro parte affir.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

Omnẽ calorẽ element. esse eiusdem infimæ speciei. Contraria opinio D.Thomæ in quæst.de spirit.creat.art.3.ad 19. & aliorum asserentium omnem elemẽtarium calorem ad vnam infimam speciem pertinere: itémque omnem humiditatem ad aliam: atque

atque ita cæteras qualitates symbolicas elementorum, vt nomine, ita specie,& natura conuenire;in Peripatetica schola communis est, ac vera.Primùm,quia calor ignis,& aëris mutuò se intendunt;similitérque frigiditas aquæ,& terræ:quæ autẽ specie differant,licuit in natura vnam conuenire non valentia nec se vicissim augere.Secundò, quia cùm vnum elementum symbolicum in aliud transmutatur,vna tantùm è duabus primis qualitatibus per se abiicitur,vt 4.cap.huius lib.text.25.Arist.docet.Cùm itẽ è duobus symbolicis tertiũ generatur, ex vtrouis vna tantùm qualitas expellitur. Manent igitur reliquæ,si non numero,quia fit vsque ad materiam primã resolutio,saltem specie.Tertiò,quia ignis suum calorẽ in aqua producendo, generat aërem;cùm igitur res iisdem conseruentur,& gignãtur:sequitur aërem calore igneo conseruari;cóque prædictũ esse. Quartò,quia si eæ qualitates specie distinguerentur, nullum elementum haberet vim conseruandi aliud; item nullum esset elementum symbolicum: quandóquidem ea symbolica dicuntur,quæ eiusdem speciei qualitate conueniunt. Quintò,quia iam essent octo primæ qualitates,non quatuor tantùm.Sextò,quia aduersariæ partis assertores contra Platonem in Alcibiade secundo,& Aristotelem 10.Metaph.cap.9.text. 25.aliisque in locis,vni duo contraria faciunt,videlicet calorẽ ignis, & aëris humiditatem siccitati ignis,& terræ. Postremò,quia contra Philosophiæ dogmata absque necessitate species multiplicant.

Res iisdem gignãtur, & conseruãtur.

Lib.1.de cæl. cap.2.text. 10.

Vnum vni contrarium.

ARTICVLVS II.

Diluuntur argumenta contra superioris articuli conclusionem.

Dilutio 1.

AD primum igitur argumentum eorum,quę in oppositam partem adduximus, dicendum quæcúmque inter se specie differunt,aliquam habere affectionem reciprocam,ac sibi peculiarem specie diuersam,quæ aliis rebus vel neutiquam conueniat,quo modo se habet risibile respectu hominis;vel quæ,esto aliis insit, non eodem tamen pacto, vt calidum comparatione ignis:nulli enim,præter quàm igni, summus calor natura sua debetur:non oportere tamen omnes affectiones, quæ in rebus specie dissidentibus reperiuntur,inter se specie distingui,alioqui potentiæ videndi hominis,& equi non essent eiusdem speciei. Ad secundum concesso antecedente neganda est consecutio:non enim sequitur qualitates distingui specie, quia sunt coniunctæ cum aliis qualitatibus specie distinctis;alioqui candor, qui in vno pomo,est coniunctus cum sapore dulci,in alio,cum sapore amaro, non esset eiusdem speciei. Adde raritatem in igni non prouenire ex sola siccitate, sed ex calore summo,cum siccitate denominante;quæ complicatio, cùm non conueniat terræ, nihil mirum si tantam densitatem obtineat:ignis autem tantam raritatem:quod similiter quoad leuitatem, & grauitatem accidit. Ad tertiũ dicendum est,si loquamur de actio-

Dilut.2.

Raritas in igne nõ ex sola siccitate oritur.

Dilut.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne immediata, à qua ſpecifica qualitatum conuenientia petenda eſt; humiditatem aëream, & aqueam habere eandem ſpecie actionem, quæ eſt humectatio, licet non eandem actionem mediatam, nec eundem ſpecie effectum vendicet, vt probat argumentum. Vbi aduerte multis de cauſis, ignem ab aqua extingui. Primùm quia huius frigiditas, illius calorem, humiditas ſiccitatem diſperdit. Secundò, quia aqua, etiam præcalida, & feruens, igni ſuperiniecta eum ob ſuam craſſitudinem ſuffocat, remouendo aërem ſine cuius appulſu, & ventilatione, neque flamma, nec alius quiuis ignis conſeruari poteſt, vt patet cùm ignis ita obtegitur, aut circumcluditur, vt eò nequeat recens aër affluere, & illabi; tunc enim breui marceſſit, & emoritur. Qua de re diximus in noſtris problematis ad calcem librorum de cœlo. Eodemque pacto non ſolùm veſtis ignem opprimens, ſed etiam nimia copia olei affuſa extinguit igné, quem alioqui, ſi paulatim inſtilletur, nutrit. Tertiò, quia flamma ſuſtentatur quia non ambiente aëre duntaxat, ſed etiam halitibus, qui è combuſtili materia ad externas partes vi caloris educũtur, quos cùm aqua intercipiat, eorúmque egreſſum, obturatis poris, & meatibus, impediat, flammã abolet. Aër autẽ nullam ex his cauſis ſecum inuehit ad ignem extinguendũ, quia, ſi naturalem ſuum ſtatũ ſeruet, non obtinet tantum frigoris, vt per ſe calorem ab igne expellere valeat, nec tantã denſitatem, vt eum ſuffocare queat. Inſuper eius humiditas ignem ſuſtentat, ac fouet ratione pinguedinis reſultantis in humido, ob ſiccitatem commodè digeſtam, qualis ineſt oleo, non verò rebus aqueis. Itaque non cõſeruat ignem humiditas aërea per ſe dũtaxat; ac vi ſua; ſed ob prædictam pinguedinem. His non obſtat quod vehemẽs aëris ventilatio flammam perimit. Id enim accidit tum propter eas cauſas, quas in libris de cœlo loco citato retulimus; tum quia, licet ad cõſeruandum ignem requiratur acceſſus, & reciprocano frigidi aëris, qui fuligines ab igne prodeũtes, cùm iam deuſtæ ſunt, excipiat, & aliorſum deflectat: tamen ſi eas omnino flatus acrimonia cõfertim diſſipet, abigátque, flammam pabulo deſtitutam extinguet.

Varia cauſa ob quas aqua ignem extinguit.

Humiditas aëria ignẽ conſeruet.

Aëris vẽtilatio cur flammã perimit.

Dilut. 4. Ad quartum argumẽtum reſpondendum eſt, omnes calores, quantumlibet diuerſos effectus edãt, habere actionem immediatam, eandem ſpecie, proindéque omnes conuenire in candẽ ſpecificam naturam. Cuius rei plenior explicano proxima quæſtione continetur.

QVAESTIO VII.

Vtrum calor elementaris ſpecie differat ab animali, & cœleſti, an non.

ARTICVLVS I.

Qui auctores putent differre, & quibus id argumentis ſuadeant.

Nonnullo

NONNVLLORVM opinio fuit duplicem eſſe calorem; vnum ætherei ſiue cœleſtem, hoc eſt, à corporibus cœleſtibus in ſublunaria influentem; alterum elementarem, ſiue igneũ, hoc eſt, ab elementis, ſed potiſſimùm ab igne, vt à caloris fonte, ad mixta deriuatum. Illum temperatum, beneficum, & ſalutarem eſſe; cuius ope omnia gignantur, alantur, concreſcant, conſeruentur; hunc acerrima vi pollentem, noxium, & letificum, quo cũcta exſiccentur, vrãtur, extabeſcant, & in cineres abeant. Præterea calorem natiuum, cuius beneficio corpora viuunt, ſuáſque functiones obeunt, non eſſe igneum, ſed cœleſtem: atque adeò calorem vitalem, & cœleſtem eſſe eiuſdem ſpeciei; ſed differre ſpecie ab igneo. Cui ſententiæ videtur adſtipulari Ariſt. tum lib. 2. Phyſ. Auſcultationis cap. 2. text. 26. vbi ait, ſolem & hominem generare hominem; videlicet quia ſol vitalem vim, interuentu caloris, ſemini impertiendo, vnà cum homine materiam diſponit. Tum apertiùs lib. 2. de generatione animalium cap. 3. vbi aſſerit calorem, quo animantium vita continetur, quo pereũte omnis eorum actio intermoritur, nec ignem eſſe, nec ab igne ortum ducere: ſed in ſpiritu cœlitùs dilapſum inſidere. Idem affirmat Conciliator differen. 48. & 59. Marcellus in ſuo lib. 2. de anima cap. 143. & 144. Picus Mirandula lib. 3. aduerſus Aſtrologos cap. 3. Bartholomæus Anglicus de rerum proprietatibus lib. 3. cap. 1. Niphus 1. Meteor. com. 35. quæſt. 2. Fernelius lib. 4. ſuæ Phyſiologiæ cap. 1.

Ariſtot.

Quæ ſententia hiſce argumentis comprobatur. Omne genus vegetabiliũ, ſiue herbæ, ſiue arbores, ſiue animantes, calore viuunt, vt lib. de reſpiratione cap. 7. ſcripſit Ariſt. quod de calore igneo, & elementari intelligi nequaquam poteſt: ſiquidem pleræque herbæ frigidæ ſunt; & in quibuſdam earum, adeò frigus excedit, vt inter venena frigida numerentur: quale eſt opium, & cicuta. Inter animantia quoque ſerpentes frigore abundãt: & ſalamandra adeò frigidi temperamenti eſt, vt in ignẽ proiecta, eius vim diu retardet, ideóque in igni viuere credita ſit; elementaris autem calor cum tanto frigore cohærere non poteſt; igitur horum viuentium vita non cõtinetur elementari calore, ſed cœleſti, cui frigus non aduerſetur: ſed ambo quantumlibet intenſa in eodem ſubiecto permaneant.

Primũ Arg.

Non viuere re vera in igne ſalamandrã diximus in noſtris prob. ad lib. de cœlo ſect. 4.

Exiſtimatũ à quibuſdam ſalamandram viuere in igni.

Deinde, quòd calor igneus diſtinguatur ſpecie, à calore vitali animalium, vndecúmque hic ipſis adueniat, ea ratione oſtenditur; quia eiuſdem naturæ, & ſpeciei qualitates non ſe interimunt, ſed intendunt potiùs: calor autem febrilis, qui igneæ naturæ eſt, natiuum animantium calorem diſpendit; cùm ipſe interim, graſſante vi morbi vigeat, & augeſcat. Huc pertinet quod Ariſtoteles lib. 5. Politicorũ cap. 8. definit mortem, extinctionem caloris natiui in humido. Quibus verbis indicat non extingui viuens defectu cuiuſlibet caloris, ſed natiui, atque adeò aliam eſſe naturam caloris natiui, aliam extranei, & ignei. Quod ex eo etiam videtur planum, quia abundante, & excedente calore aduentitio, eiúſque vi membris æſtuantibus, extin-

2. Argum.

Idem apertiùs Galenus lib. 1. de temper. cap. 2.

Ariſt. in Polit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galenus. guitur homo defectu caloris vitalis. Præterea, vt ait Galenus lib. 1. de temperamentis cap. 2. & lib. 3. de causis pulf. cap. 4. Indi abundant ascititio calore, Germani natiuo. Non ergo calor ascititius, & natiuus sunt idem specie calor.

Germani abundant naturali calore.

ARTICVLVS II.

Elementarem calorem, cœlestem, & vitalem omnésque in vniuersum calores eiusdem esse speciei.

Cõtraria partis assertores. AMPLECTENDA tamen est cõtraria sententia Alexandri, D. Tho. Ægidij ad text. 41. lib. 2. de anima, M. Alberti lib. 20. de animalibus tract. 2. cap. 4. D. Bonau. in 2. dist. 17. quæst. 2. Auer. 7. Colliget. cap. 2. Marsil. hoc in lib. quæst. 4. Saxoniæ quæst. 3. Achillini lib. 3. de elementis dub. 10. Thom. à Vega lib. 1. de differentiis febrium cap. 1. & aliorum existimantium elementarem calorem non distingui specie à cœlesti, & vitali; asserendumq; omnes prorsus calores in vnam speciem infimam conuenire. Ad quam opinionem

Argumenta. comprobandã valent imprimis argumenta illa, quæ superiùs adduximus: nimirũ quia si prædicti calores specie inuicem dissiderent, vni plura essent contraria, nempe vni frigori secundũ speciem plures ca-

De calore cœlesti. lores specie distinct i, videlicet elementaris & vitalis, cœlestisve. Nam quòd frigus, etiã calori cœlesti, hoc est, à cœlo defluenti aduersetur, patet ex eo, quia manum, quę solari luce incaluit, refrigerat aqua, vtique suo frigore illius calorem restinguendo. Præterea, Idem confirmat ea ratio; nam quiuis calor, si intensior sit, quemlibet alium calorem auget, vt calorem, qui lapidi inest, calor aëris, & hunc calor solis, & rursus hunc calor vitalis, si lapis intra sinum calidum recondatur, & denique hũc calor ignis; atque ita in vno, eodémque subiecto possunt hi omnes calores in vnum eundémque calorem singularem coalescere quod fieri non posset, si specie distinguerentur.

De calore igneo. Deinde priuatim, quòd calor igneus à cœlesti non differat, ex eo demonstatur, quia radij solis in vitro coeuntes, & in materiam idoneam incidentes producunt ignem; cùm igitur ignis non generetur nisi interuentu caloris, qui sit eiusdem speciei cum calore igneo, siquidem iisdem vnumquódque, & gignitur, & conseruatur, planum sit calorem elementarem, hue igneum non differre specie à calore

De vitali. cœlesti. Postremò, quòd idem non distinguatur à vitali, ostendi potest, quia medicamenta igneo calore affecta ventriculi calorem promouent, decoctionémque iuuant; & oua supra clibanum, igni subiecto, disposita (quod apud Cinas, & Ægyptios, fit, vt alibi retulimus) pullos edunt; calore igneo, gallinarum calorem, & incubatum

Aristot. supplente. Denique Aristoteles non obscurè hanc sententiam approbauit. Nam libro de respiratione capit. 7. causam reddens, cur vita, & anima calore contineatur, ait concoctionem, qua animantia victitant, sine calore absolui non posse; quia omnia igni cibum conficiunt

conficiunt: vbi calorem vitalem, & opificem nutritionis ignem, id est, igneum appellat. Item in lib. de iuuentute cap. 1. inquit, animam in corde esse quasi ignitam, hoc est, ignis calore feruidam. Patet igitur Arist. præditos calores inter se natura haud quaquã distinxisse. Neque obstant loca illa ex lib. 2. Physicorũ, & ex lib. de generatione animalium. Nam in priori tantummodo vult solem concurre cũ homine ad generandum, quod concedimus fieri interuentu caloris æthereij, sed hunc, non ait distingui specie ab elementari & innato. In posteriori autẽ, in quo videtur Peripateticus Academicum redolere, si totus ille locus attentè perpendatur: dicimus nihilominus, negari ab Aristotele calorem vitalẽ defluere ab igni, quia calor viuentium immediatè communicatur à generante, & à cœlo, non autẽ ab igni; siquidem ignis, vt ibidem mox subiicit, nullum animal generat.

Explicantur loca Arist. adducta in initio 1. art.

Arist. vbi Platonicam doctrinã redoleat.

ARTICVLVS III.

Aduersariæ partis argumenta non concludere.

NVNC ea, quæ contrariam sententiam probare nitebantur, diluemus. Ad primum respondendum est, licet in quibusdam viuentibus minor sit copia caloris, quàm frigoris, vt probat argumentum, & in progressu fusiùs explicabitur, itémque licet viuentia caloris beneficio viuant; haud propterea adhibẽdum iis esse alium caloré distinctum specie ab elementari qui semper excellat, & vberior sit, quàm frigus: Ideo enim viuentia caloris ope viuere, & sustentari dicuntur, quia innatus calor est præcipuus administer, cuius instrumentaria opera functiones vitæ exequuntur; frigus autẽ non per se, ad opera vitæ concurrit. Nec putandum est istiusmodi calori non aduersari frigus; cùm experientia doceat in perfrigidis regionibus animãtia nonnunquã obrigere, frigore & emori, extincto, illius vi, innato calore. Neq; verũ est in viuentibus frigidi temperamenti, non posse caloré vital ẽcohærere cum frigore, si hoc illi aduersetur: possunt enim duo contraria, licet alterum intensius sit, dũmodò ambo non excedant summã latitudinẽ vnius, in eadem parte subiecti manere, vt proxima quæstione ostendemus.

Solut. 1. arg.

Frigus non concurrere per se ad functiones vitæ.

Vt secundi argumenti solutio conspicua sit, haud ignorandum erit, licet calor per se ac vi tantùm sua vnum duntaxat immediatum effectum edat, nempe calorem, & vnam tantùm actionem specie, nimirum calefactionem, vti superiùs diximus, tamen ob varias causas posse actiones, & effectus specie diuersos producere, & nunc salutarem esse, nunc noxium, nunc fouere, nunc adurere, nunc vitam defendere, nunc ad interitum rapere. Quod præstat non solum calor, quem vnum corpus sublunare in aliud producit, sed etiã is, qui à corporibus cœlestibus interuentu lucis, & aliarum latentium virtutum in inferiora transmittitur; cùm experientia constet quosdam solis æstu interisse: quod planè confutat eos, qui cœlestem calorem

Pro 2. argument. solutione.

Consule M. Alb. lib. 20. de animal. tract. 2. c. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adeò moderatum, & beneficum faciunt, vt nihil ab eo detrimenti viuentium corporibus importari dicant.

Igitur calor ignis v.c. non ob proprietatem aliquam sibi insitam sed quia nimium intensus, viuentis temperamentum euertit; similiter calor viuentis tanquam instrumentum generat, & nutrit, non propter aliquam vim sibi peculiarem, sed ob coniunctionem aliarum qualitatum, quas viuens in seminis, & alimenti materiam induxit. Item calor struthiocameli excoquit ferrum, immò & absumit aurum, vt ait Auerroes 5. Colliget. cap. 24. & 25. non ob sram duntaxat acrimoniam, cùm intensior calor leoni insit, sed ob priuatam facultatem sibi ingenitam, quæ vna cum calore agit in ferrum. Solet item extraneus calor animal offendere, cùm calori, sub quo antea sanum erat, adiunctus, in febrim euadit, morbumque efficit; non quod externus magis sit noxius, si per se spectetur; sed quia idem specie calor vltra debitam intensionem excurrens, valetudinem labefactat, vitæque opera lædit. Vnde Galenus 1. Crisi. 17. & 2. Aphor. 48. asserit innatum calorem agitatū, vel etiam prohibita trāspiratione auctum, esse febrim. Neque obstat, quòd medici ex varietate caloris varias febrium species constituunt. Non enim eæ veræ species sunt, ideſt, essentiali discrimine inter se differentes, sed accidentario duntaxat, cuiusmodi est ea diuisio, quam Galenus tradit primo de diff. febr. in diariam, putridam, & hecticam: quæ petitur ex calore, prout diuersa calefacta afficit, nimirum spiritum, humorem, membrum. Diaria enim potissimum spiritus occupat; putrida, humores; hectica, substantiam ipsam cordis, & membrorum.

Struthiocamelus excoquit ferrum, & absumit aurum.

Excoquit vorata omnia sine delectu Struthiocamelū scribit Plin. lib. 10. cap. 1.

Innatus calor si aliunde nimium augescat in febrim euadit.

Deniique consueuit calor aduentitius, in extranea materia in ardescens calorem, quo viuens rectè se se habebat, destruere: tum alijs modis, tum resoluendo partes viuentis, & plures poros seu meatus aperiendo, per quos spiritus, qui vitalis caloris vehicula sunt, foras euolant, vt æstiuo tempore accidit. Quo fit vt abundante intra corpus calore, qui in extranea materia residet, possit viuens calore illo spirituoso, vt vocant, quo vita maximè sustentatur, destitui, eiusque penuria emori. Hinc patet quid ad propositum argumentum respondendum sit: non enim calor febrilis natiuum perimit, quòd ei cōtrarius sit, aut ab eo specie differat, etsi propter acrimoniā igneus vocetur, sed ratione nunc explicata. Ad locū verò ex 5. Politicorum respondemus, omissis alijs solutionibus, Aristotelem non ideò definijsse mortem extinctionem caloris natiui, quòd hunc ab alijs natura separare veller, sed quia re vera huius extinctio mortem affert. Atque hunc nimius calor extrinsecus accedens soler perimere non per se, sed ex accidente, quatenus dissipat substantiam rei viuentis, in qua natiuus insidet. Vbi aduerte licet animal, æstuātibus febri membris, pereat, semper ei prope mortem frigere cor, vt affirmat Galenus lib. 6. Epid. vbi etiā mortem valde febrientis frigido cordis temperamento ascribit. Quare etiam tunc dicetur extingui vita defectu caloris. Respondeti item potest Aristotelem loco citato non omnem

Solut. 2. arg.

nem interitum definijsse; sed eum, qui senio per naturam obuenit calore paulatim deficiente. Deniique Indi dicuntur abundare calore aduentitio, quia eorum regio calida est, & ab ea calefiunt: Germani autem natiuo affluere, quia cum eorum cœlum frigidum sit, obturatis poris frigore, insitum calorem interius asseruant, quem alij calore laxatis, foras emittunt, interuentu spirituum vitalium, qui caloris vehiculum sunt.

QVAESTIO VIII.

Possint ne duo contraria inueniri simul in eodem subiecto, an non.

ARTICVLVS I.

Opinio existimantium nec contraria remissa posse simul inueniri.

HVIVSCE quæstionis pertractādæ occasio sumpta est ex ijs, quæ Aristoteles docuit initio cap. 5. videlicet contraria simul copulari non posse: Quòd ergo duo contraria neque gradu perfecto, neque imperfecto, pariter in eadem re inueniri queant, opinatur Durandus in prologo sent. quæst. 2. Gregor. in 1. distinct. 17. quæst. 3. art. 2. Adamus eadem dist. quæst. 4. Soncinas 10. Metaph. quæst. 22. Antonius Andreas ibid. quæst. 5. Burlæus in tract. de intensione formarum cap. 2. Quod hisce potissimùm argumentis videtur ostendi. Magis inter se pugnant album, & nigrum in quouis gradu, quàm magis, & minus album; siquidem illa specie differunt, hæc solo numero; atqui hæc omnium consensu in eadem re simul esse nequeunt: ergo neque illa.

Primū Arg.

Secundò. Terminus à quo disceditur, & ad quē itur, non possunt eidem mobili simul inesse, cū accessu vnius, alterū euanescere oportear; sed quælibet duæ formæ contrariæ siue intensæ, siue remissæ possunt in eodē motu esse terminus à quo disceditur, & ad quē itur; ergo vtrouis modo contraria sumātur, cohærere simul non possunt.

2. Argum.

Tertiò. Causa cur aliqua duo simul esse nequeant, est eorum oppositio, sed contraria in omni gradu opponuntur; ergo in nullo possunt esse simul. Probatur minor, quia contrarietas est oppositio secundum formam, rationémve specificam, vt est apud Aristotelem lib. 10. Metaphys. cap. 13. text. 26. igitur vbicumque forma rei oppositæ extiterit, oppositionem dari oportebit: sed quælibet contraria in quocunque gradu sint, habent suam formam, seu speciem: ergo in nullo gradu poterunt simul esse.

3. Argum.

Quartò. Si in eadem re possent coalescere contraria v.c. calor, & frigus, sequeretur posse eandē rem simul duobus contrarijs motibus cieri, vno ad calorem, altero ad frigus; quod nemo admitter. Proba-

4. Argum.

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur consecutio, quia nō minor est in formis, quàm in motibus repugnantia. Quin verò motus à formis, circa quas versantur, omnem fuam contrarietatem hauriunt.

3. Argum. Quintò. Non minus inter se pugnant calor, & frigus, intensa vsque ad quartum gradum, quàm vsque ad octauum, siquidē eandem inter se graduum proportionem seruant: atqui hæc posteriora abigunt sese mutuo: ergo & priora. Corroboratúrque huiusce rationis vis, quia si duo contraria in subiectis diuersis sibi neutiquam parcunt, & id, quod præcellit, alterum demolitur; multo minùs in eodem subiecto cohærebunt.

6. Argum. Sextò. Si incommodum non esset duo contraria eidem rei inesse, vtique possent esse in eodem appetitu habitus auaritiæ, & liberalitatis: in eodem intellectu scientia, & error, in eademque materia duę formæ substantiales. Quæ omnia quàm sint absurda, singulatim ostenditur. Primùm quidem, quia sequeretur posse Socratem elicere simul vnum actum ex habitu liberalitatis, alterum ex habitu auaritiæ circa eandem rem, vt actum optandi, & repudiandi pecuniam. Secundùm, quia possemus eidem pronunciato assensum, & dissensum præbere. Tertium, quia idem suppositum ex forma humana posset esse homo, ex forma belluina brutum. Tandem huius sententiæ videtur esse Aristoteles 4. Metaphys. capite 6. text. 27. vbi conceptis verbis ait fieri non posse, vt contraria eidem simul insint.

ARTICVLVS II.

Quædam contraria remissa eidem rei simul inesse posse: quædam non posse.

AD propositæ quæstionis intelligentiā prænotāda quædam sunt. Primum est. Quamlibet contrariarum qualitatū certam habere intensionis latitudinem: id', quod ex eo patet, quia maior intensio, maior est rei perfectio, quæ in rebus creatis infinita esse nō potest, vt in tertio Physicæ auscultationis libro diffusius ostendimus. Hāc autē intentionem philosophi vsque ad octo gradus perquandā æstimationē producūt, doctrinę gratia. Vbi aduerte hoc esse discrimen inter qualitates naturales, & inter eas, quæ supernaturalis ordinis sunt, quòd licet vtræq; intensionē finitam, & terminatā actu habeant: tamē priores vendicāt certū terminū, vltra quē excrescere iam nō possunt, idque tam ratione potentiæ actiuæ naturalis, à qua producuntur, quàm receptiuæ, in qua recipiuntur; siquidē ambæ limitatæ sunt. At posteriores, cùm infundantur à Deo, & recipiantur in subiecto secundum obedientiariam potentiam, quæ nullis terminis clauditur, possunt in infinitum syncategorematicè augeri.

Intensionem qualitatum certis gradibus definiri.

Qualitates supernaturales posse in infinitū augeri.

Secundum est, contrariarum qualitatum latitudines æquales inter se esse. Hoc inde ostenditur, quia alioqui si ponamus, verbi gratia, caloris latitudinem maiorem esse, quàm frigoris; nimirum illam decem,

decem, hanc octo graduum; sequitur frigidum octo graduum, quantumlibet quantitate amplum, neutiquam posse eiusmodi calidum quantumuis exiguum sit, omni prorsus calore priuare: vel saltem aliquid ei caloris detrahere debere, nihil frigoris in eo producendo. Probatur consecutio. Nam cùm duo gradus, quibus frigidum à calido exceditur, nequeant extrudi virtute frigidi (siquidem hoc tantùm octo gradus obtinet, quibus productis, passóque perfectè assimilato, nihil iam habet, quod vlterius producat) consequens est, vt vel calidum duos sibi gradus perpetuò retineat, vel frigidum absque nouorum graduum frigoris adiectione duos illos gradus caloris expellat.

Tertium sit, Bifariam quæri num contraria in eadem re copulari possint; nimirum vel contraria imperfecta, & in gradu remisso; vel intensa atque in excellenti gradu ita vt ambo aut summā perfectionem obtineant, aut integram vnius latitudinem excedant. Deinde, posse quæstionem esse de contrariis qualitatibus tam primis, quàm secundis, vel de actionibus tendentibus ad eiusmodi qualitates contrarias, aliósve terminos oppositos. Denique, posse esse controuersiam, tum quid in hisce rebus naturæ facultas valeat: tum quid diuina virtute effici queat.

Status cōtrouersiæ.

His ita expeditis, quæstio proposita aliquod assertionibus enodanda est. Prima sit, Duæ qualitates primæ contrarię in gradibus remissis possunt eidem rei inesse. Hanc assertionem amplectitur D. Thomas tum aliis in locis, tum 1. part. quæst. 76. art. 4. & Caietanus ibidem, Henricus Gandauensis quodl. 12. quæst. 12. Scotus in 2. dist. 2. quæst. 9. Capreolus in primo, dist. 17. quæst. 2. art. 2. Marsilius in 3. dist. 11. art. 2. Maior dist. 15. quæst. 2. Argentinas quæst. vnica, art. 5. Iauellus 10. Metaph. quæst. 15. Sotus 2. Physi. quæst. 1. quibus suffragatur D. Augustinus in lib. de natura, & gratia his verbis. Possunt cōtraria non aduersari inuicem, sed ex alterutro temperati, & bonam valetudinem reddere, sicut in corpore siccitas, & humiditas, frigus, & calor, quorum omnium temperatione bona valetudo consistit. Probatur verò hæc sententia his argumētis. Aqua tepida habet simul aliquid caloris, & frigoris: igitur frigus, & calor remissa possunt in eodem simul reperiri. Antecedens ostenditur, primùm quia tepor nihil est aliud, quàm frigoris, & caloris permistio, neque facilè est tertiam aliquam simplicem qualitatem excogitare. Item, quia aqua tepida refrigerat ferrum ignitum, & frigidam manum calefacit, non nisi aliquanto frigore, & calore. Secundò, Inter agens, & patiens, vt inter ignem, & aquam, datur actio reciproca, vt alibi monstratum est; sed non potest ea dari nisi calor & frigus per mutuam admistionem sese retundāt: igitur calor & frigus manent permista in eodem subiecto, Præterea id, quod mouetur, partim est in termino, à quo soluit, partim in termino, ad quem tendit, vt Arist. docet 6. Phys. Auscultationis lib. cap. 3. text. 32. cùm quidpiam è calido in frigidum pergit, aliquid caloris, & frigoris simul habet. Item, quælibet pars mixti est mixta, non nisi quia continet in se omnes quatuor primarias qualitates

Prima assertio.

D. Augustin.

Prima ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad temperiem reductas,vt suprà diſſeruimus;igitur in quolibet mixto ſunt contrariæ qualitates. Ad hæc,cùm aliquid agit in patiẽs contraria qualitate affectum,non inducit momento totam intenſionem qualitatis, per quam agit, ſed vnam partem poſt aliam: hoc autem non prouenit ex repugnantia partium ipſius qualitatis,cùm omnes eiuſdem ſint rationis, poſſintque vnà integram formam conſtituere:nec ex ſola imbecillitate agentis,cum in ſubiecto diſpoſito queat producere effectum ſuæ actiuitati proportione reſpondens,nec item aliunde vt ſingula percurrenti planum erit; ſupereſt ergo,vt id oriatur ex eo,quia cum parte formæ introductæ manet adhuc pars prioris formæ, quæ ſubſequentium partium introductionem retardat. Atque ita datur ſimul in ſubiecto pars veteris,& pars nouæ formæ, ſimúlque inueniuntur contraria remiſſa. Poſtremò, occurrunt ad hanc ſententiam confirmãdam illuſtria Ariſtotelis teſtimonia. Nam 4.cap.lib.3. Topicorum ait, quæ contrariis minus permiſta ſunt,ea eſſe magis talia, vt candidius quod nigro minus permiſtũ eſt;quod repetit cap.2.lib.5.Phyſicor.text.19.Rurſus 4.Metaph.ad finem capitis ſexti text.27.cum aſſeruiſſet non poſſe duo contraria eidem rei ineſſe,addidit,niſi aut aliqua ex parte ambo,aut alterum quidem ex parte,alterum verò ſimpliciter inſit.Vbi aduerte,id contrarium dici ſimpliciter ineſſe ſubiecto,quod erſi non ſit ſummum,tamen ſubiectum non ſecundum quid,ſed abſolutè denominat,vt calor in excellenti gradu aërẽ.Illud verò ineſſe aliqua ex parte,quod ipſum ſecundum quid,non verò abſolutè appellat,vt duo gradus caloris aquam.

3 Ratio.

6 Ratio ex dictis Ariſtotelis.

Secunda aſſertio.

Eius probatio.

Quod ad cæteras qualitates non primas attinet,ſit ſecunda aſſertio. Qualitates ſecundæ contrariæ poſſunt inuicem permiſceri in eodem ſubiecto,in gradibus remiſſis. Hæc probatur primùm, quia non magis repugnat ſecundas qualitates eo modo inter ſe ſocietatem coire,quàm primas:cum non plus illæ,quàm hæ ſibi aduerſentur;vnde,& Ariſtoteles lib.5.& 7.Phyſicorum cõcedit dari motum ab vna qualitate ſecunda ad alteram, vt ab albedine ad nigridinem, quod eum non fiat niſi re,quæ mouetur,vtrumque extremum participante,vt ex tertia ratione, quam paulo ante adduximus,conſtat, negari nõ poteſt,manere ſimul in eodem ſubiecto qualitates ſecundas in imperfecto gradu.

Tertia aſſertio.

Tertia aſſertio.Habitus contrarij,quorum actus dari queunt,quouis illorum permanente,poſſunt in gradibus remiſſis inueniri in eodem ſubiecto,verbi gratia,virtus temperantiæ,& vitium illi oppoſitum dari queunt ſimul in eodem appetitu;quia permanente habitu admodum intenſo temperantiæ, poteſt quis elicere aliquem actum

Eius confirmatio.

intemperantiæ. Huiuſce aſſertionis ratio eſt,quia cùm habitus ſint propter actus,& illi ab his fiant,ſi vno habitu perſiſtente,poteſt eſſe actus pertinens ad vitium contrarium, etiam habitus eius vitij in gradu remiſſo,cum tali habitu eſſe poterit: præſertim cum habitus temperantiæ intenſus vſque ad ſextum gradum,non magis aduerſetur vitio intemperantiæ in ſecundo gradu, quàm calidum in ſexto gradu,

gradu,aduerſetur frigido in ſecundo gradu.Quare cum hęc ſeſe patianturin eodem ſubiecto, vt oſtenſum fuit; idem quóque de illis iudicandum erit.

Quarta aſſertio.

Quarta aſſertio.Habitus ſcientiæ, & erroris non poſſunt eſſe ſimul in eodẽ intellectu,etiam in gradibus remiſſis.Hæc,quam communis auctorum conſenſus approbat, oſtenditur ratione conſimili ei,qua tertiam aſſertionem ſtabiliuimus;nimirum quia quando quiuis actus vnius habitus neceſſariò excludit à ſubiecto habitum contrarium;non poſſunt ij habitus coaleſcere ſimul in eodem ſubiecto: ita verò ſeſe habet actus erroris ad habitum ſcientiæ:& actus ſcientiæ ad habitum erroris. Nam quilibet actus erroris circa aliquam concluſionem excludit habitum ſcientiæ circa eandem:& è conuerſo,quilibet actus ſciẽtiæ,habitũ erroris.Cuius rei ea videtur eſſe ratio,quia quilibet actus erroris, quantũlibet ſit remiſſus,perfectè aduerſatur habitui ſcientiæ; ſimilitérque quilibet actus ſcientiæ habitui erroris;Etenim perfectio repugnantiæ in hiſce actibus,& habitibus,non pendet ex graduali intenſione actus,aut habitus,ſed ex natura,& vi affirmationis,aut negationis,qua affirmatur conuenire rei id,ad quod negandum inclinat habitus; aut negatur competere eidem rei id,ad quod affirmandum inclinat habitus.Quicunque enim negat id, quod alius affirmat; aut affirmat,quod alius negat, quantumlibet actu remiſſo id faciat,abſolutè ei contradicit:tametſi iſtiuſmodi pugna exerceatur inter actus,nimirum aſſentiendi, & diſſentiendi;ea verò,qua per actum erroris pellitur habitus ſcientiæ, non niſi inter actum,& habitum,vt ſatis liquet.

Eius fundamentum.

Quilibet actus erroris ex.ludit habitum ſcientiæ.

ARTICVLVS III.

Contraria in excellenti gradu non poſſe ſimul in eodem ſubiecto inueniri.

Quinta aſſertio.

QVINTA aſſertio. Nulla contraria in gradibus intenſis eidem rei ſimul ineſſe queunt.Hanc aſſertionẽ approbat communis philoſophorũ conſenſus: potéſtque eius veritas oſtendi ex ipſa contrariorũ notione,qua cõtraria dicuntur,quæ ſub eodẽ genere maximè diſtant, ſeque mutuo pellunt.

Probatio.

Confirmatur præterea,quia ſi perfecta contraria poſſint in eadem re ſimul eſſe,verbi cauſa,ſeptẽ gradus caloris, totidémq; frigoris, idem ſimul abſolutè calidum, & frigidũ vocaretur:quod eſſe non poteſt, quia ex abſolutè calido,ſi naturæ vim ſpectemus, infertur non frigidum.Si autem quis roget vnde proueniat,vt duo contraria perfecta, ſeu quæ vnius latitudinem ſuperant,in eadem re conſiſtere non poſſint.Reſpõdemus id adæquatè prouenire ex inhabilitate ſubiecti, atque ex ipſa contrariorum natura. Ex inhabilitate,ſeu ex defectu capacitatis ſubiecti; quia ſubiectum vt certam limitatamque habet

Cuilibet ſubiecto certa in eſt capacitas ad recipienda contraria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contrariorū natura.

essentiam,ita certam circunscriptamque habilitatem, seu capacitatem ad contraria sustinenda:quæ capacitas,quia vnius latitudine expletur,quidquid supra illam accesserit,recusat,respuitque. Ex natura contrariorum,quia contraria,vt eorum definitio testatur, ex sua natiua conditione,& ingenio inter se pugnãt,seque mutuò pellunt: maiorem quippe repugnantiam, vt planum est, habent in subiecto calor,& frigus summè intensa,quàm duæ qualitates non contrariæ, esto sumantur in maiori latitudine graduali, quam subiectum ferre queat, verbi gratia,calor vt decem,& humiditas vt decem:nimirum quia hæc non sunt contraria,illa verò sunt;atque ita qualitates non contrariæ vltra modum intensiæ non admittuntur à subiecto, quia est eorum incapax:qualitates verò contrariæ in gradibus intensis in eodem subiecto esse non possunt, tum ob eius incapacitatem: tum quia ex sua natura se perimunt.

Quæstio de pugna contrariorum.

Quæret aliquis quonam pacto hæc contraria mutuò pugnent, formaliter,an efficienter.Respondemus, cum,verbi gratia,ignis expellit ab aqua frigus, dici expellere illud efficienter, quia per suam actionem,atque adeò efficienter producit calorem,quo frigus pellitur.Cæterùm si ipsummet calorem,& frigus inter se conferamus,dicendum in primis est, vnum non pellere aliud effectiuè, quod ita ostenditur.Ponat Deus in igni cum octo gradibus caloris, octo frigoris modo ante explicato:deinde relinquat hæc contraria sibi ipsis. Si tunc calor non expellit frigus nisi effectiuè,& per aliquam actionem,cum ea actio non alia sit,quàm calectio, sequitur calorem intendi à se ipso supra gradus possibiles per naturam, quia iam erunt plures,quàm octo,& vltra capacitatem subiecti,in quo est;siquidem naturalis capacitas subiecti non extenditur nisi ad octo gradus.Quæ cum absurda sint, sequitur contraria ipsa non sese mutuò effectiuè pellere: id,quod multo euidentius est in iis qualitatibus contrariis, quæ non sunt inuicem actiuæ, vt in candore & nigredine, aliisque huiusmodi,quæ non habent vim ad promendam realem actionem, qua alias qualitates sibi similes generent.

Quædã contraria non actiua inuicem.

Statuendum est igitur contraria in gradibus intensis pugnare inter se formaliter, seque formaliter extrudere à subiecto;quia nimirum positionem vnius consequitur desitio alterius, ob incompossibilitatem ipsorum terminorum inter se.Quomodo pugnant priuatiuè oppositа,vt visus,& cæcitas:nisi quòd contraria sunt vtrinque positiua entia;priuatiuè autem opposita ex altera parte duntaxat.Num verò incompossibilitas contrariorum in gradibus intensis,sit tantum physica,an absoluta,ita vt nec per diuinam potentiam coire valeant paulò post dicemus.

***

ARTI

ARTICVLVS IIII.

Semper ex vtroque contrario,si prima sint,vnius latitudinem absolui.

Sexta assertio.

SEXTA assertio. Quoties duo prima contraria eidẽ subiecto insunt,ambo summum latitudinẽ gradualem vnius necessariò complent. Hæc suadetur, quia cùm, exempli gratia, aliquod mixtum ex concursu omnium quatuor elementorum gignitur,ignis remittit frigus aquæ, tantũ in eam caloris transfundens,quantum ei frigoris detraxit (alioqui si dum frigiditatem interimit,caloré non produceret,intenderet natura per se interitum,atque adeò malũ) similiterq; aqua frangit ignis calorem, tantundem ei de suo frigore compensans, quantum caloris adimit; quod etiam pro sua rata portione efficiunt terra & aër,hic illius siccitatem,illa huius humiditatem attemperans. Cũ igitur in hoc congressu vnius contrarij latitudo expleatur,eademq; expletio post generationem maneat; siquidẽ quæ qualitatũ affectio formã inducit, eadem rem genitã cõsequitur;cúmque id in cæteris(est enim in aliis æqua ratio) pari modo dicendũ sit:vtique fatendũ erit,quoties duo prima contraria subiecto insunt,summã latitudinẽ ex vtróque perfici,& absolui.Debuit autem perpetua naturæ lege ita fieri:propterea quod cum prædictæ qualitates sint primæ naturalium rerum administræ,& alterationis,ac generationis,cæterarúmque eiusmodi functionum opifices, cõueniens fuit eo pacto subiectis finis præsto esse.

Probatur.

Causa cur semper latitudo ex vtroque primo cõtrario, cum ambo subiecto insint,expleatur.

Portò vt duo contraria prima in eodem subiecto non consistunt infra latitudinẽ vnius,ita nec ambo eandem latitudinẽ excedunt. Id quod ex probatione quintæ assertionis constat;siquidẽ,& capacitas subiecti non se extendit vltra summam latitudinem vnius contrarietatis;& contraria, eam latitudinem exuperantia, interimunt sese.

Locuti fuimus in hac assertione de contrariis primis, hoc est,de calore frigore,humore, siccitate,quia ex aliis contrariis non semper necesse est totam latitudinẽ in subiecto integrari,ac perfici;vt in vitio,& virtute patet.Nec enim oportet, vt quantũ Socrati ad summã temperantiæ absolutionẽ deest: tantumdẽ ei è contrario vitio supplearur:idémque in patibilibus qualitatibus, quæ è primis oriuntur videre licet,vt in odoribus,& saporibus.Etenim cùm odor, saporvè in subiecto remittitur,non illico eorũ opposita succedunt.Cuius rei ea causa est,quia cum huiusmodi qualitates ex primarũ temperie,& certa quadã proportione resultent;poterunt,hac dissoluta,ita remitti,& euanescere,vt in subiecto contraria qualitas nõ proueniat,quia non existit in eo proportio,quæ ad illarũ ortũ exigitur:in iis tamen secundis qualitatibus,quæ vel sequuntur rationẽ quantitatis, vt raritas,& densitas;vel quamlibet proportionẽ primarũ,vt grauitas, & leuitas,solet quantum de vno contrario deest,tantundem ex alio rependi;quod non sic accipiendum est, quasi quanta portio in quolibet misto desideratur de grauitate terrea, tantum insit de leuitate;

Cur non id accidat in aliis cõtrarijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm multa sint, quæ cum aliquanta leuitate obtinent partem vnam terreæ,alterá aqueæ grauitatis;sed ita,vt quantum desit de grauitate absolutè tantum de leuitate suppleatur; siue grauitas sit solummodo terrea, siue conflata ex terrea, & aquea: similiter seu leuitas sit duntaxat aërea,seu ignea,seu componatur ex ignea, & aërea.

ARTICVLVS V.

Contrarias qualitates in gradibus perfectis diuina virtute eidem rei inesse posse.

HACTENVS de existentia qualitatum contrariarum in subiecto,secundum naturæ facultatem,disseruimus. Explicandum nunc erit an duo contraria,in excellenti gradu,eidem rei diuina virtute simul inesse possint. Gregorius Ariminensis in 1.distinct.17.quæst. 3. art. 2. vtrámque partem iudicat probabilem. Negantem amplectitur D. Bonauentura in 1. dist.49.Capreolus dist.quæst.2.art.1. Henricus Gandauensis quodlibet.12. q.11. Soncinas lib.10.Metaph.quæst. 22. Innocentius tertius lib.4. de mysterio altaris c.12. aliique nonnulli hisce potissimum adducti argumentis.Primùm,quia docente Arist.4.Meraphys.cap.6. text.27.ex contrariis summis in eodem subiecto inferuntur contradictoria. Nam ex perfectè nigro arguitur non album, atque adeò si idem absolutè,& nigrum, & album sit, idem erit album, & non album. Deinde quia opposita priuatiua nequeunt esse simul, vt visus, & cæcitas:par autem videtur esse in his, & contrariis ratio.

Assertores partis negatiuæ.

Sit tamen septima assertio. Probabilius est duas qualitates cõtrarias in gradu perfecto posse diuina virtute in eadẽ re simul inueniri. Hanc tuetur Hugo de S.Vict.lib.2.de Sacram.part. 9.cap. 2.Gabriel in Can.lect.46. Adamus in 1.dist. 17. q. 4.Marsilius in 3. quæst. 11. art.2.Maior,& Paludanus ibidẽ dist,15. q.2. Argẽtinas quæst. vnica art.2.Gabriel dist. 32. quæst.vnica art.3. & alij atque hanc fuisse veterum sententiam refert. Alanus lib. 1. de Eucharistia cap. 38. Quæ ita probatur. Non minus repugnat duo corpora eodem loco simul contineri, quàm duo contraria eidem subiecto inesse;atqui constat primum,diuina virtute,fieri posse, vt alibi ostendimus; ergo & secundũ.Præterea, duas ob causas perfecta cõtraria copulari nequeũt; videlicet quia subiectũ non habet capacitatẽ ad maiorẽ, quàm summam latitudinem vnius sustinendã; item quia cõtraria ipsa inuicem pugnãt,modo superius explicato:sed in potestate Dei est efficere,vt nulla harũ causarũ impedimento sit, quominùs contraria simul cohæreant:ergo &c.Probatur minor,quia potest Deus capacitatẽ subiecti augere,& ampliare, ita vt multo plura sustineat, quàm suopte ingenio valeret;quemadmodũ, & vim intellectricis potentiæ creatæ eleuat ad intuitiuam cognitionem diuinæ essentiæ, supra omnem naturæ facultatem.Deinde,quia potest impedire corruptionem contra

Septima assertio.

Probatio.

Lib. 4. Phys. cap.5.q.3.a.2.

contrarij,quę sequitur ex mutua pugna vtriusque.Et verò quoniam isthæc pugna non actiua,sed formalis tantùm est, non dicetur Deus impedire talem corruptionem,quia subtrahit suum concursum actiuum,quo deberet concurrere cum vno contrario ad alterum per inductionẽ alterius corrumpendum; sed quia tunc cùm ob formalem repugnãtiam secutura erat corruptio, proindéque & subtractio eius actionis, qua Deus eiusmodi qualitati esse tribuit: Deus non modò suam illam actionẽ non subtrahit, sed eam magis corroborat, vt supra ordinarium naturæ cursum prædictam qualitatem conseruet.

De quibus contrarijs sit intelligenda proxima assertio.

Aduerte tamen nostram hanc assertionem non esse intelligẽdam de omnibus in vniuersum contrariis qualitatibus:sunt enim nõnullæ,quarum coniunctio contradictionem importat,quæ proinde nec diuina virtute possunt coalescere in eodem subiecto:vt summa densitas,& summa raritas.Cùm enim densum id dicatur, quod sub pari quantitate plus,& rarum,quod sub pari quantitate minus habet materiæ:habere autem absolutè plus,& absolutè minus (quod sequitur ex summa densitate,& summa raritate) sit simpliciter habere plus,& non habere plus:fit consequens vt densitas & raritas in summo gradu haud quaquam in vnum coire possint. Hoc tamen non obstat, quominus densum & rarũ in gradib.remissis inueniri simul queant. Nihil enim impedit, quominus idem subiectum cõparatione vnius dicatur densum,collatione alterius rarum; tunc enim non absolutè, sed comparatè dicetur continere plus,& non continere plus:quemadmodum, & eadem res, magna paruáque simul, dici potest respectu diuersorum, vt Golias comparatus ad montem paruus est, ad Socratem magnus.

Responsio ad argumenta contra 7. assertionem.

Contraria verò argumenta parum negotij facessunt. Ad primum enim respondetur ex perfectè nigro argui quidem non album naturaliter,id est rectè sequi subiectum, quod est perfectè nigrum, si naturæ vires spectentur,album esse non posse; non tamen id sequi absolutè,si nimirum res etiam ad diuinam potentiam referatur. Ad secundum fatendum est opposita priuatiua non posse in eodem subiecto respectu eiusdẽ loci, ac temporis vllo modo coalescere: negandum tamen parem esse in contrariis rationem.Priuatio enim exprese ac formaliter negat habitum sibi oppositum. Vnde aperta contradictionis implicatio ex eorum coitione sequeretur. In contrariis autem non ita res habet. Nec enim vnum negatio est alterius,aut illius negationem absolutè infert,vti diximus.

De oppositis priuatiuè respectu eiusdẽ in diuersis locis, lege quæ scripsimus lib.4.Physic. cap.1. quæst. 3.art.2.

ARTICVLVS VI.

Quid de existentia contrariarum actionum in eodem subiecto iudicandum sit.

EXPLICATA pugna contrariarũ qualitatum in subiecto, tractanda nũc superest contrariarũ actionũ pugna vt calefactionis,frigefactionis;& aliarũ actionũ tam ad intellectum, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm ad vtrumque appetitum, superiorem, & inferiorem pertinentium. Aduertendum primò, quod ad productiones primarum qualitatum contrariarum attinet, posse illas conferri vel cum subiecto affecto suis qualitatibus, habentéque iam in se integram cuiusque contrarietatis latitudinem: vel cum subiecto nudo, siue id ita ponamus per diuinam potentiam: siue naturæ viribus; quomodo se habet materia in instanti generationis, facta vsque ad ipsam, non formæ tantùm substantialis, sed omnium accidentium resolutione.

Octaua assertio. His constitutis sit octaua huius disputationis assertio. Acquisitio caloris, & frigoris in subiecto nudo potest dari simul, dum non

Probatio. excurritur vltra summam latitudinem vnius. Probatur, quia id neque impeditur ex parte capacitatis, cùm ponamus hanc non excedi, neque ex parte repugnantiæ formalis, siquidem istiusmodi formæ non se perimunt nisi in gradibus intensis: neque verò aliunde sese aliquid ostendit, quod obesse possit.

Accedit quod in aggeneratione, & in momento, quo tota forma mixti nudam materiam subit, datur simul acquisitio omnium primarum qualitatum, quibus mixti temperies constat, atque adeò productio caloris & frigoris, humoris & siccitatis: non ita tamen, vt perhibeatur subiectum calefieri, & frigefieri, humectari, & exsiccari simul.

De subiecto exuto cõtrarys. Quod asseruimus de subiecto prorsus nudo, affirmandũ quoque est de eo, cui aliquid inest frigoris & caloris, nõ tamen integra contrarietatis latitudo. Enim verò, si diuina virtute ponatur subiectum cum duobus gradibus frigoris, & totidẽ caloris duntaxat; eique applicentur agens calidum, & frigidum, poterunt ambo simul pro sua facultate impendere id, quod ex iis qualitatibus deest, quoad perueniatur ad summam latitudinem, atque ita existent simul productio caloris & frigoris; siquidem in huiusmodi euentu æqua ratio est, atque cùm subiectum omni ex parte nudum constituitur.

De subiecto habente expletam contrariorũ latitudinem. Quod attinet ad productiones primarum qualitatum contrariarum in subiecto cohibente iam integram latitudinem ex vtráque conflatam; erit qui probet, dari posse eiusmodi productiones in eodem subiecto simul. Primùm, quia si in aquam calidam, quæ adhuc subiecto igni incaluerit, iniiciatur frigida, eadem aqua simul refrigerabitur à frigida, vt experientia demõstrat, & calefiet ab igni. Secundò, quia si corpori habenti quatuor gradus frigoris, & totidẽ caloris applicentur duo agentia, alterum calidum, alterum frigidũ, ea actiuitatis proportione, vt calidũ vincat resistentiam frigoris, & frigidum resistentiam caloris; nihil obstabit quominus vtrúmque suã producat qualitatẽ, atque ita dabitur simul generatio frigoris, & caloris in eodem. Nec satisfaciet qui dixerit, impeditum iri eiusmodi actiones ob incapacitatem subiecti, quia hæc expleta iam est, & agentia nequeunt nouum gradum inducere, quin illã excedant. Non, inquam, satisfaciet, potest enim harum qualitatum patibilitas, & repugnantia ex parte subiecti, & actiuitas ex parte agentium sic attemperari, vt quantum calori frigidum detraxerit, tantundem rependat calidum; & quan-

& quantum frigori calidum ademerit, tantundem frigidum resarciat; atque ita prædictæ qualitates sola graduum mutatione absque vllo incremento eandem intensionem retinebunt intra meram præfinitæ capacitatis.

Nec effugiet etiam qui responderit, iccirco agentia illa non editura actiones suas; quia sequeretur simile agere in simile: potest enim agens calidum habere quinque gradus caloris, & frigidum quinque frigoris; quæ cum sint in gradu dissimilia patienti calido vt quatuor, & frigido vt quatuor; nihil iam oberit, quominus ab vtroque agente actio procedat.

Tertio non deerit, qui persuadere contendat, posse quoslibet duos motus contrarios simul inueniri, sumpto argumento à motu ad locum, & à motu ad quãtitatem. Nam cùm lancea sursum mouetur, & formica mea insidens deorsum cõmeat, tendit formica ad loca contraria, proindéque contrariis motibus simul agitatur. Item, quia cuilibet viuenti, dum nutritur, accedit pariter, & decedit noua quantitas: quæ accessio, & decessio non minùs inter se opponi videntur, quàm intensio, & remissio eiusdem qualitatis.

Sit tamen nona assertio. Acquisitio primarum qualitum contra- *Nona assert.*
riarum, in subiecto obtinente iam completam vnius contrarietatis latitudinem, non potest dari simul. Hæc ex eo ostenditur, quia si talis *Eius confirmatio.*
acquisitio in subiecto locũ haberet, maximè id foret, data inter quatuor primas qualitates ex parte agentium, & ex parte patientis, commensuratione illa, quę in argumento secundo attingitur, videlicet, vt quod agens frigidum adimit de calore, calidum, instauret; & quod de frigore adimit calidum, instauret frigidum: sed quod hoc fieri non possit, ostenditur. Nam si calidum vim habet auferendi per suam actionem à subiecto aliquid de frigore: vtique habebit etiam vim ad remouendum ab eodem subiecto id, quod agens frigidum inuehere nititur proindéque ad illius actionem impediendam: quare, non erit tunc calefactio, & frigefactio in eodem, sed calefactio dũtaxat: quod si calidum & frigidum ita sint affecta, vt quemadmodũ calidum potest impedire actionem frigidi, ita & frigidum actionem calidi: in eo euẽtu neutrum ager: quo iam probata relinquitur veritas propositæ assertionis.

Quæ verò in contrariã partem attulimus hanc habent explicatio- *Dilutio argumentorum contra superiorem conclusionem.*
nem. Ad primum dicendum est, si aqua frigida in calidam, quę adhuc suppositis flãmis incalescit, infundatur; & hæc ab illa refrigeretur, vtrimum non esse frigefactionis, debere esse primum non esse calefactionis; prævalet enim tunc aquæ frigidæ vis, & ita aquæ calidæ portionem occupat, vt eam non pariatur ab igni calefieri, ob rationem proximè adductam. Ad secundum quid respondendum sit patet ex dictis: quocumq; enim modo se habeant agens calidum & frigidum, nequeunt ambo simul in eandem subiecti partem agere: esto non sequatur, simile pati à simili; in quam sententiam recole, si placet, quæ in quæstione de reactione diximus. Ad priorem tertij argumenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

De motu formicæ insidẽtis lanceæ.

partem facilis est responsio,vel enim motus formicæ in locum inferiorem velocior est motu lanceæ,vel tardior;vel æquè velox. Si velocior,tunc formica simpliciter deorsum mouetur, & aliquo modo sursum:quia simpliciter fit propinquior centro,& tamen secundum quid tendit sursum motu lanceæ.Si tardior,tunc simpliciter rapitur sursum,quia simpliciter ad locum superiorẽ magis accedit, vt patet: & secundum quid ad infimum,quatenus fit proximior parti inferiori lanceæ.Si æquè velox,tunc formica neque mouetur absolutè sursum, neque absolutè deorsum : quia pari semper interuallo distat à loco supero,& infero:potest tamen dici secundú quid moueri deorsum,quatenus magis appropinquat ad imam partem lanceæ : & secundum quid ferri sursum,quatenus lancea , in qua est , in sublime tendit.Cùm autem nullo horum trium modorum formica simpliciter , & per se commeet simul in locum inferum, & superum , patet non agitari illam absolutè per se duobus motibus contrariis , sed ad summum vno motu per se,altero per accidens,ratione corporis,quo vehitur.Simile quid accidit cymbæ vectoribus , qui dum cymba secundo labitur flumine,ipsi à prora ad puppim eũt:simul enim ad superiorem fluminis partem proprio motu tendunt, & versus in inferiorem,cymbæ cursu deferũtur.Ad posteriorem eiusdem tertij argumenti partem , dicimus quemadmodum non est incommodum vni eidémque calori extenso in subiecto adimi ex vna parte vnũ gradum & ex altera addi nouũ:vt si Socrates hinc sit vicinus aquæ,inde igni quod tamen calori , secundum eandem omnino partem , sitúmque subiecti , euenire non potest : ita eidem quantitati rei viuentis hinc accedere nouam portiunculã,inde aliam decedere:non tamen istiusmodi accessum, & decessum simul fieri secundum eandem omnino particulam,vt attendenti planum est.Quare si auctio , & diminutio quantitatis,& qualitatis sub hac consideratione æstimenrur:constat idem esse ferendum de vtráque iudicium;quo enim modo potest augeri vna,& diminui simul;potest & altera:& è conuerso,quo modo vna nequit,altera item nequit. Verùm quia cum philosophi in quæstionem adducunt , num eadẽ qualitas intendi simul & remitti possit , loquuntur de intensione & remissione qualitatis in eodem situ spectatæ;ideo absolutè negant posse id fieri.Hæc de actionibus contrariis,quæ circa primas qualitates versantur.

Lege D.Tho. in disput. 9. de passion. an. art 10.ad 9. Greg.in 1. d.17 q.3.

De motu ad quãtitatem.

Decima assertio.

Quod attinet ad eas,quæ versantur circa secundas qualitates, quæ ex varia primarum cõmistione oriuntur,vt candor & nigredo,fit decima assertio. Acquisitiones contrariæ istiusmodi qualitatum neutiquã inueniuntur simul in eodem subiecto. Huius assertionis veritas ex eo ostenditur,quia colores v.g.vt nascuntur ex temperatione primarum qualitatum:ita,præsertim si contrarij sint,diuersam temperationem earundem qualitatum ad sui ortum expoſcunt. Quare cùm in eodem subiecto qualificato,vt vocant,nequeant dari simul aquisitio primarum qualitatum contrariarum , vt caloris & frigoris , certè nec dabitur productio earum qualitatum secundarum,quæ talem acquisi

Probatio.

acquisitionem supponunt. Nec verò si subiectum nudum sit , dari simul in eodem poterit,productio cãdoris,& nigredinis;Licet enim tunc detur simul acquisitio omniũ quatuor primarum qualitatum, non tamen ex ea resultare possunt diuersa illa temperamenta , ex quibus candor,& nigredo proueniunt, cum in eodem subiecto nequeant temperamenta vno plura simul inueniri ; quod ex eo constat , quia quodlibet temperamentum emergit ex certa primarum qualitatum proportione , qua mutata, mutari quóque ipsum oportet,verbi gratia,temperamentum A. coalescit ex tribus gradibus caloris,& quinque frigoris , & ex quatuor gradibus siccitatis, & totidem humiditatis;si igitur accedat vnus gradus caloris , abeunte vno frigoris,vel alia eiusmodi varietas interueniat,confestim aliud temperamentum consurgit.

Cur in eodẽ subiecto nequeat dari simul productio candoris, & nigredinis.

Obiectio.

Obiiciat tamen aliquis.Albedo,& nigredo remissæ possunt inhærere simul eidem subiecto,existenti sub vno,eodemq; temperamento,in esse quieto : ergo pari ratione dum idem temperamentum acquiritur , comparari poterunt simul albedo, & nigredo,in gradibus remissis.Huic obiectioni occurrendum videtur, acquisita albedine, posse subiectum iam qualificatum tẽdere ad nigredinem,ita vt dum ad eam tendit, aliquid albedinis retineat,& aliquid amittat;si nimirum temperamentum quoad gradus qualitatum ita mutetur , vt ea mutatio sufficiat ad inducendũ aliquid nigredinis,non tamen ad tota albedinem confestim abolendam.In hoc autẽ euentu non datur simul duplicis temperamenti acquisitio, sed mutatio ab vno , quod erat in esse quieto,ad alterum,quod illi succedit. Nec mirum,quod remaneat aliquid de albedine,mutata veteri qualitatũ mistura,dum ea mutatio non admodum vehemens, & diuturna est:etsi albedo,& nigredo,vt contraria sint,ita ad primam sui generationem diuersam temperiem postulent. Itaque non valet consecutio illa ; Albedo & nigredo possunt in subiecto existente,sub vno eodémque temperamento consistere;ergo dum vnum,& idem temperamentũ acquiritur,possunt ambæ simul acquiri:non,inquam,valet, quia sat multis exemplis compertum est,plura ad rem denuò producendam,quàm ad eandem conseruandam sæpe requiri,Itaque,vt hæc singularis albedo in subiecto maneat,non exigit eandem ad amussim qualitatum temperationem,cum qua primùm genita fuit , sed ea aliquantulum variata perseuerat,cum nonnullo tamen sui dispendio, tanto maioti,quanto subiectum magis ad nigredinem vergit.

Dilutio.

Sæpe numero plura requiri ad rem denuò producendam,quàm ad eandẽ conseruandam.

Explicandum nunc superest,quid de contrariis actionibus ad intellectum, & vtrumq; appetitum pertinentibus statuendum videatur.Sit vndecima assertio.Actus assentiendi,& dissentiẽdi, appetendi,& repudiandi,odij & amoris , gaudij & tristitiæ, aliique eiusmodi circa idem obiectum, non possunt dari simul in eadem potentia. Hæc assertio non aliunde melius probatur , quàm experientia, qua cõstat, nunquam istiusmodi actus inueniri simul;cuius rei causa est mutua repugnantia , qua vnum alterum non fert. Vbi aduerte

Vndecima assertio.

Probatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiter,gaudium,delectationémve, & triſtitiam mutuò ſe excludere, non ſolùm cum in idem obiectum feruntur, quo pacto ſibi propriè aduerſantur;ſed tunc etiam, cùm in res diuerſas tendunt, ſi alterum *Ariſto.* vehemens ſit,vnde illud Ariſtotelis lib.7.Ethicorum cap.14. Delectatio quælibet expellit triſtitiam contrariam, vehemens omnem triſtitiam abigit.Nimirum,quia talis delectatio ita abſorbet, rapitq; potentiam,vt eam nulla ex parte ad triſtitiam demitti patiatur.Quin verò cùm ſuperiori appetitui inhæret,non ab eo tantùm,ſed ab inferiori etiam per quendam veluti defluxum,& redundantiam,plerúmque omnem triſtitiam abigit, vt annotauit D.Thomas in quæſtione diſputata de paſſionibus animæ art.10.

Traditæ hactenus in hoc articulo aſſertiones,de actionibus contrariis ſecundum naturæ ordinem,ac vim duntaxat,intelligi debent; *Duodecima aſſertio.* ſi autem de potentia Dei quæratur,ſit vltima aſſertio.Actiones contrariæ poſſunt,diuina virtute,dari ſimul in eodem,niſi ſint eiuſmodi, vt vel ex parte obiecti,vel aliunde,contradictionem importent,verbi gratia,productiones ſummi caloris,& ſummi frigoris,actus vehementis triſtitiæ,& delectationis;amoris,& odij poſſunt, diuina virtute,ſimul conſtitui:non tamen productio ſummæ raritatis,& ſummæ denſitatis;neque actus fidei,& viſionis beatificæ denominantes ſubiectum:quia in prioribus productionibus,actibúsve nulla contradictio apparet:quæ tamen in poſterioribus facilè cernitur; námque ſumma raritas,& ſumma denſitas, vt ſuprà oſtendimus, per plus & minus materiæ, mutuò ſibi contradicunt, & ex conſequenti earum productiones. Item,actus viſionis beatificæ,& actus fidei vendicãt in obiecto rationes contradicentes,nempe viſum,& non viſum,in quas impoſſibile eſt tendere ſimul eundem intellectum:non repugnat tamen poni ſimul in eo diuinitus actum fidei,& actum beatificæ viſionis,ad quos intellectus recipiendo tantùm,non eliciendo concurrat: tunc enim nec ab iis potentia credens, & videns denominabitur, nec dicetur ſimul ferri in rem clarè viſam, & non viſam:in quo tota contradictio eſt.

Lege Palud. in 3. d.15.q.2.

Cur actus viſionis beatificæ, & actus fidei nequeãt dari ſimul.

Poſſe autem prædictas actiones eo pacto ſimul dari,ex eo concluditur,quia poteſt Deus ampliare,quantúcúnque opus fuerit,capacitatem ſubiecti,ad eas recipiendas;& corruptionem,quæ expoſitione vnius contrarij ſequitur,impedire modo ſuperiùs explicato. *Confirmatio proximæ aſſertionis.*

Si autem petas,num triſtitia,& delectatio circa eandem rem,in eodem appetitu diuinitus ſimul dari queant. Reſpondemus,poſſe nos loqui de triſtitia,& delectatione circa eãdem rem,vel ſub eadem,vel ſub diuerſa conſideratione ſumptam:ac ſub diuerſa quidem conſideratione dari poſſe ſimul tales actus, quo pacto in voluntate Chriſti Domini fuit actus triſtitiæ circa propriã mortem,quatenus erat acerbum quid,& inuucundum, ac malum naturæ, ſimúlque actus delectationis circa eandem prout in Dei gloriam,& generis humani ſalutem redundabat,atque ita iucundi rationẽ induebat. Sub eadem verò,qua dũ erat priori dicti actus proprie cõtrarij ſunt,quia tunc feruntur in *Dub. Reſſonſ.*

tur in idem prorſus obiectum, non videri poſſe illos, etiam diuina virtute,ſimul cohærere; quia obiectum delectationis eſt bonum,& iucundum;triſtitiæ verò malum,& iniucundum:fieri autem nequit, vt idem ſub eadem conſideratione offeratur vt bonum, & malum, vt iucundum,& iniucundum.Quod diximus de triſtitia, & delectatione, aſſerendum quóque eſt de actibus odij & amoris; eſt enim vtrobique par ratio,vt erit conſideranti perſpicuum. *Triſtitia, & delectatio quo pacto ſint propriè contraria.*

ARTICVLVS VII.

Diſſoluuntur primi Articuli argumenta.

RELIQVVM eſt, vt diſſoluamus argumenta, quibus oſtendi videbatur contraria neque in gradu imperfecto eidem rei ſimul conuenire poſſe. Ad primum dicimus, album & nigrum in quouis gradu,plus inter ſe pugnare ſecundum entitatem & naturam, quàm magis album, & minus album:ſiquidẽ illa ſpecie differunt, hæc conueniunt: verùm hæc plus pugnare cõparata ad ſubiectum, quia minus albũ habet annexã negationem magis albi. Quare nihil mirum ſi magis, & minus album nõ poſſint cohærere ſimul,poſſint tamẽ albedo & nigredo remiſſæ. *Solut.1.*

Ad ſecundum, ſi terminus à quo ſumatur cum eodẽ prorſus gradu,ſeu latitudine,quam ante motus inchoationẽ habebat, non poſſe eidem ſubiecto,vnà cum termino ad quem,ineſſe:Etenim vbi primum aliquid de hoc acquiritur, neceſſum eſt nonnihil de illo amitti, aut aliter ipſum variari. Verùm id non obſtat, quominus aliqua pars illius cum aliqua huius permaneat, quandiu res mota totam formæ,ad quam tendit,perfectionem, non eſt adepta. *Solut.2.*

Ad tertium;oppoſitionem eſſe cauſam, cur aliqua duo copulari nequeant,eamque oppoſitionem ſequi formam, rationémve ſpecificam;non tamen eſſe cauſam integrã,adæquatámve mutuæ perem-ptionis, cùm hæc pendeat etiam à graduali intenſione;ita verò non omnia contraria ſeſe demoliuntur, ſed in gradibus perfectis. Vbi tamen diligenter notanda eſt illa exceptio, quæ à nobis ſuperiùs adhibita fuit,cùm ſtatuimus quædam eſſe contraria,quæ nec in remiſſo gradu poſſunt coaleſcere.Ad quartum quid reſpondendum ſit ex iis, quæ ſuperiori articulo diſſeruimus,conſtat. *Solut.3.* *Solut.4*

Ad quintum negandum eſt quod aſſumit:nam vbi primùm contraria extra ſummam vnius latitudinem excurrunt,eo ſunt ingenio, vt ſe non patiantur ſimul,tum ob naturæ pugnam; tũ ob defectum capacitatis ſubiecti. Itaque licet calor, vt octo eandem habeat proportionem,quoad numerum graduũ ad frigus vt octo, quam calor vt quatuor ad frigus vt quatuor;non eandẽ tamen repugnandi vim obtinent:námque perfectam intenſionem gradualem, quada neceſſitate naturæ, conſequitur perfectum diſſidium; quod in depreſſo, & imperfecto gradu non accidit. Ad argumenti confirmationem *Solut.5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendum, subiectum. A. exempli gratia, calidum sexto gradu, agere in subiectum. B. frigidũ quarto gradu; nec tamen agere in summum frigus vt duo, quia vnumquodq; agit vt assimilet sibi passum, proindeque non agit in subiectũ iam simile, quale est in proposito exẽplo, ipsummet. A. comparatione sui; sed in dissimile, cuiusmodi est. B.

Solut. 6. Ad sextum patet solutio ex dictis: possunt enim dari simul habitus auaritiæ, & liberalitatis in gradibus imperfectis; non tamen scientia

CAPITIS IIII. Explanatio.

Alteratio ad generationẽ ordinatur.

Vm autem. Postquam Aristoteles quot essent elementa, & quæ singulis inessent qualitates, explicitè nunc mutuam ipsorum generationem pertractat. Quia verò & in libris de cœlo statutum fuit, & experientia ipsa testis est, mutari inuicem elementa (alioqui nulla eis conueniret alteratio, cùm hæc ex naturæ instituto ad generationem, & interitum via quædam sit) duo sibi examinanda proponit. Alterum, quonam pacto istiusmodi reciproca mutatio & conuersio fiat. Alterum, an omnia elementa ex se mutuò gignantur. Torã verò inuestigationi rei disputationem quatuor theotemaris cõprehendit. Primum est. Quoduis elementorum in quoduis aliud fieri differimine cõuerti potest. Hoc ex eo ostendit, quia inter quælibet contraria actiua, & passiua potest esse alterna cõmutatio: quoduis autem elementum

ΚΕΦ. δ.

Text. 24. α Περὶ δὲ διώρισται πρότερον, ὅτι τοῖς ἁπλοῖς σώμασιν ἐξ ἀλλήλων ἡ γένεσις ἅμα δ' καὶ κῇ τίνι αἴτιόν ἐστιν φαίνεται γινόμενα. ὃ γὰρ ἂν ἁπλῶς ἀλλοίωσις· κῇ γὰρ τὰ τῆς ἀπλῆς πάθη ἀλλοιώσεές ἔξει, λεκτέον τίς ἡ τροπὴ ἢ εἰς ἄλληλα μεταβολὴ, & πότερον ἅπαν ἐξ ἅπαντος γίγνεσθαι δυνατὸν, ἢ τὰ μὲν δυνατὸν τὰ δὲ ἀδύνατον· ὅτι μὲν οὖν ἅπαντα πέφυκεν εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν, φανερόν· ἡ γὰρ φύσις, εἰς ἐναντία, & ἐξ ἐναντίων· τὰ δὲ στοιχεῖα πάντα, ἔχει ἐναντίωσιν εἰς ἄλληλα, διὰ τὰς διαφορὰς ἐναντίας ταύτας· τοῖς μὲν γὰρ ἀμφότερα ἐναντία, οἷς πυρὶ καὶ ὕδατι· τὸ μὲν γὰρ ξηρὸν καὶ θερμόν, τὸ δ' ὑγρὸν καὶ ψυχρόν· τοῖς δ', ἡ ἑτέρα μόνη, οἷς ἀέρι καὶ ὕδατι· τὸ μὲν γὰρ ὑγρὸν & θερμὸν, καὶ τὸ δ' ψυχρὸν & ὑγρόν. ὥστε καθόλου μὲν φανερὸν, ὅτι πᾶν ἐκ παντὸς γίνεσθαι πέφυκεν· ἐδὴ δ' καθ' ἕκαστον ἐ χαλεπὸν ἰδεῖν πῶς· ἅπαντα μὲν γὰρ ἐξ ἁπάντων ἴσως. *Text. 25.* ᵇ διοίσει δ', πρὸς ἅττον & βραδύτερον, καὶ πρὸς ῥᾷον καὶ χαλεπώτερον· ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολον πρὸς ἄλληλα, ταχεῖα τούτων ἡ μεταβάσεις· ὅσα δ' μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾷον εἶ τὸ ἓν, τὰ πολλὰ μεταβάλλειν· οἷς, ὀκ πυρὸς μὲν ἔσται ἀὴρ διαπεσόντος μεταβάλλοντος τοῦ μὲν γὰρ ἓν θερμὸν & ξηρὸν, τὸ δ' θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε ἂν κρατηθῇ τὸ ξηρὸν ὑπὸ τ ὑγροῦ, ἀὴρ ἔσαι. πάλιν δ' ἐξ ἀέρος ὕδωρ, ἐὰν κρατηθῇ τὸ θερμὸν ὑπὸ τ ψυχροῦ· τὸ μὲν γὰρ ἓν ὑγρὸν καὶ θερμὸν, τὸ δ' ψυχρὸν & ὑγρόν· ὥστε μεταβάλλοντος τοῦ θερμοῦ, ὕδωρ ἔσαι. τὸν αὐτὸν δ' τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς πῦρ· ἔχει γὰρ ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα· τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ, ὑγρὸν καὶ ψυχρόν· ἡ δ' γῆ, ψυχρὸν καὶ ξηρόν· ὥστε κρατηθέντος τοῦ ὑγροῦ, γῆ ἔσαι. καὶ πάλιν ἐκεῖ τὸ μὲν πῦρ ξηρὸν & θερμὸν, ἡ δ' γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν, ἐὰν φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, πῦρ ἔσαι ἐκ γῆς. ὥστε φανερὸν, ὅτι κύκλῳ τι ἔσαι ἡ γοῦν ἴσως τοῖς ἁπλοῖς σώμασι· καὶ βάσις ἄλλη ὁ τρόπος ἡ μεταβολῆς διὰ τὸ σύμβολον ἐνυπάρχειν

scientia & error, nec actus volendi, & nolendi eandem rem, ob causas ante explicatas. Nec item duæ formæ substantiales propter rationes, quibus superiori libro ostendimus in quolibet cõposito vnam tantùm substantialem formam inueniri posse: locus autem Aristotelis 4. Metaphys. intelligitur de contrariis perfectis, vt ipsemet ibidem exponit, subdens, nisi aut aliqua ex parte ambo, aut alterum quidem altera ex parte, alterum verò simpliciter insit.

CAP. IIII.

Text. 24. α Vm *autem prius sit definitũ simplicia corpora mutuam subire generationem, & ea insuper igni ad sensum videantur (nam alioqui non esset alteratio: quippè cum ea in rerum tangibilium affectibus sita sit) quisnam mutuæ generationis sit modus, & vtrum quoduis ex quouis gigni possit, an aliqua, & aliqua non, dicendum videtur. Quod igitur vniuersa in se inuicem transmutari nata sint, palàm est. Nam generatio in contrarium, & è contrario fit: omnia autem elementa inter se contrarietatem ex eo habent: quia differentiæ ipsæ contrariæ sunt. Nam alijs, ceu igni & aqua, amba sunt contrariæ: ille enim calidus, siccúsque est: hæc verò frigida, & humida. Quare in vniuersum quidem patet quoduis è quouis gigni natum esse. Iam verò quo pacto ex omnibus omnia fient, singulatim percipere haud quaquam* *Text. 25.* *est difficile.* ᵇ *Differunt tamen, nam celeritas & tarditas, item facilitas, difficultásque alia alijs trãsmutationem subeunte. Quæ enim symbolum inter se habent horum celeritas est migratio: quæ verò non habent, tarda: quòd facilius sit vnum, quàm multa mutari. Verbi causã, ex igni fiet aer, altero mutationem subeunte: nam ille quidem calidus, siccúsque est, hic verò calidus & humidus. Quare, si siccitas vincatur ab humiditate, orietur aër. Rursum ex aëre aqua fiet, si calorem frigus euincat: siquidem aër humidus, calidúsque est, aqua verò frigida, & humida: quare mutato calore fiet aqua. Eodem modo, ex aqua quoque fiet terra, & ex terra ignis: nam vtraque ad vtraque symbola habent: aqua enim humida, frigidaq; est: terra verò frigida, & ficca: quare si humiditate vincatur, emerget terra. Et rursum cum ignis calidus sit, & siccus, terra verò frigida & ficca, si frigiditas intereat, ignis è terra fiet. Quare patet circularem generationem simplicibus competere corporibus.* ᶜ *Atque hic mutationis modus promptissimus est, propterea quod, quæ deinceps sunt.*

Elementa symbolica.

tum alteri aduersatium est, vel ratione vtriusque, vel vnius duntaxat qualitatis actiuæ. Nam aqua, verbi gratia, repugnat igni per humorem, & frigiditatẽ, aqua aëri per calorem tantùm.

ᵇ *Differunt tamen.* Secundum theotema. Elementa symbolica, seu quæ eiusdem qualitatis cõmunione cõueniunt, facilius, ac celeriùs in se inuicem mutantur: quæ verò non ita se habent, difficiliùs, & tardiùs. Hoc ex eo suadet, quia promptius est, atque expeditius vnum, quam multa cõmouere, id est, vnius quàm duarũ qualitatum cõtrariarum repugnãtiam vincere cùm symbolica elementa ex se vltro citróque oriuntur, vna tantùm qualitas occidit, vt patet in generatione aquæ ex aëre: sola enim caliditas aëris oblũctatur, sola permittitur: cùm verò asymbolica

ᶜ *Atque hic.* Tertium theotema. Mutationis modus promptissimus est, propterea quod, quæ deinceps sunt. Symbolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lica in se transmutantur, duæ qualitates pugnant, duæ per se extinguuntur, vt calor, & siccitas ignis, cùm ex eo aqua generatur.

* *Sin verò vtriusque.* Tertium theorema. E duobus elementis à symbolis facilius tertiũ generatur, quàm vnum ex altero. Probatur, quia in cõmigratione duorum talium in vnũ tertium, nun opus est, vt ab vtroque duæ qualitates abigantur, sed vt singulæ à singulis: vna actiua, passiua altera: in connexione autem alterius in alterum, duas ab vno expelli necesse est, vt ex dictis constat.

Ex terra & aëre fieri ignem.

* *Ignem autem gigni.* Ex terra, & aëre fieri ignem, quod paulo ante asseruerat, experientia probat. Nam flamma, inquit, maximè ignis est: hæc autem ex terra, & aëre gignitur: alitur enim fumo, qui nihil est aliud, quàm terrea exhalatio aëri commixta: quo patet in generatione flammæ extingui terræ frigus, & aëris humorem, manereque materiam cum siccitate, & calore. Hic aduerte cùm omnes ignes etiam inferni, eiusdem sint speciei, vt aduertit S. Thomas in 4. distinct. 44. quæstione 3. artic. 2. tres tamen eius quasi species ex parte materiæ numerari: videlicet ignem in propria materia, ignem flammam, ignem carbonem. Ignis in propria materia est, qui supra aërem residet, vbi raritatem, cæteràsque materiæ affectiones sibi conuenientes seruat. Ignis flamma dicitur, qui est in materia aëria: carbo, qui in terrena, vt explicat S. Thomas 1. part. quæst. 67. artic. 2. ad 2. Quod tamen non ita est accipiendum quasi flamma solo aëre pascatur, cum oppositum docuerit hoc loco Aristoteles, sed partim quidem aëre, per quod differt à carbone, partim halitu terreno, quem exhalat corpus, è quo flamma surgit. Quoniam verò ignis vbicunque extra propriam materiam est, à nativo statu recedit: cùm hic Aristoteles flammam maximè ignem esse scripsit, non de igni

Tres quasi species ignis.

ἀνυπάρχοντα ταῖς ἐφεξῆς. ὅτι πυρὸς ἢ ὕδωρ, καὶ ἐξ ἀέρος γλῶ, καὶ πάλιν ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀέρα καὶ πῦρ, ἀνθέχεται μὴν γίνεσθαι, χαλεπώτερον ὄν, ἅτε τὸ πλεῖόνων ἐν τῷ μεταβολῇ· ἀνάγκη γὰρ εἰ ἔσται ἐξ ὕδατος πῦρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν & τὸ ὑγρόν. καὶ πάλιν εἰ ἐκ γῆς ἀὴρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν & τὸ ξηρόν. ὡσαύτως ἢ & εἰ ἐκ πυρὸς & ἀέρος ὕδωρ καὶ γῆ, ἀνάγκη ἀμφότερα μεταβαλλεῖν. αὕτη μὲν οὖν χωριστοτέρα ἡ γένεσις, * ἐὰν δὲ ἑκατέρῳ ἑκάτερον φθαρῇ, ῥᾴων μὲν, ἰὼν εἰς ἄλληλα ἢ ἡ μεταβασις· ἀλλ' ἐκ πυρὸς μὲν & ὕδατος ἔσται γῆ καὶ ἀήρ, ἐξ ἀέρος ἢ & γῆς πῦρ & ὕδωρ· ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ὕδατος φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τὸ ἢ πυρὸς τὸ ξηρόν, ἀὴρ ἔσται· λείπεται γὰρ τὸ μὲν τὸ θερμὸν, τὰ ἢ τὸ ὑγρόν. ὅταν ἢ τὸ μὲν πυρὸς τὸ θερμὸν, τὸ ἢ ὕδατος τὸ ὑγρόν, γῆ, ἅτε τοῦ λίτους τὸ μὲν τὸ ξηρὸν, τῷ ἢ τὸ ψυχρόν. ὡσαύτως ἢ & ἐξ ἀέρος & γῆς, πῦρ & ὕδωρ· ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, τὸ ἢ γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται· λείπεται γὰρ, τοῦ μὲν τὸ ὑγρὸν, τῷ ἢ τὸ ψυχρόν. ὅταν ἢ, τὰ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τὸ ἢ γῆς τὸ ψυχρὸν, πῦρ· ἅτε τοῦ λειπομένου τὸ μὲν τὸ θερμὸν, τὸ ἢ τὸ ξηρὸν, ἄπειρα γὰρ πυρός.

d ὁμολογουμένη ἢ ἐν τῇ αἰσθήσει ἡ τοῦ πυρὸς γένεσις. μάλιστα μὲν γὰρ ἡ φλὸξ πῦρ· αὕτη δ' ἐστὶ, καπνὸς καμόμενος· ὁ ἢ καπνὸς ἐξ ἀέρος & γῆς * ἐν ᾧ ἢ τοῖς ἐφεξῆς, ὅτι ἐνδέχεται φθαρέντος ἑκατέρου ἑκατέρῳ τῷ στοιχείῳ γένεσιν μεταβάσεως, εἰς ἄλλο γένος σωμάτων, ἀπὸ τοῦ λείπεσθαι ἐν ἀμφοῖν ἓν τοῦτο, ἢ τὰ ἐναντία. ἐξ οὗ δεύτερον ἢ ἤδη χωρεῖ γένεσις σώματος, εἰ μὲν τοῦ πυρὸς φθαρεῖ τὸ ξηρὸν, τοῦ ἢ ἀέρος τὸ ὑγρὸν· λείπεται γὰρ ἐν ἀμφοῖν τὸ θερμόν. ἐὰν δ' ἐξ ἑκατέρου τὸ θερμὸν, λείπεται ταὐτὰ, ξηρὸν καὶ ὑγρόν. ὁμοίως ἢ κ, ἐν τοῖς ἄλλοις· ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς τοιούτοις ἐνυπάρχει, τὸ μὲν ταὐτὸν, τὸ δ' ἐναντίον. ὥστ' ἄμα δῆλον ὅτι τὰ μὲν ἐξ ἑνὸς εἰς ἓν μεταβαίνοντα, ἑνὸς φθαρέντος· ἐξ δὲ τὰ δ' ἐν δυοῖν εἰς ἓν, φλόξ μὲν οὖν ἁπλῶς ἐκ πάντος γίγνεται, καὶ τίνα τρόπον εἰς ἄλληλα μεταβάσεις γίγνεται, εἴρηται.

Text.26.

Text.27.

Text.28.

Text.29.

Text.30.

Text.26. *symbolum habent. Aqua autem ex igni & terra ex aere, & rursum ex aqua ignis, & aer ex terra gigni quidem possunt: sed difficilius, quòd plurium mutatio fit. Nam si ex aqua oriatur ignis, frigiditatem & humiditatem corrumpi prius est necesse. Et rursum frigiditatem & siccitatem si ex terra fiat aer. Eodem modo & si ex igni, & aëre aqua, & terra fiant: vtrasque mutari qua-*

Text.27. *litates est necesse. Hæc igitur generatio, tardior est.*

c Sin verò vtriusque altera qualitatum intereat, horum migratio facilius quidem: sed non in sese mutuò fiet: sed ex igni quidem & aqua, terra & aër: ex aëre verò, & terra, ignis, & aqua ortum subibunt. Cùm enim aquæ frigiditas fuerit corrupta, & ignis siccitas, fiet aër: nam huius quidem caliditas, illius verò similiter humiditas relinquitur. At cùm calor ignis, & aquæ humiditas interierint, terra: propterea quod huius frigiditas, & illius siccitas remanent. Eodem modo ex aere, terràque ignis & aqua: nam cùm aëris calor, & terræ siccitas interitum subierint, fiet aqua: quandoquidem illius humiditas, huius frigiditas relinquitur. Cùm verò aëris quidem humiditas, terræ verò frigiditas, ignis: quia illius caliditas remanet, huius siccitas, quæ nimirum igni competunt.

Text.28. *d Igne autem gigni etiam sensus ipse approbat, maximè enim flamma ignis est: hæc autem est fumus ardens: fumus verò*

Text.29. *ex aëre, & terra fit. e Porrò in hisce, quæ sunt deinceps, si in vtroque altera qualitas corrupta sit: haud quaquam elementorum migratio in vllum corpus fieri potest, eo quod in vtrisque aut eadem, aut contraria relinquantur, ex quibus nullum profectò corpus oriri potest: vt siccitas ignis, & aëris humiditas sit corrupta, calor in vtrisque remanet. Si verò ab vtroque calor abierit, contraria, siccum, inquam, & humidum relinquuntur. Similiter autem & in cæteris. Nam in omnibus, quæ sunt eiusmodi qualitatum, altera eadem, altera contraria inest. Vnde simul perspicuum euadit, quæ ex vno in vnum mutantur vno corrupto, quæ ex duobus in vnum corruptis pluribus gigni: Quod igitur ex omnibus omnia gignantur, & quonam pacto in sese vicissim commigrent, dictum est.*

Text.30.

Text.29. igni absolutè, sed de nostrate solùm locutus est videlicet quia ex ignibus, qui apud nos sunt, flamma ad conditiones ignis in proprio, & naturali statu magis accedit.

* *Porrò in hisce.* Quartum theorema. E duobus elementis symbolicis, altera qualitate in vtroque pereunte nequit generari tertiũ. Etenim quæ relinquitur aut est eadem, aut contraria. Si eadem in vtroque, verbi gratia, calor in igne & aëre, non resultabit tertium, quia ex vna qualitate nequit elementum cõstitui. Si verò est contraria, vt siccitas ignis, & humiditas aëris, cùm hæc coniugatio impossibilis sit, neque tũc prodibit tertiũ elementum. Postremò summatim colligit quæ de mutua elementorum commutatione dixit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO I.

Vtrum quoduis elementum è quouis gignatur, an non.

ARTICVLVS I.

Argumenta in negatiuam partem.

REIECTA opinione veterum Philosophorum existimantium elementa secũdum formas accidentarias duntaxat, non autem substantiales transmutari; quos Aristoteles tum in hoc opere, tum alibi disceptãdo vicit. Quæstio adhuc supereſt; num omnia elementa, non solum, remotè; sed etiam proximè, in se inuicem commeent. Sunt enim, qui contendant neutiquam accidere, vt ignis primò in aquam, aut aër in terram vertatur, vel quod oporteat ex iis medium elementum priùs generari, vt ex igne & aqua aërem: ex aëre & terra aquam: vel quòd ex eorum congressu non medium elementum, sed euanidum quidpiam imperfecta admixtione coalitũ necessariò emergat, vt ex aqua, & igni vapor. Probatur autẽ hęc sententia primùm ex eo, quia nequit ex aqua ignis fieri, quin priùs materia aquæ calore & siccitate igneæ naturæ congruẽti afficiatur: quòd verò ita affici non possit, quin priùs aqua ipsa in aërẽ facessat, probatur. Nam calor ignis multo est ad agendum efficacior, quàm eius siccitas, & humor etiam aquę faciliùs actionem expedit, quàm siccitas ignis: quare faciliùs aqua calorem, quàm siccitatem acquiret, priúsque eius humiditas siccitatem ignis obtundet, quàm ipsa à siccitate ignis minuatur; ac denique priùs erit calida & humida, quæ est ad excipiendam formam aëris idonea præparatio. Corroboratúrque eiusdem rationis vis, quia nisi ignis priùs ex aqua aërem, quàm ignem generaret, sequeretur posse formam aquæ aliquanto tempore & conseruari cum calore & raritate ampliori, quàm forma aëris requirat, quod non videtur admittendum. Probatur consecutio, Etenim forma aëris postulat. v.g. sex gradus caloris, totidemque raritatis: ignis verò octo gradus earundem; siquidem hæ qualitates intensiores insunt igni, quàm aëri. Cum igitur ad introductionem formæ ignis inferri debeant in materiam octo gradus caloris & raritatis: certè ab eo temporis puncto, quo materia aquæ sex caloris & totidem raritatis gradus obtinuerit, dum reliquos gradus adipiscitur, cum maiori calore & raritate conseruabitur, quàm aër.

Deinde, quòd ignis nó possit in aquam transmutari, ostẽditur, quia oporteret priùs materiam ignis, dum ad aquæ formam disponitur, frigus recipere, atqúe ita frigefieri ignem: quod tamen esse nequit, cum doceat Aristoteles lib. 2. de partibus animal. capit. 2. & cap. de oppositis, & D. Augustinus. 3. super Genesim ad literam cap. 4. ignem nunquam frigere.

Præterea,

Præterea, forma terræ vendicat summam grauitatem, hanc verò forma aëris non fert; Igitur dum materia sub forma aëris extiterit, non poterit ad formam terræ perfectè disponi. Quare nequaquam terra ex aëre generabitur. Atque huiusce etiam rationis momento ostendi poterit, nequaquam ex terra aërem, ignémve fieri; siquidem hæc elementa eam exigunt leuitatem, quam forma terræ, nec in ipso præparationis decursu admittet, quin illico extabescat.

Ad hæc. Quod nec vicina elementa saltem ignis, & aër in se transmigrẽt, probatur, quia vt ex igni aër gignatur, oportet calorem ignis ab aëris frigiditate remitti: quod non apparet, qua ratione, fieri possit, cum aëris frigiditas adeò exigua sit, vt ignei caloris repugnantiam frangere nequeat.

Denique, si ignis in se aërem conuerteret; iam elementum ignis subiectum sibi aëris elementum consumpsisset: nam parta semel victoria, in dies vberioris flammæ increméto, hostem inuasisset, atque in se iam omnino commutasset; præsertim cum multo maior sit ignis sphæra, quam aëris: quare non videtur admittendum aërem in ignem verti posse.

ARTICVLVS II.

Responsio ad propositam dubitationem.

Probatur ex floritate.

SIT tamen conclusio. Quoduis elementum è quouis immediatè gigni posse. Hanc conclusionẽ statuit Arist. hoc in lib. cap. 4. text. 24. & 28. eámque tam Græci, quàm Latini interpretes cõmuni assensu amplexi sunt. Potest autem ex eo ostendi, quia nihil abesse, aut obesse videtur, quominus vnumquodque elementum, opem ac ministerio primarum qualitatum, quæ veluti quædam elementorũ semina existunt, in aliud agat, eiusque materiã disponat, tandemque ex illo sibi simile procreet; vnde & ignẽ videmus ex terra ingnem efficere, cùm pulueris pugillum in se coniectũ accendit: & ex aqua, cùm aquę guttulas, quibus inspergitur, absumit: & ex aëre, cùm flammæ aër attiguus in pabulũ cedit. Quod in cæteris elementis, comparatione aliorum, obseruare licet.

Et ratione.

De vtilitate & præstãtia ignis D. Dionys. lib. de cœlo. Hier. c. 15. D. Basil. homilia 3. Exam.

Conclusionis moderatio.

Proposita conclusio non ita est accipienda, quasi vnum elementum possit totum aliud in se conuertere: non enim id per naturam fieri potest, vt testatur experientia tot seculorũ, quibus omnia quatuor elementa seruata in mundo fuere. Nec erat diuinæ prouidentiæ consentaneum, naturalium agentium causas ita disponi, vt vel ipsorum elementorum, vel alterius agentis effusa vi posset integrum aliquod elementum absumi cuius interitu mundi corporei vniuersitas imperfecta maneret; quidquid in contrariam partem disputarint Stoici existimantes futurum aliquando, vt totus mundus ignesceret, referente Tullio 2. de Natura Deorum. Item Berosus, qui Belum interpretatur, cap. 29. & Democritus.

Item Empedocle, Anaxagorai & Epicurei.

Est igitur intelligenda conclusio de corruptione elementorum quoad partes duntaxat, vti monet D. Thomas 2. sent. distinct. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæst.vnica art.2.ad 2.& lib.2.contra gent.cap.90. Ferrariensis ibidem,Marsil.hoc in lib.quæst.9.Saxonia quæst.7.Non corrumpit autem vnum elementum ex toto aliud,quia dum agit, simul etiam ab eo patitur,atque ita vtrinque detrimenta capiuntur, vtrínque vel in totum,vel ex parte compensantur,vt Plato in Timæo,Aristoteles in libro de mundo ad Alexandrum,si eius est illud opus, & Philo Iudæus in libro de mundi incorruptibilitate,luculenta oratione explicant. Confert autem non parùm ad hanc compensationem virtus corporum cœlestium, quibus incumbit publicæ incolumitatis gratia,effrænatam elementorum potentiam compescere, & moderari, vt docet S. Thomas in quæstionibus disputatis de malo, quæst.5. art.5.ad 6.& alibi.

Cur vicina Elementa se inuicem non absumunt.

Lege Macrobium lib. 2. in Somn. Scip.cap.2.

Solut.1. Primo igitur aduersæ partis argumento concedendũ est,quod assumit, dicendúmque fieri posse,vt aqua ab aliquo agente frigido,& sicco priùs magna ex parte destituatur humiditate natiua: quo in euentu,si accedat ignis nihil impediet, quominùs dum frigiditatem abigit, simul etiam id humiditatis, quod obest,excludat, ignémque generet;maximè cùm iam tunc aëri procreando humor desit.Ad reliquam eiusdem argumenti partem dic vt ex aqua ignis generetur, non oportere aquam aliquãdiu extra natiuam suam constitutionem seruari cum vberiori raritate,quàm aër in naturali suo statu postulet: nihil enim impedit,quominus ignis producatur sub minori raritate, quàm illius perfectio requirat,vt in nostrate igni quotidie videmus.

Solut.2. Ad secundum,dicendum posse aquam ignem in se conuertere,antequam materia ignis tantam recipiat frigiditatem, vt ignis absolutè frigidus vocari queat;licet tunc extra naturalem suum statum aqua generetur,videlicet cum calore denominante,quem tamen postea à se,quoad potuerit,excludet vi frigiditatis, quæ ab ipsius forma, nisi aliunde impediatur,dimanat.

Solut.3. Ad tertium,dicendum,non esse incommodum aërem præter naturam cõcrescere,ita vt in transitu dispositionum,eo vsque grauior, ac densior fiat quoad,propria forma abiecta,in terram commutetur; similitérque terram pari modo in tantam raritatem abire, vt ex ea aër,vel ignis efficiatur.

Solut.4. Ad quartum,calorem ignis à frigiditate aëris,etsi exigua,remitti posse, quantum satis sit ad generationem aëris, qui cum vehementi etiam calore gignitur; maximè cùm aëri contra ignis voracitatem ferant nonnunquam suppetias externa agentia, potissimum corpora cœlestia.

Solut.5. Ad quintum,etsi ignis vicinum aëris elementum assiduè carpat, coerceri tamen eius licentiam ab iis causis,quas suprà retulimus.

QVÆS.

QVAESTIO II.

Num symbolica elementa in sese faciliùs commeent.

ARTICVLVS I.

Argumenta,quæ affirmatiuam partem oppugnant.

ELEMENTA symbolica dicuntur ea, quæ societate qualitatis alicuius in excellenti gradu conueniunt: vt ignis & aër, quæ denominantem calorem; terra, & ignis, quæ siccitatem denominantem communem habent.Quòd igitur inter elementa symbolica non sit facilior commigratio, hunc in modum videtur concludi. Eadem est duorum ad duo, quæ vnius ad vnum proportio;támque difficilè est duo à duobus, quàm ab vno vnum vinci:at in elementis symbolicis quatuor qualitates inter se pugnant; in asymbolicis duæ. Non est igitur inter illa,quàm inter hæc,facilior commigratio.

Quæ dicantur symbolica elementa.

1. Argum.

Secundò, si elementa symbolica in se faciliùs commutarentur, propterea esset, quia ex elemento symbolico vna tantùm qualitas videtur expelli, ex asymbolico duplex; sed non ita res habet: ergo &c.Probatur minor,quia cùm ex igni generatur aër,excluduntur ab igni duæ qualitates,nempe calor ignis quoad aliquos gradus,& siccitas,in cuius locum succedit humiditas. Tertiò, aquæ gutta in rogum iniecta faciliùs ab igni absumitur, quàm particula terræ, & tamen aqua est asymbolica, terra verò symbolica respectu ignis: ergo &c. Quartò, Actio fundatur in contrarietate; ergo vbi maior contrarietas extiterit; ibi erit maior ad agendum vis, & efficacitas; sed inter elementa asymbolica est maior contrarietas,cùm sit pugna inter quatuor;ergo asymbolica agent celeriùs, séque faciliori negotio profligabunt,& ex se mutuò gignentur.

2.

3.

4.

ARTICVLVS II.

Constituitur pars affirmatiua.

NIHILOMINVS asserẽdum cum Arist.cap.4.huius lib. eiúsque interpretibus symbolica faciliùs in se transmutari:sed aduertendum,ástiusmodi facilitatem duobus modis posse intelligi; vno vt faciliùs conuerti, idem sit,ac pauciora in conflictu amitti; Altero,vt idem sit atque celeriùs conuerti. Prior sensus, qui nonnullis placuit, nobis omnino displicet, estque alienus à mente Philosophi; cùm enim probarit elementa symbolica transmutari faciliùs, quia tunc pauciora deperduntur: si faciliùs transmutari esset deperdi pauciora, ridicula esset eius probatio;

Faciliùs cõuerti elemẽta symbolica, quo pacto accipiendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostenderet enim idem per idem. Accedit quod Aristoteles ad eiusmodi facilitatem explicandam, vsurpat verba illa, citiùs, tardiùs. Dicendum igitur elementa symbolica faciliùs, id est, celeriùs in se mutuò commeare; contra verò asymbolica tardiùs. Quod intellige ordinariè, ac nisi quid aliunde occurrat, quod transmutationem in symbolicis retardet, in asymbolicis acceleret. Priorem partem huius pronuntiati confirmauit Aristoteles capit. citato, textu. 25. quia vt asymbolica ex se vicissim gignantur, duæ qualitates abigendæ sunt; vt symbolica, vna duntaxat: promptius autem est in iis vnam quàm duas qualitates vincere, & à subiecto depellere. Nam cùm duæ qualitates actiuæ in gradu perfecto eidem elemento non conueniant, licet vnum asymbolicum vehementer agat in aliud, per qualitatem actiuam; tamen per passiuam remissiùs agit, ideóque multum differtur assimilatio. Vt in aqua videre est, quam licet ignis breui tempore calefaciat, lente exsiccat, proindéque eam tarde in se conuertit. Quod non accidit aëri, verbi gratia, comparatione aquæ, in quam agit per calorem, nullo inter reliquas qualitates existente dissidio, quod materiam demoretur.

Conclusio bipartita.

Eius pars prior confirmatur.

Confirmatur posterior.

Posterior eiusdem pronũciati pars ex eo ostenditur, quia aquæ portiuncula, quæ ob suam exiguitatem parum resistit, celeriùs in ignem abit, quàm magna aëris portio in eũdem ignem: cùm tamen ignis & aqua inter asymbolica; aër & ignis inter symbolica numerentur. Sed hoc ex accidente euenit, vt patet. Aduerte etiam non omnia symbolica æquè facilè, neque omnia asymbolica, æquè difficilè transmutari, sed pro ratione actiuitatis, & resistentiæ, maioríque & minoris efficacitatis ipsarum qualitatum. Quæ quo modo habeant, & qua ratione in elementis attemperatæ sint, superiùs exposuimus.

Non omnia elementa symbol. æquè facilè aut asymb. æquè difficile conuertuntur.

Solut. 1. Igitur argumenta initio allata sic dilues. Ad primum dic tam difficilè esse vnum ab vno, quàm duo vinci à duobus, cùm cætera paria sunt, quod in subiecta materia non accidit, vbi duorum complicatio, aduersariorum protrahit victoriam. Ad secundum respondendum est, etiam in interitu elementi symbolici vtrámque expelli qualitatem, sed eam, in qua erat conuenientia, non nisi ex accidenti perimi: faciliorem autem, aut minus facilem conuersionem secundum ea tantùm, quæ per se expelluntur, spectandam esse, vt D. Thomas, & Ægidius annotarunt. Ad tertium, quid dicendum sit, liquet ex dictis. Ad quartum, concesso antecedente, neganda est consecutio: non enim ex multis contrariis, quibus æquè multa ex aduerso resistunt, maior in agendo acrimonia, & efficacia perpetuò arguitur, sed maior actionum numerus, vt ex superioribus constat.

2.

3.

4.

QVÆ

QVÆSTIO III.

Vtrum ex pluribus elementis possit gigni vnum à quolibet eorum specie distinctum.

ARTICVLVS I.

Quibus argumentis videatur non posse.

QVOD saltem, duobus in certamine pereuntibus, non possit gigni tertium, suadetur primum, quia si duo se mutuò interimunt, vnum, idémque elementum exit simul fortius, & imbecillius: fortius, quia vincit, perimitque alterum; imbecillius, quia ab altero superatur, & exinguitur. Quod tamen non videtur qua ratione constare possit. Item, sublata causa, non potest edi effectus, sed elementa, quæ inter se congrediuntur, sunt causa illius, quod post conflictum oritur: ergo si ipsa intereant, nequibit aliud elementum ab eis procreari.

Præterea, quòd saltem ex aqua, & igni, non possit effici tertium, probatur. Nam tunc, & frigiditas, & calor, pugnando sese infringunt; & humiditas, ac siccitas pari modo, vt ex quatuor qualitatibus depressis, refractísque non elementum, sed mixtum resultat. Vltimò quod ex habentibus symbolum non fiat tertium, ostenditur exemplo ignis, & aëris; Etenim, his in se agentibus, non perit caliditas, cum ambo calida sint, & calor non aduersetur calori: manebit igitur in materia calor, sub excellenti gradu, qui cum non obseruiat nisi aëris, & ignis generationi; vtique ex tali congressu, nec terra, nec aqua prodibit, proindéque, nec tertium aliquod, ab igni, & aëre specie diuersum.

ARTICVLVS II.

Solutio dubij. Explicatio argumentorum.

IN hac controuersia sit prima conclusio. Potest elementum vnum corrumpere plura elementa, & ex iis, aliud à corruptis specie distinctum generare. Hæc ostenditur, quia nihil obstat, quominus vehemens ignis agat simul in portionem vnam aëris, & alteram terræ, & aliam aquæ sibi aptè coniunctas, easque perfectè disponat, & in ignem conuertat.

Prima conclusio.

Secunda conclusio. Quælibet duo elementa non habentia symbolum possunt, occasu suo, tertium gignere, ab ipsis specie diuersum. Hæc tradita est ab Aristotele cap. 4. text. 29. eamque declarat, & confirmat S. Thomas; si enim concurrat ignis, & aqua, ita vt calor illius, frigiditatem huius; & humiditas huius, siccitatẽ illius multum exsuperet; poterunt istiusmodi qualitates ad eum se gradum perducere,

2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere, vt existat in materia humiditas & caliditas, quas forma aëris consequitur expulsis formis aquæ,& ignis.

Hanc conclusionem statuimus de elementis, quæ non habent symbolum,non de iis,quæ habent, quia ex illis tantum, non ex his, vt probat vltimum superioris articuli argumentum,potest oriri tertium à progenitoribus specie differens.Quod intellige,nisi duo habentia symbolum aliunde iam fracta & debilitata, atque à suo naturali statu procul deiecta, in pugnam veniant, vt aër admodum frigidus, & ignis cum aliqua iactura caloris: tunc enim ex his conflictu pereuntibus, poterit gigni aqua: Item ex terra præter naturam aliquantulùm humida, calidaque,& ex aqua calida, similiter extinctis, poterit aër generari.Quod eo minùs est mirandum,quia non necesse est genitum produci cum qualitatibus in eo gradu,quem in naturali suo statu,& perfectione postulat.

Solutio 1. Ad primum eorum, quæ pro aduersaria parte adduximus facilè respondebit,qui meminerit ea, quæ à nobis superius tradita sunt de actiuitate, patibilitate, & resistentia primarum qualitatum. Nam cùm ea,quæ plus agunt, minus resistant, & quæ plus resistunt, minùs agant;poterunt interdum duo elementa, compensatis vtrinque viribus,se inuicem demoliri,vt neutrum victoriam reportet,sed ita agendo

CAPITIS V. Explanatio.

ΚΕΦ. ε.

Elementa esse cõmunia generationis principia.

Text.31. 2 ΟΤΙ μὲν οὖν ἔστι καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων σωμάτων ὕλη, ὥσπερ ἔνιοι δοκοῦσιν οἷον ὕδωρ μὲν καὶ ἀὴρ, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀνάγκη ἓν εἶναι, ἢ δύο ἢ ζῷα, ἢ πλείω. ἓν μὲν δὴ πάντα οὐκ οἶόν τε· ἅμα γὰρ ἔσται πῦρ καὶ ὕδωρ, ἢ γῆ καὶ πῦρ, ἢ ὕδωρ, ἢ γῆ καὶ ὕδωρ, εἴπερ ἡ μεταβολὴ εἰς τἀναντία. εἰ γὰρ εἴη ἀὴρ, εἰ μὴ ἐπομένως, ἀλλείποντος ἔσται, ἀλλ' ἡ γένεσις. b ἅμα δὴ καὶ οὕτω δοκεῖ, ὥστε ὕδωρ ἢ ἅμα καὶ ἀὴρ, ἢ ἄλλο τοιοῦτον. ἔστι δή τις ἐναντίωσις καὶ διαφορά, ἣν ἔχει θάτερον μόριον τὸ πῦρ, ἢ διαιρετόν· ἀλλὰ μὴν ὅτι ἔσται τοῦτο, πῦρ ἀὴρ διαιρούμενον. ἀλλείποντος γὰρ τοιοῦτον, καὶ ἡ φαινομένη. ἅμα δὲ πάλιν εἰ ἔσται ἐκ τοῦ πυρὸς ἀὴρ, ἢ διαιρεῖ εἰς ἐναντίου μεταβάλλοντος ἔσται. ὑπάρξει ἄρα τῷ ἀέρι τοῦτο, καὶ ἔσται ὁ ἀὴρ ψυχρόν τι. ὥστε ἀδύνατον τὸ πῦρ ἀέρα διαιρεῖν. ἅμα γὰρ τὸ αὐτὸ διαιρεῖ καὶ ψυχρὸν ἔσται. ἄλλό τι ἄρα παρ' ἀμφότερα τὸ αὐτὸ ἔσται, καὶ ἄλλη τις ὕλη.

Text.31. Atqui nihil vetat hæc quoque de elementis contemplemur. Si enim aqua & aër, & id genus naturalium corporum materies sint, sicuti nonnullis quoque placet,aut vnum,aut duo,aut plura esse hæc necesse est. Itaque vnum scilicet aër, vel aqua,vel ignis, vel terra, omnia sit, fieri nequit, si transmutatio in contraria sit, atque id transmutetur. Nam si aër sit, si remanet, alteratio erit, & non generatio. b Insuper nec ita videtur, vt simul aër & ignis aut quoduis aliud sit. Esset enim aduersantia quædam, differentiáque, cuius partem alteram ceu calorem ignis haberet. c At verò nec ignis aër calidus erit:nam quod est eiusmodi,alteratio est, & non generatio. At hæc si ex igne aër oriatur,calore in contrarium mutato fiet: hoc ergo inerit aëri, eritque aër frigidum quid. Quare fieri nõ potest,vt ignis,aër calidus sit:simul enim idem calidũ esset,atque frigidum. Erit ergo aliud quid præter vtrumq; idem & alia quædam commu

agendo vincant, & patiendo vincantur, vt tandem ambo succumbant,& in tertium ab vtroque distinctum,abeant.Itaque nihil vetat idem alia ratione fortius esse,alia imbecillius.

Ad secundum respondendum est, cùm duobus elementis extinctis,oritur tertium,primum non esse pereuntium, & primũ esse geniti pertinere ad idem instans,satisque esse geniti causam immediatè ante fuisse; imò nec in aliis rebus oportere existere semper causam principalem secundum se,ante punctum generationis,cum plerumque sufficiat dari tunc instrumentariam eius virtutem, vt patet in animantibus,quorum virtus semini impressa,licet illa obierint,prolis generationem efficienter attingit. *Solut.2.*

Ad tertiũ dicimus nonnunquã ex mutua ignis & aquæ oppugnatione resultare in ipsorum materia temperationẽ primarum qualitatum,quã forma misti sequatur:nonnunquã tamen, etsi nulla ex primis qualitatibus in summo gradu maneat,effici eam mixturam,quæ sufficiat ad generandũ tertium elementũ extra naturalẽ eius statum. *Solut.3.*

Quartum argumentum probat secundam nostram cõclusionem, cum ea tamen moderatione, quam adhibuimus, ostendentes posse nonnunquam v.g.ignis & aëris congressũ,inferri in materiam frigus sufficiens ad aquæ generationem. *Solut.4.*

CAP. V.

Text.31. a ATAMEN *adhuc & hic quoque de eis contemplemur. Si enim aqua & aër, & id genus naturalium corporum materies sint, sicuti nonnullis quoque placet, aut vnum, aut duo, aut plura esse hæc necesse est. Itaque vnum scilicet aër, vel aqua, vel ignis, vel terra, omnia sit, fieri nequit, si transmutatio in contraria sit, atque id transmutetur. Nam si aër sit, si remanet, alteratio erit, & non generatio.* b *Insuper nec ita videtur, vt simul aër & ignis aut quoduis aliud sit. Esset enim aduersantia quædam, differentiáque, cuius partem alteram ceu calorem ignis haberet.* c *At verò nec ignis aër calidus erit:nam quod est eiusmodi,alteratio est, & non generatio. At hæc si ex igne aër oriatur,calore in contrarium mutato fiet: hoc ergo inerit aëri, eritque aër frigidum quid. Quare fieri nõ potest,vt ignis,aër calidus sit:simul enim idem calidũ esset,atque frigidum. Erit ergo aliud quid præter vtrumq; idem & alia quædam commu*

perfecto existens, sequitur alia dum ex eo fiunt, non gigni, sed alterari: siquidem quoties subiectum manet idẽ quoad formam & materiam.& mutatur secundum qualitates,alteratio est.

b *Insuper.* Refellit secundum membri ostendens, non posse duo, aut plura, aliorum principia esse, vt aërem ignis, & aquam terræ. Nam si ex aëre tanquam ex principio fiat ignis, cum aër maneat,& ignis non fiat nisi ex contrario,dabitur aliqua oppositio & contrarietas, cuius vnã partem habeat ignis, alteram aër: vtranque verò simul in se cohibeat oppositum,quod denuò gignitur,quódque non est aliud, quam ipse ignis: atque ita inerunt simul duo contraria in eodem. Nec satisfacit,qui dixe-

sit vnum eiusmodi contrariorum esse in aëre, alterum in igne, proindéque non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tectè colligi duo contraria inueniri simul in eodem. Non, inquam, satisfaciet, quia materia non est compositum distinctum ab eo, quod ex ipsa constat, nec re vera compositum est. Quapropter si aër sit materia ignis, & habeat in se humiditatem, erit simul in igne humiditas, & siccitas: illa ab aëre, hæc à forma ipsius ignis. Vnde colliges antiquorum philosophorum in dictis repugnantiam, dum elementum vnum alterius materiam faciunt. Si enim tale elementum subiicitur, vt aiunt, formis aliorum, materia est: rursus verò si est ens in actu, vt ponunt, materia non est.

Veterum in dictis repugnantia.

ὕλη κοινή. ὁ δ' αὐτὸς λόγος ἐστὶ καὶ πρὸς ἁπάντων, ὅτι οὐκ ἔστιν ἓν τούτων ἐξ οὗ τὰ πάντα. [c] οὐ μὴν οὐδ' ἄλλο τί γε παρὰ ταῦτα, οἷον μεῖζόν τι ἀέρος καὶ ὕδατος, ἢ ἀέρος καὶ πυρός· ἀέρος μὲν παχύτερον καὶ πυρὸς λεπτότερον· ἴσως γὰρ ἂν καὶ πῦρ ἐκεῖνο μετ' ἐναντιότητος. [d] ἀλλὰ στέρησις τὸ ἕτερον τῶν ἐναντίων· ὡς οὐκ ἂν διέχοιτα μονάδων ἐκεῖνο οὐδέποτε, ὥσπερ φασί τινες τὸ ἄπειρον καὶ τὸ μέγιστον. ὁμοίως ἄρα οὐδὲ τούτων, οὐδέν. [e] εἰ οὖν μηδὲν ἀδιῄρητόν γε πρότερον τούτων, ταῦτ' ἂν εἴη πάντα. ἀνάγκη τοίνυν, ἢ ἀεὶ μένοντα καὶ ἀμεταβλητὰ εἰς ἄλληλα, ἢ μεταβάλλοντα· καὶ ἢ πάντα, ἢ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ, ὥσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτων ἔγραψεν, ὅτι μὲν τοίνυν μεταβάλλει ἀνάγκη εἰς ἄλληλα, δέδεικται πρότερον· ὅτι δ' οὐχ ὁμοίως ταχέως ἄλλο ἐξ ἄλλου, εἴρηται πρότερον, ὅτι τὰ μὲν ἔχοντα σύμβολον, ῥᾳδίως ἐξ ἀλλήλων· τὰ δ' οὐκ ἔχοντα, βραδύτερον. [f] εἰ μὲν τοίνυν ἡ ἐναντιότης μία δεῖ καθ' ἣν μεταβάλλουσιν, ἀνάγκη δύο εἶναι· ἡ γὰρ ὕλη τὸ μέσον ἀναίσθητον ἅπασι, καὶ ἀχώριστον. ἐπεὶ δ' πλείω ὁρᾶται ὄντα δύο ἂν εἶεν οἱ ἐλάχιστοι. δύο δ' ὄντων, οὐκ εἰσί τε τρία [g], ἀλλὰ τέτταρα, ὥσπερ φαίνεται· τοσαῦται γὰρ αἱ συζυγίαι· ἐξ μὲν γὰρ ὑγρῶν, τὰς δύο ἀδυνάτων γὰρ ἅμα, δεῖ τὸ ἐναντίας εἶναι ἀλλήλαις. ταῦτα μὲν οὖν τούτων εἴρηται πρότερον· ἔστι δ' ὅτε μεταβάλλουσιν εἰς ἄλλα, ἀδυνάτων ἀρχήν τινα εἶναι αὐτῶν, ἢ ὅτι πρὸ ἄκρου, ἢ ὅτι πρὸ μέσου, οὐκ ἦν δὲ δῆλον· ὅτι μὲν οὖν ἔστιν ἄκροις οὐκ ἔστιν ὅτι πῦρ ἐστὶν, ἢ γῆ πάντα· καὶ ὁ αὐτὸς λόγος πρὸ φανεροῦ οὐ πυρὸς, ἢ οὐ γῆς ἐστὶ πάντα· ὅτι δ' οὐδὲ μέσον, ὥσπερ δοκεῖ τισιν, ἀὴρ μὲν ἢ εἰς πῦρ μεταβάλλειν καὶ εἰς ὕδωρ, ὕδωρ δ' καὶ εἰς

Text.32. *communis materies. Eadem autem & de omnibus ratio est, non esse, inquam, inter hæc vnum, ex quo vniuersa sint.* [c] *Sed neque aliud quippiam, præter hæc, veluti medium quoddam aëris & aquæ, aut aëris & ignis, aëre quidem & igni crassius, sed cæteris subtilius. Nam illud aër & ignis cum cõtrarietate esset;* [d] *sed è contrarijs alterũ priuatio est. Quare fieri non potest, vt illud vnquam per se sit, quemadmodum quidam aiunt infinitum, & id quod comprehendit, atque continet. Similiter ergo* *Text.33.* *horum quoduis aut eerie nullum.* [e] *Si igitur nullum sensibile hisce prius sit, hæc profectò erunt prima. Aut igitur ea semper manere & in se vicissim transmutari non posse, aut posse, & aut omnia, aut aliqua & aliqua non, quemadmodum in Timæo* *Text.34.* *Plato prodidit est necesse. Quod igitur necesse sit ea inuicem in se mutari, demonstratum est prius. Quod verò non æquè celeriter aliud ex alio nascatur, quòd quæ communem nacta sunt, qualitatem, celerius ex sese mutuò oriantur, quæ verò non sunt nacta, tardius, dictũ est iam.* [f] *Ergo si vna sit aduersantia, per quam mutationem subeant, duo sint, necesse est: nam insensibilis, inseparabilisque materies medium est. Porrò cùm plura esse videantur, duæ ad minimũ contrarietates erunt. Sed cùm duæ sint, esse tria non possunt, sed quatuor, vt patet: tot enim sunt coniugationes. Nam cùm sint sex, duæ ex ijs fieri non possunt: propterea quod inter sese contraria sunt. Sed de hisce diximus priùs.* *Text.35.* [g] *Cùm autem mutuò in sese transmutentur, fieri non posse, vt principium quoddam sit eorum, vel in extremo vel in medio, ex hisce palam fiet. In extremis igitur non erit principium, quia ignis, aut terra essent omnia idemq; sermo est, atque si ex igne, aut terra constare omnia dicamus. Præterea, neque medium principium erit, sicuti quidã aërem quidem, & in ignem & in aquam: aquam verò & in*

Text.34.

Text.33.

Text.35.

Dilutio obiectionis.

Ex dictis hanc conficit rationem, Omnia elementa possunt in se mutuò conuerti: igitur nullum est cæterorum principium, cùm nulla sit maior ratio, cur hoc potiùs, quàm illud sit. Quia tamen posset quis dicere non omnia inuicem mutari, sed

[d] *Sed è contrarijs.* Diceret aliquis mediũ illud corpus nullius elemẽti proprietatem sortiri, sed ea priuatũ esse, id confutat Aristoteles ex eo, quia nunquã datur priuatio

uatio absque altero contrariorum in subiecta materia, hoc est, quin alterũ contrariorum insit. Item quia eiusmodi corpus pari modo omni alia qualitate vacaret, & esset quasi infinitum quidpiam, nulli ad dictũ formæ, cõcludere & comprehendere in se valens omnia, vti quibusdã visum fuit, qũi tamen lõgè à veritate aberrarunt.

[c] *Si igitur nullum.* Ex eo quòd nullum corpus sub sensum cadens elementis prius sit: vt ex superiori disputatione constat, cõpertum esse vult Aristoteles elementa esse absolutè prima sensibilia. Deinde vt cõfirmet nullum elementũ esse principium aliorum, quærit num elementa permaneant, an alia in alia mutentur: idque vel omnia, vel quædam, vt Plato in Timæo docuit asserens terram nõ mutari. Tum quæstioni respondet ea, quæ superiùs tradidit summatim colligendo, atque omnia transmutari inuicem, quia affecta sunt contrarijs mutuo pugnãtibus: sed quædam celeriùs, vt symbolica alia tardius, vt quæ symbolum non habent, ex se gigni.

[f] *Ergo si vna sit.* Ex duplici cõtrarietate colligi quatuor esse elemẽta, non plura, neque pauciora. Si vna, inquit, esset cõtrarietas, duo tantum forent elementa (nam materia prima quæ singulis formis subest, & ex se est pura potentia, nequaquam in elementorum numero reponitur) nunc autẽ, cùm sint duæ contrarietates, neq; plures qualitatum primarum combinationes, quæ elemẽta cõstituant, dari possint, quàm quatuor, necessario fatendum erit quatuor esse mundi elementa, neque hunc numerum aut maiorem effici, aut minorem potuisse.

[g] *Cùm autẽ mutuò.* Omnia elementa in se vicissim mutari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

media in extrema, & extrema in media, non tamen extrema inter se, nempe ignē & terram; atq; adeo hęc posse aliorum esse principium: id cōfutat quia alioqui omnia essent terra & ignis, aut saltē ex terra & igni proprias formas adhuc retinentibus, constarent, quod planē absurdū est. Deinde ostendi neque mediū corpus posse dici principium, vti quidam aiebant eo ducti argumento quòd medium transeat in extrema, ipsa verò extrema immutabilia sint. Hoc autem vt probet sumit non dari progressionē infinitā ex parte extremorum, sed cōsistendum in duobus extremis, alioqui essent in vno infinitæ qualitates contrariis oppositæ, per quas vnum elementum infinitis aduersaretur.

ἐις ἀέρα καὶ εἰς γῆν τὰ δύ᾽ ἕκαστα, ἀπ᾽ ἄκρα εἰς ἄλληλα· δεῖ μὴν γὰρ στῆναί, καὶ μὴ εἰς ἄπειρον τοῦτο ἰέναι ἀπ᾽ ἀμφοῖν ἐφ᾽ ἑκάτερα· ἄπειροι γὰρ αἱ ἐναντιότητες ὧν τὸ ἓν ὕδωρ· [h] ἔστω γὰρ γῆ ἐφ᾽ ᾧ γ, ὕδωρ ἐφ᾽ ᾧ υ, ἀὴρ ἐφ᾽ ᾧ α, πῦρ ἐφ᾽ ᾧ π. εἰ δὴ τὸ α μεταβάλλει εἰς τὸ π, καὶ υ, καὶ ἐναντιότης ἕξαι τῷ π. ἔστω δὴ τοῦτο, λευκότης ἢ μελανία. πάλιν εἰ εἰς τὸ υ τὸ α, ἴσαι ἄλλαι· ἀ γὰρ τὸ αὐτὸ τὸ υ, καὶ π. ἔστω δὴ ξηρότης καὶ ὑγρότης, τὸ μὲν ξ, ξηρότης τὸ δὲ υ, ὑγρότης. ἀνάγκη οὖν εἰ μὲν μένει τὸ λευκὸν, ὑπάρξει τὸ ὕδωρ ὑγρὸν ἢ λευκόν· εἰ δὲ μή, μέλαν ἔσαι τὸ ὕδωρ· εἰς ταὐτία γὰρ ἡ μεταβολή. ἀνάγκη ἄρα ἢ λευκὸν ἢ μέλαν εἶναι τὸ ὕδωρ· ἔστω δὴ τὸ πρῶτον. ὁμοίως τοίνυν ἢ τῷ π, τὸ ξ ὑπάρξει ἢ ξηρότης. ἴσαι ἄρα ἢ τῷ π τῷ φυσεὶ, μεταβολὴ εἰς τὸ ὕδωρ· ἐναντία γὰρ ὑπάρχει τὸ ξηρὸν τῷ πυρί, τὸ πρῶτον μέλαν ὂν, ἔπεσθαι δὲ ξηρὸν τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν, ἔπεσθαι δὲ λευκόν· φανερὸν δὲ καὶ ὅτι φασὶν ἐξ ἀλλήλων ἴσαι ἡ μεταβολή, καὶ ἐστί γε πάντων, ὅτι καὶ ἐν τῷ γ τῇ γῇ, ὑπάρξει τὰ λοιπά, καὶ δύο σύμβολα τὸ μέλαν καὶ τὸ ὑγρὸν· ὥστε συμβαίνουσι πᾶσι. [i] ἔτι δ᾽ εἰς ἄπειρον οὐχ οἷόν τ᾽ ἰέναι, ἐπεὶ μεσότητές γε δεῖξειν, ἐξ ὧν τοῦτο ἐμπρόσθιον ἦλθεμεν, δ᾽ ἄλλον ὧν τρόπον· εἰ γὰρ φαίην τὸ πῦρ ἐφ᾽ ᾧ π, εἰς ἄλλο μεταβαλεῖ καὶ μὴ ἀναμένει, ὅτι εἰς τὸ ψ, ἐναντιότης τις τῷ πυρὶ, καὶ τῷ ψ ἄλλη ὑπάρξει τῷ εἰρημένῳ· εἰ γὰρ τὸ αὐτὸ ὑποκειται, τῷ γ υ α π τὸ ψ. ἔστω δὴ τῷ μ π, τὸ κ· τῷ δὴ ψ, τὸ φ. τὸ δὴ κ, πᾶσιν ὑπάρξει ταῖς γ υ α π· μεταβάλλουσι γὰρ εἰς ἄλληλα· ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὴν ἔστω μὴ πω δεδειγμένον. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο δῆλον, ὅτι εἰ πάλιν τὸ ψ εἰς ἄλλο, ἄλλη ἴσαι ἐναντιότης, καὶ τῷ ψ ὑπάρξει, καὶ τῷ πυρὶ τὸ π. ὁμοίως δὴ ἀεὶ μᾶλλον ἢ πορρωτέρω ἐναντιότης τις ὑπάρξει τοῖς ἐμπροσθεν· ὥστ᾽ εἰ ἄπειρα, ἐναντιότητες ἄπειροι, τῷ ἑνὶ ὑπάρξουσιν. [k] εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἔσαι ὅτι ἐπιβαίνομεν ἀεὶ, ὅτε γίνοιτο· δῆπου γὰρ εἰ ἔσαι ἄλλο ἐξ ἄλλου, τοσαῦται διεξελθεῖν ἐναντιότητες, καὶ ὅτι πλείους· ὥστε εἰς ἄπειρα μὴ οἷόν τε ἔσαι μεταβολήν· δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν μεσοτήτων· ἀνάγκη δὴ ἢ ἄπειρα τὰ μεταξύ· ἀνάγκη δὴ ἢ ὑπερ ἄπειρα τὰ στοιχεῖα· ἔστι δὴ, ἀφ᾽ ἑνὸς ἐξ ἀέρος εἰς πῦρ ἢ πέρ ἄπειροι αἱ ἐναντιότητες. [l] ὃ καὶ πάλαι ἐν· ἀνάγκη γὰρ ἀπάσας ὑπάρχειν, ταῖς μὲν κάτω τῷ π, τὰς δὲ ἄνωθεν ταῖς ὑ, τὰς δὲ κατωθεν· ὥστε πάντα ἐν ἴσα.

Quæ mutuò contraria sunt, posse inuicē trāsmutari.

[h] *Sit T. terra.* Demonstrat si medium in extrema cōmutetur, necessariò inter se cōmutatum iri extrema. Vsitur verò in hac demonstratione literis, vt sæpe alibi, & pro affectionibus elementorum sumit quædam, quæ veræ eorum affectiones nō sunt vt candorem & nigredinem, videlicet quia in exemplis quærenda veritas non est. Summa rationis, vt colligit D. Thomas, ita habet, Quæcunque mutuò contraria sunt, possunt inuicem transmutari: sed omnia elementa, siue habeant, siue non habeant symbola, siue media, siue extrema sint, opponuntur inter se vel vna, vel duplici qualitate: igitur omnia inuicem transmutari queunt.

[i] *Sed quòd fieri nequeat.* Non dari progressum infinitum in elementis neque versus interiorem, neque versus superiorem partem ostendi ex eo, quia oportet in quolibet

in aërem & terram: vltima autem non amplius in sese vicissim transmutari putant. Nam sic hoc, nec in infinitū recta vtraque ex parte abeat., oportet: in vno enim contrarietates essent infinitæ.

[h] *Sit T. terra, L. Lympha, seu aqua, A. aer, I, ignis. Itaque si A, in I, & L. mutetur, vna erit. contrarietas nempe ipsorum A, I. sint hæc, albor & nigror. Rursus si I, in L, & A, mutetur erit altera, non enim L. & I, idem sunt, sint autem siccitas, & humiditas, S, quidem siccitas: H, verò humiditas. Igitur si albor maneat, humida & alba erit aqua, sin minus nigra, quandoquidem in contraria mutatio est. Aquam igitur aut albam esse, aut nigram, necesse est. Sit primum pari, ergo ratione S, inerit I, transmutabitur igitur & ipse ignis in aquam: contraria enim sunt; nam ignis primò niger erat, & deinde siccus, aqua verò humida & postea alba: Liquet itaque omnia in sese vicissim transmutari, atque etiam in hisce, ipsi terræ reliqua duo symbola, nigrorem, inquam, & humiditatem competere: hæc enim nedum copulata fuere.* [i] *Sed quòd fieri nequeat in infinitum abitio (quod quidem cum essemus demonstraturi, in hoc ante incidimus) ex hisce emerget. Si enim rursum I, id est, ignis in aliud ceu in M, transmutetur, nec regressio fiat, aduersantia quædam ab hisce, quas diximus, alia, I, & M, inerit: nam M. nulli ipsorum T. L. A. I. esse idem supponitur: Sit itaque K, ipsi I. & O, ipsi M. K, itaque omnibus T, I, A I, inerit: nam ex in sese mutuò transmutari solent. Sed hoc quidem nondum sit ostensum, illud tamen in aperto est, quod si M, in aliud rursum transmutetur, alia in M, & in I, contrarietas inerit: atque ita semper primis eum sequentibus aliqua inerit aduersantia. Quare si infinita sint, infinitæ quoque erunt in vno contrarietates.* [k] *Quod si hoc sit, nec finiri quicquam nec oriri poterit. Nam si aliud ex alio fiet, tot & adhuc plures transire contrarietates oportebit. Quare in nonnulla transmutatio fiet nunquam, videlicet si intermedia infinita sint: quod profectò necessariò accideret, si infinita sint elementa.*

Præterea neque ex aëre in ignem transmutatio fiet, si infinitæ sint contrarietates. Fient etiam omnia vnum: nam omnes superiorum contrarietates hisce ineſſe, quæ infra I, sunt collocata & contra necesse est. Quare omnia vnum erunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITIS SEXTI EXPLANATIO.

Reprehensio Empedoclis.

Irabitur porrò. Coarguit Empedoclem, quòd negarit elementa in se mutuò conuenti, fuisseque dictis pugnantia inuoluerit, dum ex vna parte facit elementa immutabilia: ex altera affirmat posse illa inter se comparari, nam æqualia ea vocat: cum tamen quæ immutabilia sunt comparari nequeant, & ea, quæ comparari possunt, mutabilia sint. Quod ex eo ostendit, quia trifariam cõparari inuicem res solent. Primò, secundum quãtitatem, vt duo corpora æquali magnitudine prædita. Secundò, penes qualitatem & potentiam: quod dupliciter accidit. Vel enim conferuntur secundum qualitates diuersæ speciei, vt si quis dicat ignem tantùm calefacere, quantum aqua refrigerat, quæ comparatio vocatur secundum proportionem: vel secũdum qualitates eiusdem speciei, vt cum dicimus hoc calidũ, & illud ex æquo calefacere, & hæc est tertia comparatio. His positis argumẽtatur cõtra Empedoclem hunc in modum. Elementa possunt comparari inter se ex quãtitate: ergo habent aliquid cõmune ratione cuius mutari possit. Obiiciat tamen aliquis corpora cœlestia tam inter se, tum etiam cum sublunaribus conferri valent, cum inter omnia finitæ magnitudinis corpora inueniatur aliqua magnitudinis proportio, siue per exuperantiam, siue per defectum: & tamen corpora transmutari: ergo ratio Aristotelis nullius momenti est. Occurrendum, non loqui Aristotelem de comparatione quantitatis quolibet modo sumptæ, sed de ea, qua in vno corpore continetur virtute tanta moles, verbi gratia quanta in alio vt in vno pugillo terræ tanta, quanta in decem pugillis aquæ. Nam ex tali comparatione, quæ non cadit nisi in ea corpora quæ, communem materiam obtinent, rectè sequitur posse illa inuicem commutari.

Triplex cõparatio.

Obiectio.

Solutio.

Reiicitur quorundam opinio de magnitudine elementorũ.

Aduerte nonnullos ex hoc loco, in quo Aristoteles loquitur de culpa proportione inter elementa, collegisse de sententia Philosophi vnumquodque elementum esse decuplo maius inferiore sibi proximè cohærente, hoc est, aquam esse decies maiorem terra, aërem aquã, ignem aëre. Verùm neque, ita est, vt lib. 3. de cæl. cap. 5.

KEΦ. 5.

Text. 37. a Λυμάσεται δ' ἄν τις τῶν λεγόντων πλείω ἐνὸς τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων, ὥστε μὴ μιγνύναι εἰς ἄλληλα, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι, πῶς ἐνδέχεται λέγειν. αὐτοῖς γὰρ συμβαίνει τὰ στοιχεῖα ἃ τοιαῦτα εἶναι τῷ λόγῳ ὥστε πάντα· εἰ μὲν οὖν ἔστι τὸ ποσὸν, ἀνάγκη ταὐτό τι ὑπάρχειν ἅπασι τοῖς συμβαίνουσιν ᾧ μιγνύονται· οἷον εἰ ἐξ ὕδατος κοτύλης εἴη κοτύλαι ἀέρος δέκα· τὸ αὐτὸ δὴ ἄρα ἄμφω, εἰ μιγεῖεν τῇ ἀπῇ· b εἰ δὲ μὴ ἔστω συμβαίνοντα τὸ ποσὸν, ὡς ποσὸν ἐκ ποσῶν, ἀλλ' οἷον δυνάμεις, οἷς εἰ κοτύλη ὕδατος ἴσον δύναται ψύχειν, καὶ δέκα ἀέρος, οὐ πάντως τὸ ποσὸν ἔχει ποσὸν συμβαίνοντα, ἀλλ' ἢ δυνάμεις τινά. εἶτα δὴ ἂν καὶ μὴ τῷ ποσῷ μίσγῃ συμβάλλεσθαι τὰς δυνάμεις, ἀλλὰ οὐκ ἀναλογίαν· οἷς ὡς τόδε θερμὸν, τόδε λάκκιν, τὸ δὲ ὡς τόδε σημαίνει, ἐν μὲν ποιῷ, τὸ ὅμοιον· ἐν δὲ ποσῷ, τὸ ἴσον, ἄδηλον δὲ φαίνεται, εἰ τὰ σώματα ἀμεταβλητα ὄντα, μὴ ἀναλογία συμβαίνοντά ἐστιν, ἀλλὰ μίσγεσθαι τῇ δυνάμει, καὶ τὸ ἴσον θερμὸν, ἢ ὅμοιον πυρὸς τοσονδί, καὶ ἀέρος πολλαπλάσιον· τὸ γὰρ αὐτὸ πλεῖον τῇ ὁμοιότητι ἔσται, τοσοῦτον ἐξ ἧς λόγον. c ἀλλὰ μὴν οὐδ' αὔξησις ἂν εἴη κατ' Ἐμπεδοκλέα, ἀλλ' ἢ ἃ κατὰ πρόθεσιν· πυρὶ γὰρ αὔξει τὸ πῦρ.

Text. 38.

Text. 39. Αὔξει δὲ χθὼν μὲν σφίγγουσα γῆν, αἰθὴρ δ' αἰθέρα. ἔοικε δὲ προσίστασθαι δοκεῖ δὲ οὐχ οὕτως αὔξεσθαι τὰ αὐξανόμενα. d πολὺ δὲ χαλεπώτερον ἀποδοῦναι περὶ γενέσεως ἢ κατὰ φύσιν· τὰ γὰρ γινόμενα φύσει, πάντα γίγνεται, ἢ ἀεὶ φησὶ ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· τὰ δὲ

Hac de 1ª D. Tho. 1. p. q. 30. ca. 3. & lib. 2. contra gent. cap. 32. Caiet. & Ferr. eisdem locis Pico. 3ª

CAP. VI.

Text. 37. a IRABITVR *porrò aliquis eos, qui elementa corporum vno plura esse dicunt, ita vt in se non transmutentur sicuti Empedocles inquit, quo pacto ipsi elementa esse comparabilia dicere queant. Atqui ille ad hunc modum ait. Nã æqualia sunt hæc omnia. Si igitur secundum quantitatem, idem quid omnibus inesse cõparabilibus, quòd mensurentur, est necesse: vt si ex aquæ sextario vno aëris decem fiant: ergo idem quid vtraq; sunt, si mensurentur eodem.* b *Sin verò non hoc pacto secundum quantitatem, vt è quanto quantum, sed quantum possint, velut si aquæ sextarius æquè frigefacere, atque aëris decẽ possit, atq; ita secundum quantitatem, non quatenus quantitas est, sed quatenus possunt aliquid cõparabilia sunt, fiet sanè vt etiã non quantitatis mensura secundum potentiam, atque vires: sed vt proportione comparẽtur, v. c. vt hoc calidum, hoc album. Sed hoc in qualitate quidem similitudinem significat, in quantitate verò æqualitatem. Videtur itaque esse absurdum, si corpora illa, quæ transmutari nequeunt, proportione comparabilia non sint, sed potẽtiarum mensura & eo quod tantum ignis, æquale vel simile calidũ sit, atque aëris multo plus. Idem nanq; cùm maius est ex eo, quia vnius est generis, hãc habebit rationem.*

Text. 38. c *At verò neque accretio fuerit secundùm Empedoclem præterquam, quæ additione fit: nam igni ignem augeri censet, inquit enim.*

Auget terra quidem propriũ genus, ætheraque æther.

Hæc autem adiiciuntur, opponunturque. At ea, quæ incrementa suscipiunt, non ad hunc modum augeri videatur.

Text. 39. d *Longe autem difficilius fuerit eidem de generatione, quæ natura fit, rationem assignasse. Nam omnia, quæ natura gignuntur, aut semper sic, aut plerumq; fiunt. Quæ verò non*

Reprehensio Empedoclis.

cap. 5. q. 3. ostendimus: *lib. de quanto. Aristoteles id asserit. terra & aqua, Eccm.* nunquam enim agit de proportione magnitudinis, *libr. 1. Cosmogr. cap. 2.* quam elementa inter se habẽt, vt legenti planum erit, sed de illa, quam *Clauius ad c. 1. Sacrob.* obtinet pugillus terræ v. c. ad eam, quæ obuenit aquæ ex tali pugillo gentæ: nam ex vno terræ pugillo possunt gigni decem aquæ.

b *Sin verò non hoc.* Ostendit, si elemẽta ponantur eiusmodi, vt inter se, quoad virtutem, seu potentiam conferri queant, non esse negandum posse illa in se trãsmutari. Loquitur autem nunc de comparatione quoad vires qualitatum alterantium, vt caloris, & frigoris. Nam, quæ talem subeunt comparationem, vt cùm vnum elementum altero calidius, aut frigidius dicimus: ea procul dubio cõmunem materiam sortiuntur, & in se vicissim agunt. Idémque euenit, siue collatio fiat inter qualitates eiusdem, siue diuersæ speciei.

c *At verò neque accretio.* Incusat Empedoclem, quòd dũ elementorum commutationem negat, veram accretionem substulerit, & eam tantùm reliquerit, quæ accessione vnius corporis ad alterum, vt cùm ignis igni additur, fieri solet, sicuti ex illius carmine constat. Nam cùm accretio sit comes generationis partialis, & hæc, non nisi præeunte alteratione detur: qui negat elementa, & ex consequenti mista alterari, negat etiam mista posse accrescere.

Reprehensio Empedoclis.

d *Longe autem difficilius.* Peccauit etiam in eo Empedocles, quòd iuxta doctrinæ suæ placita non poterat rationem reddere eius generationis, quæ per naturam fit. Talis enim generatio aut semper, aut plerumque eodem modo procedit: nam homo hominem, vitis vitem gignit. Empedocles autem nullam huius rei causam afferebat, præter elementorum commistionem & coalitum; cùm tamen id non sufficiat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sufficiát, vt simile aliud sibi natura simile producat: sed requiratur præterea forma substantialis, quæ generationis est principium. Nec satisfaciet Empedocles, si dicat ideò generari os, & non carnem, aut aliud quidpiam: quia elementa hæc potius ratione, quàm illa inter se coëunt. Quæritur enim quænam sit causa talis concursus, cùm ipsa elementa per se esse non possint. Certè quòd non sint discordia & concordia ex eo ostenditur, quia hæc solam elementorum secretionem & coniunctionem efficere possunt, non verò illam temperiem, ac misturam qualitatum, quę ad hoc potius, quàm illud generandum necessaria est, & in qua mistio & natura consistit. Intelligit autem misturam spectatur, non vt est quid substantiale, sed accidentarium. sic enim ex quamnot primis qualitatibus, ad certam moderationem redactis intrinsecè coalescit.

Confutatio responsionis.

Duplex mistí consideratio.

ἀλλ' ἀεὶ τὸ αὐτὸ, ὡς ὅτι τὸ πολὺ, δεῖ ξυνίσταται, καὶ μὴ διὰ τύχης. τί οὖν τὸ αἴτιον τοῦ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπον ἀεὶ, ἢ ὡς ὅτι τὸ πολὺ, καὶ ἐκ τοῦ πυρὸς πυρὸν, ἀλλὰ μὴ ἐλαίαν; ἢ καὶ ἐὰν φῶσι συνιστᾶσθαι ὡσαύτως; ὁ Text.40.
γὰρ ὡς ἔτυχε συμβάντων οὐδὲν γίγνεται, καθάπερ ἐκεῖνός φησιν. ἀλλὰ λέγω τίνι. τί οὖν τὸ τούτων αἴτιον; ἡ γὰρ ὕλη πῦρ γε, ἢ γῆ· ἀλλὰ μίαν οὐδ' ἢ φιλία καὶ τὸ νεῖκος· ἑνὸς γὰρ φύσις, τὸ δὲ ἑτέρως ἔχειν. ᶜ τοῦδε δ' οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία ἡγεμονικὴ, ἀλλ' ἢ μόνον.

Dignitas, & munus formæ substantialis.

—Μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων,
ὥσπερ ἐκεῖνός φησι. τύχη δ' ὅτι τούτων ὄνομά ἐστιν, Text.41.
ἀλλ' ὁ λόγος. ἔστι δὲ μίγνυσθαι ὡς ἔτυχε. τῷ γὰρ δεῖ φύσει ὄντων οὐκ ἔστι, τὸ ὅπως ἔτυχε, καὶ ἡ τοιαύτη φύσις αὐτῶν, ἀφ' ἧς οὐδὲν λέγει. δύναται ἄρα ἀεὶ φύσεως λόγῳ μᾶλλον καὶ τὸ αὐτῷ καὶ ἀναγκαῖον. ὁ δὴ πάλαι μίξιν καλῶν ἐπαινεῖ. καὶ τοί γε τὰ στοιχεῖα διαπλέκει, ἀλλ' ἢ φιλία τὰ φύσει πρότερα. ᵈ θεοὶ δὲ ἦσαν ἢ ὅλως ἀεὶ κινήσεως ἁπλῶς λέ- Text.42.
γει· οὐδὲ ἱκανὸν ἐντεῦθεν φαίνεται ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος κινεῖν, εἰ μὴ τοῦτ' ἔστιν ἡ φιλία (ἢ) τὸ κινοῦν ἀεὶ κινεῖ, νείκους δὲ τὸ ἠρεμεῖν. ἔτι δ' οὐδὲ ἡ ὀρθὴ ἄνω, ἢ κάτω δεῖ, ἢ πλαγία, ἢ ἄλλως ἥτις. ᵉ ἔτι Text.43.
δὲ, ἐπεὶ φαίνεταί τε βίᾳ, καὶ παρὰ φύσιν κινοῦσα τὰ σώματα, καὶ κατὰ φύσιν, οἷον τὸ πῦρ, ἄνω μὲν, βίᾳ, κάτω δὲ, βίᾳ· πῇ δὲ βία τὸ κατὰ φύσιν ἐναντίον, ἔστι δὲ τὸ βίᾳ· ἔσται ἄρα καὶ τὸ κατὰ φύσιν κινεῖσθαι. ταύτῃ οὖν ἡ φιλία κινεῖ, ἢ ἐναντίον δὲ πῇ γίγνεται ἄνω καὶ ὁμοίως ἔοικε· καὶ μᾶλλον τὸ νεῖκος αἴτιον τοῦ κατὰ φύσιν κινήσεως, ἢ ἡ φιλία. ὥστε δ' ὅλως παρὰ φύσιν ἡ φιλία ἂν εἴη μᾶλλον. ἁπλῶς δὲ εἰ μὴ φιλία, ἢ τὸ νεῖκος κινοῖη, αὐτῷ δῆλον ὅτι συμπέπτωκε δέεσθαι κινήσεως ὅτου, ἢ ἀεὶ μενεῖ, ἢ ἀεὶ φέρεται. ᶠ ἔτι δὲ Text.44.
φαίνεται

Empedocles elementa cœlo priora statuit.

ᶜ *Atqui discordia.* Empedocles elementa Deos vocabat, & cœlũ Deum, aiebátque elementa esse priora Deo, id est cœlo: nam etiam corpus cœleste ex elementis coaluisse prædicabat, ac mundi ornum adscribebat siti, quæ elementa in sua loca secreuit. Hoc eius vltimum dictum coarguit hoc loco Aristoteles, aiens mundi procreationem amicitiæ, seu concordiæ potiùs, quàm litis ascribendam fuisse: quia videlicet, concordia magnum quoddam naturæ bonum est, lis & discordia ingens malum. Qua de re lege Gregorium Nazianzenum de pace, oratione 12. & 13. & 14. D. August. lib. 19. de ciuit. Dei à cap. 11. Alciatum emblem. 38. 39.

Concordia bonum.

ᵈ *Præterea de motu.* Leuiter de motu differuisse ait Empedoclem. Nam cùm statuerit

non semper, aut plerunq; fiunt, à casu, & fortuna fieri assolent, Quænam igitur causa est, vt ex homine homo aut semper, aut plerunq; Text.40. *triticum, sed non oliua, oriatur? An si ita componatur os? non enim vtcunq;, quemadmodum inquit ille, sed ratione quadam coëuntibus sit aliquid. Quanam igitur horum causa est? non enim ignis, vel terra causa existit. At verò neque concordia, aut discordia: etenim hæc segregationis illa* Text.41. *verò congregationis solum causa est.* ᶜ *Hoc autem est cuiusque essentia: sed non mistio:*

—Mistorúmque prius diuulsio solùm.

quemadmodum inquit ille. In hisce namq; fortuna nominari solet, non ratio: fieri enim non potest, vt aliqua, vt contingit, ac temerè misceantur. Itaque sic se habere eorum, quæ natura constant, causa existit: atque cuiusque natura hæc est, de qua nihil meminit. Nihil ergo de natura dicit. At verò hoc ipsum bonum existit. Porrò ille solam mistionem collaud. ᵉ. ᶠ *Atqui discordia haudquaquam secernit elemẽta ipsa, quæ natura Deo priora sunt, sed concordia, diu autem, & hæc quoque* Text.42. *sunt.* ᵍ *Præterea de motu simpliciter dicit: non enim satis est dicere concordiam & discordiam mouere, nisi hæc concordiæ ratio sit, motu inquam tali cieri, & discordia tali. Igitur aut definiuisse, aut supposuisse, aut exactè vel molliter, vel alio* Text.43. *quolibet modo demonstrasse oportebat.* ʰ *Insuper cum vi & præter naturam moueri corpora videantur, per naturam quoque mouentur: vt ignis ad superum quidem locum non vi, sed ad infernum vi fertur: vi autem & natura, cõtraria sunt: contingit autẽ vi moueri: ergo & natura quoq; motu cieri contingit. Concordia igitur illo motu mouet aut non mouet. Nam terram deorsum ferri, concordiæ contrarium est, & segregationi simile existit, potiúsque discordia naturalis motus causa est, quam concordia. Vnde fit, vt omnino concordia potiùs præter naturam existat. Simpliciter autem nisi concordia, aut lis moueat, sporũ corporũ nullus* Text.44. *motus, statúsve est. At hoc absurdum est.* ⁱ *Ad hæc videmus*

statuerit litem & amicitiam principia mouentia, nihil de iis particulatim & discretè explicuit, neque docuit quo pacto lis & amicitia mouerent: quod tamen declarare eũ oportuit: misi forte hæc esset ratio, & natura litis, atq; concordiæ, mouere, inquam, tali modo. Quod cum nõ ita sit, cõsentaneũ fuerat tractari ab eo, aut definiendo, aut vt notum supponendo, facta tamen eius mentione, aut perspicuis rationibus demonstrando, aut probabilibus disquirendo, aut alia quauis ratione, & via disceptando.

Diuisio motus.

ʰ *Insuper cũ vi.* Tradit quandam motus diuisionem, ex qua ansam arripit infectando opinionẽ Empedoclis. Motus, inquit, aut naturalis est, vt is, quo ignis in superum locum, terra in infimum tendit: aut est violentus, seu contra naturam, vt quo ignis in infimum, terra in superum locũ agitatur. Motus autem violentus & naturalis contrarij sunt inter se. Quærimus ergo, sit ne amicitiæ motus naturalis, an violentus. Certè cum elementa non congregentur, nisi ignis descẽdat, & ascendat terra; & istiusmodi comitio effectus sit concordiæ, iam motus amicitię erit violentus, & secretioni similis, ac lis magis erit causa motus naturalis, quàm amicitia: quod falsum est, & Empedoclis dogmati repugnans. Quare fieri nequit, vt lis, & amicitia sint principia mouentia: quòd si hæc non sunt cùm apud Empedoclem non sint alia, nullus erit corporum naturalium motus; imò nec quies: habitus enim & privatio circa idem versantur.

Habitus & privatio eadem.

ⁱ *Ad hæc videmus.* Ostendit Empedoclem sibi contradicere, & errare, dum inquit

Empedoclis cõtradictio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit res naturales fortuitò & casu effici. Etenim pugnantia asserit, propterea quòd cũ duo tantum cõstitueret principia mouentia, litem, & amicitiam: nihilominùs motum fortuitum posuit, atq; ita duobus tantũ principiis omnẽ motum attribuendo, fortunam & casum negauit, quem alioquì concessit. Nam motum ætheris, quẽ ex lucenti igne conflabat, interdum à fortuna ortum dixit, non à lite, vt constat ex illius carmine, quo indicat forte fortuna accidisse, vt ignis superum locum capesseret: & eundem nõnunquam aliter moueri solitum dicit, atque in primo mũdi ortu aliquam etiam partem ignis, in terræ sinus commeasse, vtique non impulsu naturæ, sed casu fortuito.

φαίνεται κινήσαντα· διίκειν μὲν γὰρ τὸν νεῖκος ἐν τῷ ὅλῳ· Text.44.
ἐνθεν δ' ἄνω ὁ αἰθὴρ, οὐκ ἐκεῖνος δὲ τὸν νεῖκος, ἀλλ' ὅτε μὲν φησὶν ὥσπερ δὲ καὶ τύχης·

,, Οὕτω γὰρ συνέκυρσε θέειν τότε. πολλάκι δ' ἄλλως·

ὅτε δέ φησι περιφορὰν τὸ πῦρ, ἄνω φέρεσθαι· ὁ δ' αἰθὴρ φησι,

,,——Μακρῆσι κὰτ ῥιζῆσι βύθου δύεθ' ἑλίσσειν.

[k] *Et insuper ipsum.* Peccauit etiam in eo Empedocles, quòd ita se nunc litis tempore, mũdum habere dixit, postquam singula è Chao, in quo permista & confusa erant, in propriã sedem abierint atque regnante amicitia: quia sicuti nunc ignis, interdum sursum, interdum etiam deorsum fertur, motione fortuita: ita, & è communi illo aceruo, & cõgerie in superum & in imum locum fortuitò motũ subierit. Cùm autem omnis causa per accidens, cuiusmodi est fortuna, reducatur ad causam per se,

Omnis causa per accidens reducitur ad causam per se.

[k] ἅμα δ' καὶ τὸν κόσμον ὁμοίως ἔχειν φησὶν ὑπό τε τοῦ νείκους νυῦν, καὶ φερόμενον ἐπὶ τὴν φιλίας. τί οὖν ἐστι τὸ κινοῦν φερόμενον & αἴτιον τῆς κινήσεως; ἡ γὰρ δὴ ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος, ἀλλά τινος κινήσεως ἕνεκα αἴτια· εἰ δ' ἔστιν ἐκεῖνο ἀρχή· [l] ἄτοπον δ', & εἰ ἡ ψυχὴ ἐκ τῶν στοιχείων, ἢ ἓν τι αὐτῶν· αἱ γὰρ ἀλλοιώσεις αἱ τῆς ψυχῆς, πῶς ἔσονται; ἢ τὸ μουσικὸν ἢ καὶ πάλιν ἄμουσον, ἢ μνήμην ἢ λήθην· δῆλον γὰρ ὅτι εἰ μὲν πῦρ ἡ ψυχὴ, τὰ πάθη ὑπάρξει αὐτῇ οἷα καυσὶ, ἢ πῦρ· εἰ δὲ μικτὸν, τὰ σωματικά· τούτων δ' οὐδὲν σωματικόν. ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτοις, ἑτέρας ἔργον ἐστὶ θεωρίας. Text.45.

[k] *Et insuper ipsum.* Peccauit etiam in eo Empedocles, quòd ita se nunc litis tempore, mũdum habere dixit, postquam singula è Chao, in quo permista & confusa erant, in propriã sedem abierint atque regnante amicitia: quia sicuti nunc ignis, interdum sursum, interdum etiam deorsum fertur, motione fortuita: ita, & è communi illo aceruo, & cõgerie in superum & in imum locum fortuitò motũ subierit. Cùm autem omnis causa per accidens, cuiusmodi est fortuna, reducatur ad causam per se,

Omnis causa per accidens reducitur ad causam per se.

[l] *Et interdum illum.* Coarguit Empedoclem ex elementorum abusu: etenim vt corpora, ita & animam ex elementis componebat, aut vnum ex elementis esse affirmabat. Horum vtrumlibet falsum, absurdúmque esse, ex eo conuincit, quia si anima esset elemẽtum, non nisi elementi affectiones vendicaret. Quare neq; musica nec, priuatio musicæ, neque memoria, aut obliuio in eam caderent: cum hæc propriam elemẽtorum naturam minimè consequantur. Item si ex elementis conflata esset, cum omne id, quod elementis constat, mistum sit, & corporeum, sequeretur animam esse corpoream: quod à verò longè abest, vt iis, quæ in libris de anima dicentur planum fiet.

Animã non esse corpoream.

videmus corpora motu cieri. Nam discordia segregauit. Æther autem in sublime subuectus non a discordia fuit. Sed interdum illum velut à fortuna sublatum asserit: sic dicens,

Nam plerumque aliter, sed tum sic fortè cucurrit.

Interdum ignem sursum ferri aptissimum esse: inquit enim,

Ast æther longis sub humũ radicibus ibat.

[k] *Et insuper ipsum quoque mundũ similiter nunc tempore discordia; vt priùs tempore concordiæ habere dicit. Quid igitur mouens primum, motionisq; causa existit? non enim discordia, & concordia: verum hæc alicuius motus causæ sunt. Quod si sint, illa principium erit.* [l] *Porrò absurdum est animam ex elementis constare, aut elementorum vnum aliquod esse. Quomodo enim anima alterationes, ceu musicum esse, & rursum non musicum, aut memoria, aut obliuio erunt? Perspicuum enim est quòd si anima ignis sit, eadem illi, quæ igni, vt ignis est, affectiones competent. Si verò ex elementorum mistura constet, corporea. At harum nulla corporea existit. Verùm de hisce considerare alterius contemplationis est officium.*

Text.45.

CAPITIS VII. Explanatio.

[a] DE *ipsis autem.* Postquã de elementis quoad eorum principia, numerumq; disputauit: nunc quo pacto in mistionem veniant, explicare instituit: ac primum docet quicunque fatentur elementa, ex quibus constant corpora, habere aliquid commune, videlicet materiam, debere quoque eos admittere posse illa mutuò transmutari: & qui ea transmutabilia esse concedunt, similiter inficiari non posse, inesse illis vnam communem materiam. Tum incusare incipit Empedoclem, qui fecit elementa generationis, & interitus expertia, eáq; proprias formas in se mista seruare dixit: quod si esset, nullę darentur partes

Empedocles elemẽtis generationem, & interitũ negauit.

ΚΕΦ. ζ.

[a] Περὶ δὲ τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν τὰ σώματα συνίστηκεν, ἆρ' ἐστὶ μὲν δοκεῖ εἶναί τι κοινὸν, ἢ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα, ἀνάγκη εἰ θάτερον τούτων, καὶ θάτερον συμβαίνειν· ἆρα δὲ μὴ πεφύκασιν ἐξ ἀλλήλων γίνεσθαι, μηδ' ὡς ἐξ ἐκείνου, πλὴν ὡς ἐκ τοίχου πλίνθος, ἄπορον· πῶς δὴ ἐξ ἐκείνων ἔσονται σάρκες καὶ ὀστᾶ, καὶ τῶν ἄλλων ὁτιοῦν; [b] ἔχει δὲ τὸ λεγόμενον ἀπορίαν, καὶ τοῖς ἐξ ἀλλήλων γίνεσθαι φάσιν, τίνα τρόπον γίγνεται ἐξ αὐτῶν ἕτερόν τι παρὰ ταῦτ· λέγω δ', οἷον εἰ ἐκ πυρὸς ὕδωρ Text.46.

[a] DE *ipsis autem.* Postquã de elementis quoad eorum principia, numerumq; disputauit: nunc quo pacto in mistionem veniant, explicare instituit: ac primum docet quicunque fatentur elementa, ex quibus constant corpora, habere aliquid commune, videlicet materiam, debere quoque eos admittere posse illa mutuò transmutari: & qui ea transmutabilia esse concedunt, similiter inficiari non posse, inesse illis vnam communem materiam. Tum incusare incipit Empedoclem, qui fecit elementa generationis, & interitus expertia, eáq; proprias formas in se mista seruare dixit: quod si esset, nullę darentur partes similiũ rationum, vt ossa & carnes: siquidem quælibet harũ constaret ex multis formis diuersarum specierum.

Empedocles elemẽtis generationem, & interitũ negauit.

Text.46. [a] *De ipsis autem elementis, ex quibus corpora constant, ijs quidem, qui commune quid esse, aut ea inter se transmutari putant, si ex hisce alterum, & alterum quodq; cõtingat, est necesse. Qui verò generationẽ mutuã non faciunt, nec è singulis singula, sed velut è muro lateres igni volant, absurdum quid dicunt. Nam qui carnes, & ossa, & caterorum quoduis ex illis erunt?* [b] *Quod autem dicitur dubitationem habet, etiam apud eos, qui generationẽ mutuam astruũt, quonã pacto ex ipsis diuersum quid ab eis oriatur: verbi causa ex igni aqua*

[b] *Quod autem dicitur.* Contra veram sententiam, quæ statuit elementa mutabilia, opponit quòd secundum eam difficile videatur explicare, quonam modo caro & os fiant ex illis. Nam quo pacto ex aqua generetur aër propterea cuiusq; est intelligere quoniam hæc communem habet materiam: at quo pacto ex iis prodeat vnusquisq; ab omnibus distinctum, magnam habet difficultatem, cum non appareat quidnam dari possit elementis, & mistis commune. Proponit verò circa hanc dubitationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opinio Empedoclis de contextione mistis ex elementis.

sententiam Empedoclis existimantis mista concrescere ex elementis in exiguas partes comminutis, vti parietes ex lateribus, quod impugnat quia sequeretur nō posse ex qualibet parte misti extrahi omnia elemēta, sicuti non ex quauis parte parietis educi queunt lapides & lateres: vt etiā ex hac ceræ portione, sphæra: ex illa pyramis, non ex vtraque vtrumlibet simul fieri potest. Sed hoc eodem exemplo confutat; quia vt ex qualibet parte ceræ potest quælibet figura conformari, ita ex qualibet parte misti potest per resolutionem quoduis elemētum gigni. Quod tamen Empedocles tueri non valet, qui in misto integra seruat elementa.

Obiectio.

[a] *Pari modo.* Contra propriam sententiam obiicit, quòd etsi elementa mutabilia, & vnam habentia materiam constituantur, adhuc videatur sequi absurdum si quidpiam fiat ex elementis: aut enim hæc integra manent, aut non. Si manent, nihil erit aliud mistio, quàm compositio, vt aiebat Empedocles. Si non manent, sola eorum materia in misto relinquetur, atq; ita mistio non erit, sed generatio, si quicquam ex illis sit: quod si nihil sit, vtiq; manebit sola materia per se. Nāmque ex vnius interitu non videtur sequi aliud, quàm generatio alterius: vel nudæ materiæ conseruatio, quod tamen esse non potest.

ὄζτιν ὕδωρ, ἢ ἐκ τούτκ γίγνεται πῦρ· ἴσι γάρ τι κοινὸν τὸ ὑποκείμενον. ἀλλὰ δὴ καὶ σάρξ ἐξ αὐτῶν ἔσῃ καὶ μυελός· ζῶν ἢ πῶς ἔσῃ; ἐκείνοις τε γὰρ ζῶν λέγουσιν ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς τὶς ἔσαι τρόπος· ἀνάγκη γὰρ σωθῆναι τοῦτο, καθάπερ ἐκ πλίνθων καὶ λίθων τοῖχον· καὶ τὸ μίγμα ἢ ταῦτο, ἐκ σωζομένων μὲν ἴσαι τῶν στοιχείων, κατὰ μικρὰ δὲ παρ' ἄλληλα συγκειμένων. ὥτω δὲ σάρξ, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. συμβαίνει δὲ ἢ, μὴ ἐξ ὁτουοῦ μέρκς σαρκὸς γίγνεσθαι πῦρ καὶ ὕδωρ· ὥσπερ εἰ ἐκ κηροῦ γένοιτ' ἄν, ἐκ μὲν τυδὶ τοῦ μέρκς σφαῖρα, πυραμὶς δ' ἐξ ἄλλου τινός· ἀλλ' ἐνδέχοιτό γε ἐξ ἑκατέρου ἑκάτερον γενέσθαι. τοῦτο μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκ τῶν σαρκῶν, ἐξ ὁτουοῦ ἄμφω. ζῶν δὲ ἐκείνως λέγουσιν οὐκ ἐνδέχεται, ἀλλ' ὡς ἐκ τοίχου λίθων καὶ πλίνθων, ἑκάτερον ἐξ ἄλλων τινῶν καὶ μέρους. [c] ὡσαύτως δή, καὶ τοῖς ποιοῖσι μίαν αὐτῶν ὕλην, ἔχοντι τινὰ διαφοράν, οἷον ἴσαι τι ἐξ ἀμφοτέρων, ὃ ἢ ψυχρὸν καὶ θερμόν, ἢ πυρὸς καὶ γῆς· εἰ γάρ ὅζτι ἢ σὰρξ ἐξ ἀμφοῖν, καὶ μηδέτερον ἐκείνων, μηδ' αὖ συνθεσις σωζομένων, τί λείπεται πλὴν ὕλην τὸ ἐξ ἐκείνων; ἢ γὰρ θάτερον φθορά, ἢ θάτερον ποιεῖ, ἢ πᾶν ὕλη. [d] ἆρ' οὖν ἐπεὶ ἢ ὅζτι ἢ μᾶλλον καὶ ἧττον θερμὸν καὶ ψυχρόν, ὅταν μὲν ἁπλῶς ᾖ θάτερον ἐνδελεχείᾳ, δυνάμει θάτερον ἔσαι· ὅταν δὲ μὴ παντελῶς, ἀλλ' ὡς μὲν θερμὸν ψυχρόν, ὡς δὲ ψυχρὸν θερμὸν, δίχα τὸ μιγνύμενα σθένειν τὰς ὑπεροχὰς ἀλλήλων, τὸ τε δὴ ἢ ὕλη ἔσαι, καὶ τὰ ἐκείνων τοῦ ἐναντίων ἑκάτερον ἐνδελεχείᾳ ἁπλῶς, ἀλλὰ μεθέξει. καὶ ὃ τὸ δυνάμει μᾶλλον ἐστὶ θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ τἀναντίον ἑκάτερον· καὶ τοῦτον τὸν λόγον διπλασίως θερμὸν δυνάμει, ἢ ψυχρὸν, ἢ τριπλασίως, ἢ κατ' ἄλλον τρόπον ζητοῦσιν. [e] ἴσαι δὲ μεχθέντων τἄλλα, ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἢ τοῦ στοιχείου, καὶ τὰ στοιχεῖα ἐξ ἐκείνων δυνάμει πως ὄντων. ἔχ ὕτω δὲ ὡς ἡ ὕλη, ἀλλὰ τὸ εἰρημένον τρόπον· καὶ ἔσι ὕτω μὲν μίξις, ἐκείνως δὲ, ὕλη τὰ γενόμενον. [f] ἐπεὶ δὲ καὶ παρὰ τὰ ἐναντία καὶ τὰ ἐν τοῖς πρώτοις διορισμοῖς ἔσι γὰρ τὸ ἐνεργείᾳ θερμὸν δυνάμει ψυχρὸν, καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ψυχρὸν,

Text.47.

Text.48.

Dilutio obiect.

[a] *Igitur postquam.* Diluit propositam obiectionem, explicans modum, quo fit mistio, seu quo pacto elementa ad mistionem concurrant. Ac primo supponit quatuor primas qualitates intendi, & remitti. Deinde bifariam posse quidpiam dici calidum & frigidum, vno modo simpliciter actu, vt quod totam qualitatis latitudinem vendicat, ac quod ita calidum est, frigiditatē potentia tantum habeat; & contra quod ita est frigidum, obtineat tantum modò potentia calorem: idemque similiter de aliis contrariis pronuntiandum est. Alio modo dicitur quidpiam calidum, quia

Duplicitet posse quidpiā calidum vel frigidum appellari.

aqua sit, & ex aqua ignis: nam subiectum cōmune quid existit: sed & caro atq; medulla ex eis fiunt, at hac, quomodo? Etenim illis, qui perinde, vt Empedocles dicunt, quisnam erit modus? Nam compositionem esse quomodo è lateribus, atque lapidibus fit murus, necesse est: & hac mistura, ac congeries ex conseruatis quidem, sed secundum exiguas portiones iuxta sese compositis erit elementis? Ad hunc itaque modum, caro & caterorū quodq; fiet. Accidit autē, vt non ex qualibet carnis parte ignis, & aqua gignantur (sicuti ex cera, ex hac parte pila, ex aliqua alia meta fieri potest) sed ex vtraque vtrumq; fieri queat. Hac itaque hac gignuntur modo ex carne, & quauis parte vtrumq;. At hisce, qui illo modo dicunt, ex quauis vtrumq; igni non potest: sed perinde fit vt è muro lapis, & later ex alio loco, ac parte vtrūque. [c] Pari modo & hisce, qui ipsorum materiam vnam faciunt, dubitatio quædam obrepit, qualiter ex ambobus, calido, inquam, & frigido: aut igni, & terra quippiam erit. Nam si caro ex ambobus sit, & neutrum illorum, nec rursus seruatorum compositio, quid restat id esse praterquam materiam, quod ex illis constat? nam corruptio alterius aut alterum facit, aut materiam. [d] Igitur postquam calidum & frigidum intensionem remissionemq; suscipiunt: cum simpliciter alterum actu fuerit, tunc alterum erit potentia. Cùm verò non prorsus, sed frigidum vt calidum, & calidum, vt frigidum fuerit propterea quòd quæ miscentur suas exuperantias vicissim corrumpunt, tunc neque materia erit, neque illorum contrariorum vtrumq;, sed inter medium, actu simpliciter erit. Porrò quo potentia magis calidum est, quam frigidum, aut contra, hoc duplo, aut triplo, aut alio id genus modo magis calidum potentia, quàm frigidum existit. [e] Alia itaque mista ex contrarijs erunt, aut elementis: & elementa ex illis quodammodo potentia existentibus, non tamen sicut materia, sed dicto modo. Atque hoc quidem pacto mistio: illa verò materia id, quod gignitur, existit. [f] Praterea & ipsa cōtraria pati solent, quemadmodum antea præfinitum est. Etenim actu calidū, potentia frigidum

Text.47.

Text.48.

Qua ratione misceantur elementa.

calorem obtinet, non tamē suns, nunc sed in aliquo gradu: ac quod ita affectum est, aliquid frigoris admittit, estque tunc subiectum partim frigidū, partim calidum, idem de cæteris contrariis dicendum. His positis docet elementa eatenus misceri quatenus contraria, quæ natiuæ eorum affectiones sunt, manent in misto neque prorsus actu, neque solùm potentia; sed refractis excellentiis ad temperiem reducta. Ita verò neque sola materia seruatur, nec contraria integra manent, sed contracta depressa simul cū materia. Addit posse vnā qualitatem magis, minúsve intensam mixto inesse: atque inde vnum mistū esse alio calidius, frigidiúsve duplo triplo, aut alia proportione, qua vna qualitas aliam vincit, aut ab ea superatur.

Elementa prodire è misto.

[f] *Alia itaque mista.* Admonet quemadmodū mista fiunt ex elemēnis, ita elementa educi è misto. Cōstare verò ex elementis mista non ita vt sola ipsorum materia superstes sit, sed modo proximè tradito, vt maneāt qualitates ad temperiem quandam refractæ, atq; ita mistio sit nō generatio pura: similitérq; elemēta fiant ex misto non tāquam ex sola eius materia, sed vt ex illo, in quo ipsa potestate, seu virtute contineantur. Sic porrò dicendum mista fieri ex elemēnis per mistionem, cōpositionémque & elementa gigni ex mistis per resolutionem.

[f] *Praterea & ipsa cōtraria.* Qua ratione primarum qualitatum mistura & temperies fieri possit, declarat, aiens contraria mutuò pati vt cap. 4. huius lib. & 7. atque vltimo supetioris

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictum fuit, quia quod est actu calidum est potentia frigidum, & contrà. Quare si elementum non admodum præualuerit, ita vt alia in se cõuertat dum inuicem patiuntur & repugnant, atque in certamine vnum contrarij alterius aciem hebetat, reuocabitur ad mediocritatem contrarietas & tẽperatio quædam idonea consequeretur, quæ non est necesse, vt in insectili

Mediocritas primarum qualitatum nõ est posita in insectili.

CAPITIS VIII. Explanatio.

ΚΕΦ. η.

In quolibet misto contineri omnia elementa.

Omnia autẽ. Duplici ratione demonstrat in quolibet misto inesse elementa omnia. Prima ita habet. Corpora mista, quæ circa terram gignuntur (de cæteris autẽ id ipsum, quod de his, iudicari debet) cõstant terra & aqua: ergo aëre & igni, atq; adeò omnibus elementis. Assumptum probat, quia istiusmodi mista naturaliter in terra quiescunt, proindéque terream naturam participant. Deinde cùm agglutinari nequeãt absq; humore aqueo, qui id mistilee præstat (nã quæ illius expertia sunt in puluerem dissipãtur) necesse est vt aqua etiam in iis contineatur. Consecutionẽ ex eo probat, quia cùm qualitates horum elementorũ aduersentur qualitatibus aëris & ignis: contraria verò in gradu perfecto inueniri simul non possint, sic vt depressa, ac refracta esse debeant, atque adeò & inuicem commista. Ex quo sequitur vbicunque reperitur terra & aqua in mistionem coeuntia, debere simul inueniri aërem ignémque ratione suarum qualitatum. Adde uerte id, quod Aristoteles ait, aquam ex simplicibus belle terminari intelligendum esse quoad terminationem, quam efficit, dum permeat partes misti, eíque inhæret, alioqui aër melius est terminabilis quia summè humidus.

Contraria in gradu remisso posse inueniri simul.

Text. 49. Πάντα δὲ τὰ μικτὰ σώματα ὅλα καθ' ἕ τῦ μέσου τόπου ἔστιν ἐξ ἁπάντων σύγκειται καθ' ἁπλῶν. γῆ μὲν γὰρ ἐνυπάρχει πᾶσι, διὸ τὸ ἴκασον εἶναι μάλιστα καὶ πλεῖστον ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ· ὕδωρ δέ, διὸ τὸ δεῖν μὲν διορίζειν τὰ σώματα, μόνον δὲ καθ' ἁπλῶν δεκτικὸν τὸ ὕδωρ. ἔτι δὲ καὶ τὸ πλὴν γλοιῶδες ἅπαν καθ' ὑγρῦ μὲν διαδοσιν συμμίγνυσθαι· ἀλλὰ τοῦτ' ἔστι τὸ σωτικὸν. εἰ γὰρ ἐξαιρεθείη τελέως ἐξ αὐτῆς τὸ ὑγρὸν, ξηρὸν ἂν γῆ μόνη καὶ ὕδωρ, διὰ ταῦτας ἐνυπάρχειν τὰς αἰτίας· ἀὴρ δὲ καὶ πῦρ, ὅτι ἐναντία ἐστὶ γῇ καὶ ὕδατι· γῆ μὲν αἴρει, ὕδωρ δὲ συρεὶ ἐναντίον ἐστὶν, ὡς ἐσδέχεσθαι οὐσίαν οὐσίᾳ ἐναντίαν ἔστι. ἐπεὶ οὖν αἱ ὑγρότητες ἐν τοῖς ἐναντίοις εἰσὶν, ἐνυπάρχει δὲ θάτερα ἄνευ τοῦ ἐναντίου, ἀνάγκη καὶ θάτερον ἐνυπάρχειν· ὥστε ἐν ἅπασι τοῖς σωθέντῳ πάντα τὰ ἁπλᾶ εἶναι. [b] μαρτυρεῖν δὲ ἔοικε καὶ ἡ τροφὴ ἑκάστῳ· ἅπαντα μὲν γὰρ τρέφεται τοῖς αὐτοῖς ἐξ ὧνπερ ἔστιν· ἅπαντα δὲ πλείοσι τρέφεται· καὶ γὰρ ὁτιοῦν ἂν δέξῃ μάλιστα μόνῳ ἐνὶ τρέφεται, οἷον τῷ ὕδατι τὰ φυτὰ, πλείοσι τρέφεται· μίγνυται γὰρ τῷ ὕδατι γῆ· διὸ καὶ οἱ γεωργοὶ κατρῶνται μιξαντες ἄρδειν. [c] ἐπεὶ δ' ἔστιν ἡ μὲν τροφὴ τῆς ὕλης, τὸ δὲ τρεφόμενον συνειλημένον τῇ ὕλῃ, ἡ μορφὴ

Text. 50.

frigidum est, & actu frigidum potentia calidum. Quare nisi ad æqualitatem redacta sint, in se mutuo transmutentur. Simili modo & in cæteris contrarijs: atque primò quidem elementa ipsa transmutantur ita: deinde ex hisce carnes, & ossa & huiusmodi fiunt, cùm illa, calida quidem in frigidum, & frigido in calidum transeunte ad mediocritatem venerint: hic enim neutrum est: mediocritas autem multiplex est, & nequaquam indiuisibilis. Similiter humidum & siccum & talia, carnem, ossáque, & cætera id genus mediocritatem efficiunt.

CAP. VIII.

Text. 49. OMNIA autem mista corpora, quæ circa locum, qui medio uniuersi tribuitur, collocata sunt, ex simplicibus constant omnibus. Nam terra quidem ideò cunctis inest, quòd vnumquodq; maximum, & vt plurimum in proprio terræ loco existit. Aqua verò, quòd composita finiri oporteat, & illa è simplicibus sola bellè terminari queat. Præterea quòd & terra sine humiditate consistere non possit, sed humiditas id sit, quod continendi vim, ac coërcendi habeat: nam si humiditas à terra prorsus eximatur, ea defluet profectò. Terra igitur & aqua has ob causas insunt. Item aër & ignis, quòd terra & aquæ contrariæ sint. Nam aëri terra, & aqua igni contraria est: quantum substantiam substantiæ contrariam esse contingit. Cùm igitur generationes è contrarijs sint, & contrariorum extremum alterum insit, alterum quoque ineſſe est necesse. Quare in omni composito simplicia omnia inerunt. [b] Sed & id cuiusque rei nutricatio comprobare videtur: omnia enim eisdem aluntur, quibus constant: omnia siquidem pluribus aluntur. Nam quæcunque vno solo ali maximè videntur vt planta aqua, pluribus aluntur, terra enim aquæ admista est. Quamobrem ipsi quoque agricolæ miscentes irrigare conantur. [c] Cùm autem alimentum ad materiam pertineat, quod autem nutritionem suscipit, cum materia cõuenĕtum forma

Vnumquòdque nutritur è quibus constat.

in qua supponit eandem esse rationem in viuentibus, atque in iis, quæ vita carent, quoad compositionem ex elementis: atgumentatúrque in hunc modum. Vnumquódque nutritur ex iis, quibus constat: Sed viuentia nutriuntur ex elementis inter se coalitis ergo ex iisdem cõstant. Minorem probat exemplo stirpium & aliorum è terra nascentium: quæ, cùm magis terrestria sint, minus videntur nutriri pluribus, sed potiùs sola terra, & tamen ex ipsa omnia elementa in eorum pastu contineri inde patet, quia agricolæ ad stirpes, segetes, herbas aliáque, eiusmodi è solo educenda sustentandáq; terras aquis irrigant, & fimo, ac lætamine pinguefaciũt. In quo nutrimẽto cùm insint duo elementa terra & aqua, reliqua etiam duo simul inesse oportet, nimirum ignem & aërem, ratione, quam paulò ante adduximus.

Videri ignẽ nutriri.

[c] *Cum autẽ alimentum.* Non solum vulgo, sed & quibusdam veterum Philosophorũ persuasum fuit ignem nutriri. Primùm, quia sufficta materia palam excrescit. Deinde, quia semper ei aliquid accedit, & decedit.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem quia deuorare materiam videtur. Tum, quia exhalat fumum tanquam ex alimenti decoctione. Præterea, quia velut animal quoddam est, cùm ex se moueri videatur. Denique quia inter omnia elementa maximè formalis est. Alimentum autem est quasi materia, & id quod alimentum capit est quasi species & forma. Ex his omnibus rationibus vltimam duntaxat profert hoc loco Aristoteles, vt ex occursu doceat ignem maximè videri nutritionem capere: qui tamen vna cum cæteris elementis quatenus in quolibet misto virtute continetur, in pabulum rerum viuentium cedit. Neque tamen ipse propriè nutritur, ea videlicet nutritione, quæ fit attracto intus alimento per attractricem & decoctricem virtutem animæ: cùm & vita, & anima careat. Neque obstat quòd videtur à se moueri, dum vltro in superum locum fertur: re enim vera non à se mouetur, vt à causa principali, quod rerum viuentium proprium est, sed à generante, vt in physicis docuimus. Neque cætera indicia nutritionis quæ afferuntur, probat competere illi veram nutritionem, sed eam solum, quæ fit per appositionem vnius corporis ad aliud quæq; non igni tantum

Plutarchus in probl. q. 15.

Non tamen propriam nutritionem subire.

ἢ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος, λόγον ἔδη τὸ μόριον τοῦ ἁπλῶν σωμάτων τρέφεσθαι τὸ πῦρ, ἁπάντων ἐξ ἀλλήλων γινομένων, ὥσπερ καὶ οἱ πρότεροι λέγουσι· [d] μόνον γὰρ ὅτι καὶ μάλιστα ἔοικε τὸ πῦρ, ἔχει τὸ περυκέναι φέρεσθαι πρὸς τὸν ὅρον. ἱκανὸν ὂ πέφυκεν εἰς τοῦτο ἑαυτὸ φέρεσθαι χώραν· ἢ ὃ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος, ἁπάντων ὂν ἐν τοῖς ὅροις. ὅτι μὲν οὖν ἅπαντα τὰ σώματα ἐξ ἁπάντων συνίστηκε τοῦ ἁπλῶν, εἴρηται.

QVAESTIO I.

Quid, & quotuplex sit temperamentum.

ARTICVLVS I.

Temperamentum non esse relationem, nec quintam qualitatem: sed quatuor primas ad moderationem reductas.

QVONIAM Aristoteles proximis capitibus de primarum qualitatum temperamento egit, de eadem re in præsentia disseremus. Ac primò discutiendum occurrit, sit ne temperamentum relatio, an qualitas. Relationem esse, hoc modo ostendi potest. Temperamentum nihil est aliud, quàm primarum qualitatum symmetria, seu proportio; at proportio relatio quædam est, ergo &c. Contraria tamen sententia existimantium temperamentum qualitatem esse, vera est, & communi Philosophorum, Medicorumque assensu comprobata. Eam astruit Auicenna 1. sufficientiæ cap. 10. Gal. lib. 1. de vsu partium & lib. de morbũ differentiis cap. 4. Garbius in sua summa tract. 2. quæst. 4. Fernelius lib. 3. suæ Phys. cap. 3. Eidẽ suffragatur Arist. in cap. de qualitate, vbi morbũ, & sanitatem qualitatibus annumerat; & merito, cum morbus, & sanitas definiatur *diáθεσις*, id est, affectus; ille contra naturam, hæc secundum naturam, affectus autem qualitas est. Item, quòd temperamentũ relatio non sit, ex eo concluditur, quia vnum temperamentum dicitur

Temperamẽtũ videri relationem.

Esse potius qualitatem.

Quib. id placuerit.

Quid morb. quid sanitas.

1.

Refellitur ea relationẽ.

2.

tantum, sed aliis etiam elementis & plerisque mixtis inanimatis conuenit.

[d] *Quippe qui solus.* Ignem maximè formam, seu formalem esse probat ex eo, quia suapte natura sursum euolat ad concauum cœlestis orbis, qui inter corpora simplicia maximè formalis est, & ad quem sublunaria sese habent tanquam materia ad formam: quandoquidem id, quod terminat, modum obtinet formæ cuius est materiæ vagam, & indefinitam potentiam terminare: at inferiora corpora à cœlestibus terminari, ac circunscribi constat. Itaque vis rationis hæc est. Ignis tendit ad id, quod maximè formale est, nempe ad orbem lunæ, sed vnum quódque ad id, quod sibi simile, & cognatum est, fertur: Igitur ignis est maximè formalis. Posset & alia ratione idem ostendi. Nam formæ proprium est agere, sicuti materiæ patiatur ignis inter omnia elementa plus actiuitatis obtinet merito caloris, qui cæteris primis qualitatibus actuosior est. Quare ignis maximè formalis est. Lege D. Dionysium lib. de cœlesti Hierarch. cap. 15. Plutarch. in lib. qui inscribitur, Ignis ne an aqua sit vtilior.

Ignem maximè formalẽ esse inter cætera elementa.

Forma propriũ agere, vt materia pati.

forma sit, atque species, rationi consentaneum fuerit, ex omnibus simplicibus corporibus, quæ mutua generatione oriuntur solum ignem nutriri, quemadmodum & priores aiunt, [d] quippe qui solus ac maximè forma sit, propterea quod suapte natura ad terminum fertur vniuersi. In suum autem locum quodq; ferri, natum est: forma verò speciesq; omnium, in ipsis consistit terminis. Quod igitur corpora omnia ex simplicibus omnibus constent, dictum est.

---

tur alteri contrarium, vt phlegmatico biliosum; at relationi contrarium nihil est. Deinde, quia mixtorum corporum functiones, eorum temperamẽto adscribuntur, teste Arist. lib. 2. de partibus animal. cap. 1. & Galeno in lib. de morb. different. constat autẽ relationes nullam operandi vim habere, vt in physicis ostendimus. Præterea, quia qualitatum temperatione præparatur, ac disponitur materia ad formam mixti recipiendam; non disponitur autem relationibus, sed qualitatibus. Igitur ad argumentum pro contraria opinione, dicendum, temperamentum definiri proportionem primarum qualitatũ, non quòd temperamenti essentia in ipsa proportionis relatione consistat, sed quia eiusmodi relationem quasi connotatam necessariò importat; ac si diceremus, temperamentum esse primas qualitates, sub certa proportione.

2. *Ad arg. aduersæ partis.*

Lib. 2. ca. 7. q. 14. ar. 3. ad 3.

3.

Porrò, licet pro certo habendum sit, temperamentum esse qualitatem, magna tamen existit controuersia, sit ne vna tantum, an plures. Auicenna Fen. prima primi doctrina 4. & 1. sufficientiæ cap. 10. arbitratur temperamentum esse quintam quandam, eamque simplicem qualitatem, diuersam à primis, ex earum tamen actione, & perpessione ortam, quam complexionem appellat. Solent autem ad id confirmandum hæc afferri argumenta. Omnes mixtorum functiones temperamentis administrantur, vt ex Aristotele, & Galeno ante docuimus: atqui licet in brachio, aut pede idem esset caloris & siccitatis gradus, qui in ventriculo, non fieret in eis chylus. Igitur naturales temperamentorum virtutes non consistunt in primarum qualitatum proportione, sed in alia qualitate, ab his resultante, quæ in

Temperamẽtũ an sit simplex qualitas.

Videri simplicem Auicen.

1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. singulis membris,pro cuiusque munere variatur.Secundò, idē probatur ex analogia similitudinéve, quæ est inter formas substantiales & accidētarias. Vt enim in quolibet mixto vnica est forma substantialis,virtute elementares continēns : ita videtur ponenda vna accidentaria, quæ virtute accidentarias cohibeat. Item, proportio primarum qualitarum nimis fluxa,& inconstans est,vt in corpore humano patet,quod à cibo pleniore,à vini potu,æstu,balneis,exercitatione,assiduè incalescit vehemētiùs ; sicuti & ex contrariis causis refrigeratur.Oportet ergo temperamentum in alia firmiore & diuturniore qualitate situm esse,ne mixta corpora passim à propria constitutione deiecta periclitentur.

3.

Esse re vera aggregatum exprimis qualitatibus.

Refellitur Auicenna.

Nobis tamen assentiendum potiùs videtur iis,qui arbitrātur temperamentum esse ipsas quatuor primas qualitates ad temperiem reductas.Nam quòd quinta illa qualitas,quam Auicenna induxit,fictitia sit,ostenditur. Vel enim cæteræ qualitates superstites manent in mixto,vel iis in congressu pereuntibus,ipsa tantùm viget. Quorum neutrum dici potest.Non primum,quia superuacanea tunc erit eiusmodi quinta qualitas;omnes enim illius functiones,nēpe calefactio, refrigeratio, humectatio, exsiccatio, à quatuor primis qualitatibus abundè administrari possunt:Nec etiam secundū,quia cùm vna qualitas sibi ipsi non aduersetur,nulla iam esset in genito contrariorum repugnantia, proindéque res viuentes non circunferrent secum internam causam morbi,senij,interitus,quod falsum est,& à communi Philosophorum sensu alienum.Quare statuendum potiùs erit temperamentū esse calorem,frigus,humorem,siccitatem sub certa temperie. His adde argumenta illa, quibus supra ostendimus,ideo elementa dici contineri virtute in misto,quia manēt in eo quatuor primæ qualitates ab illis deriuatæ.

Ad 1. pro Auicenna.

Argumenta verò contrariæ sententiæ facilè explicantur. Ad primum enim,cōcessa maiore propositione,quod ad minorem attinet, dicēdum,si ventriculi temperamentum ad aliud corporis membrum transferatur,cum iis, quæ ventriculum ad concoctionem perficiendam iuuare solēt,cuiusmodi sunt vicinia cordis,iecoris,lienis,& diaphragmatis;id membrum gignendi chyli vim habiturum.

Ad 2.

Ad secundum respondendum est,in quolibet composito non nisi vnam formam substantialem dari posse,ob rationes,quibus id in primo huius operis libro ostendimus:at nihil obstare,quominus plures formæ accidentariæ in eodem simul inueniantur,præsertim cùm re

Ad 3.

ipsa dari,aliunde etiam ratio comuincat. Ad tertium dicendum, etsi aduentitiæ causæ aliquantulum intendant minuántve qualitates, quarum moderatione temperamentum continetur ; non proinde confestim dici posse,corpus aliud temperamentum assumere : quia, semotis iis cautis,mox se ad pristinam constitutionem reuocat : nisi fortè earum appulsus acer nimis, & diuturnus sit : tunc enim contingit,vt corpus à proprio temperamēto omnino deciscat, & ad aliam habitudinem,quam in posterum seruet,traducatur.

Aduer

Non qualibet dissolutio temperamēti censetur ægritudo.

Aduerte autem,licet sanitas pendeat ex temperamento cuíque animali debito,imò nihil aliud sit,quàm eiusmodi temperamētum probè se habens:tamen non vbi primùm animal ab eo,vel leuiter deflectit,ægrotum à medicis appellari:non enim ab iis ægritudo dicitur, nisi cum status corporis labefactatur, & animalis operationes insigniter læduntur,ad quod non sat est quilibet recessus à pristina qualitatum moderatione. Quòd siquis obiiciat sanitatem consistere in indiuisibili proportione:atque adeò,vbi primùm animal ab ea discedit,labi in morbum.Occurrendum erit sanitatem ad amussim perfectam,sitā esse in eiusmodi indiuisibili,à quo omnis digressio, si philosophicè,& ad exactæ normę rationem loquendum sit,morbus dici potest.Non tamen sic appellari à medicis,qui morbū non vocant, nisi eam intemperiē,de qua ipsis cura est,quæque,vti diximus,notabili offensione actiones interpellat, seu facultates ne munus suum grauiter expleant,impedit. Atque illud etiam ex medicorū disciplina obiter addimus,interim dum temperaturæ dissolutio cor ipsum, quod & vitæ,& valetudinis fons est,non occupat,haud censeri animal febri correptum,ésto alia membra vltra modum incalescāt.Imò

Animal quādo febri laborare iudicādum sit.

nec exuperantiam cuiusuis caloris in eo factam, febrim vocari, sed fixi seu aliquandiu permanentis:cuiusmodi non est,qui æstu,balneis, exercitatione corporis accenditur, & mox agitatione sedata defernescit.Quoniam autem calor ille immodicus in corde æstuans confestim per arterias profluit,& ministerio spirituum in corpus omne spargitur,rectè febris definitur, calor præter naturam,siue noxius,à

Febris definitio.

corde in reliquas partes corporis effusus.

ARTICVLVS II.

Temperamentorum differentiæ quæ,& quales sint.

QVOD attinet ad alteram propositæ quæstionis partem,de diuersitate temperamentorum. Varia tradunt temperamēta tam medici,quam philosophi;Galenus lib.1.de temp. cap.9.& lib.2.cap.1.Auerroës 1.part.Cantic.tract.1.Com.19. Auicenna Fen.1.doctrina 3. cap. 1. Valleriola lib.1. locorum communium capit.10. Fernelius lib.tertio suæ Physiologiæ cap. 3.& 4. Garbius lib.1.summ.tract.2.quæstione 5. Marsilius,Saxonia,& alij hoc loco.Duæ igitur in primis se offerunt temperamentorum differentiæ, in genere; nempe vniforme, & difforme. Temperamentum

Temperamētū vniforme.

vniforme,quod medium,& temperatissimū dicitur, est,in quo omnes quatuor qualitates, æqua graduum portione, & quasi puncto coeunt.Difforme quod & intemperatum vocatur,est, in quo & eædem qualitates ab æquilibrio,in diuersam latitudinem,& exuperantiam recedunt. Est autem vniforme,vnum tantùm, vt satis constat, cùm æqualitas nullum admittat recessum à medio:alioqui æqualitatis appellationem amittet.Difforme rursum duplex est, simplex, &

Difforme.

Difforme sim plex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

compositum. Difforme simplex vocatur, in quo vna tantùm qualitas vincit, denominatque, & duæ aliæ æqualitatem seruant, verbi gratia, calor vt sex, cum quatuor gradibus siccitatis, & totidem humiditatis. Sed hoc iterum in quatuor velut species distribuitur, pro numero qualitatum, quæ quatuor cùm sint, vna earum duntaxat in hoc temperaturæ genere principatum obtinet: difforme compositum est, in quo duæ qualitates reliquas duas excedunt, quod similiter in quatuor membra secatur pro varietate proportionũ, quas primæ quatuor qualitates inter sese mutuò sortiuntur. Primùm est, in quo abundat calor & siccitas, quod igneum dicitur, & in animantibus cholericum appellatur. Secundum, in quo calor, & humiditas, vocatúrque aëreum, in animãtibus sanguineum. Tertium, in quo excellit frigiditas cum humore, quod est aqueum, in animantibus phlegmaticum. Quartum, in quo præstat frigus cum siccitate, in animantibus melancholicum, quod est terreum.

Difforme cõpositum.

Possunt quidem præter illas quatuor coniugationes, aliæ duæ animo concipi, nempe ex calore & frigore, humore & siccitate denominantibus: verùm hæ, quia consistere in natura minimè possunt, recensitæ à nobis non sunt. Nouem igitur numerantur temperamentorum discrimina, vnum æqualitatis ad vnguem exactæ, octo inæqualia & difformia; quorum quatuor sunt difformia simplicia, quatuor difformia composita. Sed enim in difformibus, tam compositis, quàm simplicibus magna existit varietas, quandoquidem excessus siue vnius, siue duarum qualitatum multifariam à medio excurrit. Exempli gratia temperatura cholerica, quæ est calida, & sicca, aut est magis sicca, quàm calida; aut magis calida, quàm sicca; aut æquè sicca, & calida: similitérque res habet in cæteris: & hæc ipsa exuperantia variatur secundum maiorem, & minorem intensionem qualitatum. Quo sit vt temperamenta, si particulatim expendantur, innumerabilia sint, non modò secundum distinctionem mistorum genere speciéve differentium, (aliam enim qualitatum moderationem poscunt terrestria, aliam aquatilia, aliam homo, aliam leo) sed etiam intra cancellos eiusdem speciei. Non enim omnibus, verbi gratia, idem obtigit temperamẽtum. Quin verò nec idem homo singularis eam qualitatum symmetriam, quam accepit à parentibus, toto vitæ decursu conseruat: etsi bona corporis constitutione perpetuò fruatur, nec morbo succumbat. Quæ mutatio partim internas, partim externas causas obtinet. Internæ sunt calor per singulas ætates humidum carpens, donec ipse etiam paulatim langueſcens, exesa & dissipata humidi primigenij substantia, exstinguatur, & accedat mors, vltima rerum linea. Externæ sunt regionum, & locorum, temporum, cibi, potúsque mutatio, & alia eiusmodi, quæ interdum ita afficiunt corpus, vt sensim absque morbi violentia aliud ei temperamentum imprimant. Quæ verò ipsum à naturali statu deturbare queunt, infinita propemodùm sunt, & quotidianis experimentis nota.

Nouem temperamentorũ discrimina.

Temperamẽtorũ varietas plurima in mistis diuersa specici.

QVÆ

QVÆSTIO II.

Deturne corpus exquisitè temperatum an non.

ARTICVLVS I.

De temperamento ad iustitiam.

IN hac quæstione aduertendum est (quod ex iis, quæ postremo superioris controuersiæ articulo disseruimus, facilè quiuis intelliget) inter primarum qualitatum temperamenta, quæ in corporibus inueniuntur, alia esse formis rerum, in quibus insunt, consentanea, quale est id, quod obtinet Socrates, cùm rectè valet; alia dissentanea cuiusmodi est, quod idem subit cùm ægrotat. Deinde aduertendum est, temperamentum omnino æquale, in quo nimirum omnes quatuor qualitates, paribus à medio interuallis, coeũt, quod suprà temperatissimum vocari diximus, ab Auicenna eiusque sectatoribus, temperamentum ad pondus, quasi æquo pondere libratum nuncupari; quemadmodum & id, quod inæquale, id est, disparibus qualitatum portionibus concretum existit, temperamentum ad iustitiam dici consueuit. Nam cùm istiusmodi temperamentum non vnum tantùm sit, vt æquale ad pondus, sed varium; non omnibus idem competit, sed quasi iustitiæ ritu, vnicuique rei, pro naturæ diuersitate, suum, vt ante monuimus. Sicut enim, docẽte Aristotele Ethic. capit. 3. cùm in Republica bene constituta honores mandantur, non iidem omnibus, neque eodem numero, & gradu (quæ dicitur proportio Arithmetica) sed vt cuiusque dignitas postulat, distribuuntur: ita quodammodo ratio iustitiæ seruatur, dum corporibus temperamenta obueniunt, non omnibus eadem qualitatum portione, sed vt ad cuiusque formam & operationes, conducit, quæ proportio Geometrica nuncupatur.

Tẽperamentum ad pondus, quale.

Tẽperamentum ad iustitiam.

Aristot.

His positis: si loquamur in commune de temperamento, quod cuique corpori suopte ingenio debetur, non dubium, quin id dari possit, reque ipsa, in natura rerum habeatur: cùm nequaquam verisimile sit beneficium hoc corporibus perpetuò denegari. Ac tale quidem temperamentum, præcipua quadam excellentia & dignitate, inter cætera naturæ dona, primi nostri generis parentibus, à primæua origine, tributum fuit. Simile etiam obtinuit Christus Dominus, cuius corpus ex virgineo diuæ Matris sanguine, Spiritus Sancti opera coagmentatum fuit: simile quoque erit in corporibus beatorum. Nam quòd in iis esse debeant quatuor primæ qualitates, ex quarum mistione temperamentum resultat, ex eo constat: quia hæ qualitates pertinent ad naturalem structuram, perfectionemque mistorum. Item quia corpora beatorum erunt tactilia (siquidem Christus post resurrectionẽ suam, Luc. 24. & Ioan. 20. corpus suum

Tẽperamentũ debitum fuit in primis parentibus.

Beatorũ corpora 4. primas qualitates habebũt. Probatur 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. rangendum palpandumque discipulis præbuit) liquet autē corpora, primarum qualitatum, & spissitudinis interuentu, sub tactum cadere. Quòd siquis obijciat illud D. Gregorij homil. 26. in Euangelia, Corrumpi necesse est, quod palpatur: & palpari nō potest, quod non corrumpitur, atque adeò corpora glorioſa, cùm indissolubilia sint, non posse esse tactilia: occurrendum erit, cum primæ qualitates tangibiles corruptionis principia sint, quidquid secundum eas tāgitur, corruptibile esse, spectata propriæ naturæ vi, ac nisi aliunde immortalitatem obtineat, qualem glorioſa corpora obtinebunt.

Obiectio.

Dilutio.

Primerū parentū temperamentū ideſere tota vita futurum fuisset.

Est verò inter superiora tria temperamenta non parū discriminis. Namq; primi parentes, si nulla peccati labe admissa, innocentiæ statum seruassent, vt florem iuuētutis, ita & tēperiem illam qualitatum non quidem in eodē gradu, & intensione (nec enim id opus erat) sed absque insigni, cum aliqua tamen mutatione, quàm v.g. diurni & nocturni temporis varietas afferre posset, perpetuò retinuissent, idque tunc beneficio vitalis pomi, caloris natiui & humidi primigenij dispendia inhibentis, tum etiam ipsorum cura, & Angelorum tutela, & denique prouidentia diuina, quæ exteriùs nocere possent, auertente.

Temperamētum Christi pro ætatum ratione, varium.

At temperamentum Christi, licet præstantissimum; non semper tamen idem prorsus, hoc est, omnis notabilis mutationis expers fuit; sed, vt nostrum, cum ætatibus varietatem subibat: ita tamen, vt conuenientiam cuique ætati debitam obtineret. Quare si Christus mortalem vitam continuasset, deficiente paulatim natiuo calore, tandem in senium & naturalem mortem incurrisset. Glorioſorum verò corporum temperamentum, tota æternitate, idem prorsus, absque vlla mutatione permanebit, conseruante, stabilientēque id, dote impassibilitatis, quæ secundum probabiliorem theologorum sententiam, erit qualitas corporibus inhærens, ea supra naturæ vim, ab omni noxa defendens, & impediens, ne qua in eis varietas circa primas qualitates accidere possit. Lege D. Thomam 1. p. quæst. 97. art. 1. Richardum in 4. distinct. 49. art. 4. Paludanum distinct. 4. quæst. 2. Capreolum eadem quæstione art. 3.

Glorioſorum corporum tēperamentum prorsus inuariabile.

Dubium.

Roger aliquis num Christi temperamentum, interim dum mortalem vitam egit, eiusmodi fuerit, vt vi propria, incursui causarū externarum quæ morbos inuehunt, resistere, & incolumitatem perpetuò seruare posset. Ad hoc dubium, si vt res habuit, quæratur, respōdendum est cum D. Athanasio de incarnatione Verbi, cum Basilio in regulis breuioribus, interrogatione 177. D. Thoma 3. p. quæst. 14. art. 4. aliisque doctoribus in 3. distinct. 15. Christi temperamentum nullo morbo fuisse violatum: nec enim conueniens erat hunc defectum à Christo assumi. Cùm nec diuinam personam deceret, neque nobis necessarius, aut vtilis foret. Nihilominus cùm illius qualitates, & humores eiusdem fuerint naturæ, & speciei cum nostris, finitamque habuerint resistētiam, potuisse illos ab externis causis, præsertim vehementibus, ad ægritudinem inflecti. Quæ tamen si quando sese obtulerunt, ne effectum sortirentur, impeditæ sunt.

Resolutio.

Christus nūquam ægrotauit.

Potuit tamen.

ARTICV

ARTICVLVS. II.

De temperamento ad pondus.

DIXIMVS superiori artic. dari in rerum natura temperamenta formis corporum consentanea, & conuenientia: non tamen statuimus, num inter ea, saltem aliqua sint æqualia ad pondus, an omnia ad iustitiam. Id ergo in præsentia disquirendum à nobis erit. Auerroes 2. colliget cap. 22. & 1. Cant. tract. 1. aliisque in locis. Auicenna Fen. 1. doct. 3. cap. 1. & prima primæ cap. de complexionibus, Algazellus, cæterique Arabes. D. Thomas in 2. distinct. 19. quæst. vnica art. 4. & in 3. distinct. 16. quæst. 1. art. 1. Michael Medina in sua paræneſi. Conciliator differ. 18. & alij putant, nullum dari tempetamentum æquale ad pondus: quod probari potest, primùm quia cùm elementa congrediuntur, seque permistioni dedunt, necesse est, vt cætera ab vno potentiori vincantur, cuius postea qualitas in mixto dominetur, & æqualitatem interturbet. Deinde, quia si in mixto nullum elementum prævaleret, nullum id sibi locum naturalem in vniuerso vendicaret, quod à natura corporis alienum est. Item, quia huiusmodi corpus non posset ab interno principio corrumpi, cùm vires elementorum æquo pondere copulatæ in se mutuò agere nequeant. Præterea, quia in rebus animatis calor est vitalium functionum administer, & opifex, vt 2. de anima cap. 4. text. 50. Aristoteles ait. Quin verò vita in calido & humido magis, quàm in frigido & ficco contineri dicitur; videlicet quia in viuentibus calor excellit, aliturque ac fouetur humido natiuo. Vnde animal, quantum in vitæ extremum declinat, tantùm frigore, & siccitate in dies cōtabescit. Quibus consonat illud Aristotelis in lib. de morte & vita cap. 1. Vita est permansio calidi, sicut mors caloris extinctio, & illud in lib. de longitudine & breuitate vitæ cap. 2. intelligendum est animal natura humidum, calidumque esse. Quod item sensit Galenus 2. lib. de simplic. medic. facultatis cap. 22. vbi animal per exuperantiam calidum esse asseuerat. Postremò, stabilitur eadem sententia, quia si corpus aliquod paribus contrariorum viribus temperatum fieri posset, maxime esset humanum, vt apud omnes in confesso est. Quod autem humanum non sit, ex eo ostenditur, quia, vt Galenus lib. proximè citato cap. 3. docet, in corporis humani compositione, maior est calidi portio, quàm frigidi. Quare nullo modo videtur posse fieri, vt alicui corpori temperamentum ad pondus insit.

Auctores qui negent temperamentum ad pondus.

1. argum. eorum.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

Contrariam sententiam tuetur Garbius in summa tract. 2. quæst. 5. Fernelius lib. 3. Phisiologiæ cap. 4. Isaicus cap. 1. diætarum vniuersalium. Marsilius hoc in lib. quæst. 15. Saxonia quæst. 11. aliique non pauci. Quibus ea potissimùm argumenta sunt. Primùm, quia quantumlibet aduersarij reclament, non est cur contraria pari gradu non se confundere, ac permiscere queant; ita vt corpus

Qui autores temperamētum ad pondus concedant.

Eorum argum.

æquo

Universidad de Deusto
Biblioteca

æquo pondere temperatum edant; præsertim cùm elementa, quæ natura sua efficaciora existunt, possint aliunde iam debilitata in pugnam descendere; vel cœlestium corporum influxibus, in ipso progressu atteri: ita, vt alia, licet alioqui minus efficacia, sibi non subjiciant, sicuti accidit, cùm è duobus elementis tertium gignitur, vbi neutrum vincit. Secundò, sit corpus aliquod in quo vincat calor & humor; Deinde accedant duo agentia, quorum alterum intendat in 2. eo frigus, alterum siccitatem, imminuendo contraria. In hoc euentu dandum erit aliquod punctum, in quo huiusmodi corpus æquam omnium quatuor qualitatum intensionem obtineat: Ergo nihil re- 3. pugnat, dari prædictum temperamentum ad pondus. Tertiò, si in rebus animatis temperamentum hoc dari non posset, ex eo esset, quia oportet in viuentibus excellere calidum & humidum, atque huiusmodi excellentia, si probe intelligatur, non arguit excessum intensionis, quasi calidum, & humidum rerum viuentium debeant intensiora esse, quàm earundem frigus & siccitas. Igitur hæc ratio nihil conficit. Probatur assumptio. Primùm, quia ob id tantum viuentia dicuntur calida & humida, quòd cùm frigus vitæ opera vix ingrediatur, calore & humore functiones suas administrant, eorumque beneficio viuunt. Deinde, quia non necesse est viuentia calida, & humida absolutè appellari, sed duntaxat collatione facta ad se ipsa demortua, quia nimirum cùm, huiusmodi qualitates senio, & occasu vitæ absumantur, atque euanescant consequens est, vt viuentia calidiora, humidioráque sint, dum vita fruuntur, quàm post obitum. Præterea, quia multa viuentia plus frigoris, quàm caloris, in se cohibent, veluti papauer, Mandragora, Cicuta, Salamandra, quæ omnium iudicio perfrigida sunt, vt aduertit Galenus 3. de Simplic. medicam. facultatibus cap. 6. Ac nostri etiam corporis membra, quæ exanguia habentur, vt os, & nernus apertè frigida sunt & sicca. Quibus manifestum relinquitur, cùm viuentia calido, & humido sustentari dicuntur, id non ad vberiorem huiusmodi qualitatum intensionem, sed ad viuificam earum vim, esse referendum.

ARTICVLVS III.

Quæstionis explanatio.

Primum pronunt. His in vtramque partem adductis, controuersiam duplici pronuntiato dirimemus. Primum sit. Non repugnat dari per naturam, in toto aliquo mixto inanimato temperamentum ad pondus. Hoc pronuntiatum confirmant duæ priores rationes, quas pro secunda opinione proximo articulo retu- *Lege Rich. in 2. sent. d.* 17.
2. pronunt. bipartitum. limus. Secundum pronuntiatum. In toto mixto animato nequit per naturam, dari temperamentum ad pondus, eius formæ conueniens; non repugnat tamen dari id in aliquo membro seu portione alicuius viuentis. Prior huiusce pronuntiati pars ostenditur, quia corpora
Probatio prioris partis. viuentia

viuentia constant partibus eterogeneis, quæ, vt progressu dicemus, varia temperamenta exigunt: vbi verò temperamentorum diuersitas inuenitur, non habet locum æqualitas ponderis, quæ vt est in puncto constituta, ita disparitatem graduum in qualitatibus non fert. Adiecimus verba illa, eius formæ conueniens, quia si de temperamento aduentitio, formæque dissentaneo loquamur, non apparet cur id, totum aliquod viuens, saltem ad breue tempus, subire non possit, applicatis commodè congruentérque externis agentibus, quæ omnes illius qualitates ad æquilibrium componant. Verùm eiusmodi temperamentum non erit aptum, siue consentaneum viuenti, præsertim si sit animal, cuius organa tam dissimilem poscunt temperaturã; nec viuens, eo perseuerante, diu consistet.

Posterior pars eiusdem pronũtiati suadetur, quia nihil obstat, quo- *Probatio posterioris.*
minus aliquod membrum, aliáve pars alicuius viuentis, in se præcisè spectata, obtineat omnes quatuor qualitates, æqua moderatione parique gradu intensas. Nam, quod aiunt, vitã cõsistere in calido & humido: id non ita est acciptendum, quasi in quolibet viuente debeat calor frigiditatem, & humiditas siccitatem gradu vincere, cùm multa sint viuentia, quibus plus inest frigoris, quàm caloris, vt superiori articulo rectè opponebatur: sed eatenus id probè asseritur, (vt alias rationes omittamus) quatenus functiones vitæ potissimùm administrãtur opera caloris, qui humido sustentatur, siue calor gradu excedat, vt in plerísque siue non, vt in nõnullis, quorum exempla ad posteriorem hanc partem nostræ assertionis confirmandam satis sunt.

Nunc secundi articuli argumenta diluamus, qua ex parte superio- *Solutio argumentorũ negantiũ temperamẽtum ad pondus.*
ra pronuntiata oppugnant, nituntúrque probare nullum corpus, neque animatum, neque expers animæ, temperamentum ad pondus, vllo modo obtinere posse. Et, ad primum quidem, ex superiùs dictis, quid respondendum sit constat; neque enim necesse est, vt quoties *Solut. 1.*
elementa in mixtionem coeunt, vnum eorum prævaleat, ac suæ qualitatis dominium, in genito seruet. Ad secundùm dicendum in pri- *Solut. 2.*
mis, mixta non semper eius elementi, cuius primam qualitatẽ in excellenti gradu obtinent, locum in mundo vendicare, vt patet in leone, in quo calor eminet, & tamen non in regione ignis, sed terræ natiuam sedem habet. Obtinent igitur mixta locum, pro ratione elementi prædominantis, secundum qualitatem motricem, hoc est, grauitatem vel leuitatem. Secundum has verò, si mixtum aliquod, ad pondus temperatũ, daretur, quod certè dari non repugnat (cùm nulla ratio persuadeat impossibiles esse in corpore vno pares leuitatis igneę, & aëreæ gradus, pares item aqueæ, terreęque grauitatis) id locum naturalẽ haberet, inter aërem & aquam; ita vt vna eius medietas in aëre emineret; altera in aquam demersa esset, vt in lib. 4. de cœlo ad finem diximus. Ad tertium concedendũ est, si detur aliquod mix- *Solut. 3.*
tum inanime, homogeneum, cuius omnes qualitates, æqua graduum portione præditæ sint, id nullo modo, ab intrinseco, corruptum iri, cum simile in simile agere nequeat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio reliquorum argum. pro eadem parte.

Ad cætera argumenta, pro eadem parte adducta, respondendum est, iis tantùm probari, calorem in viuentibus excellere, quoad officium; vt paulò ante monuimus: non tamen superare quoad gradum, saltem in omnibus viuentibus absolutè, esto in nonnullis superet, vt in genere animantium, in quo etiam homo plus vendicat caloris, quàm frigoris, docente Arist. lib. 2. de partibus animalium cap. 7. nec necesse est, vt homo, quoad omnia sua membra, plus accedat ad temperiem ponderis, licet ita habeat quoad externam cutem, eam præsertim quæ manum maximéque digitos contegit, quæque est omnium qualitatum acerrima exploratrix, vt annotauit Fernelius lib. 3. Physiologiæ cap. 5.

Argumenta, quæ probant temperamẽtũ ad pondus quousque valeant.

Argumenta verò, quæ pro secunda opinione attulimus, hunc habent explicatum. Priora quidem duo, si probare nitantur, dari posse mixtum inanime, temperatũ ad pondus, concludunt id, quod in primo pronuntiato asseruimus. Quòd si idem astruere conẽtur de mixto animato, respondendum erit, ad primam; licet contraria, ex elementorum concursu, possint ad æqualem gradum in tota aliqua materia coalescere; non posse tamen in eiusmodi materiam induci formam viuentis, quod cùm heterogeneis constet partibus, diuersa in eis temperamenta exposcit. Ad secundum respondendum est, diuersa agentia contrariis armata qualitatibus, si viuenti commodè applicentur, posse quidẽ illud à proprio temperamento exturbare, & eius partes ad exactam qualitatum symmetriam perducere, vt in probatione secundi pronuntiati admisimus; fieri tamen non posse, vt viuens, eiusmodi sibi temperamentum asciscat, & vt formæ suæ consentaneum, retineat, aut in eo statu diu permaneat, præsertim si sit animal. Quo fit vt non debeat absolutè concedi, posse in toto aliquo viuente reperiri temperamentum ad pondus.

Ad tertium facilè respondebit, qui dixerit haud propterea in rebus animatis non dari temperamentum ponderis, quòd necesse sit semper in eis, à calore frigus, & ab humore siccitatem vinci; sed ob causas, quas ante explicuimus: quanquam in multis viuentibus talis excessus circa calorem, & humiditatẽ re vera inueniatur. Cuius oppositum minimè concludunt rationes adductæ, ad confirmandam assumptionem. Nam primæ, & secundæ inficiandum est, non dari aliqua viuentia, quæ vocentur calida, & humida ob exuperantiam harum qualitatum, & quæ absolutè talia appellari queant. Tertia verò ratio tantùm cõuincit in quibusdam viuentibus non calorem, sed frigus vincere.

Totius disputationis conclusio.

Maneat ergo ex tota hac disputatione temperamentum consentaneum formis rerum viuẽtium toto corpore fusum, non posse esse æquale ad pondus, sed ad institiam: posse ramẽ in vno aliquo membro, seorsim spectato, reperiri temperamẽtum ad pondus. Item posse in omnia membra viuentis, præter ipsorum naturam aliunde, ad breue tempus, inuehi temperamentum ponderis. Denique non repugnare mixtum vitæ expers, non solùm in aliqua parte, sed

sed in toto, istiusmodi temperamentum non causarum modo externarum appulsu subire, sed etiam à proprio ortu datum, sibíque consentaneum obtinere.

QVAESTIO III.

An corporis humani temperamentum, & constitutio idonea sit, cæterísque præstantior.

ARTICVLVS I.

Negatiuæ partis Argumenta.

PARS negatiua quæstionis his argumẽtis videtur concludi. Primò, Id optimum temperamẽtum censeri debet quod formæ corporis pro dignitate respõdeat, sed hominis temperamentum non ita se habet; non est igitur optimũ. Probatur minor, quia temperamentum hominis fluxum est, & dissolubile; animus verò immortalis: at inter immortale, & caducum proportio non est. *Primũ Arg.*

Secundò, Contraria non possunt ad commodam æqualitatem duci nisi vinculo aliquo nectantur & concilientur; hoc autem præstari non potest, nisi per aliquid vacans contrarietate, cuiusmodi est corpus cœleste: ergo vt quatuor primæ qualitates in homine ad boni temperamenti symmetriam coirent, debuerunt per aliquam particulam quintæ substantiæ inter se copulari. Quod cum factum esse non admittamus: fatendum erit multũ deesse humano temperamento ad perfectam bonitatem. Corroboratúrque argumentum, quia cùm veterum philosophorum, patrúmque celebre dictum sit, hominem esse paruum mundum: si eius corpus probè coagmentatum foret; vtique contineret in se aliquid de nobilissima parte mundi corporei, id est, cœlesti. *2. Argum.*

Arist. 2. Phys. cap. 2. Trismegist. in Pimãdro Nazian. orat. 2. de Pasch. Nyss. in lib. de hom. opif. cap. 16. Damasc. lib. 2. cap. 12. Lactant. lib. 2. c. 13. D. Th. 1. p. q. 91. art. 1.

Tertiò, In excellenti temperamento dominari oportet nobilissima elementa, aërem, & ignem siquidem primarum qualitatum concentus ex elementorum commistione oritur: sed in corpore humano terra & aqua, quæ sunt deteriora; non aër, & ignis, quæ præstantioris notæ sunt, prævalent: vt eius crassitudo, grauitas, & compactio ostendunt, testatúrque illud sacræ paginæ Geneseos secundo, Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ, id est, ex terra permista aquæ: ergo humani corporis temperamentum reliquis nequaquam antecellit. *3. Argum.* *2. Genes.*

Quartò, Cum homo inter cæteras animantes naturæ dignitate emineat, si optimum haberet temperamẽtum: vtique eius beneficio animales functiones perfectiùs obiret. At quòd secus accidat ex eo probatur, quia bruta non pauca hominem sensuum præstantia superant *4. Argum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

perant: visu aquilæ, & lynces: odoratu canes, & vultures: gustu simię, & protogeustæ indica animalia: tactu aranei & serpētes: auditu apri, anseres, & talpæ; nam hi obruti terra audiunt.

5. Argum. Quintò, Corpori humano plura, quàm belluarum corporibus desunt. Igitur humani corporis affectio, & constitutio non est omnium absolutissima. Antecedens probatur, primò, quia homo imbecillior nascitur, quàm belluæ, quæ vt sunt editæ ex vtero confestim, vel non multo post, sese in pedes tollunt, & discursibus gestiūt, homo autem mouere se loco neque nouit, neque potest. Item quia reliquæ animantes naturalibus indumentis instructæ sunt, aliæ tectæ coriis, aliæ villis septæ, aliæ hirsutæ spinis, aliæ plumis, aliæ squamis, cæterisque id genus integumentis. Præterea à natura ipsa contra hostē armātur, ita vt eis ad sui tutelam nihil desit: quasdam enim cornibus munitas videmus, alias præacutis dentibus; nonnullas aduncis vnguibus, alias effugiis pennarum, vel pernicitate pedum, cæterisque eiusmodi, solus homo hisce omnibus destitutus ad omnes cœli iniurias & vitæ incommoda proiicitur, vt non sine causa vitam à lachrimis & ploratu auspicetur, cui tantum in vita restet transire malorum.

Lege Plut. in lib. de amore parentum circa liberos. Plin. initio lib. 7.

6. Argum. Sextò, Apta membrorum delineatio, & figura comitatur aptam humorum, & primarum qualitatum compositionem: sed illa deest humano corpori. Igitur & hæc. Minor suadetur, quia homo naturæ cognatione magis conuenit cum brutis, quàm cum arboribus; & tamen humani corporis effigies magis accedit ad staturam arborum, quæ videlicet recta est, quàm brutorum, quæ prona.

7. Argum. Vltimo, Pulchritudo sequitur excellentiam temperamenti; sed quibusdam brutis cōtigit maior pulchritudo, vt pauoni, phœnici, & nonnullis volucribus, quas picturatæ varietatis elegantia colorum lenociniis mirificè exornat. Non est igitur humani corporis temperamentum reliquis præstantius.

ARTICVLVS II.

Constituitur pars affirmatiua: refelluntur contraria Argumenta.

COMMVNIS tamen, veráque est philosophorū & medicorum sententia aientium humani corporis temperamentum, & constitutionem aptissimam esse, ac cæteris longè præstantiorem. Id astruit Gal. in lib. de temperamentis, Auicenna prima primæ doct. 3. cap. 1. Auicebron in libro fontis vitæ, D. Tho. 1. part. quæst. 76. art. 5. & quæst. 91. art. 3. aliique doctores in 2. dist. 17. Idem agnoscit & prædicat auctor operis de diuina sapientia secundum Ægyptios lib. 12. cap. 2. Solet autē id ex eo probari, quia cum materia eiusque affectiones sint propter formam: anima verò rationis particeps omnes formas physicas nobilitate superet: consentaneū erat, vt ipsius corpus optimum temperamentum structu

structuramque acciperet. Quod ita se habere ex solutione argumentorum, quæ in aduersam partem adducta sunt, planius euadet.

Solutio primi argum. Igitur ad primum respondet D. Thomas 1. p. quæst. 76. art. 5. in materia duplicem inueniri conditionem; vnam, quæ per se in illa quæritur, vt ad formam recipiendam apta sit: alteram, quæ priorem non ex intentione artificis, sed naturæ necessitate consequitur: sicuti artifex ad formam serræ ferrum eligit, quod ad secandum ob innatam duritiem aptum est; licet aliunde serræ dentes hebescant, ac rubiginem contrahant. Sic igitur animæ intellectrici per se corpus debetur idoneum ad illius functiones exercendas, atque adeò ex primarum qualitatum permistione concretum; esto ipsum propter contrariorum repugnantiam, & inclinationem materiæ, aliam formam necessariò appetentis, corruptibilitas comitetur. Ita verò tametsi corpus humanum proportione non respondeat suæ formæ quoad eius immortalitatem: respondet tamen secundum aptitudinem, quam habet vt ipsi ad munia obeunda oppositè obseruiat, vt annotauit etiam Plato in Timæo.

Huiusce dogmatis meminit D. Th. 1. part. quæst. 91. a. 1. ad 2.

Solutio 2. Academicorum error. Pro secundi argumenti solutione aduertendum est, quosdam ex sententia è veteris Academiæ fontibus deriuata, existimasse animum humanum, eo quòd cœlestis ac diuinus sit, non posse cum corpore ex crassa elementorum substantia concreto, societatem inire, nisi interuentu cœlestis naturæ, proindeque asseruerunt illum extra materiam conditum corpusculo quodam æthereo priùs indui, tum illius interuentu cum hoc nostro mortali, & caduco necti, simulque contrarias qualitates fœdere copulari. Sed dogma hoc, vt à vera philosophia, & cœlesti disciplina abhorrens, explodendum omnino est, cum ponat in eodem homine simul duo corpora, vnum cœleste; ex elementis alterū: cū item faciat animos hominum extra materiam procreatos. Quorum primum lib. 4. Physicæ Auscultationis ostendimus naturæ viribus fieri non posse: posterius in libris de anima, vt sanæ doctrinæ aduersarium confutabimus. Ac quod animus, vt corpori vniatur, eo vinculo non egeat, primo libro Physicorum deseruimus. Quòd ex quinta substantia nulla particula decerpi, aut dissecari possit, & cum elementis permisceri, satis probat tum illius natura à corruptione aliena; tum ratio mistionis, quam non nisi alterata, & dissolubilia fortiuntur, vt in hoc opere docuit Aristoteles. Quòd denique contrariæ qualitates vt inter se cohæreant, & ad congruam æqualitatem quasi pacificētur in eodem subiecto, nihil opus habeant nexu illo aduentitio facilè intelligi potest ex iis, quæ statuimus in disputatione de contrariorum existentia; nihil enim obstat quominùs duo contraria in gradu remisso inueniantur simul, nec tamen vnum alteri perniciem intendat. Ad eiusdem argumenti confirmationem respondendum est, vt homo dicatur quintam substantiam participare non opus esse, vt aliquam illius particulam in se cohibeat. Ad id enim sat est cōuenientia & similitudo inter corpus cœleste, & humanum, quatenus vt illud omni con-

Confutatur.

Nulla particula quintæ substantiæ in hominis corpore inueniri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rietate vacat,ita hoc ad remotionem à contrariis,quantum eius natura fert,maximè accedit,vt lib.1.de cœlo quæst.1. posuimus.

Solutio. 3. Circa tertium argumentum obseruandum est in lib. Geneseos cap.2. vbi nostra versio habet, formauit Dominus Deus hominem de limo terræ;aliam versionem iuxta septuaginta interpretes habere,finxit Deus hominem puluerem de terra. Quo etiam modo legit *Explicatur locus Genes. D.August.* D.Augustinus 7. lib.de Genesi ad litt.cap.1.& 13.lib. de Ciuit. Dei cap.24.sed idem loco eodem hæc verba subiungit.Hoc quidam planiùs interpretandũ putantes dixerunt , finxit Deus hominem de limo terræ.Præterea 2.de Genesi contra Manich.finxit, inquit, Deus *Rufin. Tertull.* hominem de limo terræ. Item Rufinus in expositione symboli , & Tertullianus in lib.de resurrectione,hominem è limo factum prædicant.Est autem limus terra cænosa,quæ ab aquis extrahitur,seu terra aquæ permista. At enim siue hominis corpus è puluere, siue è limo formatum perhibeatur (quatenus in eo terrã, siue terra & aqua quoad substantiam, & crassitiem dominantur) constat contineri in illo virtute omnia elementa , cùm ipsorũ quatuor primæ qualitates *D.Thom.* in eo insint.Aduertit tamen D.Thomas 1. part.quæst.91.art.1. elementa quasi partiris viribus in corpore humano conuenire;quia superiora ignis & aër dominantur in illo quoad præcellentes eorum qualitates,idest,calorẽ, & humiditatẽ;cùm vita præcipuè cõsistat in calido & humido,inferiora verò quoad substantiã , & membrorum coagmentationem;vt eorũ,crassitudo,quæ terreã,&aqueã naturam testatur,sicuti in argumento dicitur,non obscurè indicat. Vnde iam solutio argumenti patet. Sufficit enim ad excellentiã humani temperamenti dominari in eo ignis,& aëris qualitates modo explicato.

Solut.4. Ad quartum , concedendum est superari hominem à quibusdam *D.Thom.1. p.q.91.art.3.* brutis animantibus visus perspicacia , acumine auditus , sagacitate odoratus : sed negandum victoriam hanc à bonitate temperamenti simpliciter melioris proficisci. Non enim præstantia quarumlibet animalium functionum arguit maiorem temperamenti nobilitatem ; sed præstantia earum , quæ ad tactum , qui circa temperamentum immediatè versatur, & ad gustum , qui tactus quidam est, & ad potentias vitales, sensusque internos pertinent.Cuius rei causa in libris de anima , explicanda erit. Constat verò harum facultatum multa exactiùs ab homine , quàm à brutis edi ; etsi quoad tactum & gustum aliter rem habere in aliquot belluis primo aspectu videri possit. Itaque ad formulam argumenti respondentes dicimus ex eo quòd homo perfectius habeat temperamentum , non sequi omnes in vniuersum animales operationes absolutiùs ab eo administrari : sat est enim verum id esse in iis, quas recensuimus. Quanquam in iis etiam,licet non absolutè quadam tamen consideratione ex Arist. doctrina lib.4.de generatione animalium cap.1. possit homo dici vincere;quod nos eo,quo promisimus,loco enucleabimus. *Lege Arist. lib.2.de par. anim. cap.7.* Quæ item non obstant , quominus homo dicatur absolutè perfectiùs sentire,vt alibi diximus.

Quarum virium præstantia homo à belluis vincatur.

Quibus facultatibus corporis excellat homo.

Ad

Solut.1. Ad quintum , Fatendum est hominem imbecilliorem nasci aliis animantibus , propter vberiorem copiam humidi primigenij , quo eius membra teneriora,ac parum solida redduntur;quod tamen humidum ad primæuam constitutionem multùm expedit, vt pote quo natiuus calor confestim nutritur & conseruatur ; quem abundantiorem in homine esse oportet,vt mox dicemus, idque ab ipso vitæ exordio , cum statim diminui incipiat, sensumque extabescat.Priuatim autem , quia homo proportione sui corporis maius habet cerebrum,quàm alia animantia,idque in infantibus humiditate circumfluit;ideò nerui,qui inde propagantur,initio teneriores sunt;proindeque idonei ad mouenda membra artuumque nexus stabiliendos;donec progressu ætatis firmentur.Quòd verò bruta operimentis, armisque ad declinandas cœli iniurias & propulsandos externos impetus naturaliter muniantur;id ex eo prouenit, quia ad hæc contexenda fabricandaque plus obtinent de terrena & aquea concretione, & excrementitiis humoribus;quæ tamen nequaquam melioris temperamenti indicia sunt. Debuit autem eis hoc pacto à natura prouideri,quia cum rationis expertia sint, non possent ea sibi aliunde comparare.

Pro magnitudine corporis inesse homini maius cerebrum docet Ar.lib.2. de part.an.c.14. & lib. 5. de gener.an.c.3. causã explicat D.Th.1. p.q.91.art.3.

Hominis cerebrum maius pro ratione sui corporis.

Belluis cur natura & integumẽta & arma dederit.

Lege D. August.lib.4. in Iulianum & lib.2.de pecc. merit. & remiss.c. 20.& lib.14.de Ciuit.Dei c.17. D.Th.1. p.q. 76.a.5.ad 4. Porrò animaduertunt Plato in Protagora, auctor operis de diuina sapientia secundum Ægyptios lib.12. cap.2.Aristoteles lib. 4. de partibus animalium cap.10.Lactantius in lib.de opificio Dei cap.2, aliique auctores,licet hominis natiua illa indumenta & arma,naturæ conditio denegarit ; id tamen compensasse aliunde cum magno cumulo , dum ei rationem elargita est , qua artes varias ad comparanda sibi necessaria excogitaret:dumque ei simul manum, vt commune instrumentum ad illa omnia tractanda, conficiendaque attribuit. Atque in eo etiam melior est humanæ conditionis ratio , vt monet loco citato Aristoteles,quòd bruta,vno tantùm integumento , vno armorum genere vtuntur , homo multiplicem sibi vestem aptat , quam pro tempore & loco mutat , variaque habet armorum auxilia,vt cui manus sit vnguis,& cornu,& quoduis aliud genus armorũ;sed libet hic ea scribere,quibus Seneca lib.2.de officis cap.29. causam hanc perorauit.Vide,inquit,quã iniqui sunt diuinorum munerum æstimatores.Et quidem professi sapientiam,queruntur quòd non magnitudine corporis æquemus elephantes,velocitate ceruos: leuitate aues : impetu tauros:quòd solidior sit cutis belluis, decentior damis;densior vrsis;mollior fibris : quòd sagacitate nos narium canes vincant;quòd acie luminum aquilæ;spatio ætatis corui ; multa animalia nandi facilitate.Et cum quædam ne coire quidẽ in idem natura patiatur,vt velocitatem corporum,& vires pares animalibus habeamus;ex diuersis ac dissidentibus bonis hominẽ non esse compositum , iniuriam vocant : & in negligentes nostri deos querimoniam iaciunt,quòd non bona valetudo,& virtus inexpugnabilis data sit;quòd non futuri scientia. Vix sibi tẽperant,quin eò vsque impudentiæ prouehantur,vt naturam oderint;quòd infra deos sumus;

Plato. Arist. Lactantius.

Seneca locus

Bellua quibus homini præstent.

Contra naturæ calumniatores.

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd non in æquo illis ſtetimus. Quanto ſatius eſt ad contemplationem tot tantorumque beneficiorũ reuerti & agere gratias quòd vos in hoc pulcherrimo domicilio voluerunt ſecundas ſortiri: quòd terrenis præfecerunt. Aliquis ea animalia compatat nobis, quorum poteſtas penes nos eſt? Quidquid nobis negatum eſt, dare non potuit. Proinde quiſquis es iniquus æſtimator ſortis humanæ: cogita quanta nobis tribuerit parens noſter: quanto valentiora animalia ſub iugum miſerimus: quanto velociora conſequamur: quàm nihil ſit mortale non ſub nutu noſtro poſitum. Tot virtutes accepimus, tot artes, animum denique, cui nihil non eodem, quo intendit momento, peruium eſt, ſyderibus velociorem, quorum poſt multa ſecula futuros curſus antecedit: tantum denique frugũ, tantum opũ, tantam rerum aliarum ſuper alias aceruatarum. Circumeas licet cũcta; & quia nihil totum inuenies, quod eſſe te malles; ex omnibus ſingula excerpas, quæ tibi dari velles. Ita benè æſtimata naturæ indulgentia confitearis neceſſe eſt, in deliciis te illi fuiſſe. Hæc Seneca.

Solut. 6. Ad ſextum dicendum eſt maximè conueniens fuiſſe vt corporis humani ſpecies ac figura recta eſſet, quæ conuenientia ex triplici cauſa ſpectatur, efficiente, materia & fine. Efficiens, vt docet Ariſtoteles lib. 2. de partibus animalium cap. 7. & lib. 4. cap. 10. eſt abundantia caloris, cuius ope virtus motiua corpus in ſublime effert, ideóque ſenes quibus iam ob caloris defectum languẽt effætæ in corpore vires, paulatim incurueſcunt. Materies, eſt flexibilis molliſque & ad eiuſmodi ſtatum habilis coagmentatio. Finis triplex, Primus, ſenſuum tam externorum, quàm internorum commoditas. Nam externi ſenſus dati homini fuerunt à natura non ſolùm ad vtilia quærenda, & noxia declinanda, ſicuti aliis animantibus, ſed etiam ipſius cognitionis ergo. Vnde cùm bruta ſenſibilibus non delectentur, niſi ſalutis & incolumitatis gratia, & ad ſuſtentandam vitam, ſobolemque propagandam; ſolus homo ipſa rerum, quæ ſub ſenſus cadunt, pulchritudine allicitur, ac tenetur. Ideòque quia ſenſus præcipuè in capite vigent, bruta quidem faciem habent pronam, & deiectam vt ventri ac pabulo ſeruiant; homo verò ſublimem, vt decet mundi totius inſpectorem. Prætereà, vt interni ſenſus functiones ſuas adminiſtrent, oportuit cerebrum, in quo illæ perficiuntur, depreſſum non eſſe: alioqui nimis craſſi hebeteſque forent. Secundus finis eſt manuum vſus, quia ſi homo pronum ſtatum vendicaret, manibus loco anteriorum pedum vteretur, careretque multiplici earum vtilitate, de qua paulo ante. Tertius eſt, vt ita homo intelligat procreatum ſe fuiſſe à Deo non ad hæc humilia, & peritura, ſed ad cœleſtia & æterna. Quo ſpectat illud D. Baſilij homil. 11. Hexam. Tui corporis effigies rudimentum quoddam eſt, quo docearis ad quemſis finem conditus. Vt Deum contemplere factus es, non vt iumenta repat vita tua, non vt pecudum ritu voluptate perfruaris: ſed vt ad normam, & inſtitutum cœleſtis vitæ tuam ipſius componas. Quibus ſimilia lege apud D. Auguſtinum 22. de ciuitate dei capit. 14. eóque

Triplex finis recta ſtatura in homine.

D. Th. 1. p. q. 91. a. 3. ad 3.

Cur ſenſus præcipuè vigeant in capite.

D. Baſilius

eóque pertinet illud Boetij lib. 5. de conſolat. Philoſ. Metr. 5.

Boëtius.

Vnica gens hominum cælum leuæ altius cacumen,
Atque leuis recto ſtat corpore, deſpicitque terras,
Heu niſi terrenus male deſipis, admonet figura,
Qui recto cœlum vultu petis, exeriſque frontem
In ſublime feras animam quoque ne grauata peſſum,
Inferior ſidat, mens corpore, celſius leuato.

His poſitis, ad argumentum conceſſa, maiori propoſitione, neganda eſt minor, & ad eius probationem dicendum quemadmodum homo magis cum bellitis, quàm cum plantis natura conuenit, ita & corporis habitudine, figuráque plus ab his, quàm ab illis diſſidere. Namque pars ſuperior hominis, id eſt, caput, ſuperiorem mundi partem ſpectat; inferior verò inferiorem: at plantæ oppoſito modo ſe habent, in quibus, vt docet Ariſt. lib. 4. de part. anim. cap. 10. radices, quæ ori reſpondent, atque adeò pars ſupera in imum vergit: rami verò & frondes, id eſt, pars ima ſurſum tendit: at bruta animantia medium, quendam modum obtinent, in quibus pars ſuperior, nimirum ea, qua alimentum capiunt, neque ſurſum ſpectat, neque terræ infixa eſt. His non officit quod homo dicitur à Platone arbor: videlicet, vt explicat Philo Iudæus in lib. de plantatione Noë, non terreſtris, ſed cœleſtis; quæ proinde cœlum aſpiciat, non vt terreſtris, in terra hæreat.

Corporis habitudine, & figura plus conuenit homo cum belluis, quam cum plantis.

Homo arbor cœleſtis.

ARTICVLVS III.

Diluitur vltimum primi articuli argumentum. Explicatur in quonam pulchritudo conſiſtat.

OCCASIONE ſeptimi argumenti pauca ſubiiciemus de pulchritudine, de qua multa, præter alios, auctor operis de diuina ſapientia ſecundũ Ægyptios lib. 4. à cap. 5. vbi aſcendit à pulchritudine corporis ad eam, quæ eſt animorum, tandémque ad ideam pulchri. Quod quomodo per certos gradus faciendum ſit, docet Plato in Sympoſio, & ex Platone Alcinous cap. 5. Admonet quoque idẽ Plato in Hippia Maiore vim pulchri percipi primùm ratione, & intelligẽtia: deinde duobus ſenſibus, aſpectu, & auditu; quos ex eo colligit omnium maximè diuinos eſſe. Conſtat certè pulcritudinem aliquantulum fuiſſe ſumptam (adhuc enim laxiorem ſignificatum admittit) nihil eſſe aliud in rebus creatis, quàm aptam compoſitionem aliquorum inter ſe ordinem habentium. Quomodo pulchritudo non in corporibus ſolùm, ſed in animo etiam cernitur, tum ſecundum aliam conſiderationem, tum quatenus animi potẽtiæ ita ſunt compoſitæ, & ordinatæ, vt appetitus iraſcendi & concupiſcendi voluntati, voluntas rationi, ratio æternæ legi ſubiiciatur. Hæc eſt illa pulchritudo, quæ ſi oculis cerneretur, mirabiles ſui excitaret amores. Cuius comparatione, ea, quæ in

D. Aug. lib. de vera rel. c. 40. D. Ambroſ. lib. offic. 1. Plat lib 1. de leg. Athe. lib. Dipnoſop. 25. cap. 1. Proclus in Alcibiadẽ Plat. Ficinus in ca. minill. Plat.

Plato. Alcinous.

Pulchritudo latè accepta.

Pulchritudinis animi ea communis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ in corpore cernitur,non vera, sed adulterina,ac fucata pulchritudo videtur.De qua Socrates apud Xenophontem,referente etiam Gal.1.de vsu partium cap.9.Eadem communis ratio pulchritudinis latè acceptę,vt in corporibus seu viuentibus,seu vitæ expertibus insidet;definitur apta corporum seu partium eiusdem corporis inter se compositio & ordo. Qua significatione mundum pulchrum, pulchram arborem dicimus.Denique pulchritudo,vt in sõlis animantibus visitur,quo pacto ad nostrum pertinet institutum,definiri solet apta membrorum compositio cum quadam coloris suauitate. Vbi per membrorum aptam compositionem tria potissimùm designantur,videlicet debitus membrorum numerus,eorundẽ in propria sede,sitúque collocatio,& congrua magnitudo.Vnde neque membris defecti pulchritudinem habent, vt monoculi, & vnipedes; neque membris redundantes,vt bicipites,nec qui inuersas post crura plantas habent,nec gigantes,presertim prodigiosæ vastitatis,nec contractæ staturæ homunciones:illi quia modum excedunt;hi quia mensuram non attingunt. Aduertit tamen Aristoteles lib.4. Ethic.cap. 3.etsi pusilli nequeant pulchri vocari, posse tamen venustos, & elegantes dici, videlicet, quia potest in ipsis, si non pulchritudo ex magnitudine, at ex partium quodam lepore, venustatis gratia efflorescere.

Ad pulchritudinẽ requiritur harmonia membrorum, & coloris gratia.

Etiã breuioris staturæ homines venustos dici.

Requiritur etiam ad pulchritudinẽ,præter concinnam membrorum compositionem,colorum suauitas,qualis non est v.g.in colore atro, qui in corpore humano ex nimio solis ardore,& intemperie, saltem primam duxit originem;nec in pallido,qui ex morbo, alióve naturæ vitio prouenit.

De pulchritudine Christi Domini.

Fuit autem in Christo Domino, etiam mortalem adhuc vitam agente,pulchritudo à nobis descripta,qualem tamẽ virum decebat, excellenti modo atque omnibus absoluta numeris,vt indicant verba illa Psalmi 43. speciosus forma præ filiis hominum; quæ licet à Basilio ibidem,& à Cyrillo 5.lib.super caput 53.Esaiæ de pulchritudine diuinitatis,& à Gregorio, aliisque nonnullis de pulchritudine gratiæ explicentur:à D.tamen Augustino,& Cassiodoro in eundem Psalmum,& à D.Chrysostomo homil.18.in Matthæum de pulchritudine corporis intelliguntur.Atque idem de Christi pulchritudine affirmant communi concensu alij patres, vt D. Ambrosius lib.1.de Virginitate, D. Hieronymus lib. 1.comm.in Matth. D. Bernardus serm.1.de festo omnium sanctorum.Denique idem ea ratio confirmat,quia cum Christi corpus optimum habuerit temperamentum, vt suprà diximus,fueritque Spiritus sancti virtute conditum, certè talem assequi oris speciem,& dignitatem,talemque totius corporis figuram debuit; cùm species corporis,vt ait D. Ambrosius lib.2.de Virginibus, simulachrum mentis sit,figuráque probitatis: cúmque anima & corpus proportione quadã armonica congruant,vt inquit Ficinus.Accedit quòd pulchritudo cum excellenti virtute,& modestia cõiuncta magnam vim habet ad alliciendas hominũ voluntates.

D.Basilius. D.Cyrillus. D.Gregor. D. Augustꝰ D.Chrysost.

D. Ambros. D.Hieron.

Corporis species simulachrũ mentis.

Vnde

Vnde illud D.Hieronymi citato loco,Fulgor ipse & maiestas diuinitatis occultæ,quę etiam in humana Christi facie relucebat,ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu.Quid verò de hac ipsa Christi pulchritudine scripserit Niceph.videamus. Christi, inquit, effigies,sicuti à veteribus accepimus,talis propemodum,quatenus eam crassiùs verbis comprehendere licet,fuit. Egregio is viuidóque vultu fuit.Corporis statura ad palmos prorsus septem.Cęsariem habuit subflauam ac non admodum densam, lenitet quodammodo ad crispos declinantẽ:supercilia nigra,non proinde inflexa.Ex oculis subflauescentibus mirifica prominebat gratia.Acres ij erãt,& nasus longior.Barbæ capillus flauus,nec admodũ demissus.Capitis porro capillos tulit prolixiores. Nouacula enim in caput eius non ascendit, neque manus aliqua hominis,præterquàm matris,in tenera dũtaxat ætate eius. Collum fuit sensim decliue,ita vt non arduo,& extento nimium corporis statu esset.Porrò,tritici referens colorem,non rotundam,aut acutam habuit faciem,sed qualis matris eius erat, paulum deorsum versus vergentem,ac modicè rubicundam:grauitatem atque prudentiam cum lenitate coniunctam,placabilitatémque iracundiæ expertem,præ se ferentem.Hæc Nicephorus. In quibus aduerte nomine palmorum intelligi ab eo palmos maiores,de quibus D.Hieronymus in caput 40.Ezechielis, quorum singuli continent pollices duodecim,vt inquit Daniel Barbarus super Vitruuium lib. 3.cap.1.Itaque illi septem palmi efficiunt octo palmos mensuræ nostræ vulgaris. Et hanc fuisse staturã Christi Domini patet etiam ex vera illius effigie in sancto Sudario expressa, quæ octo palmos Romanos continet.Esse autem eiusmodi proceritatem in homine valde conuenientem,& pulchram,constat ex iis,quę Vegetius obseruat lib.1.de re militari cap.5.

Lib.1.Ecclesiast.hist.cap. vlt.

Nicephorus de Christi effigie.

D.Hieronym.

Porrò, licet in Christi corpore mortali tam excellens fuerit pulchritudo, multo maior tamen extitit post Resurrectionem, refusis iam tunc ab anima in ipsum dotibus, velut quatuor fluminibus è paradisi fonte. Similis pulchritudo cæteris corporibus glorioſis conferenda erit, quæ in vno quóque tanto enitescet magis, quanto propius acceſſerit ad Christi pulchritudinem, vt quæ omnium absolutissimum exemplar esse debeat iuxta illud D. Pauli ad Philipp. tertio. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ cor figuratum corpori claritatis suæ. Ac licet in omnibus iuuentutis flos apparere debeat, non erit cunctis eadem statura & proceritas corporis.Vnde rectè annotarunt Diuus Augustinus lib.22.de Ciuitate Dei capit.65.D.Anselmus,& alij super locum illum D.Pauli ad Ephesios 4.Donec occurramus omnes in virum perfectum,in mensuram ætatis plenitudinis Christi,non dixisse Apostolum nos surrecturos in mensura staturæ, sed in mensura ætatis Christi Domini. Itáque, teste D. Augustino in Enchir. capit. 90. sic in corporibus beatorum conueniens erit, & grata inæqualitas corporum, sicuti est vocum, quibus concentus

De pulchritudine corporum glorioſorum.

Non erit omnibus beatis eadem corporum statura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

completur. Aduertit autem D. Thomas in quarto dist. 44. quæst. vnica, art. 3. ad secundam quæstiunculam, vnumquémque nostrum eam tunc quantitatem habiturũ, ad quam sublatis impedimentis, in termino accreméti peruenisset; proindéque defectum quantitis pumilionibus supplendum, gigantibus adimendum. Quod tamen nonnulli de excessu tantùm mõstroso accipiunt, rati in aliqua etiã gigantea proceritate decoram speciem, & pulchritudinem inueniri posse.

Quanta sit futura magnitudo corporum in patria.

His ita non iniucunda digressione pertractatis dicẽdum est, argumentum ad pulchritudinẽ non ex solo temperamento oriri: cum videamus non paucos egregia valetudine atque adeò optima qualitatum temperie deformes esse. Prouenit ergo pulchritudo partim à temperamenti bonitate, à qua plerúmque suauitas colorum existit, partim à virtute formatrice, & auctrice, vnde concinna, & absoluta membrorum perfectio nascitur. Itaque maior propositio non est absolutè vera; minor autem falsa est: quia licet quędam bruta amœnior colorum varietas ornat, non proinde maior in eis, immo neque tanta pulchritudo insidet, si non coloram duntaxat elegantia spectetur, sed proportio, & congruentia membrorum ad sua munia perfectè exercenda. Itaque homo cætera animantia pulchritudine absolutè vincit, vt D. Gregorius Nyssenus docet lib. de hom. opif. cap. 3. Cyrillus Alex. lib. 5. thesau. cap. 7. D. Ambrosius in psal. 118. Plutarchus lib. 1. de placitis cap. 5.

Pulchritudo vnde proueniat.

QVAESTIO IIII.

Quodnam temperamentum ad excellentiam ingenii, & mentis perspicaciam magis idoneum sit.

ARTICVLVS I.

Generatim de iis, quæ ingenium vel melius, vel deterius reddunt.

Omnes animæ intellectiua natura æquales.

CVM omnes animæ rationis participes non modò secundum speciem, sed etiam secundum differentias individuales, æqualem habeant naturæ perfectionẽ, vt iam alibi statuimus, & in libris de anima ex professo ostendemus; consequens est, vt facultas intelligendi, quæ ab anima profluit, eidémque inhæret, in omnibus hominibus parẽ obtineat dignitatem, similiterque aliæ immateriales potentię. Verum quia ad primã speciẽtum intelligibilium productionẽ oportet phantasiam cõcurrere cum intellectu agente; item, quia dum postea intellectus possibilis in opus incumbit, vna cum eo operatur phantasia, vt docet Arist. lib. 3. de anima cap. 8.

Intellectus phãtasiã satellitio vtitur.

Lib. 2. Physic. 7. q. 1. cum Henr. Gand. quodl. 3. q. 5. Dur. in 2. d. 32. q. 3. Argẽ. in 2. d. 32. q. 1. a. 2. Sanct. 3. Metaph. q. 3. Sot in cap. de subs. q. 2. ad 3. Zumara in Theor. q. 14.

Consule D. Th. 1. p. q. 8. 1. art. 7.

cap. 8. text. 39. illis verbis, oportet intelligentẽ phãtasmata speculari: fit inde vt dexteritas & acumen in apprehendendo per intellectum, in componendo, discurrendo, iudicando, aliísque eiusmodi functionibus obeundis, à phantasiæ præstantia magnopere dependeat. Rursus verò, quia bonitas phantasiæ pendet à sensiterio, & à corpore, in quo inest; fit quóque inde, vt ad nobilitatem ingenij, & acuminis perspicaciam multum conferant ea, quæ corpus qualitatibus bene afficiunt, & in contrariam partem, quæ malè.

Conferũt ad ingeniũ natalitia sydera.

Numerantur inter hæc in primis natalitia sydera, apotelesmata, & horoscopi, vt Ptolomeus in Centiloquio, aliique Astrologi, & D. Thomas 3. contra gentes cap. 84. annotarunt. Etenim cœlestium corporum virtus licet in animam rationis participem directò non agit; influit tamen in sensuum tam internorum, quàm externorum organa; nunc his, nunc illis affectionibus ea imbuendo pro ratione aspectuum, & irradiationis syderum.

Progenitores.

Secundò, plurimum ad id faciunt progenitores ipsi, à quibus sæpe hæreditario quasi iure habitudinem corporis, robur, imbecillitatem, bonam, aduersamque valetudinem, imò & ad virtutem, aut vitia propensionem accipimus, vt experientia testatur, docétque Plato in oratione funebri, atque id postulare naturam scribit Arist. lib. 1. polit. cap. 4. & 1. Rhetor. cap. 9. quamuis plerúmque non ita contingat. Certè quantùm valeat ad ingenium, morésque conformandos stirps generis, declarant etiam poëtæ, qui quem significare volunt sæua & inhumana esse natura, eum dicere solent è saxis, aut feris ortum. Quale est illud nobilis poëtæ:

4. Æneid.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.

Et illud.

4. Carm. ode 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Est in iuuencis, est in equis Patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Regionis & locorũ situs.

Tertiò, regionum & locorum situs; non solùm quia aliter sydera in vnam mundi partem, aliter in aliam influunt; sed quia ipsa soli affectio, compositióque, quam patet, non vbique eandem esse diuerso modo corpora immurat. Vnde Plutarchus in Apothegmatis; & Herodotus in Calliope narrant, Cyrum Persas cupientes pro sua montana & aspera, planam & mollem regionem occupare, non permisisse, quòd dicerent, vt plantarum semina, sic hominum vitas regionibus similes fieri. Vt enim triticum in nonnullis agris degenerat in aliud genus, soli vitiosa pro qualitate regionis, hominum ingenia fiunt deteriora. Hinc qui quarto, & quinto climati tota ferme Europa, & magna Asiæ parte subiiciuntur, ruriores; & ad disciplinas capessendas apriores sunt, quia eorum plagæ vt plurimùm, temperatæ

Plutarchus. Herodotus.

De hac re Plinius lib. 2. cap. 78.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peratæ existunt. Non ita verò qui sub Zona torrida incolunt, vt extimæ Æthiopiæ populi, aut qui alteri polo nimiùm appropinquant; hi ob rigorem frigoris, illi ob solis ardorem. Quanquam sub media quoque Zona aliquot in locis magnam esse temperiem compertum iam sit, vt alibi scripsimus. *Lib.2.de cœlo c.14.q.1. art.1.*

Diuersarum gentium mores.

Lege Alexandrum ab Alexandro lib.4.Genialiũ dierum cap. 13. vbi multorum auctorum testimoniis docet non solum quanta ingeniorum diuersitas, sed quæ vitia ex loci natura, aut cœli climate quibusdam gentibus innata sint. Nam Græci, exempli gratia, assentatores, leues, atque infideles habentur, alioqui facundia & ingenio præstantes. Cappadoces, Cilices, & Cretenses fraudulenti & mendaces; Afri sub doli; Numidæ leuissimæ fidei; Chij petulantissimi; Galatæ minaces; Cyri cupidi & auari; Alexandrini derisores & dicaces; Indi & Persæ otiosi; Lydi & Phryges negotiosi; Emporitani imbelles & barbari; Ætoli, & Locrenses fœdifragi; Druidæ malefici; Corci diri & immanes; Scythæ rapidi & feroces; Asiani, Iones, Abydani, Medi, Arabes, & Tarentini effœminati; Siculi vafri; Cumani insulsi; Syracusani multiplices; Lygures duri & agrestes; Hispani iactabundi & glorioſi, &c.

Astra nõ influunt per se in voluntatem.

Hoc tamen non ita accipiendum est quasi prædicti mores in singulis earum nationum hominibus citra exceptionem inueniantur, cùm palam repugnet experientia. Nec quasi astrorum vis, aut climatum natura, hominum animis hos aut illos mores per se imprimant: cùm vitia, & virtutes (acquisitæ scilicet) comparentur nostris actibus, qui non ab aliqua externa causa naturali, sed à libera voluntate eliciuntur, imperantúrve. Eatenus ergo id verum est, quatenus eiusmodi externæ causæ aliquas imprimunt qualitates corporibus, quæ ad vitiosas, vel honestas actiones vtcumque inclinent, aut promoueãt. Quomodo calor impressus organo appetitus irascibilis, animositatem excitat, & ad res arduas aggrediẽdas, atque ad fortitudinis actus confert: contra verò frigus ignauiam & timiditatẽ inducit.

Plato. Hippocrat. Aristot. Plutarchus. Galenus. Tullius. Apuleius. Vegetius. Polybius. Apollonius. Plinius. Ptolomæus. Haly. Albumazar.

Cùm autem tanta morum varietas in diuersis regionibus proueniat, nihil mirum si in eisdem & ingeniorum diuersitas ob similes causas nascatur. Quod graues auctores passim obseruãt. Plato 5. dialogo de Legibus, in Timæo, in Menexeno, & lib. 8. de Repub. Hippocrates in lib. de aëre, locis, & aquis. Aristoteles lib. 7. Polit. cap. 7. & in problem. sect. 14. problem. 8. & 15. Plutarchus lib. 5. de placitis cap. 30. Galenus lib. 2. de temperamentis, & in lib. cui titulus est, Quod animi mores corporis temperamentum sequantur, & lib. 3. Aphorism. comm. 14. Tullius 5. de diuina. Apuleius, lib. 2. de Asino aureo. Vegetius lib. 1. de re militari cap. 2. Polybius lib. 4. hist. Apollonius Thianæus apud Philostratũ. Plinius lib. 2. cap. 78. Ptolomæus lib. 2. Quadripartiti cap. 2. & 3. eiusque in eum locum interpretes Haly & Albumazar Introductorij lib. 3. & 5. aliiq; non pauci.

Vrbes quædã ingeniorum feraces.

Non solùm verò regiones quædam ingeniorum fœcundæ sunt, sed interdum id alicui vrbi eiusdem regionis peculiare accidit, vt in Græcia,

Græcia, Athenis, de quibus Philo in libro, Quod omnis probus sit liber, Athenienses, inquit, me iudice, acutissimi hominum. Quod enim in homine pupilla, in anima ratio, hoc Athenæ sunt in Græcia.

Lege D. Hieronym. lib. 2. aduersus Iouin. Plutarc. in orat. de esu carnium.

Ratio victus.

Quartò, multum ad ingenia momenti affert ratio victus, vt docet Plato 2. & 5. de Legibus. Galenus in libro cibis boni & mali succi. Auerroës lib. 5. collect. cap. 32. Plinius lib. de 11. Natur. hist. cap. 37. Cœlius lib. 3. cap. 13. & lib. 27. cap. 12. & lib. 10. cap. 20. Nomine autem victus comprehenditur hoc loco à nobis tam cibi potusque conditio, & natura, quàm in eorum vsu frugalitas siue intemperantia. Constat enim quosdam esse cibos, qui memoriæ ingenioque officiunt, vt olera, fabas, lac caseum, carnes salitas, aliáque flatum gignentia.

Cibi noxy ingenio & memoriæ.

De hac re Plat. lib. 9. de Rep. Hippo. lib. 1. de mor.

Vniuersim autem omnis intemperantia, ac nimia satietas ingenio nocet. Quod indicat vetus illud prouerbium, pinguis venter acre ingenium non gignit. Videlicet, quia, vt scripsit Horatius libro 2. Serm. Satyr. 2.

Corpus onustum
Hesternis vitijs, animum quoque prægranat ipsum,
Atque affigit humi diuinæ particulam auræ.

Theopõpus.

Eodem pertinet quod scripsit Theopompus lib. 5. Philipp. multum edere & vesci carnibus, consilij rationisque vsum adimere, & animos efficere tardiores, atque eos immani quadam duritiæ, ac stultitia complere. Plutarchus quoque in lib. de educandis liberis, ostendit pueros multo pastu stupidioris, ac tardioris ingenij euadere. Quin verò liquet nimium vini vsum in omni ætate & corpori & menti magna parere incommoda. Vnde Anacharsis primum poculum vini dixit esse sanitatis, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, quartum furoris & insaniæ. Et Eubulus, referente Cœlio Rhodoginio lib. 38. cap. 6. sub persona Dionisij, monebat sanitati primum dicari cratera, secundum amori, & voluptati, somno autem tertium. Quartus verò, inquit, iam noster non est, sed iniuriæ. Quibus similia scripsit Panyasis poëta apud eundem Cœlium. Iam quòd luxuria & libidinis blandimentis ingenij acies obtundatur, notum est. Vnde Claudianus,

Anacharsis de vini vsu sententia.

Eubuli dicti de eadem re.

Luxuries prædulce malum: quæ dedita semper
Corporis arbitrijs hebetat caligine sensus.

Plato. Senec.

Diuus Augustinus lib. de vera religione asserit Platonem discipulos edocere solitum vt à venereis voluptatibus abstinerent, persuasumque haberent veritatem non corporis oculis, aut sensu aliquo, sed sola mentis puritate videri, ad quam percipiendam nihil magis impedimento esset, quàm vita libidinibus dedita. Seneca in præfatione libri septimi Declamationum. Nihil est, inquit, tam mortiferum ingeniis, quam luxuria. Vtique istiusmodi voluptates cerebro, in quo interni sensus insunt, plurimum nocent, vt scribit Galenus in Comment. lib. 8. Epidem. Hippocratis, Arnaldus in speculo introductionum medicinalium cap. 83. & lib. de regimine sanitatis part. 2.

Galenus.

cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

M. Albertus. cap.6. & Magnus Albertus lib. 22. de animalibus, qui narrat facta aliquando cuiusdam corporis humani dissectione, inuentum fuisse caput cerebro exhaustum. Cuius rei cum medici causam inuestigassent, compertum fuisse frequentem vsum rei venereæ. Nocet quoque idem vitium oculis, quorum vsus, quàm sit ad ingenij munia necessarius, nemo ignorat. Ideóque Ethnici poëtæ cupidinem cæcum finxere quòd & corpori, & menti aspectum eripiat. Atque vt videndi organum lædat, & facultatem in eo hærentem debilitet, scripsit Arist. lib. 2. de Generatione animaliũ cap. 5. Ætius Tetrabb. 2. serm. cap. 48. & Galenus lib. 4. de locis affectis, & Manardus Epist. medic. lib. 4. epist. 4. Lege etiam quæ tradit D. Ambrosius comment. in Lucam lib. 4. cap. 17. D. Gregorius lib. 31. Moralium, D. Augustinus lib. 5. soliloquiorum cap. 10.

Cur obscœnæ corporis voluptates ingenio tãto pernocent.

Declarat autem D. Thomas in 2. 2. quæst. 15. art. 3. cur obscœnæ voluptates ingenio, mentisque actionibus tantopere officiant, videlicet, quia iis maximè homo impenditur & applicatur ad materialia, proindeque debilitatur eius operatio circa intelligibilia. Perfectio enim intellectualis functionis in homine consistit in quadam abstractione ab externis sensibilibus, à quibus quãto altius mens euocatur, tanto melius intelligibilia considerat. At talium voluptatum illecebra animum deiicit ad ea, quibus delectatur, & ad sensibilium fœcem deturbat. Quo fit, vt nihil tunc sublime agitare, nullum ingenij, aut prudentiæ opus moliri queat. Consule Aristotelem lib. 7. Eth. cap. 9. & Platonem lib. vltimo de legibus, & in Phœdro.

Aristoteles. Plato

Quæ suprà recensuimus, videlicet sydera cuiusque ortum respicientia, progenitores, climatum, regionumque natura, & victus ratio, ingenium melius vel deterius, vti diximus, reddunt; propterea quòd qualitatibus ad id conuenientibus, vel contrariis corpora imbuunt. Quia verò qualitates ipsæ sensuum internorum organis receptæ talem bonitatem aut defectum immediatè (in genere tamen disponentium causarum) præstant, solet ex qualitatum compositione, seu temperamento, de ingeniis iudicari, vt constat ex iis, quæ tradita sunt ab Aristotele lib. 2. de part. animalium cap. 4. & lib. 2. de anima cap. 9. text. 94. & in lib. Physiognomiæ cap. 4. & Galeno in lib. Quòd animi mores corporis temperamentum sequantur.

Cur temperamentũ ingenium indicet.

ARTICVLVS II.

Quæstionis initio propositæ in varias partes disceptatio.

Quatuor tẽperamenta.

QVONIAM verò temperamenta, seu qualitatum compositiones, quatuor sunt. Sanguinea, cholerica, phlegmatica, melancholica, videndum nunc est quænam harum ad ingenij excellentiam magis idonea sit. Quòd

Pro complexione sãguinea.

sanguinea, probari potest ex eo, quia hæc complexio abundat calore & humiditate, quæ duo, teste Arist. lib. de longitudine & breuitate vitæ

vitæ cap. 3. & Galeno 1. Aphorism. com. 15. potissimum vitam continent, ac fouent, atque adeò actiones intelligendi, quæ vitales quædam functiones sunt, iuuant.

Pro complexione cholerica.

Quòd autem cholerica præferẽda sit, suadet acrimonia & celeritas, qua biliosi, in rebus tũ agendis, tum intelligendis pollent. Nam cum in eis abundet calor, qui ad omnes functiones alacritatem iniicit; cúmque is non humori, à quo obtundatur, sed siccitati, quæ ipsum quasi lima acuit, coniunctus sit; consequens est, vt biliosi acres, ingenioſique euadant. Et huic quidem sententię astipulatur Gal. in lib. artis medicę vbi ait mentis celeritatẽ calidi, siccíque esse temperamenti, hoc enim subtilem cerebri substantiam indicat.

Pro phlegm.

At enim neque pro phlegmatica argumentum deest. Constat enim phlegmaticos molles esse carne: at carnis mollitudinem ingenij indicium esse docet Arist. 2. de anima cap. 9. text. 94. & in lib. Physiognomiæ cap. 4. Quare Græci stupidiores homines παχυδέρμους, id est, crassipelles vocant.

Pro melancholica.

Postremò. Debere melancholiæ primas dari, suadet experientia: Nam, vt Arist. 30. sectione problematum problemate 1. scripsit, constat eos, qui ingenio claruerunt, siue in philosophiæ studiis, siue in Republica administranda, siue in carmine pangẽdo, aut artibus exercendis, melancholicos fuisse, vt Herculem, Aiacem, Bellerophõtem, Lysandrum, Empedoclem; Socratem, atque Platonem, vnde illud Ciceronis lib. 1. Tusc. quæst. Arist. omnes ingenioſos melancholicos esse ait, vt ego me tardiorem esse non molestè feram. Accedit quòd senes, in quibus ferè melancholicus succus abundat, iudicio, & prudentia valent. Ob eamque rem scitè dixit Plato tunc animum efflorescere, cum defloresçit corpus.

Qui ingenio floruerũt melancholici fuisse.

ARTICVLVS III.

Controuersiæ conclusio & argumentorum explicatio.

Lege Gal. lib. 2. de na. hum. ad text. 39. Frisium in lib. de triplici vita. Vega ad lib. 2. artis med. c. 8. Cœl. lib. 17. cap. 5.

OMISSA longiori disputatione, assentiendum nobis videtur iis, qui putant id temperamentum ad ingenij acumen, mentis perspicaciam, & sapientiam accomodatius esse, quod ex bilis & melancholiæ permistione constat.

Melancholicorum laus.

Nam qui eo prædíti sunt ob bilem facilè apprehendunt, velociter discurrunt motu agiles, & acres sunt: ob melancholiam verò, cum animum ab externis euocent, & in se totum colligant, assiduè incumbunt in ea, quæ apprehendunt, diu meditantur, & de iis, quæ discurrendo inuenerant, constanter iudicant. Carent etiam hi, vtpote siccíori natura prædíti, recrementis, quæ spiritus conturbant, & quasi nube obtegunt, & ex atra bile calẽte attenuatáque generat tenuissimos ac lucidissimos spiritus, qui ad ingenij & mentis opera mirificè obseruiunt. Hinc illud Heraclíticum, quod refert Galenus in lib. quòd mores animi &c. Splendor siccus, animus sapientissimus.

Heraclíti dictum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. Nec obstat quòd senes in extrema senectute, quæ sicca est, delirant. Id enim non ex qualibet, sed ex nimia siccitate prouenit; imò non ex ea tantùm sed ex ea simul, & immodico frigore; senes enim frigido pariter & sicco sunt temperamento, vt Galenus lib. 2. de temperamentis docet.

Cur senes dilirt.

Responsio ad argumẽta aduersariorũ.

Diluamus igitur superioris articuli argumenta, quæ huic assertioni aduersabantur. Ad primùm dicendũ est, eo tantùm concludi temperiem sanguineam valde aptam esse ad functiones vegetantium virium, quæ calido, & humido appositè administrantur: non verò sensuum internorum, quibus ea, quam diximus, temperatura magis idonea est. Quare cum mentis actiones potissimùm ab internorum sensuum muneribus dependeãt, quatenus oportet intelligentem phantasmata speculari; fit vt ingenij solertia ex temperie internorum sensuum, non aliarum virium æstimanda sit. Quòd si etiam ex bonitate tactus arguitur, id propterea est, quia eadem temperies, & tactui, & internis viribus accommoda est.

Bilioſi habẽt celeres ingenij motus.

Ad secundum, dicendum bilioſos habere celeres motus, essèque ad percipiendum, & intelligendum promptos, sed deesse illis maturitatem ad iudicandum, & firmitatem, constantiamque ad retinendum, qua melancholici præstant, vt inquit Gal. primo de natura humana com. ad textum 39. huisce verbis. Animi acies & intelligentia à bilioso humore; constantia & firmitas à melancholico.

Phlegmaticum temperamẽtum ad mentis opera ineptum.

Ad tertium, Phlegmaticum temperamentum ad mentis actiones obeundas omnium ineptissimum esse, vt in quo, ob natiui calidi imbecillitatem, multa insunt recrementa; & crassities, ac lentor, qui spiritus obturbat, & ad motum tardiores efficit. Vnde pituitoſi, tardi, rudes, somnolenti ac supini sunt: adeò vt eis animam pro sale, veluti suibus, datam esse nonnulli scripserint. Nec vero illis ea mollitudo suppetit, quam Arist. in tactu commendat, sed alia humore aqueo, ac frigido conspersa, quæ stoliditatis comes est, vt in eo loco libri secundi de anima exponemus.

Quos melancholicos Plato cõmendet

Quod ad quartum argumentum attinet, iure dubitari posset, quonam pacto eos, qui ingenio claruerunt, & in variis artibus exercendis, atque in Rep. administrãda sese præclarè gesserunt, melancholicos omnes fuisse Aristoteles absolutè asserat, cum succus melancholicus sit pars sanguinis terrea, ac densa ex crasiore chymi parte genita, quæ proinde sua frigiditate, & crasitie videtur potiùs aciem mentis obtundere, quàm iuuare. Pro huiusce rei explicatione aduertunt medici ex Arist. loco citato, & Gal. tum lib. 2. de temperamentis tum in arte medicinali cap. 59. duo esse melancholicorum genera; vnum eorum, in quibus multa ineſt bilis atra, sed calore fota, & claro sanguine, bilique attenuata, ac purpureo colore nitens. Alterum eorum, qui abundant etiam atra bili, sed admodum sicca, frigida, densaque, & fœculẽta, qui colore lurido ac plumbeo suffusi, frigidi, ac malè concoquentes sunt. Igitur qui priori valent temperamento, eos Aristoteles magno & excellenti ingenio præditos, & ad maxi-

Duo melancholicorum genera.

Consule Ficinũ in lib. de vita sana. Valeriolã lib. 1. loc. com. cap. 11. Fracast. lib. 2. de mentl.

ma quæque obeunda natos fuisse vult, eosdémque in Thæeteto, & in Phædro commendat Plato. At qui posteriorẽ corporis habitum nacti fuere, stupidi magis & obtusi habentur, suntque nimirum formidolosi, solitarij, ac interdum in mentis alienationem, & insaniam conuertuntur, teste Hippocrate sexto Epidemiorum, & Galeno tertio de locis affect. cap. 6. Nimirũ atra bilis pro ratione mensuræ, qua cum aliis humoribus permiscetur, varios effectus parit, haud secus quàm vinum, vt eodem loco problematum Aristoteles docet. Nam vt merum, præcipuè potens, & generosum, provt vel modicè, vel intemperanter sumitur, nunc iracundos, nunc misericordes: interdum lætos, nonnunquam tristes; aliàs taciturnos, aliàs garrulos, & contumelioſos reddit, sic atra bilis variè attemperata, alio atque alio modo afficit. Neque verò illud ignorandum est, sæpe eos, qui se studiis dediderunt, ætatis decursu multam atram bilem colligere, & ex calido, & sicco temperamento in melancholicum permutari. Namque ex assidua in studiis cura & attentione, cum spiritus animales vehementiùs agitentur, & dissoluantur, cerebrum exsiccari assoleat, atque adeò calore (cuius pabulum humor est) destitui, sicque etiam sanguis ipse atrior, sicciórque euadit, & in atram bilem cõuertitur. Ac de huiusmodi aduentitia melancholia putant nonnulli interpretandum Aristotelẽ, cum melancholicis tantam laudem attribuit. Quibus nos haud magnopere repugnabimus, dummodo hunc humorem cum ea, quam superiùs diximus, choleræ permixtione accipiant, & de eo loquantur, qui contingit iis, quos in primo melancholicorum genere posuimus.

Melancholia aſcititia.

Patet igitur ex dictis cur melancholici ingenioſi sint, cur etiam studiis, Philosophiæque dediti melãcholici fiant. Quare ad quartum argumentum respondemus, nos non negare melancholicos ingenioſos esse; sed tantùm id temperamentum cæteris præferre, quod ex bilioso, & melancholico constat. De quo verisimile est locutum fuisse Aristotelem loco citato. Non enim obstat, quòd illud absolutè melãcholicum nuncupauit; censuit enim debere in ea mixtione plus aliquantulum de atra, quàm de flaua bili esse debere; atque ita à præpollente nomen indidit. Quod verò dicitur, senes iudicio, & prudentia valere, ita est, prouenitque id potissimùm ex longa rerum experientia: etsi ad idem non parum conferat siccitas, melancholiæ comes, dummodò non nimium excedat, vt plerumque accidit in extrema senectute, in qua iam senes delirant. De qua Plato non est intelligendus, sed de viridi ac vegeta. Lege Galenum lib. 5. de sanitate tuenda ad finem, Valeriolam libro primo locorum communium cap. 10.

Vnde senibus iudicij.

Galen. Plato.

***

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO V.

Quod temperamentum vendicent quatuor anni tempora.

ARTICVLVS I.

De causa efficiente, & fine quadripartitæ huiusce varietatis.

QVOD spectat ad temperamentū veris, æstatis, Autumni, hyemis, explicandum initio occurrit quænam huius distinctionis & vicissitudinis causa efficiens, & finalis sit. Primùm, luce clarius est efficientē eius causam, esse motus corporum cœlestium, & stellarum errantiū, præsertim solis conuersiones & recursus. Vnde illud cap. 1. Gen. Dixit autem Deus fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem, ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies, & annos. Idem scripsit D. Damascenus lib. 2. fidei Orthodoxæ cap. 7. Theodoretus serm. 1. de prouidentia, Nicetas apud D. Clementē lib. 8. Recognitionum, Plato in Timæo, eiusque interpres Chalcidius, Auctor libri de mūdo ad Alexādrum, Philo Iudæus in libro de mundi opificio, Tullius lib. 2. de Natura Deorū, Gal. lib. 3. de diebus Criticis cap. 1. aliique ex antiquioribus, quos refert Plutarchus lib. 2. de placitis phil. cap. 19. Quippe sol dum alia atque alia signa cōtinuato cursu peragrat, mutationem illam opportuna caloris, frigoris, humoris, & siccitatis varietate inducit. Nam dum Arietis, Tauri, & Geminorum signa conficit, ver creat: dum signa Cancri, Leonis, & Virginis, æstatem: Dum Libræ, Scorpij, & Sagittarij, autumnum: Dum Capricorni, Aquarij & Piscium, hyemem. Disceptantes tamen de hac anni distributione, & initiis temporum opiniones inuenies apud Plinium lib. 2. cap. 25.

Genes. *Damascen.* *Theodoret.* *Clemens.* *Plato.* *Chalcidius.* *Philo.* *Tullius.* *Galenus.* *Plutarchus.*

Porrò, eiusdem alterationis & diuersitatis finis est, multiplex sublunaris mundi commoditas. Ac primùm ea, quæ inde rebus gignendis conseruandisque prouenit. Inde enim animantium ortus, fœtura, & sustentatio; inde sationes, & plantationes; inde frugum, fructuumque ortus & maturitates, aliaque huiusmodi. Qua de re Boëtius lib. 4. de consolatione philosophiæ metro 6.

Boëtius.

Iisdem causis Vere tepenti (*Hac temperies alit, ac profert*
Spirat florifer annus odores, (*Quidquid vitam spirat in Orbe:*
Æstas Cererem feruida siccat, (*Eadem rapiens condit & aufert,*
Remeat pomis grauis Autumnus, (*Obitu mergens orta supremo.*
Hyemem defluus irrigat imber. (

Altera commoditas est leuatio fastidij, vt enim dierum & noctis tenebrarum,

tenebrarum, & lucis alternatio, ita quaternæ vices temporum ad mitiganda vitæ tædia, vt in cæteris fere rebus vicissitudo solet, non parum conferunt. Tertia est pulchritudo efflorescens ex oppositione affectionum, quibus tunc inferiora corpora subinde immutantur. A calore ad frigus: à siccitate ad humorem, & è conuerso. Consule D. Ambrosium in libro de Noë & arca cap. 25. Lege quoque, si placet, quæ de hac re scripsimus lib. 4. Physicorum cap. 5. quæst. 3.

Pulchritudo quam cēterarum efficit oppositio.

ARTICVLVS II.

Controuersiæ solutio.

VENIAMVS nunc ad propositum quæstionis, hoc est, ad temperiem quatuor anni temporum explicādam. Communis auctorum consensus hunc in modum quatuor qualitates anni partibus ascribit. Ver & est humidum, & calidum; Æstas calida, & sicca; Autumnus siccus, & frigidus; Hyems frigida, & humida. Sed in quolibet horum temporum tres adhuc varietates notantur: quia principium, medium, & finis cuiusque eorum non eandem vendicant temperiem: sed extrema cuiuslibet pars cum vicini constitutione aliquo modo conuenit. Igitur, exempli gratia, Ver esto calidum atque humidum appelletur, non tamen quælibet ipsius portio, ex æquo calida est, & humida. Etenim eius initium ob vicinitatem Hyemis, quæ humida est, & non calida, plus humoris, quàm caliditatis participat: medium temperatè humidum est & calidum: finis ob propinquitatem impendentis Æstatis, quæ calida est, non autem humida, minus plus humoris, quàm caloris obtinet. Similemque proportionem reliquæ anni partes sortiuntur. Vnde & Astronomi, cum Zodiacum in quatuor quadrantes prædictis quatuor anni temporibus respondentes distribuissent, quemlibet quadrantem in alias tres partes secuerunt, quæ tribus portionibus singularum anni partium responderent.

Temperamēta quatuor anni partiū.

Diuisio Zodiaci in quatuor quadrātes.

Apparet autem in tradita qualitatum destributione, sicut & in ea, quæ elementis conuenit, illa, de qua sæpe scripsimus, dissidens conuenientia, & conueniens dissidium; ac simul etiam quædam iustitiæ nutrix, communiumque bonorum auctrix æquabilitas, quam magnis effert encomiis Philo Iudæus in libro, qui inscribitur, Quis rerum diuinarum hæres sit. Quippe Ver cum Æstate calore conuenit, humiditate pugnat. Æstas cum autumno siccitate nectitur, calore dissidet. Autumnus cum Hyeme frigiditate iungitur, siccitate discordat. Hyems cum Vere humiditate copulatur, frigore dissentit.

Conueniens & dissidiū inter quatuor anni tempora.

Porrò quamuis circa coniugationes qualitatum, quas cæteris anni temporibus assignauimus, auctores conueniant; tamen de ea, quam Veri ascripsimus, nonnulla esse primo aspectu dissensio videbitur inter Hippocratem & Galenum. Ille enim in lib. de natura hum. ver calidum & humidum constituit: hic lib. de temperam. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conciliatur Hippocrat. & Galenus.

temperatum vocat. Re ipsa tamen non dissentiunt. Nam Hippocrates ver calidum & humidum appellat, quòd in eo calor frigiditatem, humiditas siccitatem exuperet. Galenus temperatum vocat, propterea quòd ea exsuperantia adeò parua sit, vt iure temperatum dici queat, facta præsertim comparatione ad complicationes qualitatum, quæ aliis anni partibus conueniunt, vbi excessus denominantium qualitatũ, vt in æstate caloris, & siccitatis multo maior est.

Obiectio. Sed erit qui obiiciat non videri censendũ ver temperatũ, etiam eo modo, quem diximus, cum demonstret experientia, doceatque Hippocrates 3. Aphoris. 20. & Arist. sect. 1. Problematũ 27. ver morbis abundare. Respondendum, ver absolutè saluberrimum esse, vt

Dilutio. inquit Hippocrates 3. Aphoris. 9. ver namque in benè sanis corporibus tarò ac minus periculosos morbos excitat; in corpore autem insalubri, quos mouet, sæpius mouet ad bonum, quia euocat ad exteriora noxias qualitates, quibus depulsis, vt plurimùm corpora sanitatem assequuntur. Vnde dicitur à medicis, ver inter anni tempora, summum inter affectiones corporis, diem criticum inter dies morbi, non esse in se mala, sed malum in corpore latens ostendere.

QVAESTIO VI.

De ætatum & singularium partium temperamentis.

ARTICVLVS I.

Temperamenta ætatum.

Diuisio ætatis.

SVPPONENDA hoc loco primùm est diuisio ætatum, de qua in libris Paruorum Naturalium ex instituto disseruimus. Distribuitur ætas in pueritiam, iuuentutem, virilem ætatem, & senecturem. In qua diuisione, nomine pueritiæ, intelligi debet ætas infantium & puerorum; nomine iuuentutis, ætas adolescentium & iuuenum: quarum ætatum termini & discrimina loco citato explicata à nobis sunt.

Vita consistit in calido & humido. Deinde, aduertendũ cum vita in calido & humido sita sit quandiu animal viuit, in quacúmque sit ætate, calorem exigere vt præcipuum instrumentum ad actiones vitæ obeundas, & humiditatem, qua tanquam pabulo & fomento calor sustinetur. Verùm quia calor & humiditas ætatum decursu varias subeunt mutationes, fit inde vt vna ætas comparatione alterius magis, minúsve calida, aut etiam frigida dicatur: similiterque res habet in humiditate.

Singularum ætatum temperamenta. Vt igitur ab ea ætate de cuius temperamento minor est ambiguitas, ordiamur, senectus frigida & sicca est: virilis ætas temperata: iuuentus calida & sicca: pueritia calida & humida. Senectutis frigiditatem testatur artuum tremor, & totius corporis curuitas; quæ duo

duo proueniunt ex defectu caloris non iam valentis membra sustinere, & in sublime erigere. Siccitatem indicat ariditas cutis ex penuria halituosi succi. Nec obstat quòd senes assiduè excreant, & *Dilutio tacitè obiect.* hasmati sunt obnoxij: non enim id ex bona & natiua humiditate, de qua agimus; sed ex aduentitia & noxia ortum habet. Quòd virilis ætas temperata sit, ex eo ostenditur, quia non ob aliam causam in eo ordinariè sistitur crementum corporis, non quidem versus longitudinem; nam id iamdiu cessauerat, vt suo loco exposuimus, sed versus latera; nisi ob caloris & humiditatis temperiem, quæ sat est ad corporum magnitudinem in eodem statu graduque seruandam; non tamen ad eam vlteriùs promouendam.

Pueritia abundat humiditate. Quod ad iuuentutem & pueritiam spectat, aduertẽdum est, cum iuuentus ortui, in quo humidum primigenium à parentibus accipitur, vicinior sit, negari non posse iuuenes plus istius humidi obtinere, quàm viros. Dum igitur iuuenturi siccitas cum calore assignatur, id non absolutè accipi debet; sed facta collatione ad pueritiam, quæ vberiorem seruat humiditatem, vt multis indiciis deprehenditur. Primùm, quia puerorum corpora ex semine, & sanguine humidis recentiùs coaluere. Secũdò, quia pueri molliores, ac teneriores sunt; *Cur pueri magis somnolenti.* ideóque minùs firmi, ac robusti. Tertiò, quia magis somnolenti; humiditas enim, cùm vaporem multum exhalet, somnum conciliat. Quartò, quia parum intellectu vigent; nimirum propterea quòd interiorum sensuum organa humore, quasi nebula, ne functiones suas perfectè obeant, impediuntur; vnde senes è contrario ob siccitatem, diu vigilant, & intellectu præstant. Ex his ergo manifestum relinquitur pueritiam humidiorem esse iuuentute.

Pueritia & iuuentus calida. Quod ad horum ætatum calorem pertinet, vtramque iure optimo calidam vocari, satis demonstrant incrementa, quæ tunc caloris ministerio corpora accipiunt. Quæ tamen earum sit calidior, ambiguum est; eaque de re agit Hippocrates lib. 3. Aphorism. Galenus *Qua calore vincat, controuersum.* lib. 2. de temper. cap. 2. Auicenna 3. primi doctr. 1. cap. 2. Valleriola

Peramatus in lib. de tẽperamentis c. 16. Vallesius lib. 1. cõtron. cap. 8. lib. 1. locorum communium cap. 10. Thomas Garbius lib. 1. sum. Medic. quæst. 17. Fernelius in libro de spiritu, & innato calido cap. 8. Theophilus in 3. de anim. ad text. 56. Quidam iuuenes; alij pueros *Controuersia explicatio.* calidiores esse inquiunt; alij vtrisque parem tribuunt calorem. Sed omissis controuersiis placet nobis ea sententia, quæ statuit pueros, sicuti humido primigenio magis abundant, ita maiorem habere innati caloris copiam: Hæc enim duo, cum totius vitæ fundamenta sint, continuatam quandam inter se cognationem seruant. Quod ex *Reciproca actio & perpessio inter vitem & alimentum.* eo ostenditur, quia à primo vitæ, ac nutritionis exordio datur inter calorem, & alimentum reciproca actio, & perpessio, qua necesse est *Dilutio obiect.* natiuum calorem sensim diminui. Item quia calor assiduè humidum carpit, & dissipat, necaliud æquè bonum ex alimento resarcire potest, sicque proprio, ac natiuo fomento destitutus ipse etiam collabascit. Nec obstat quòd sensus æstimatio maiorem iuuenibus calorem decernit, quàm pueris. Id namque propterea accidit,

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia calor in corpore humidiori lenior, ac mitior sentitur, eo quòd humiditas obtundit calorem; siccitas verò tanquã lima ipsum acuit; at pueri, vti diximus, humidiores sunt, quàm iuuenes. Nec item obest quòd iuuenes plus sanguinis, & influentium spirituum, plusque bilioſi humoris, quæ omnia calida sunt, progressu vitæ acquisierint. *Ascititius calor abundat in iuuenibus.* Hoc enim tantum probat accedere iuuenibus ascititium calorem, quasi natiui supplementum, quod libenter concedimus. Num verò istiusmodi supplemento ita natiui caloris dispendium compensetur, vt pueri, & iuuenes, licet natiuo dispares sint; tamen vtrique æqualem intensionem, illi ex gradibus solius natiui; hi ex gradibus natiui & ascititij compositam sortiantur, res est omnino dubia, & quæ neque certa experientia, neque ratione demonstrari possit.

ARTICVLVS II.

Temperamenta singularum partium.

De temperamẽto caloris. NOMINE partiũ intelligimus, hoc loco, partes animantium duntaxat, non tamen eas solùm, quæ anima informantur, sed omnes, quæ ad animantium vitam, & compositionem quoquomodo pertinent. Relicta verò medicis longiori de hac re disputatione, ita videtur statuendum. In pri- *Cor natiui caloris fons.* mis circa calorem. Cor, vt pote natiui caloris fons, reliquas partes calore superat, quod & tactu exploratum est; namque dissecto animante, & digitis in cordis ventriculos immissis, feruentior hic locus depre-

---

CAPITIS IX. *Explanatio.*

ΚΕΦ. Θ.

Vm autem. Promiserat Aristoteles initio huius operis ita se de ortu & interitu rerum in commune actum, vt omnes causas, rationésque eorum, quæ gignuntur, & intereunt, sub aspectum poneret. Nũc, quia iã causas proximas, tum elementorum, tum mistorum, quatenus ex elemẽtis coalescunt, explicuit, ad remotas vniuersaléſque tradendas accedit. Quod vt commodiùs præstet, colligit hoc capite numerum causarum, quæ ad cuiusque rei generationem concurrunt. Prius tamen instituti sui rationem proponit aiens cùm sint quædam corpora ortui corruptionique obnoxia, vt plantæ, animalia, cæteráque mista, quæ potissimùm circa terram gignuntur, doctrinæ ordini consentaneum esse, vt antequam

[a] Πεὶ δ' ὅτι μὲν ἔστι γίγνεται καὶ φθαρτὰ καὶ τὰ τούτοις ὁμοίως ἔχοντα, καὶ ἡ γένεσις τοιαύτη τις ἐστὶν ἐν τῷ ἀεὶ τὸ μᾶλλον τόπῳ, λεκτέον ἀεὶ πάσης γενέσεως ὁμοίως, πόσαι τε, καὶ τίνες αὐτῆς αἱ ἀρχαί· ῥᾷον γὰρ οὕτω τὰ καθ' ἕκαστα διαφθέγξεται, ὅταν ἀεὶ τὰ καθόλου κάλλιστα προῶμεν. [b] εἰσὶν οὖν καὶ ἀριθμὸν ἴσαι, καὶ τὰ γένη αἱ αὐταὶ, ἄπερ ἐν τοῖς ἀϊδίοις τε καὶ πρώτοις· ἢ μὲν γάρ ἐστιν ὡς ὕλη, ἡ δ' ὡς μορφή. δεῖ δὲ καὶ τὸ τρίτον ἔτι προσυπάρχειν· τὰ μὲν γὰρ ἱκαναὶ πρὸς τὸ γενέσθαι αἱ δύο, καθάπερ κἀν τοῖς πρώτοις. [c] ὡς *Text.51.*

Sanguinem alidum esse nõ frigidum docẽt Medici. Hipp. l. 1. de morb. Galen. lib. 1. de temper. Fernel. lib. 3. de temp. Vega. lib. 3. de loc. affect. sect. 3. Valesſ. lib. cõtr. cap. 25. vbi Arist. eum Gal. cõciliat. deprehenditur. Secundum caloris locum, obtinet spiritus, cui tamen nonnulli primum dedere, cordi secundum, sed immerito, cum spiritus à corde calore mutuetur. Tertium locum habet sanguis & flauabilis. Quartum simplex caro: deinde iecur; tum lien, tum renes, quibus succedit cutis pari interuallo ab extremis disita, & æquis portionibus, inter reliquas partes, temperatior. Ab hac in frigiditatem vergit adeps, deinde cerebrum, etsi hoc confluentibus eò spiritibus non parum caleat. Cerebro frigidior est spinæ medulla: hac frigidiores sunt nerui, alij aliis magis. Hos sequuntur venæ, deinde arteriæ, tum membranæ; atque his omnibus tendones frigidiores sunt: tendonibus vincula; deinde cartilagines, ossa, pili: denique postremum frigiditatis locum sortitur melancholia, & phlegma.

De temperamẽto siccitatis. De siccitate autem sic habeto. Pilus reliquas partes siccitate exuperat: hunc suo quæque ordine subsequũtur os, cartilago, vinculum tendo, membrana; arteria, vena, flaua & atra bilis, neruus, qui motui obseruit; cutis autem, vt calore, ita & siccitate in primis temperata est. Hinc in humiditatem secedit neruus sensioni destinatus, neruo autem humidius est cor, subinde renes, iecur, lien, simplex caro, pulmo, spinæ medulla, cerebrũ, medulla ossium, adeps, sanguis, postremò pituita. Discrepantes de hisce temperamentis opiniones lege apud Galenum 1. de temperamentis, Auicennam Fen. prima primi doct. 3. cap. 2. Auerroẽm 2. Collect. cap. 2. Fernelium lib. 3. Physiologiæ cap. 6. Vallesium lib. 1. cont. med. & philosoph. cap. 10. & in artem. Medic. Galeni, Valleriolam lib. 1. locorum cõmunium cap. 10.

CAP. IX.

Text.51. [a] *VM autem nonnulla generabilia, corruptibiliaq; sint, & generatio in eo, qui circa mundi medium est, loco sit, de omni generatione similiter, & quot & quæ sint eius principia dicendum est: sic enim facilius singularia contemplabimur, cum de vniuersalibus prius sumpserimus.* [b] *Sunt igitur tot numero & genere eadem, quæ in æternis, primísque. Nam alterum vt materia, alterum vt forma existit: oportet autem & tertium insuper adesse; nam duo haudquaquam satis sunt ad generandum, sicut nec in ipsis primis.* [c] *Igitur*

Tres causæ generationis & corruptionis. quam de his particulatim differat, eorũ communes causas pertractet.

[a] *Sunt igitur tot numero.* Enumeratrtes causas generationis cuiusq; rei, materiam, formam, & efficiens. Sicut enim, inquit, in cœlestibus corporibus duo principia materia, & formã nõ sufficiunt ad mouẽdum, sed oportet adesse tertiũ, quod agendi vim habeat, id est, intelligentiam, quæ motum edat, sic in iis, quæ interitum & generationẽ subeunt, nõ sat est dari materiam & formam, sed adiungendum est tertium, quod materiam immutet, & formam inferat.

Inesse cœlo materiã ex sententia Arist. Notandus est hic locus contra Auerroem, qui in lib. de substantia orbis cap. 2. & lib. 8. Metaphys. cap. 4. & lib. 1. de cœlo cap. 2. scripsit corpus cœleste non cõstare

Universidad de Deusto
Biblioteca

materia, sed esse medium quid inter puram potentiam & purum actum, videlicet formam quandam per se cohærentem absque materia. Quem secuti sunt etiam Durand.in 2.distinct.12.quæst.1.n.14. aliique nonnulli, quos retulimus,& impugnauimus lib.1.de cœlo,cap.2.quæst.4. Hos certè refellit auctoritas huius loci vbi Aristoteles palam affirmat conuenire cœlesti corpori non formam tantùm, sed etiam materiam.

Materia quid.

[c] *Igitur quod esse.* Rerum caducarum materiam, formam, & efficientem causam singulatim explicat, atq; materiam esse potentiam quandam ad esse & non esse, quæ rebus sublunaribus, vt gignantur & intereant, causa existit. Quod vt magis pateat, ait rerum quasdam necessariò esse, vt corpora cœlestia: alias necessariò non esse, vt chymæram: alias medium locum tenere: quòd ita possibiles sunt, vt possint esse & non esse: quo pacto se habent ea, quæ ortum & interitum subeunt. Materia ergo est, quæ facit rem esse & nó esse: quia dum formam suscipit, accipit esse res genita: dũ eandem formam abiicit deperit res eadem.

Materia eau sa interitus.

Forma quid.

[d] *At forma, speciesq́.* Formam ait esse id, cuius gratia aliquid fit, & rationem substantiæ cuiúsque rei, id est, quod rei essentiã potissimum confert. Nam cum cuiuslibet entis naturalis quidditas ex materia & forma coalescat, potiorem partem obtinet forma, quæ actus & perfectio est, rémque in certa specie constituit, vt in primo Physicæ Auscultationis libro copiosè differuimus. Porrò cum Aristoteles hoc loco tribuat formæ non solum esse rationem substantiæ, sed etiam id cuius gratia, quod finis proprium est, videtur hîc finem ad formam reuocasse: propterea quod licet finis & forma sint distincta genera causarum: tamen vna eadémque res, sub diuersa consideratione, & respectu, potest & formæ & finis rationem obtinere: formæ, quatenus tribuit esse: finis prout est id, cuius gratia efficiens operatur: ideò enim generans materiam disponit, vt in eam introducat formam.

Finẽ ad formã reuocauit hoc loco Arist.

[e] *Quod omnes quidem.* Tertiam causam, nempe efficientem, quæ præter duas superiores necessaria est, veteres omnes somniasse inquit. Nam cùm de illa nonnihil dicerent, eam tamen nullus omnino expressit. Duas ergo de illa refert quasi extremas sententias: vnam Platonis in Phædone: alteram aliorum veterum Philosophorum. Plato sub persona Socratis statuit res effici ab ideis, idest, à substantiis quibusdam

Veteres causam efficientem somniarunt.

ὡς μὲν οὖν ὕλη τοῖς γιγνομένοις ἐστὶν αἴτιον, τὸ δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ εἶναι. τὰ μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν, εἶναι τὰ δὲ ἐξ ἀνάγκης· τούτων δὲ τὰ μὲν ἀδυνάτων μὴ εἶναι, τὰ δὲ ἀδυνάτων εἶναι· διὸ τὸ μὴ ὑποδέχεσθαι πέφυκε τὸ ἀναγκαῖον ἄλλως ἔχειν. ἐνια δὲ καὶ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι δυνατά· οπερ ἐστὶ τὸ γιγνητὸν καὶ φθαρτόν· ποτὲ μὲν γὰρ ὅτε τοῦτο, ποτὲ δ' οὐκ ἐστιν. ὡς δ' ἀνάγκη γίγνεσθαι εἶναι καὶ φθορὰν, οὕτω τὸ δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ εἶναι. διὸ καὶ ὡς μὲν ὕλη τοῦτ' ἐστιν αἴτιον. τοῖς γιγνομένοις· [d] ὡς δὲ τὸ οὗ ἕνεκα ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος. τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τοῦ ἑκάστου οὐσίας. δεῖ δὲ προστεθῆναι καὶ τὸν τρίτον, [e] ὃν ἅπαντες μὲν ὀνειρώττουσι, λέγειν δ' οὐδείς. ἀλλ' οἱ μὲν ἱκανῶς φήθησαν αἰτίαν εἶναι πρὸς τὸ γίνεσθαι τὴν περὶ εἰδῶν φύσιν, ὥσπερ ὁ ἐν τῷ Φαίδωνι Σωκράτης· καὶ γὰρ ὀνείδισε τοῖς ἄλλοις, ὡς οὐδὲν εἰρηκόσιν, ὑπολαμβάνει γάρ τι αὐτῶν ὅτι ἐστὶ περὶ ὄντων, τὰ μὲν εἴδη, τὰ δὲ μαθηματικὰ περὶ εἰδῶν. καὶ ὅτι εἶναι μὲν ἕκαστον τούτων λέγεται καθ' ὃ τὸ εἶδος· γίνεσθαι δὲ καθ' τὴν μέθεξιν, καὶ φθείρεσθαι καθ' τὴν ἀποβολήν. ὥστ' εἰ τοῦ ἀληθῆ, τὰ εἴδη αἴτια ἂν εἴη ἐξ ἀνάγκης αἴτια εἶναι καὶ γένεσιν καὶ φθοράς. οἱ δὲ αὐτὸ τὸ ὑλικὸν ἀπὸ ταύτης ἂν εἴη τὴν κίνησιν. [f] ἑδίτερμοι δὲ λέγουσι καλῶς· εἰ μὲ γάρ ἐστιν αἴτια τὰ εἴδη, δῆλον τί οὐκ ἀεὶ γίγνεται συνιχῶς· ἀλλὰ ποτὲ μὲν, ποτε δ' οὔ, ὄντων ἀεὶ καὶ τῶν εἰδῶν καὶ τῶν μαθηκτικῶν; ἔτι δ' ἐπ' ἐνίων θεωρῆμεν ἄλλό τι τὸ αἴτιον ὃν· ὑγείαν γὰρ ὁ ἰατρὸς ἐμποιεῖ, καὶ ὁπισήμιλω ὁ ὁπισήμων, ὅσης δὲ ὑγιείας αὐτῆς, καὶ τῶν μαθηκτικῶν· ὡσαύτως δὲ καὶ ὅπι τῶν ἄλλων τῶν καὶ δυὰ

Text.52.

quibusdam materiæ expertibus, è quarum impressione, formæ, quasi adumbratæ quædam illarum similitudines & imagines, in materiæ sinum defluerent: ita vt dum impressio illa perseueraret, res genitæ subsisterent: cùm euanesceret, interirét. Alia verò opinio fuit quorundam existimantium materiam esse principium efficiendi: ita vt cum benè disponitur, & accidentium apparatu instruitur, omnia per se pariat, & in lucem efferat. Etenim licet quidam eorum mẽtem, aut discordiam & concordiam, effectrices causas constituerint: nullus tamen eiusmodi causas rebus singulis accommodauit: ideóque conuincũtur asserere materiam ipsam ex se omnia, quæ gignuntur efficere.

Refellitur opinio Platonis de ideis.

[c] *Igitur quod esse, & non esse potest generabilibus causa vt materies existit. Nam quædam necessariò sunt, ceu aterna: quadam necessariò non sunt. Quorum illa quidem non esse, hac verò esse, est impossibile, eo quòd fieri nón possit, vt necessarium aliter sese habeat. Nonnulla & esse possunt & non esse: de quorum numero generabile existit, atque corruptibile, hoc enim interdum non est, interdum est. Quare necesse est, vt generatio atque corruptio circa id sit, quod esse & non esse potest. Quocirca & hoc causa, vt materies generabilibus existit.* [d] *At forma speciesq́, vt cuius gratia, hoc autem est substantiæ cuiusque ratio. Oportet autem & tertium quoque adesse,* [e] *quod omnes quidem somniant, nemo tamen dicit. Sed alij specierum naturam causam esse sufficientem ad generandum arbitrati sunt, quemadmodum in Phædone Socrates. Nam vbi ille cæteros increpuit tanquam nihil locutos, eorum quæ sunt, quædam species esse, quædam quæ species participent, & eorum quoque per speciem esse dici, susceptione verò oriri & abiectione interire supponit. Quare si hæc vera sunt, species causas esse generationis & corruptionis necessariò putat. Alij ipsam materiam, nimirum à qua sit motus.* [f] *At neutri rectè dicunt nam si species causa sunt, cur non semper gignunt continenter, sed quandóque, & quandoq́ non, cum semper tum species tum quæ eas participant, in ratione rerum sint? Præterea in nonnullis aliam quandam esse causam spectamus. Nam medicus in corpore sanitatem efficit, & scientiam sciens existente & ipsa sanitate, & scientia & hisce, quæ eas participant. Eodem modo & in cæteris, quæ facultate*

Text.52.

Ars natura æmula.

cundò eandem sententiam refellit, quia cùm ars sit æmula, imitatrixque naturæ: ex iis, quæ in arte videmus, philosophari possumus & inquirere ea, quæ in natura sunt: at in arte, præter formam & materiam, est efficiens, vt præter sanitatem & subiectum, medicus: præter scientiam & discipulum, magister: ergo in natura præter formam, & materiam, danda erit alia causa, quæ sit efficiens. Hic aduerte non liquidò constare an Platonis fuerit ea sententia de ideis, quam ei Aristoteles hoc in loco, & sæpe alibi attribuit. Sunt enim qui dicant Platonem non formas illas extra omnia singularia per se cohærentes, sed diuina exemplaria, ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ Deus respiciens creaturas producit, ideas vocasse. Sic enim eius dicta interpretati sunt Diuus Augustinus libr. 83. quæstionum, quæst. 46. Clemens Alexandrinus lib. 4. & 5. Strom. Eusebius Cæsariensis libr. 11. de præparatione Euangel. capit. 12. Tertullianus in suo lib. de anim. capit. 18. aliique non pauci. Sed nos hac de re ex instituto lib. 4. Meaphysic.

Materia officium pati ac recipere.

1 *Quòd si qui materiam.* Postetiorem sententiam refellit, quam in eo Platonicæ præfert, quòd Plato minus naturam conuenienter loquens, asseruerit causam efficientem non operari per motum, sed per receptionē, vel abiectionem: hi verò mouere illā dixerint, quod omnium consensu effectrici causæ attribuitur. At enim falsam esse hāc assertionem demōstrat, primum quia materię nō est mouere, aut agere sed moueri & pati. Habēt enim forma & materia partita officia, & forma vt est actus & perfectio, ita agendi munus obit: materia sicuti est potentia, ex se actus expers, ita recipiendi, patiendiq; partes sustinet. Secundò, quia vt in arte materia non se vltro, aut vi sua mouet ad formam, sed eam ab artifice accipit, vt lapis figuram pyramidis: ita in natura animal non à se, sed à progenitore, atque adeo ab aliquo efficiente gignitur. Errare quoque eosdem philosophos in eo ait, quòd sola contenti materia præstantissimam causam videlicet formam omiserint.

κ᾽ δύασθαι πραττόμενον. 8 εἰ δ᾽ ἡ πρὸ ὕλης τις φύσις γίνεται δι᾽ αὐτὴν τὴν κίνησιν, φυσικώτερον μὲν ἂν λέγοι περὶ ἕτερα λεγόντων· τὸ γὰρ ἀλλοιοῦν καὶ τὸ μεταρρυθμίζειν, αἰτιώτερόν τι ἢ γίνεσθαι, καὶ ἐν ἅπασιν εἰώθασιν, τοῦτο λέγειν τὸ ποιοῦν, ὁμοίως ἔν τε τοῖς φύσει καὶ ἐν τοῖς διὰ τέχνης, ὃ ἂν ᾖ κινητικόν. ἀ μὲν ἄλλα καλῶς ἂν ὀρθῶς λέγοι· τῆς μὲν γὰρ ὕλης τὸ πάσχειν ἐστὶ καὶ τὸ κινεῖσθαι· τὸ δὲ κινεῖν, καὶ τὸ ποιεῖν ἑτέρας δυνάμεως. δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τῆς τέχνης, καὶ ὅτι πρὸ φύσεως γινομένων· ὅτι γὰρ αὐτὸ ποιεῖ τὸ ὕδωρ ζῷον ἐξ ἑαυτοῦ; ὅτι τὸ ξύλον κλίνην, ἀλλ᾽ ἡ τέχνη. ὥστε καὶ ἕτερα δεῖ τοῦτο λέγειν ὡς ὀρθῶς· καὶ ὅτι πολλοῖς αἴτιον τοῦτο κυριώτερον αἰτίας· ἐξαιρεῖται γὰρ τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ τὴν μορφήν. h ἔτι δὲ καὶ τὰς δυνάμεις ἀποδίδοασι τοῖς σώμασι, δι᾽ ἃς γίνεσθαί λέγουσιν ὀργανικῶς, ἀφαιροῦντες τὴν τοῦ εἶδους αἰτίαν· ἐπεὶ γὰρ πέφυκεν, ὥς φασι, τὸ μὲν θερμὸν διακρίνειν, τὸ δὲ ψυχρὸν συνιστάναι, καὶ τὴν ἄλλων ἕκαστον τὸ μὲν ποιεῖν, τὸ δὲ πάσχειν, ἐκ τούτων λέγουσι καὶ ἐξ ἐναντίων ἅπαντα τἄλλα γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι. i φαίνεται δὲ καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ κινούμενον καὶ πάσχον. ἔτι δὲ πολλαπλάσιόν τι ποιοῦσιν, ὥσπερ εἴ τις τὴν πρίονα ἑκάστῳ τῶν ὀργάνων δοτέον· ἀνάγκη γὰρ πρίονι ὄντι διαιρεῖσθαι, καὶ ξέοντι λαίνεσθαι, καὶ ὅτι τἄλλων ὁμοίως, ὡς εἰ ὅτι μάλιστα ποιεῖ κινεῖ τὸ πῦρ, ἀλλὰ πῶς κινεῖ οὐχ ὁρῶσιν, ὅτι χεῖρον ἢ τὰ ὄργανα. ἡμῖν δὲ καθόλου τε πρότερον εἴρηται περὶ τῆς αἰτίας, καὶ νῦν διώρισται, περί τε τῆς ὕλης καὶ τῆς μορφῆς.

Text.53.

Text.54.

Text.55.

2 *Qualitates vi propria nū producere composita naturalia.*

h *Præterea potentias.* Putant Alexand. & Philoponus non impugnare Aristot. hisce verbis eandem sententiam, quam proximè, sed reprehensionem conuertere in Parmenidem. Verisimiliter tamen est, vt ipse verborum contextus indicat, interpretatio D. Thom. & Auctorum existimantium persequi Aristotelem eandem oppugnationem alio argumento. Asserebant nimirum iidem Philosophi materiam, per potentias, seu vires qualitatum, tanquam per organa siue instrumenta, rerum generationem exequi. Id confutat, quia vt in arte instrumenta non à se mouentur ad conficiendum opus, sed manu artificis: ita qualitates illæ vi propria nihil molientur, hoc est, nullum compositum physicum producent, nisi prout sunt instrumenta principalium causarum effectricium. Vnde constat has necessariò dandas esse in natura.

i *At ipse quoque ignis.* Sententia illorum Philosophorum erat materiam per calidum

Text.53. *facultate quadam fiunt.* 8 *Quod siquis materiam ipsam ob motum generare dicant, naturalius profectò dixerint, quam qui ita dicunt. Etenim quod alterat, quódque transfigurationem facit, causa vt quippiam oriatur rationem sibi vendicat magis. Et in omnibus ex aquo tam hisce, quæ natura constant, quam quæ ab arte proficiscuntur, hoc agens dicere consueuimus, quod mouendi vim obtinet. Verum enim verò & hi quoque non rectè dicunt. Pati námque & moueri materiæ est: agere verò & mouere, alterius potentiæ: palam autem est cum in ijs, quæ arte, tum in ijs, quæ natura fiunt: nam neque aqua ex se animal facit, sed natura, neque lignum*

Text.54. *lecticam, sed ars. Quare & isti ob id, & quia potiorem omittunt causam, aut rectè dicunt: quidnitatem enim formámq; exterminant.* h *Præterea potentias, atque vires corporibus tribuunt: per quas admodum instrumentaliter generant, eam quæ à specie sumitur, causam auferentes. Etenim quoniam, vt aiunt, calidum segregare, & frigidum congregare natum est, & cæterorum quódque aliud agere, aliud pati, ex his & per hæc gigni & corrumpi cætera omnia dicunt.*

Text.55. i *At ipse quoque ignis moueri ac pati videtur. Præterea perinde faciunt, ac siquis serra & instrumentorum cuique eorum, quæ generantur, causam tribuat. Nam cum quis serra secat, diuidi quippiam, & cum corradit, læue fieri necesse est: & in cæteris simili modo. Quare si quàm maximè agit, mouétque ignis: quomodo tamen moueat, non vltra contemplantur, nempe quod deterius, quàm instrumenta. Sed & prius à nobis vniuersaliter de causis dictum est, & nunc de materia & forma pertractatum, atque determinatum.*

calidum & frigidum, atque alias qualitates, quæ agendi & patiendi vim obtinent citra alterius principalis causæ efficientiam res gignere & corrumpere, perinde ac si instrumentum artis, facultate motúque proprio lecticam verbi gratia aut sellam tonderet: contra id opponit Aristot. quòd ignis, qui maximè actuosus est, etiam ab alia altiori causa agitatur, nempe á cœlo: & multo secus operatur quam organa: siquidem organum dirigitur ab artifice, vt hanc aut illam formam inducat: ignis autem effrenata licentia operatur, ita vt aliorum corporum temperiem sæpe dissoluat. Quare neq; existimandum est ignem agere simpliciter vt instrumentum, neque negandum posse ab alio, tanquam ab efficiente, externa vi moueri. Quod aduersarij propterea assecuti non sunt, quia modum, ac rationem, qua ignis paritur, agítque non satis consideratunt.

Ignis maximè actuosus.

***

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITIS X. Explanatio.

ΚΕΦ. ί.

[a] *Præterea cũ demonstratum.* Reiectis veterũ philosophorum dogmatis, suam de vniuersali causa effectrici ortus interitusque sententiã exponit, docetque cœlestium sphæratũ motum (quem octauo Physicæ Auscultationis putat se demõstrasse continuum, ac sempiternum esse) efficere corporum sublunarium generationes, & corruptiones indefectas serie decurrentes. Nam cùm is motus, nõ autem generatio, inter cæteras mutationes principem locum habeat, sempérque existat, & id potius quod est, ei quod nõ est, quàm quod non est, ei quod est causa esse debeat, cõsequens fit, vt id, quod prædictã lationem subit, & semper est, efficiat id, quod non est ac gignitur, atque ita latio generationis causa habeatur. Quæ de primatu lationis hîc dicuntur, quo pacto accipiẽda sint, tam alibi in hoc opere exposuimus.

[b] *Cùm autem supponatur.* Nõnulla sunt quæ difficultatem ingerunt, quî fieri possit, vt motus cœlestium corporum sit causa generationis, & corruptionis. Primum quia istiusmodi motus est vnus, sempérque idẽ: at quod idem est, & eodẽ pacto se habet, idem facere natura solet. Quare aut semper erit generatio, aut semper corruptio, neque vna alteri succedet. Præterea, contrarij effectus contrarias causas requirunt: sed generatio & corruptio sunt contrariæ: igitur si motus cœli earum causa est, non vnus tantùm erit, sed plures: isque contrarij inter se: cùm igitur ipsa vnus tantum sit, & omni contrarietate vacet: non videtur qua ratione ad illum tanquam ad causam generatio & corruptio referri queant. Ad hanc difficultatem respondet Aristoteles, causam generationis, & corruptionis non esse motum primi mobilis, qui

[a] ΕΤΙ δ', ἐπεὶ ἡ κύ πρώτη φορὰν δέδεικται ἀΐδιον, ἀνάγκη τέτων ὄντων, καὶ γένεσιν εἶναι συνεχῶς· ἡ γὰρ φορὰ ποιήσει τὴν γένεσιν ἐνδελεχῆ, διὰ τὸ προσεῖναι καὶ ἀπάγειν τὸ γενητικόν. ἅμα δ' δῆλον, ὅτι καὶ τὰ πρότερα καλῶς εἴρηται, τὸ πρώτην τῶν μεταβολῶν τὴν φορὰν, ἀλλὰ μὴ τὴν γένεσιν εἶναι· πολὺ γὰρ ἀλλοιώτερον, τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντι γένεσιως αἴτιον εἶναι, ἢ τὸ μὴ ὂν τοῦ ὄντι τὴν. τὸ μὲν οὖν φερόμενον ὅτι, τὸ δ' γενόμενον ἰὼν ἔστι. διὸ καὶ ἡ φορὰ πρότερα τῆς γενέσεως. [b] ἐπεὶ δ' ὑπόκειται καὶ δέδεικται συνεχὲς ὂν τοῖς πράγμασι γένεσις καὶ φθορά. φανερὸν ὅτι μιᾶς μέν ἐστι τῆς φορᾶς, ἰσοδυναχοῦσαν γίνεσθαι ἄμφω, διὰ τὸ ἐναντία εἶναι. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἀεὶ, τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν. ὥστε ἤτοι γένεσις ἔσται ἀεὶ ἢ φθορά. δεῖ δ' πλείους εἶναι τὰς κινήσεις καὶ ἐναντίας, ἢ τῇ φορᾷ, ἢ τῇ ἀνωμαλίᾳ· τῷ μὲν γὰρ ἐναντίων αἴτια τἀναντία. διὸ καὶ οὐχ ἡ πρώτη φορὰ αἰτία ἐστὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς· ἀλλ' ἡ κύ· ἡ λοξὸς κύκλος ἐν ταύτῃ γὰρ ἓν τὸ συνεχὲς ἐν ὄντι, καὶ τὸ κινεῖσθαι δύο κινήσεις· ἀνάγκη γὰρ, εἴ γε ἀεὶ ἔσται συνεχὴς γένεσις καὶ φθορὰ, ἀεὶ μίαν τοι κινεῖσθαι, ἵνα μὴ ὑπολείπωσιν αὗται αἱ μεταβολαί· δύο δὲ, ὅπως μὴ θάτερον συμβαίνῃ μόνον. τῆς μὲν οὖν συνεχείας ἡ ἓν φορὰ αἰτία· τὸ δὲ προσεῖναι καὶ ἀπιέναι, ἡ ἐκλίσις· συμβαίνει γὰρ, ὁτὲ μὲν πόρρω γίνεσθαι, ὁτὲ δ' ἐγγύς. διίσῳ δὲ τῷ διαστήματι ὄντι, ἀνώμαλον ἔσται ἡ κίνησις· ὥστε εἰ τὸ προσεῖναι ἐγγὺς ἦν γένεσις, καὶ τὸ ἀπιέναι καὶ πόρρω γίνεσθαι ταὐτὸ τοῦτο φθορά· εἰ δὲ τὸ πολλάκις προσεῖναι γένεσις, καὶ τὸ πολλάκις ἀπελθεῖν, φθορά· τῶν γὰρ ἐναντίων τὰ ἐναντία αἴτια. [c] καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἡ φθορὰ δὲ καὶ ἡ γένεσις ἡ κύ φύσει. διὸ δὲ αἱ χρόνοι δὲ αἱ βίοι ἑκάτων, ἀριθμὸν ἔχουσι, καὶ τούτῳ διορίζονται.

[d] πάντων

Text. 56.

Text. 57.

CAP. X.

[a] *Præterea cum demõstratum sit motum eum esse perpetuum, qui lationi accommodatur, his existentibus, & generationem quoque continenter esse necesse est.* Latio namq; continuè generationem ideò faciet, quia admouet & abmouet id, quod gignendi vim obtinet. *Insuper & priora esse dicta rectè lationem inquam mutationem primam esse, & non generationem, dilucidum est. Nam multò magis consonum est rationi, id quod est, ei quod non est, vt nascatur causam esse, quàm id, quod non est, ei quod est vt sit. Sed quod lationem subit, est: quod verò oritur, non est. Idcirco* Text. 56. *& latio generatione prior est.* [b] *Cùm autem supponatur & demonstratũ sit continuam rebus ipsis generationem, corruptionemq; competere, & lationem generationis causam esse dicamus: patet quod si vnica latio foret, fieri non posset, vt amba fierent, propterea quòd contraria sunt. Nam idem eodémque modo semper habens, idem facere natum est. Quare aut generatio semper esset, aut corruptio. Multos autem esse motus, contrariósque aut latione, aut inaqualitate conuenit: contrariorum enim contraria sunt causa. Quocirca & prima latio, ortus ac interitus causa non est, sed obliqui circuli latio, ea námque, & continua est & duobus motibus fit. Nam generatio, corruptioue futura sit semper continua, semper quippiam quidem moueri necesse est, vt ne mutationes iste deficiant: sed duobus, vt ne altera duntaxat eueniat. Continuitatis igitur causa est latio vniuersi: accessus verò, & recessus ipsa declinitas: accidit enim vt interdum procul, interdum propè existat. Atque cum interuallum sit inaquale motus erit inaqualis. Quare si ex eo generat, quia accedit & prope est, & quia abscedit & procul existit, hoc idem corrumpit. Atque si quia sæpenumero accedit, generat: & quia plerumq; recedit, corrumpit: contrariorũ enim causæ sunt contrariæ: &* Text. 57. *generatio atq; corruptio secundũ naturã* [c] *æquali in tempore fiunt. Quocirca & cuiusque tempus & vitæ numerum habent, numeróque præfiniuntur:*

[d] *omnium*

[a] ΠΡΑΓΤΕΡΕΑ cum demõstratum sit motum eum esse perpetuum, qui lationi accommodatur, his existentibus, & generationem quoque continenter esse necesse est. Latio namq; continuè generationem ideò faciet, quia admouet & abmouet id, quod gignendi vim obtinet. Insuper & priora esse dicta rectè lationem inquam mutationem primam esse, & non generationem, dilucidum est. Nam multò magis consonum est rationi, id quod est, ei quod non est, vt nascatur causam esse, quàm id, quod non est, ei quod est vt sit. Sed quod lationem subit, est: quod verò oritur, non est. Idcirco & latio generatione prior est. [b] Cùm autem supponatur & demonstratũ sit continuam rebus ipsis generationem, corruptionemq; competere, & lationem generationis causam esse dicamus: patet quod si vnica latio foret, fieri non posset, vt amba fierent, propterea quòd contraria sunt. Nam idem eodémque modo semper habens, idem facere natum est. Quare aut generatio semper esset, aut corruptio. Multos autem esse motus, contrariósque aut latione, aut inaqualitate conuenit: contrariorum enim contraria sunt causa. Quocirca & prima latio, ortus ac interitus causa non est, sed obliqui circuli latio, ea námque, & continua est & duobus motibus fit. Nam generatio, corruptioue futura sit semper continua, semper quippiam quidem moueri necesse est, vt ne mutationes iste deficiant: sed duobus, vt ne altera duntaxat eueniat. Continuitatis igitur causa est latio vniuersi: accessus verò, & recessus ipsa declinitas: accidit enim vt interdum procul, interdum propè existat. Atque cum interuallum sit inaquale motus erit inaqualis. Quare si ex eo generat, quia accedit & prope est, & quia abscedit & procul existit, hoc idem corrumpit. Atque si quia sæpenumero accedit, generat: & quia plerumq; recedit, corrumpit: contrariorũ enim causæ sunt contrariæ: & generatio atq; corruptio secundũ naturã [c] æquali in tempore fiunt. Quocirca & cuiusque tempus & vitæ numerum habent, numeróque præfiniuntur: [d] omnium possint, accepetũ. Quod ergo Aristot. ait, cuiusque vitam ex syderum afflatu, certa mensura

qui semper eodem modo se habet in ordine ad generabilia & corruptibilia: sed motum solis sub circulo obliquo, seu Zodiaco, qui prout est perpetua, causa est cur generatio & corruptio nunquam intermittãtur: prout variùs & quasi cõtrarius, ac non semper eodem pacto se habens respectu nostri, id est, prout solem nũc ad nos adducit versus septẽtrionem, nunc abducit versus Austrum: generationes, & corruptiones efficit. De hac re planius ac plenius in quæstione.

[c] *Æquali in tempore.* Collegit tempora generationis & corruptionis inter se æqualia esse, quemadmodum solis accessus, & recessus paribus temporum spatiis absoluuntur. Nam accessus à Capricorno ad Cãcrum sex mensibus peragitur, totidémq; recessus à Cancro in Capricornum: & in accessu quidem fiunt ver & æstas: in recessu autumnus, & hyems. Subiicit quoque Aristoteles vitam cuiúsque viuentis certa periodo cõtineri à cœlesti circulo, hoc est, ex cœlesti influxu, à quo & virtus generantis modificatur, & res genita quoad suam consernationem dependet. Quod non ita est interpretandũ quasi omnium vita eum decursum & metam perpetuò seruet, quam ei natalitia syderia in ortu siue conceptu præscripserunt. Accidit enim non rarò vt ob intemperantiam, vel aliquem fortuitũ euentum, breui intercant, qui temperamentum, quo diutissimè vitam propagare

Generationis, & corruptionis tẽpora aqualia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mensura definiri, id sublatis impedimentis intelligi debet. Vel dicendum loqui Aristotelem de speciebus: docereque singulas species, prout cuiusque natura ferit, præscriptam habere durationem, quam vt plurimum non transgrediantur, licet earum individua, ob diuersam qualitatum temperiem, astrorum aspectum, soli, cœlique naturam magna varietate alia serius, alia citius occumbant.

[a] *Omnium enim ordo est.* Dependetiam rerum sublunarium, quam etiã lib. 1. Meteororum cap. 2. docuit, probat ex eo, quia omnia ordine continentur: postulat enim ordo vt inferiora à superioribus gubernẽtur. De laudibus ordinis multa præclarè scripsit D. Augustinus duobus huiusce argumẽti libris, & 19. de Ciuit. Dei cap. 13. & libro 83. quæstionum, quæst. 27. item D. Gregorius Nazianzenus oratione 26. vbi ait ordine niti res mundanas, ordinem esse omnium rerum parentem & præsidium, causam pulchritudinis, & stabilitatis, ordinẽ cunctis animantibus ortum, alimẽtum, sedésq; præscripsisse. Denique ordinem omnia tam cœlestia quàm terrestria cõstituere & colligare.

Ordinis encomia.

[b] *Apparet autẽ.* Quod de æqualibus spatiis generationis & corruptionis dixerat, compertum esse inquit experientia. Videmus enim sole ad nos appropinquante, insigni fœtu partiq; naturæ gigni enasciq; viuentia, abscedẽte autem in interitum tuere. Constat autẽ hunc accessum, & recessum, vti iam dictum fuit, pari mensura definiri. Monet tamen sæpe accidere, vt quædam generationes vel corruptiones citiùs, aliæ tardiùs perficiantur ob facilitatem aut repugnantiam materiæ, quæ præparanda est, aliásve causas eiusmodi. Porro cùm generatio & corruptio, si pro introductione & abiectione formæ accipiantur, momento fiant, in quo neque celeritas, neque tarditas datur (hæc enim temporum duntaxat affectiones sunt) planum est accepisse Aristotelem hoc loco generationem, & corruptionem vnà cum præuiis alterationibus, quæ tempore fiunt, vti iam alibi exposuimus.

[a] πάντων γὰρ δεῖ τάξιν. καὶ ἅπας χρόνος ἴσος βίου μετρεῖται φαῦλός τε πολὺς, καὶ τῇ αὐτῇ πάντες, ἀλλ' οἱ μὲν ἐλάττονι, οἱ δὲ πλείονι· τοῖς μὲν γὰρ ἑαυτοὺς, τοῖς δὲ μείζων, τοῖς δὲ ἐλάττων ἡ περίοδος ἐστὶ τοῦ μέτρου. [b] φαίνεται δὲ καὶ τῷ αἴσθησιν ὁμολογούμενα τοῖς παρ' ἡμῖν λόγοις· ὁρῶμεν γὰρ ἔστι φερόμενον μὲν ἢ ἀλλοι, γένεσίς ἐστι· ἀπιόντος δὲ, φθίσις, καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἑκάτερον· ἴσος γὰρ ὁ χρόνος ἡ φθορᾶς, καὶ ἡ γενέσεως τῆς κατὰ φύσιν. ἀλλὰ συμβαίνει πολλάκις ἐν ἐλάττονι φθείρεσθαι, διὰ τὰ πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν· ἀνωμάλου γὰρ ὕσης τῆς ὕλης, καὶ ἀναξηρᾶς τῆς αὐτῆς, ἀνάγκη καὶ τὰς γενέσεις ἀνωμάλους εἶναι, καὶ τὰς μὲν θάττους, τὰς δὲ βραδυτέρας· ὥστε συμβαίνει διὰ τοῦτο τὴν γένεσιν ἄλλοις γίνεσθαι φθοράν. ἀεὶ δ', ὥσπερ εἴρηται, συνεχὴς ἔσται ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορά, καὶ διότι οὐκ ἀπολείπει δι' ἣν ἔστιν αἰτίαν. τοῦτο δ' ἄλλως συμβαίνειν· [c] ἐπεὶ γὰρ ἐν ἅπασιν ἀεὶ τοῦ βελτίονος ὀρέγεσθαί φαμεν τὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι. τὸ δὲ εἶναι πολαχῶς λέγομεν, ἐν ἄλλοις εἴρηται. τοῦτο δ' ἐν ἅπασιν ἀδύνατον ὑπάρχειν, διὰ τὸ πόρρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λειπομένῳ τρόπῳ, συμπληροῦσθαι τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐντελιχῇ ποιῆσαι τὴν γένεσιν· ὅτῳ γὰρ μάλιστα συμπέφυκε τὸ εἶναι, διὰ τοῦτο ἐγγύτατα τοῦ εἶναι ἡ οὐσίας, τὸ γίνεσθαι ἀεὶ τὴν γένεσιν. τοῦτο δ', ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, αἰτία ἡ κύκλῳ φορά· μόνη γὰρ συνεχής. [d] διὸ καὶ τἄλλα εἴωθε μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα, καὶ τὰ πάθη καὶ τὰς δυνάμεις, οἷς τὰ ἁπλᾶ σώματα, μιμεῖται τὴν κύκλῳ φοράν· ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀὴρ γίνηται, καὶ ἐξ ἀέρος πῦρ, καὶ πάλιν ἐκ τοῦ πυρὸς ὑδωρ, κύκλῳ φαίνεται περιελήλυθέναι τὴν γένεσιν, διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν· ὥστε καὶ διὰ ταῦτα φορά μιμητική τις κύκλου, συνεχὴς οὖσα. [e] ἅμα δ' ἄλλον ἐκ τούτων, ὅτινες διορίσουσι, διὰ τί ἑκάστη τῶν σωμάτων, εἰς τὴν οἰκείαν φερομένη χώραν, ἐν τῷ ἀπείρῳ

[a] *Omnium enim ordo est.* Et omne tempus ac vita circuitu mensuratur: verum non eodem omnis, sed alia minori, alia maiori mensuratur: alij siquidem annu: alij maior, alij minor circuitus, mensura est. [b] *Apparent autem & ad sensum hisce, quæ dicimus consentanea:* Accedente namq; sole generationem fieri, & recedente corruptionem, & in tempore æquali vtrámque videmus. Nam corruptionis & generationis naturalis tempus æquabile existit. Sed plerumq; accidit, vt in minori corruptio fiat ob mutuam inuicem cõspirationem. Si enim materies inæqualis sit, nec omni ex parte eadem, generationes quoque inæquales, & quasdam celeriores, quasdam tardiores esse necesse est. Vnde fit, vt ob horum generationem, alia corrumpi accidat. Semper autem sicuti dictum est, generatio & corruptio continentes erunt, nec vnquam deficient ob eam, quam diximus causam. Idq; ratione optima euenit. [c] *Nam cùm in omnibus, quod præstabilius est, natura semper expetere dicatur: præstabilius autem sit esse, quàm non esse: & quot modis esse dicamus, alibi dictum sit: hoc verò in omnibus inesse impossibile sit, propterea quòd longè ab ipso principio distent, reliquo modo Deus ipse vniuersum compleuit, continua facta generatione. Nam ita maximè, ipsum esse continenter erit, propterea quòd illud, semper inquam generationem fieri, ad substantiam proximè accedit. Cuius rei, vt sæpè diximus, causa, circularis latio est: sola enim continens est.* [d] *Quocirca & cætera alia, quæ in sese secundum affectus, atque vires transmutari solent, ceu corpora simplicia circularẽ imitantur lationem: nam cùm ex aqua gignitur aër, & ex aëre ignis, & rursum ex igni aër, & ex aëre aqua, in orbem ire generationem ideò dicimus, quia rursum eodem redit, reciprocaturq;. Quare & recta horum latio circularem imitata lationem continens existit.* [e] *Atque ex hisce colliquet id, quod nõnulli addubitant, cur cùm corporum quodq; ad suum feratur locum, in tempore*

Text.57. *Text.58.* *Text.59.* *Text.60.*

[c] *Nam cùm in omnibus.* Tradit finalem causam perennitatis ortus, & interitus sub cœlestiũ rerũ: videlicet vt vnumquódque eo modo, quo valet, perpetuitatem obtineat. Natura enim insita propensione fertur in id, quod melius & nobilius est: est autem melius & nobilius esse, quã non esse, cùm esse participatio quædam sit naturæ diuinæ. Oportere autem ad hunc finem assequendum ordinem, seriémque, generationum, & corruptionum nunquã intermitti, inde constat, quia singularia, quæ iis subiiciuntur, sic quodammodo fiunt immortalia, & ad primam causam, à qua naturæ conditione longiùs digressa sunt, vtcunque accedit, dum videlicet quãquam numero pereant, aliis in eorum locum suffectis, specie conseruantur. *Natura fertur in id, quod est præstantius.*

[d] *Quocirca.* Circulatem, inquit, motum cœlestium sphærarum, qui antiquitate, continuitate, & æquabilitate primus est, æmulatur, quoad eius fieri potest, generatio corporum sublunarium: sicut enim ille ab eodem puncto versus idem punctum contendit: sic ex aqua v. g. per mutuam generationem fit recursus, ad eandem aquam: cùm ex aqua generatur aër, ex aëre ignis, ex igni rursus aër, ex aëre aqua. *Alterni recursus in generatione sublunariũ corporum.*

[e] *Atque ex hisce.* Quærit quidnam sit, cur elementa cùm naturæ impetu in propriũ locum ferantur, vt in eo quiescant: cur, inquam, infinitis annorum seculis decurrit (finxit enim mundum ab æterno) non iam in natiua sede propriáque regione consistant: sed sursum ac deorsum oberrent, & aliis permissa sint. Respondet iccirco propria loca deserere, vt inter se congrediantur, & aduersis qualitatibus mutuò agant, atque ex se tandem generentur. Vnde est etiam quod magna ex parte *Quæstio.* *Responsio.*

[f] *Nam cùm in omnibus.* Tradit finalem causam perennitatis ortus, & interitus sub cœlestiũ rerũ: videlicet vt vnumquódque eo modo, quo valet, perpetuitatem obtineat. Natura enim insita propensione fertur in id, quod melius & nobilius est: est autem melius & nobilius esse, quã non esse, cùm esse participatio quædam sit naturæ diuinæ. Oportere autem ad hunc finem assequendum ordinem, seriémque, generationum, & corruptionum nunquã intermitti, inde constat, quia singularia, quæ iis subiiciuntur, sic quodammodo fiunt immortalia, & ad primam causam, à qua naturæ conditione longiùs digressa sunt, vtcunque accedit, dum videlicet quãquam numero pereant, aliis in eorum locum suffectis, specie conseruantur. *Natura fertur in id, quod est præstantius.*

[g] *Quocirca.* Circulatem, inquit, motum cœlestium sphærarum, qui antiquitate, continuitate, & æquabilitate primus est, æmulatur, quoad eius fieri potest, generatio corporum sublunarium: sicut enim ille ab eodem puncto versus idem punctum contendit: sic ex aqua v. g. per mutuam generationem fit recursus, ad eandem aquam: cùm ex aqua generatur aër, ex aëre ignis, ex igni rursus aër, ex aëre aqua. *Alterni recursus in generatione sublunariũ corporum.*

[h] *Atque ex hisce.* Quærit quidnam sit, cur elementa cùm naturæ impetu in propriũ locum ferantur, vt in eo quiescant: cur, inquam, infinitis annorum seculis decurrit (finxit enim mundum ab æterno) non iam in natiua sede propriáque regione consistant: sed sursum ac deorsum oberrent, & aliis permissa sint. Respondet iccirco propria loca deserere, vt inter se congrediantur, & aduersis qualitatibus mutuò agant, atque ex se tandem generentur. Vnde est etiam quod magna ex parte *Quæstio.* *Responsio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

confusa existunt. Nam terra & aqua calore attenuatæ in exhalationẽ, & vaporem soluuntur, adscendúntque, & aër frigore addensatus desecndit.

ἀπείρου χρόνου ἐ διεξᾶσι τὰ σώματα σώματος· αἴτιον γδ τοῦτο ὅτιν, ἡ εἰς ἄλληλα μεταβασις· εἰ γδ ἕκαστον ἔμενεν ἐν τῷ αὐτῷ χώρᾳ, καὶ μὴ μετέβαλεν ἀπὸ τοῦ πλησίον, ἤδη ἂν διειστήκεσαν. μεταβάλλει μὲν οὖν διὰ τὴν φορὰν ἁπλῶς ὅλον· διὰ δὲ τὸ μεταβάλλειν, οὐκ ἐνδέχεται μένειν κἀδὲν αὐτῷ, ἐν ὑδρομιᾷ χώρᾳ τεταγμένῳ. διότι μὲν οὖν ὅδε γένεσις & φθορὰ, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, καὶ τί τὸ γενητὸν καὶ φθαρτὸν, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.[i] ἐπεὶ δ' ἀνάγκη οὕτως εἶναί τι τὸ κινοῦν, Text.61.
εἰ κίνησις ἔσται, καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις, & εἰ ἀεὶ, ὅτι δεῖ τι εἶναι ἀεὶ· καὶ εἰ συνεχὲς, ἓν τὸ αὐτὸ, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἀμέριστον, & ἀναλλοίωτον· καὶ εἰ πλείους εἶεν αἱ κύκλῳ κινήσεις, πλείους μὲν, πάσας δὲ ταύτας ἀνάγκη εἶναι μίαν ἀρχικήν. συνεχῶν δ' ὄντος τοῦ χρόνου, ἀνάγκη κίνησιν συνεχῆ εἶναι· εἷπερ ἀδιαίρετον χρόνου ἄνευ κινήσεως ἐστί. συνεχοῦς ἄρα τινὸς ἀεὶ μία ὁ χρόνος. τὸ κύκλῳ ἄρα καθάπερ ἐν τοῖς ἐν ἀρχῇ λόγοις διώρισται.[k] συνεχὴς δ' ἡ κίνησις πότε- Text.61.
ρον τῷ τὸ κινούμενον συνεχῶς εἶναι· ἢ τῷ ἐφ' ᾧ κινεῖται, οἷον τόπον λέγω, ἢ τὸ πάθος; δῆλον δὴ ὅτι τῷ τὸ κινούμενον· πῶς γὰρ τὸ πάθος συνεχὲς, ἀλλ' ἢ τῷ πρᾶγμα ᾧ συμβέβηκε, συνεχὲς εἶναι; εἰ δὴ καὶ τῷ ἐφ', μόνῳ τούτῳ τῷ τόπῳ ὑπάρχει· μιγνύσθαι γάρ τι ἔχει. τοῦτο δὲ τὸ κύκλῳ μόνον συνεχές. ὥστε αὐτὸ ἑαυτῷ ἀεὶ συνεχές. τοῦτο ἄρα ἔστιν ὁ ποιεῖ συνεχῆ κίνησιν, τὸ κύκλῳ σῶμα φερόμενον· ἡ δὲ κίνησις, ὁ χρόνος.

[i] *Cùm autẽ sit.* Quia dixit motum cœlestem esse causam generationis & corruptionis, de motore, quia eius motus causa efficiens est, quæ dã subiicit vberius pertractata in octauo physicæ Auscultationis, & lib. 12. Metaphys. c. 8. Docet ergo motorẽ nõ vnum, sed multos esse, quemadmodũ & motus non vnus duntaxat, sed plures sunt, similitérque mobilia, non vnũ sed plura. Verùm vt omnia mobilia sub vno primo mobili ita, & omnes motores sub vno primo motore ordinatos esse. Deducit ergo aliquot cõsequentias quarum prima ita habet. Motus est, ergo motor est. Secunda, Motus semper est, ergo motus perpetuò est. Tertia, Motus est perpetuò continuus ergo & motor vnus est, immobilis, & generationis, atque alterationis expers. Quarta, Motus non vnus tantùm est, sed plures, isque perpetui & continui: ergo & motores plures sunt, immortales, atque immobiles. Tum probat motum esse continuum, quod antea suppositerat. Nam tempus non potest esse sine motu, cum sit numerus motus, vt constat ex 4. lib. Phys. sed tẽpus est continuum ergo & motus cõtinuus erit. Cõfirmationem harum omnium cõsequentiarum potissimùm ex Physicis petendam esse vult Aristoteles vbi nos etiam ostendimus motus, & mundi æternitatem nequaquam fuisse ab illo demonstratam, vt pote quæ Catholicæ fidei veritati repugnet.

[k] *Sed vtrum motus. Dubium.* In quæstionem vocat, sit ne motus cõtinuus, quia mobile cõtinuum est: an quia terminus ad quem tendit, cõtinuitatem habet. Respondet in primis omnem motum, intellige physicum, esse continuum ex parte subiecti: nihil enim talẽ motum subsit, nisi quantitate præditum sit, vt lib. 6. Physic. *Responsio.* cap. 3. demonstratũ fuit: id tamen peculiare esse lationi, vt etiam id, supra quod fit, id est, magnitudo, quam conficit, continuitatẽ obtineat: & hanc quidẽ obtinet sine exitu latio circularis, quæ fertur supra magnitudinẽ conclusam circulo initij, finisque experte.

tempore infinito corpora deducta, separataq; non fuerunt. Nam mutua in sese migratio, huiusce rei causa exiistit. Si enim in suo quodq; loco mansisset, nec à vicino fuisset transmutatum, iam iam separata forent, atque discreta. Transmutantur igitur ob lationem, qua duplex est: & quia transmutationem subeunt, fieri non potest, vt ex ipsis vllum aliquo in loco stato maneat. Quòd igitur generatio sit, atque corruptio, & quam ob causam, & quid generabile, & corruptibile ex hisce, quæ diximus,
Text.61. *manifestum est.* [i] *Cum autem sit necesse quippiam esse mouens, si futurum est vt sit motus, quemadmodum anteà dictũ est in alijs, & si motus semper sit, semper esse quippiam mouens: & si continuus, vnum idemq; & immobile, & ab alteratione, generationeve immune: etsi plures sint motus circulares, plura quidem, sed omnia hæc quodammodo sub vno esse principio necesse sit: & cum tempus sit continuum, motum esse continuum siquidem fieri nequit, vt sit tempus sine motu, tẽpus profectò continui cuiuspiam numerus erit. Eius igitur, qui in*
Text.61. *gyrum sit, sicuti in hisce, quæ initio diximus præfi-*
Text.61. *nitum est.* [k] *Sed vtrum motus ideò sit continuus, quia id quod motum subit, continuum sit: an quia id, in quo fit motus, locus, inquam, aut effectus? Palam sane est, motum ideò continuum esse, quia id, quod mouetur, cõtinuum est. Nam quo pacto continuus est affectus, nisi quia res ea, cui accidit, continua est? Si verò & quia id in quo, hoc soli loco competit, quippe qui magnitudinem quãdam habeat: magnitudinibus autem sola circularis continua est: adeò vt ipsa sibi semper continua sit. Corpus igitur circulare quod ferri assolet, motum facit continuum: motus vero tempus.*

QVAESTIO I.

An sit necesse omnia viuentia naturæ conditione tandem extingui.

ARTICVLVS I.

Negatiuæ partis argumenta.

1. *Argum.* EAM partem, quæ negat, hæc argumenta videntur comprobare. Omnibus rebus insitum est à natura sempiternitatis desiderium, vt proximo superiori capite 16. text. 59. & lib. 2. de anima cap. 4. text. 34. Aristoteles docuit: hoc autem desiderium irritum esse non potest, cum natura nihil frustra moliatur, docente eodem Aristot. 1. lib. Polit. cap. 2. Igitur res viuentes non modò certam vitæ periodum non habent, sed possunt immortales esse.

2. *Argum.* Secundò. Mors obuenit hominum generi ex peccato; Igitur homo, si nullo se flagitio inquinasset, naturæ suæ relictus, immortalem vitam obtineret. Antecedens probatur, primùm, quia id testantur verba illa cap. 2. Gen. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Deinde quia mors pœna est: pœna verò non nisi ob culpam à Deo infligitur.

Tertiò. Si viuentia naturæ lege interirent, oportere Socratem, etsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei nihil extrinsecus noceret,tandem extabescente calore interire;idque sine dolore,quia doloris causæ sunt diuisio continui,& dissolutio temperamenti,quæ causæ,in eo euentu,non essent:at quòd mors absque doloris sensu, eoque acerrimo esse non possit, indicat illud Arist.lib.3.Ethic.cap.6.Mors maximè omnium rerum est horribilis. Quod etiam inculcat lib.2.Rhet. Ac simile quid legitur apud Euripidem in Iphigenia & lib.3.argonautic.

4. Argum. Quartò.Alchymicæ artis professores affirmant,per aurum liquatum & aptum, habiléque ad potandum; ac per eam,quam quintam substantiam vocant,posse arceri senectutẽ,deque ea re extant scripti à medicis libri.Quin verò non difficile videtur excogitare remedia, quibus humidum innatum,& naturalis calor,quæ vitæ fundamenta sunt,conseruentur;quemadmodum,& contra venena, & lethalium morborum vim tot amuleta inuenta fuere. Confirmaturque argumentum,quia si demortua corpora,quæ facilè extabescunt,& in putredinem abeunt, aromatum condimentis quàm diutissimè integra seruantur, cur non etiam viuentia artis,naturæque remedijs ab interitu defendi poterũt?Nihil ergo videtur obstare,quominus animantium vita in æuum prorogetur.

Confirmatio argum.

De hic Vincẽtius in hist. lib.16. Cælius lib.7.c.9.Herodotus lib.2. Alex. lib.3.cap.2. Plin. lib.11. cap.37. Doctores in 4.sen.d.49.

5. Argum. Quintò.Quemadmodum corporibus gloriosis conferet Deus supernaturale donum impassibilitatis,quo in omnem æternitatem ab interitu libera manebunt;ita non repugnat in hoc statu tribuere viuentibus qualitatem aliquam naturalis ordinis, cuius beneficio incorrupta perseuerent.Fieri igitur potest,vt viuentia munere naturæ perpetuò durent.

6. Argum. Sextò.Prioribus mundi seculis,hominum vita adeò fuit diuturna, vt alij vixerint vltra septingentos annos:alij vltra octingẽtos;alij vltra nongentos sexaginta,vt sacræ paginæ monumenta in lib.Genes. testãtur.Multi etiam ex antiquis gentium scriptoribus prodiderunt quosdam vixisse ad quingentos,& sexcentos,eoque amplius annos; cuius rei testes profert Iosephus 1.lib.antiquitatum cap.3.Manethonem,Berosum,Mochum,Esthiæum,Hieronymum Ægyptium,Hesiodum,Hecatæum,Elamium,Agesilaum,Ephorum, & Nicolaum. Cùm ergo illorum hominum vita tandiù producta fuerit:non videtur impossibile,accedẽte maiori studio,& industria,seruare illam ab interitu immunem.

Genes.

Iosephus.

ARTICVLVS II.

Explanatio quæstionis.

Aristot. Galen. Auicen.

QVOD tamen omnia viuentia,cõstanti,ratáque lege naturæ,morti succumbant, demonstrat experientia quotidiana;idemque tradidit Arist. proximo cap. 10.& 4.lib. de Generat.anima cap.vltimo, Galenus in lib. artis medicæ, Auicenna Fen. 1. primi Doctr. 3. cap.5.ad finem, cæterique auctores

auctores communi consensu. Sed, vt hæc assertio illustrior euadat, nonnulla obseruanda erunt. Primum sit, causas vt ortus, ita & interitus rerum viuentium, alias esse vniuersales, alias particulares; quasdam communes, alias priuatas, & vnicuique proprias. Causæ vniuersales,præter primam, sunt corporum cœlestium influxus, vt docuit Arist.loco citato,& lib.1.Meteorum cap.2.& lib. 4.de Generatione animalium cap.vltimo.Sanè præter ordinarium afflatum,de quo in iis libris agit Aristoteles, demittunt nonnunquam cœlestia corpora in mundum inferiorem qualitates,ægritudinum, & interitus effectrices, secundum varios aspectus,& regionum naturam;idque interdum tanta vi, vt existant in tota aliqua regione populares morbi. Quod in magnis planetarum coniunctionibus euenire tradunt Ptolomæus,Alcabitius, cæterique Astrologi. Itaque minimè probanda est sententia Plotini in eo libro, quo inquirit num astra aliquid agant.Ficini eius interpretis, Chalcidij commentarijs in Timæum, Mirandulæ lib.3.contra Astrologos cap.21.& aliorum existimantium planetas,stellasque omnes adeò esse natura beneficas,& propitias, vt nulli inde morbi, nullum incommodum mortalibus obueniat. Pugnat certè hoc cum experientia, qua compertum est, multis, in lunæ coitu, morbos recrudescere, ægrotantium corpora deterius affici,noceréque per id tempus purgationes, & dum pestilentia grassatur,ordinariè tunc plures extingui:Id quod non aliunde prouenit, nisi quia tunc id astrum occulto suo influxu corporibus vehementer incommodat.Denique res est adeò conspicua, vt probatione non egeat. Maneat ergo, vnam è causis vniuersalibus tam morborum,quàm interitus, esse afflatus corporum cœlestium. Cui causæ adiungi potest ambientis aëris natura,situs regionum,aliáque eiusmodi,quæ sua qualitate corpora imbuunt, & ea in deteriorem statum sæpe verrunt, & ad interitum ducunt; ob eamque causam iubent medici delectũ haberi loci, ac situs ad habitandum. Lege sectionem 14.problemat.Arist. Hippoc. in lib.de aëre, aquis & locis.

Varia causa ortus, & interitus viuentium.

Ptolem. Alchib.

Refellitur opinio quorũdam de siderum influxu.

Syderũ afflatus.

Causæ etiam communes interitus,sunt contrariorum,quibus viuentium corpora constant, pugna,& actio caloris natiui humidum perpetuò depascentis. Qua de re non semel,tum in hoc opere, tum alibi scripsimus. Particulares verò causæ sunt, quæcumque singulis indiuiduis peculiariter accidunt, vt ratio temperamenti minus diuturni,intemperantia cibi ac potus,aliáque id genus complura.

Lib.1.cap.1. q.3.9.& 10. Inparuis Natur.tract. de vita & mort.cap.3.

Particulares causæ interitus.

Secundò aduertendum est res inanimatas, vt plurimùm, longioris æui esse, quàm animatas. Primùm, quia animatæ corrumpuntur tum ab intrinseco, cum secum dissolutionis suæ causam circumferant,vt ex dictis constat, tum ab extrinseco propter multiplicia incommoda eis incidentia, & ingruentium contrariorum vim, quibus minùs,quàm inanimatæ resistunt;Item, quia formæ rerum non viuentium cum magna intemperie qualitatum in materia permanent, non ita verò formæ viuentium, quæ vt perfectiores sunt, ita ad sui conseruationem plus exigunt.

Res inanimatæ diuturniores, quam animatæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Calidum, & humidū temperamentum longiorē vitam reddere.

Tertiò. Illud quoque haud ignorandum est, quod peritiores medici tradunt, videlicet calidam, & humidam temperaturam, qualis est sanguinea, longioris vitæ esse. Idque tradidit etiam Arist. in lib. de longitudine, & breuitate vitæ, vbi ad calidi & humidi copiā, ac proportionem, refert vitæ longitudinem, ad inopiam autem, & improportionem eiusdem, breuitatem; eo potissimùm argumento, quòd senectus, & id, quode mortuū est, obarescit, algetque. Et verò debet tale humidum non modò copiosum esse, sed etiam lentum, aëreum tamen: aqueum enim, cuiusmodi inest piscibus, licet copiosius terrestrium humido habeatur, defectu prædicti lentoris diuturnum non est. Vnde inter terrestria prædita sanguine, quæ humidum affluentius habent, & lentius, quàm exanguia; diutiùs viuunt: & inter exanguia, viuaciora item sunt, quæ lentiùs habent humidum, vt olea, pinus, palma, cupressus, aliæque oleosæ, & resinosæ arbores. Hinc collige non solùm inter ea, quæ specie differūt, sed inter illa etiam, quæ eiusdem speciei sunt, quædam breuiorem, alia longiorem vitæ modum nanciscī; quandoquidem superiores causæ, quæ vitam producunt, aut contrahunt, tam in diuersis speciebus, quàm in eadem promiscuè reperiuntur. Lege, si placet, quæ de hac re scripsimus in libro de longitudine, & breuitate vitæ.

ARTICVLVS III.

Solutio argumentorum.

Dilut. 1. arg.

HIs ita explicatis, tantùm supereſt, vt argumenta initio proposita diluamus. Ad primum igitur fatendum naturam singulis rebus, etiam caducis, perpetuitatis ingenuisse desiderium; neque id inane esse, cum singulæ eo modo, quo per naturam possunt, perpetuentur, id est, si non numero, saltem specie. Vbi animaduertere licet naturæ prouidētiam; nam vt ea etiam, quæ tota specie infœcunda sunt, quòd vi procreatrice careant, (qualia videntur esse maiori ex parte, quæ è putri materia gignuntur) vt ea, inquam, perpetuitatem suæ speciei non abrumperent, consultum illis à causis vniuersalibus fuit, datumque aliquid generatrici potentiæ proportionale, nimirum cœlestis calor, quo procreantur, & in lucem prodeunt. Item quia pleraque eorum citò delentur, quàm numerosissima sunt, vt bruci, pulices, muscæ, aliæque id genus bestiolæ, videlicet, vt quod tempori eorum adimitur, multitudine compensetur.

De hoc desiderio cōsule. Scot. in 4. d. 43. quæst. 2.

Natura prouidentia ad res conseruandas.

Dilutio 2.

Ad secundum respondendum est, mortem esse naturalem homini secundum se spectato, vt docent Theologi Scholastici cum Magistro lib. 2. sentent. distinct. 19. quod ex eo ostenditur, quia homo natura sua est mixtum animatum, quod ex se corruptioni subiacet, vt ex dictis patet. Primi tamen parentes conditi à Deo fuere cum dono immortalitatis supra ipsorum naturam, quod quandiu non peccassent,

De dono immortalitatis primis parentibus concesso.

cassent, retinerent, peccando amitterent; proindeque eorum corpora, licet in eo statu secundum sensum compositum mori non possent, quia si innocentiam seruarent nunquam interirent; in sensu tamen diuiso mori poterant, quatenus eis liberum erat, susceptā peccati labe, innocentiam amittere, atque ita incurrere mortis necessitatem, cui nunc omnes obnoxij sumus. Vnde illud est discrimnis inter beatos post resurrectionem, inter primos parentes in statu innocentiæ, & inter homines in statu naturæ lapsæ, in quo nunc sumus, quòd beati mori nunquam poterunt, primi parentes poterant nunquam mori, homines verò in statu naturæ lapsæ, non possunt non mori. Consule Mileuitanum Concil. Can. primo, Arausicanum Can. 2. Tridentinum sess. quinta, D. Augustinum lib. 6. de Genesi, ad litt. capit. 25. & lib. 13. de Ciuit. Dei capit. 20. & lib. 1. de peccat. merit. & remiss. D. Cyrillum lib. 11. in Ioann. cap. 15.

Concil. Mileuit. Arausic. Trident.

Quod autem obiiciebatur mortem pœnam esse, nec nisi ob culpam homini inflictam, dicendum mortem respectu hominis secundum naturæ conditionem præcisè spectati non debere propriè pœnam dici, sed duntaxat comparatione illius secundum eum statum, quo à Deo procreatus fuit, & à quo per culpam decidit.

Qua cōsideratione mors dicenda, aut non dicenda sit pœna.

Ad tertium, concedendum quod colligit, fatendumque eos, qui ita mortem obeunt, absque dolore extingui; quod affirmat Arist. in lib. de morte, & vita cap. 10. Mors ea, inquit, quæ in senecta accidit, doloti obnoxia non est. Idemque docuit Plato in Timæo hisce verbis. Quæ post senectam ad finem secundum naturam accedit, inter omnia mortis genera, à dolore alieniſſima est, & magis cum voluptate, quàm cum dolore fit. Cur autem hæc mors absque dolore accidat, causam reddit Aristoteles, quia fit sine externo, & violento affectu. Plato verò (quod eodem recidit) quia id, quod præter naturam est, dolorem inducit; quod autem per naturam, iucundum est: at mors, quæ per morbos, & vulnera contingit, præter naturam euenit, quæ calore vltro extabescente; secundum naturam. His non obstat quòd mors omnium maximè terribilis, ac formidabilis ab Aristotele dicitur: non enim id propterea ab illo asseritur, quòd mors omnis cum dolore sit, sed quia, vt ipse ibidem explicat, omnium terminus est. Adde etiam, quia etsi non naturalem, ordinariam tamen, & communem accerrimus dolor antecedit.

Dilutio 3.

Mors naturalis sine dolore.

Plato.

Tacita obiect. dilutio.

Obiicier aliquis, Ea diminutio caloris, quæ paulatim fit in extrema senecture vsque ad vitæ extinctionem, non potest non dissoluere temperamentum, cùm hoc requirat certam caloris moderationem; atque adeò necessariò ægritudinem inuehet, & non nihil doloris inurer: Ergo etiam mors illa naturalis cū dolore erit; non quidem in eo momento, quo anima à corpore separatur, quia tunc corpus, vt iam non informatur anima, ita neque sensus neque doloris particeps est, sed in tempore antecedente momentum separationis. Occurrendum tamen diminutionem illam caloris, quæ in senectute fit, non dici dissoluere simpliciter temperamentū, cùm id fiat secundum

Obiectio.

Refutatio obiect.

condi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conditionem ætatis, cui tunc ea diminutio, & temperamẽtum cum exiguo illo calore congruit, ac debetur; & ideò neque tunc morbum, neque ortum ex eo dolorem in iis, qui ita moriuntur, dari.

Dilutio 4. Ad quartum, dicendum multos multa polliceri, quæ non præstant; sed esto concedamus medicos nõ solùm dum morbos sanant, valetitudinemque restituunt, sed etiam aliis rationibus per artem adhibitis, posse aliquorum hominum vitam diutiùs extendere; ac fortasse etiam senectutem aliquantulum retardere: negamus tamen posse ab illis affici, vt homines in multa secula vitam protrahant. Si enim id possent, certè nemo diues non ab eis vitæ diuturnitatem auro emeret. Neque ob est, quòd contra venena, ac morbos complura, eaque salutaria remedia inuenta sunt. Namque multo promptius est aduentitia mala remouere, quàm effluxum humidi primigenij, & natiui caloris dispendia, quæ naturæ necessitate mortem inuehunt, resarcire. Nec item officit quòd cadauera aromatum condimentis à tabe integra diu seruentur: multo enim plus ad rerum viuentium, quàm ad non viuentium incolumitatem requiritur, vt ex superioribus facilè quiuis intelliget.

Non posse arte medica in multa secula vitam produci.

Cur humidũ aquè bonum restaurari non possit diximus in lib. Paruor. nat.

Dilutio 5. Ad quintum dicimus, primùm non videri negandum, quemadmodum Deus condidit corpora cœlestia naturæ suæ conditione expertia qualitatum corrumpentium, ita posse tribuere viuentibus aliquam qualitatem naturalis ordinis, qua fiat tuta, immuniaque à recipiendis extrinsecùs qualitatibus, quæ ipsa corrumpant, vel etiam à temperamento sibi proprio, ac debito remoueant. Quæ sententia ex eo corroboratur, quia virtus, qua lignum vitæ poterat homines in statu innocentiæ à senio defendere, & in flore iuuẽtutis conseruare, non erat supra naturã, sed naturalis ordinis, vt alibi ex Hugone à S. Victore, Strabo, & D. Thoma probabilius iudicauimus. Quare inficiandum non erit posse à Deo imprimi viuentibus talẽ qualitatem, ad eum, quem diximus effectũ, quæ nihilominus intra cancellos naturalium qualitatum contineatur. Neque tamen viuentia dicenda tunc erunt naturaliter incorruptibilia; quia eiusmodi qualitas, esto ordinis naturalis sit, non tamen ex ordinario naturæ præscripto eis debetur, sed ex beneficio auctoris naturæ, conferenda erit.

De virtute ligni vitalis.

In lib. Parv.

Obiectio. Quòd si opponas, omne accidens materiale ordinis naturalis referri transcendenti respectu, ad aliquod corpus naturale, proindeque ei naturaliter deberi. *Responsio.* Respondemus ex tali respectu transcendenti tantum sequi, si eiusmodi accidens existat, oportere inesse in eo corpore, quod respicit; non tamen sequi, debitum illi esse eiusmodi accidens, cùm ex parte causæ efficientis est supra vim naturæ; licet quoad suam entitatem sit ordinis naturalis. Si autem petas, ad quodnam corpus dicendum sit referri id accidens, si nulli corpori debetur. Dicimus verbi gratia qualitatem illam conseruatricem corporum viuentium referri ad ipsa corpora viuentia, similiterque iudicandum de aliis id genus qualitatibus.

Et hæc quidem sententia hunc in modum fortasse defendi potest

test. Contraria tamen, quæ asserit non posse à Deo produci talẽ qualitatem ordinis naturalis, quæ corpora viuentia suapte natura corruptibilia à corruptione perpetuò defendat, reddatque interitus expertia, probabilior videtur. Primùm, quia capacitas recipiendi qualitates corrumpẽtes, prouenit ex natura materiæ, & ex natura formæ, siue ex modo informandi illius, atque adeò ex intimis naturæ principiis. Quare non videtur per aliquam vim naturæ, seu per aliquam qualitatem in naturę ordine contentam, posse subiectum alioqui capax, reddi perpetuò incapax ad recipienda prædicta accidentia, siue ab eorum receptione impediri. Quemadmodum neque fieri potest, vt corpus cœleste, quod incorruptibile est, per aliquam naturalem qualitatem fiat capax accidentium corrumpentium, & interitum subeat. Deinde, quia non apparet quamobrem qualitas illa dicatur ordinis naturalis, ac non potiùs supernaturalis. Nec enim dicetur naturalis ratione causæ efficientis, siquidem in confesso est illam à solo Deo, qui supernaturalium qualitatũ auctor est, produci posse, si producibilis est. Non ratione finis, siue effectus, quem edit; quia hic est conseruatio corporum ab interitu; quem effectum præstabit etiam qualitas, in qua consistit dos impassibilitatis, quam supernaturalem esse tuetur communis sententia Theologorum. Nec denique ratione subiecti, cum neque sequatur eius formam, neque illi debita commensuratáve sit. Nulla est ergo ratio cur eiusmodi qualitas dicatur ordinis naturalis.

Vnde prouenit capacitas recipiendi qualitates corrũpentes.

Dos impassibilitatis qualitas supernaturalis.

Quæ verò in contrariam partem adducta sunt non difficilem habent explicatum. In primis enim ad id, quod de corpore cœlesti asserebatur, dicendum corpus cœleste conditum fuisse à Deo incorruptibile: quia constat ex materia suapte natura incapaci qualitatum corrumpentium, & ex forma inseparabiliter informante, quæ quidem forma (licet etiam ponamus materiam cœlestem, & sublunarem esse eiusdem speciei, atque adeò cœlestem in se præcisè sumptam non esse incapacem qualitatum corrumpentium) ex proprio modo actuandi materiam, reddit ipsam inidoneam ad recipienda accidentia, quæ interitum moliuntur. Patet autem in istiusmodi incorruptibilitate nullam inuolui repugnãtiam, quæ tamen inuoluenda erit, si corpus natura aptum ad corruptionem, fiat vi naturæ ineptum ad eandem.

Incorruptibilitas cœlestiũ corporũ.

Quod item dicebatur, videlicet eam qualitatem, de qua agimus, non deberi viuẽtibus ex ordinario naturæ instituto, sed munere auctoris naturæ conferendã: Præterea eatenus tantùm referri ad viuentia respectu transcendenti, quatenus, si existat, non nisi in eis esse debeat, ideoq; haud naturalẽ esse; non satisfacit, quia omnis materialis qualitas ordinis naturalis simpliciter debetur alicui corpori naturali; cùm deberi illi non sit aliud, quàm esse ei conuenientem & commensuratam, quod necessariò vendicat omnis qualitas naturalis ordinis comparatione alicuius corporis naturalis. Item, quia tametsi ex eo, quòd lumẽ gloriæ, verbi causa, relatione transcendẽti respiciat intellectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accidentia ordinis naturalis necessariò vendicãt certa subiecta.

tellectum beatum,non sequatur,esse illi connaturale,debitúmve;accidentia tamen ordinis naturalis aliam sortiũtur rationem;quandoquidem,ob eam commensurationem,& conuenientiam,quam diximus,necessario vendicant certa subiecta,ad quæ simpliciter referantur,tanquam eis debita & connaturalia.

De virtute pomi vitalis.

Quod ad vitalis pomi virtutem attinet,dicimus eiusmodi pomum non habuisse vim tribuendi incorruptibilitatem,de qua agimus,sed dũtaxat compensandi optimo humido iacturam humidi primigenij, ita vt sæpius repetitum arceret senectutem,& eam mortem,quę degenerãte humido senectute obuenit.Itaque adhuc homo simpliciter corruptibilis maneret,nisi ei aliunde prouisum esset, quia ignis v.c. aliaque extrinsecus aduenientia lædere eum possent. Quare ne noxiis qualitatibus succumberet,iisque mortem oppeteret,consultum ei prætereà fuit tum per propriam vigilãtiam,ac circunspectionem, tum maximè per peculiarem prouidentiam, assistentiamque diuinam , & substractionem concursus generalis ad omnem actionem, & effectum qui aliquod ei nocumentum posset inuehere;vt alibi diximus.Vel certè vltra externam prouidentiam,& beneficium conditoris,tributa ei fuit qualitas quædam,quæ corpus à corruptione seruaret,siue inhærens ipsi corpori,vt quibusdam videtur,siue animæ, vt aliis placet,quod nobis minus arridet. Verùm non est dicendum istiusmodi posteriorem qualitatem naturalis fuisse ordinis sed supernaturalis:esto vi talis pomi virtus fuerit naturalis,eique pomo conueniens,ac debita.

Dilutio vlti mi arg. primi art.

Explicandum nunc superest vltimum primi articuli argumẽtum, circa quod sciendum;nonnullos in quæstionem vocasse, num anni, quibus prima mundi origine homines vixere , tot mensibus constiterint,quot nostri,an paucioribus.Nam quod non eadẽ fuerit omnibus temporibus , neque apud omnes gentes mensium & annorum computatio,cõstat ex iis,quæ scripsit Xenophon in lib.de Æquinoctis,Berosus 3.antiquitatum,Plinius lib.7.naturalis historiæ cap.48. aliique nonnulli.

Xenophon. Berosus. Plinius.

D. Augus.

D.tamẽ Augustinus loco citato,aliique Patres,& Theologię professores sententiam illam de breuitate annorũ in primis mundi ætatibus nequaquam audiendã censent;& quidam meritò tum ob alias rationes,tum quia si inibi tam breues anni intelligendi essent,vt singuli è nostris denos illorum comprehenderent,sequeretur Enos nono,Cainan verò septimo ætatis suæ anno genuisse:cùm sacra pagina narret Enos nonaginta annorum,Cainan septuaginta,liberos suscepisse.Item quia cap.7.Gen.eo anno,in quem diluuiũ incidit,fit mentio primi, secundi, septimi & decimi mensis.Nec euadet qui dixerit eos menses tribus tantum diebus constitisse;cum ibidem diuinæ literæ referant decimum septimum diem mensis secundi,vigesimum septimum mensis septimi,septimum,& vigesimum mensis secundi.

Quatuor ea sa ob quæ

Dicendum igitur est multis de causis , tot seculorum vitam illis hominibus contigisse.Primùm, quia vis ipsa humanæ naturæ vegetior

tior in iis erat,ac fortior, vtpotè suo fonti, & principio vicinior. Secundò,quia tunc maior erat Medicinæ artis & remediorum ad arcendos morbos peritia , multoque maior vigebat tunc cognitio herbarum,fructuum,lapidum,& aliarum rerum,quæ ad vitam conseruandam,& producendam vim obtinent;communicata videlicet ab Adamo quasi per manus ipsius posteritati, tum earum , tum aliarum complurium rerum scientia.Tertiò,quia terræ fructus,quibus homines vescebantur, ante aquarum eluuionem , ad alendam, & sustentandam vitam , plus in se virium cohibebant ; nondum solo conspersò aquarum sallsedine,quam constat sterillitatem inducere. Quartò , quia tunc homines maiorem sobrietatem in victu, potuque seruabant:constat enim ciborum multitudinem & condimentorum varietatem stomachi vires infringere,morbos inuehere, vitam minuere.

priscis hominibus diuturnior vita fuit.

Ciborũ multitudo vētriculi vires minuit.

Iam verò de illo annorum numero, quem nonnullos vixisse,referunt gentium scriptores,vt in argumento commemorauimus:si de iis,qui post diluuiũ vixere,loquantur,non est cur, an ita sit,magnopere laboremus, nec cur ita fuisse credamus , præsertim cùm Græci scriptores multa in historiis mentiantur. Plinius lib.7.Naturalis historiæ cap. 48. cùm ex nonnullis auctoribus longissimam quorundam vitam retulliſſet,subdit opinionem illam ex temporum inscitia ortum habuisse , propterea quòd alij vnum æstate annum determinabant, alterum hyeme:alij quadripartitis temporibus , sicut Arcades,quorum anni trimestres fuere:quidam lunæ Senio, vt Ægyptij. Quod prodidit etiam Solinus Polyhist.cap.3.& Lactantius lib.2.diuinarum instit.cap.12.ex Varrone.At enim ex recentibus rerum indicarum historiis,constat apud vrbem Dium inuentum à Lusitanis quendam è Gangaridum gente , annos trecentos triginta quinque natum, cui aliquoties deciderant dentes aliis mox succedentibus in eorum locum,cui etiam barba vbi omnino incanuisset,reflorescente ætate iterum nigrescebat. Sed hæc naturæ prodigia rara omnino sunt , & quæ si quando existant, non oriuntur nisi ab aliqua extraordinaria naturæ vi,quam medici & philosophi magis admirentur, quàm percipiant,aientes illam barbæ,dentium, & iuuentutis renouationem,in naturæ potestate non esse, quod tamen non absolutè, sed de vsitata naturæ facultate,intelligi debet.

Graci historici multa mentiuntur.

Solinus. Lactantius.

Quibus positis, respondendum, licet quorundam vita adeò fuerit diuturna, non iccirco,vlla cura humana , artisve beneficio posse hominem aut aliud viuens à necessitate moriendi in perpetuum vindicari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITIS XI. Explanatio.

ΚΕΦ. ια.

Generationes alias esse necessarias, aliàs contingentes.

VM autem in hisce. Quia statuit rerum ortus & occasus perpetuos, ac perennes esse, ita vt intermitti nequeant, in controuersiã adducit, num eiusmodi series ita procedat, vt priuata alicuius rei generatio: & res, quæ per eam producitur, necessaria sit, vel potius omnes accidẽtario euentant, possintque esse & non esse. Huic quæstioni respondet, quasdam generationes necessarias esse quasdam non esse, idémque similiter dicendum de iis, quæ per generationem producũtur. Pronuntiatum hoc probat Aristoteles duplici ratione, quarum prior, quia sumitur à distinctione Græci vocabuli rem futuram significantis, quæ dictio apud Latinos non est, in Græco tantum idiomate vim obtinet. Ea verò ita se habet, Ad rem futuram significandam aut vsurpamus verbũ ἐσόμενον quod denotat rem necessariò futuram: aut μελλον quod denotat rem posse esse & non esse. Igitur rerum quædã necessariò, quædam nõ necessariò fient. Posterior ratio ita concluditur, Generatio est via ad esse: ergo sicuti se habet esse rerum: ita & earum generationes: sed quoddam esse est necessarium, vt Solem in orbem moueri, quoddam cõtingens, vt Socratem curtere: ergo & generationum quædam erunt necessariæ, aliæ contingentes. Hæc probatio eò tendit, vt doceat Aristoteles generationes specierũ, id est, singularium, si spectentur quatenus per ea species conseruantur, necessarias esse: quia species rerum per se ad vniuersi ordinem & pulchritudinem requirũtur: generationes autem singularium, si vnumquódque in se consideretur, non esse necessarias, sed contingentes,

Generatio via ad esse.

Species requirũtur ad perfectionẽ vniuersi.

Text.63. ΕΠΕΙ δ' ἐν τοῖς συνεχῶς κινυμένοις Text.63.
κύκλῳ ἡμῖν, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ ὅλως
μεταβολήν, ὁρῶμεν τὸ ἐφεξῆς ὂν
καὶ γινόμενον τόδε μετὰ τόδε, ὥστε
μὴ διαλείπειν· σκεπτέον, πότερόν
ἐστί τι ὃ ἐξ ἀνάγκης ἔσται, ἢ οὐδέν, ἀλλὰ πάντα συμβήσεται μὲν γίγνεσθαι· ὅτι μὲν γὰρ ἔνια, δῆλον, καὶ οὐδὲς Text.64.
τοῦτο ἔσται, καὶ τὸ μέλλον ἕτερον διὰ τοῦτο· ὁ μὲν γὰρ
ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι ἔσται, δεῖ τοῦτο εἶναί ποτε ἀληθὲς
ὅτι ὄντι· ὁ δ' ὂν ταῦτ' ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι μέλλει, οὐδὲν κωλύει μὴ γίγνεσθαι· μᾶλλον γὰρ ἂν βαδίζειν τις, οὐκ ἂν Text.65.
βαδίσειεν. ὅλως δ', ἐπεὶ ἐνδέχεται ἔνια τῶν ὄντων καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, δῆλον ὅτι καὶ τὰ γιγόμενα
ὅτων ἐξ, καὶ τὰ ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ἔσται. πότερον οὖν Text.66.
ἅπαντα τοιαῦτα, ἢ οὔ; ἀλλ' ἔστιν ἀναγκαῖον ἀτελῆ
γίνεσθαι, καὶ ὥσπερ ὅπου τὸ εἶναι), τὰ μὲν ἀδύνατα μὴ εἶναι, τὰ δὲ δυνατὰ, ἕτως ἔχει περὶ τοῦτο γίγνεσθαι· ὁ προπὰς ἄρα ἀνάγκη γίγνεσθαι, οὐκ οἶόν τε μὴ ἐνδέχεσθαι. ᵇ εἰ δὴ τὸ πρότερον ἀνάγκη γίγνεσθαι, εἰ Text.67.
τὸ ὕστερον, ἔσται· οἷον εἰ οἰκία, θεμέλιος· εἰ δὲ τοῦτο, πηλός. ἆρ' οὖν καὶ εἰ θεμέλιος ἔσται ἢ τοῖχος, ἀνάγκη ἢ οἰκίαν γίγνεσθαι· ἢ οὐκ ἔστι, εἰ μὴ κἀκεῖνο ἀνάγκη γίγνεσθαι ἁπλῶς; εἰ δὲ τοῦτο, ἀνάγκη δὲ θεμελίῳ γίγνομένῳ, γίγνεσθαι οἰκίαν· ὥστε καὶ λίθῳ τὸ πρότερον ἦν πρὸς τὸ ὕστερον· ὥστε εἰ ἐκεῖνο ἔσται, ἀνάγκη ἐκεῖνο πρότερον γίγνεσθαι. εἰ τοίνυν ἀνάγκη γίγνεσθαι τὸ ὕστερον, καὶ τὸ πρότερον ἀνάγκη· καὶ εἰ τὸ πρότερον, ἢ τὸ ὕστερον τοίνυν ἀνάγκη· ἀλλ' οὐ δι' ἐκεῖνο, ἀλλ' ὅτι ὑπόκειται ἐξ ἀνάγκης ἐσόμενον. ἐν οἷς ἄρα τὸ ὕστερον ἀνάγκη εἶναι, ἐν τούτοις ἀντιστρέφει. καὶ ἀεὶ τῶν πρότερον γιγομένων, ἀνάγκη γίγνεσθαι τὸ ὕστερον. ᶜ εἰ μὲν Text.68.
οὖν εἰς ἄπειρον ἦσαν ὧν τὸ κάτω, οὐκ ἦσαν ἀνάγκη τὸ ὕστερον τόδε γίγνεσθαι ἁπλῶς· ἀλλ' ἀδ' ἐξ ὑποθέσεως· ἀεὶ γὰρ ἕτερον ἐμπροσθεν ἐξ ἀνάγκης ἦσαν. διὸ καὶ ἐκεῖνο ἀνάγκη γίγνεσθαι. ὥστε εἰ μή ἐστιν ἀρχὴ τῶν ἀπείρων, οὐδ' πρῶτον ἔσται οὐδέν, εἰ ὁ ἀναγκαῖον ἔσται γίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν ἀδ' ἐν τοῖς πέρας ἔχουσι τοῦτο ἔσται εἰπεῖν ἀληθῶς, ὅτι ἁπλῶς ἀνάγκη γίγνεσθαι, οἷον οἰκίαν, ὅταν θεμέλιοι γένωνται· ὅταν γὰρ γένωνται, εἰ μὴ

CAP. XI.

Text.63. VM autẽ in hisce, quæ per ortum, alterationémve aut omnino transmutationem continẽter mouentur, hoc post hoc deinceps esse, ac oriri intentum vt nõ deficiant, videamus, vtrum quippiam sit quod erit necessariò, an nihil, sed omnia
Text.64. non fore contingat, considerandũ est. Palam enim est, quòd nõnulla. Atque continò fore & esse futurum, hac de causa diuersa sunt. Nã de quo verum est dicere ipsum fore, de eo tandem hoc, ipsum inquã esse, verum sit oportet: de quo verò nũc verum est dicere ipsum esse futurũ, hoc nõ fore nihil vetat.
Text.65. Nam tametsi futurũ est, vt quispiam ambulet; tamen fieri potest, vt non ambulet. Omninò autem cum ex entibus nõnulla & esse & nõ esse cõtingat, quòd & ea quæ gigni solent, ita sese habebunt, &
Text.66. non necessariò erunt, apertũ est. Vtrum igitur vniuersa sint eiusmodi, an non; sed aliqua simpliciter fore necessarium sit, & sicut in ipso esse sit, vt quædam non possint non esse, quædam possint esse, sic & in ipsa quoq; generatione? verbi gratia, solstitia fore necesse est, nec fieri potest, vt non contingant.
Text.67. [b] Si igitur priùs fore necesse est, posterius erit: vt si domus, fundamentum. si verò fundamentũ, lucum: non ne ergò si fundamentũ factũ est, domum quoq; fore necesse est: an non adhuc, nisi & eã fore simpliciter necesse sit? quod si hoc sit facto fundamẽto, fore domũ necesse est. Nam sic priùs sese habet ad posterius. Qua de causa si hoc erit, ante fore illud est necesse. Si itaque est necesse fore posterius, priùs quoque necesse est: & si priùs & posterius. Verùm non ob illud, sed quia necessariò futurũ supponebatur. In quibus ergo posterius esse necesse est, in hisce recurrit, semperq; si priùs est factum, posterius fore
Text.68. necesse est. [c] Quod si deorsum versus in infinitum habeãt, haud quaquã ex posterioribus hoc fore simpliciter, sed ne ex suppositione quidem erit necesse: nã semper aliud ante necessariò erit: quocirca & illud fore necessarium erit. Quare si infiniti non sit principiũ, nec primũ quicquã erit, ob quod fore erit necessarium. At verò ne in hisce quidẽ, quæ finem habent, atq; terminum, hoc verò dici continget & simpliciter, inquã, fore quippiam, ceu domum, ciem factũ fuerit fundamẽtum. Nã cum fuerit factum, nisi

gentes, quia nullum singulare corruptibile per se sumptum ad vniuersi perfectionẽ, & ornatum exigitur. Consule de hac re D. Thom. lib. 2. contra Gent. cap. 84.

[b] *Si igitur priùs.* Vt enucleate explicet quo pacto in generatione dissolubilium substãtiarum necessitas inueniatur, dubitat vtrum sicut id, quod ortu prius est, necessario arguitur ex eo, quod ortu est posterius, vt ex tecto fundamentum, ex fundamento lutum: ita retro commeet, & ex priori colligatur necessariò posterius. Huic dubitationi *Dubium.* respõdet, cùm posterius in se necessarium est, tũc necessariò colligi ex priori: vt si oportet simpliciter domum esse, vtique necessaria rerũ consequentia, ex fundamento arguemus domũ futuram, licebitque mutuò reciprocare, si hoc est, illud est, si illud est, hoc est. Quòd verò in talibus rerum genere non est dicendum, posterius simpliciter colligi ex priori, sed ex cõditione suæ naturæ, cùm ponatur in se absolute necessariũ esse, nõ autem ex hypothesi. Ex his capi vult Aristoteles documẽtum ad diiudicandum, quando ex generatione prioris necessariò inferatur generatio posterioris, videlicet, quando generatio posterioris, in se est absolutè necessaria.

[c] *Quod si deorsum.* Duplicẽ generationum progressum considerare oportet. Vnum rectum, alterum circulatem, seu in orbem. Rectus dicitur cùm formæ, quæ in materiã inferuntur, semper *Progressus generationũ duplex.*

 per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per inter se specie differunt. Circularis vocatur, cùm eiusmodi formę nõ omnes differunt specie, sed fit regressus ad illã, quæ est eiusdem speciei. Prioris progressus exẽplum est, cùm ex terra fit aqua, ex aqua aër, ex aëre ignis, omnes enim hæ formæ specie distinguũtur. Posteriorisverò, cùm ex aqua fit aër, ex aëre ignis, ex igni terra, ex terra aqua, ex aqua rursus aër, vbi à generatione aëris fit reuolutio ad generationem eiusdem aëris. Quòd ergo generationes in rectũ nõ possint esse necessariæ probat Aristoteles, quia vel tũc essent finitæ, vel infinitę: quorũ neutrum dici potest. Nõ primum, quia sequeretur generationes non esse perpetuas. Non posterius, quia si semper alia, & alia forma introducitur, nulla erit simpliciter necessaria. Superest ergo vt dũtaxat progressus circularis generationum necessarius sit: & ex vna priori generatione necessariò sequatur alia, (etsi quibusdã interpositis, vt in proposito exẽplo ostẽditur) qua redeat idem secũdum speciem, quod si nõ cõtinuatione, regressione tamẽ perpetuũ fit. Atque hoc modo alterni ortus, obitusque elementorũ perenni circuitione sic in mundo existũt, vt & ipsa elemẽta seruentur, & cuiusque generatio, quatenus in orbẽ redit, neq; vnquam ex toto cessat, necessitatẽ perẽnitatemq; obtineat.

Progressus circularis generationum necessarius.

εἰ μὴ ἀεὶ τοῦτο ἀνάγκη γίνεσθαι, συμβήσεται ἀεὶ εἶναι τὸ ἐξ οὗ ἐχόμενον μὴ ἀεὶ ἔσται. ἀλλὰ δὴ τῇ ἡλίκῃ ἀεὶ ἔσται, εἰ ἐξ ἀνάγκης ἔστιν ἡ γένεσις· τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης καὶ ἀεὶ ἅμα· ὁ γὰρ εἶναι ἀνάγκη, οὐκ ἔστι μὴ εἶναι· ὥστ' εἰ ἔστιν ἐξ ἀνάγκης, ἀίδιόν ἐστι· καὶ εἰ ἀίδιον, ἐξ ἀνάγκης. καὶ εἰ ἡ γένεσις τούτων ἐξ ἀνάγκης, ἀίδιος καὶ ἡ γένεσις τούτου· καὶ εἰ ἀίδιος, ἐξ ἀνάγκης. εἰ ἄρα τινὸς ἐξ ἀνάγκης ἁπλῶς ἡ γένεσις, ἀνάγκη αὖ κυκλεῖν καὶ ἀναπίμπλην· ἀνάγκη γὰρ ἦδη πέρας ἔχειν τὴν γένεσιν, ἢ μή· καὶ εἰ μή, ἢ εἰς ἄλλο, ἢ κύκλῳ. τούτων δ' ἐπιπρόσθεν ἀίδιον, ὡς εἰς ἄλλο οἷόν τε, ὄντος τοῦ μηδαμοῦ ἔστι ἀρχαίου· μήτ' ἄρα κάτω, ὡς ὅπερ νῦν ὑπολαμβάνομεν. μήτε ἄνω, ὡς ὅπερ τὸ γιγνόμενον ἀναγκαῖον ἦν ἀεὶ ἀρχαῖόν τι, μὴ πεπερασμένης ὑπαρχῆς ἀίδιον ἔσται. διὸ ἀνάγκη κύκλῳ εἶναι. ἀντιστρέφει ἄρα ἀνάγκη ἐνταῦθα. οὗ μὲν γὰρ τοδὶ ἐξ ἀνάγκης ἐστίν, τὸ πρότερον ἄρα· ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦδε, τὸ ὕστερον ἀνάγκη γίνεσθαι. καὶ τοῦτο ἀεὶ δὴ συμβαίνει· ὑπῆρχε γὰρ τοῦτο διαφορὰ λέγειν, διότι δύο ἢ πολλῶν· ἐν τῇ κύκλῳ ἄρα κινήσει ἡ γένεσις ἔσται τὸ ἐξ ἀνάγκης ἁπλῶς· καὶ εἰ κύκλῳ, ἀνάγκη ἕκαστον γίνεσθαι καὶ ὑγρότητα· καὶ εἰ ἀνάγκη, ἢ τούτων γένεσις κύκλῳ· τοῦτο μὲν δὴ ἄλλο γενήσεται ἀίδιον, καὶ ἄλλος ἐφάπτει ἡ κύκλῳ κίνησις, καὶ ἡ τοῦ ἡλίου, ὅτι τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης ἔσται, καὶ ὅταν ἔσται ταύτας κινήσῃς, καὶ ὅταν δὴ ταύτην· εἰ γὰρ τὸ κύκλῳ κινούμενον δεί τι κινεῖ, ἀνάγκη καὶ τούτων κύκλῳ εἶναι τὴν κίνησιν· οἷον τὸν ἄνω φορὰς ὕσης, ὁ ἥλιος κύκλῳ φέρεται· ὅταν δὲ τοῦτος αἰ ὧραι· δῆλον τοῦτο κύκλῳ γίνονται καὶ ἀναπίμπλησι. τούτων δ' οὕτω γινομένων, πάντ' ἤδη τούτων. τί οὖν δή ποτε τὰ μὲν οὕτω φαίνεται, οἷον ὕδατα καὶ ἀὴρ κύκλῳ γινόμενα· καὶ εἰ μὲ νέφη ἔσαι, δεῖ καὶ ὕσαι· καὶ εἰ ὑετός τις, δεῖ καὶ νέφη εἶναι· ἄνθρωπος δὲ καὶ ζῶα οὐκ ἀνακάμπτουσιν εἰς ἑαυτὰς, ὥστε πάλιν γίνεσθαι τὸν αὐτόν· ἢ γὰρ ἀνάγκη εἰ ὁ πατὴρ ἐγένετο, σὲ γενέσθαι. ἀλλ' εἰ σύ, ἐκεῖνον. εἰς ἄλλο δὴ τὸ ἔοικεν εἶναι αὐτῇ ἡ γένεσις. ἀρχὴ δὲ τοῦ σκέψασθαι πάλιν αὖτη, πότερον ὁμοίως ἅπασι ἀνακάμπτει, ἢ οὔ. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀριθμῷ, τὰ δὲ εἴδει μόνον, ὅσων μὲν οὖσία ἄφθαρτος ἡ κινοῦσα. φανερὸν ὅτι κατὰ ἀριθμὸν ταὐτὰ ἔσαι· ἡ γὰρ κίνησις ἀκολουθεῖ τῷ κινοῦντι. ὅσων δὲ μὴ, ἀλλὰ φθαρτὴ, ἀνάγκη τῷ εἴδει ἀριθμῷ δὲ μὴ, ἀνακάμπτειν. διὸ ὕδωρ ἐξ ἀέρος, καὶ ἀὴρ ἐξ ὕδατος, εἴδει μὲν ὁ αὐτὸς, οὐκ ἀριθμῷ. εἰ δὲ καὶ ταὐτὰ ἀριθμῷ, ἀλλ' ἔχων ἡ οὐσία τοιαύτην, οἵαν ἐνδέχεται μὴ εἶναι.

Text.69.

Text.70.

Dubium 1. [d] *Cur nam igitur.* In dubitationẽ adducit cur quædam ex se mutuò in circulum oriantur vt cùm ex aëre fit aqua, rursumq; ex aqua aër, & è vaporibus pluuia, atque è pluuia vapores; neque tamen idem in animantibus accidat: non enim vt ex Sophronisco Socrates,

nisi semper eã fieri sit necesse, semper id esse, quod potest non esse, eueniet. At in generatione semper sit est necesse, si ipsius generatio necessariò sit: nam necessariò & semper simul sunt: quod enim esse est necesse non potest nõ esse. Quare si quid necessariò est, sempiternum est: & si sempiternum est, necessariò est. Si itaque huiusce generatio necessariò est, sempiterna est: & si sempiterna, necessariò. Si igitur generatio cuiuspiã necessariò simpliciter sit, in orbem eat, eodemq; reuertatur necesse est. Nam generationem, aut terminũ habere, aut nõ habere, necesse est. Et si non habent, aut in rectum, aut in circulum. Horũ autem, si sempiterna sit, in rectum minime possibile est, quia nequaquã sit principiũ, neque deorsum, vt in futuris accipimus, neque sursum, vt in hisce, quæ iam facta sunt. At esse principium, si finitæ non sit, atque eam sempiternam esse necesse est. Quocirca circularis sit, est necesse. Igitur regressum fieri necesse erit. At si hoc necessariò sit, ergo & prius: at verò si hoc & posterius fore erit necesse: atque hoc semper continuè: nihil enim refert per duo, an plura hoc dicamus. Igitur necessariò simpliciter circulari motui, atque generationi competit. Et si in orbem fiat generatio, fore quódque, esse factum necesse est: etsi necesse sit horum Text.69. *generatio circularis erit. Hac itaque non sine ratione accidunt posteaquam motus ille circularis atque cælestis perpetuus est: nam hæc necessariò fiunt, & erunt quæcunque huiusce motiones sunt, & propter hunc fiunt motum. Nam si id, quod in orbem mouetur, aliqua semper moueat, eorum quoque motum circulare esse necesse est, vt si supera latio orbita sit, sol orbito mouetur. Quoniam autem hoc pacto mouetur, hac sanè de causa anni tempora in circulum fiant, redeuntque. Quæ cum ita fiant, omnia proficiò, quæ sub* Text.70. *ipsis sunt, haud secus fient.* [d] *Cur nam igitur quædam ita fieri videntur, nempe circulatim oriri, vt pluuia, & aër (nam si nubes erit, pluat etiam oporteret, & si pluat, nubem quoque fore conuenit) homines verò & animalia in sese non redeunt remeantq; ita, vt idem rursum oriatur? non enim si pater sit te fore, sed illum, si tu sis necesse est: hæc autem generatio in rectum proficisci videtur. Rursum autem hoc considerationis initium sumatur, simili ne modo vniuersa redeant, an non: sed quædam numero, quædam specie solum? Quorum igitur substantia motum subiens incorruptibilis est, ea omnia, vt patet, etiam numero eadem redire solent: nam motus id comitari solet, quod motu cietur. Quorum verò non, sed corruptibilis, specie, non item numero, reuerti necesse est. Quocirca cum ex aëre aqua fit, & ex aqua aër, aer specie idem, non numero redit. Quod si & eadem numero aliqua redeant, non tamen ea, quorum substantia ortum subit eiusce modi existens, qua non esse possit.*

Dubium 2.

Responsio.

Socrates, ita rursum ex Socrate Sophroniscus generatur. Quæritur etiam num idem numero redire queat. Huic autem posteriori dubio occurrit dicendo quæ sempiterna sunt & interire nequeunt, ea posse redire secundum numerum, vt idem Sol ad Arietem: caduca verò non nisi secundum speciem regredi. Vnde etiam prioris ambiguitatis explicatio liquet. Sicut enim in reciproca aëris & aquæ generatione non idem numero, sed idem specie restauratur, ita neque in ortu animantium: cùm vtrobiq; idem numero reparari impossibile sit.

QVÆSTIO

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO I.

Num quod semel interiit, per vim naturæ idem omnino redire possit necne.

ARTICVLVS I.

Veterum in proposita quæstione sententia, eiusque improbatio.

Platonicorũ dogma.

VARIÆ sunt in hac controuersia Philosophorum sententiæ. Nam Platonici, vt D. August. lib. 12. de Ciuitate Dei cap. 13. refert, & ex eorum libris constat, arbitrati sunt, confectis syderum, cœlorúmque cursibus, & peracto magno anno, easdem omnino causas, eosdemque effectus perpetuò redituros, vt verbi gratia, sicut Plato Philosophus Athenis in Academia discipulos docuit; ita prolixis temporum interuallis, sed tamen certis, & idem Plato, & eadem ciuitas eademque schola, iidemque discipuli repetiti, & per innumerabilia temporum

Anni magni spatium.

secula repetendi sint, eodem scilicet magno anno vertente. Hunc verò annum nonnulli è Platonicis triginta sex millibus nostrorum annorum concludebant, quo spatio credidit Ptolemæus peragi cursum nonæ Sphæræ ab occasu in ortum. Cui tamen rectè contradixit

Ptolemæus. Alphonsus Rex.

Alphonsus Rex in suis tabulis aiens non nisi quadraginta nouẽ millibus annorum eiusmodi periodum confici. Ad hæc, Platonicorum

Dogma Platonicorũ vnde fluxerit.

dogma fuit, quod illi à Pythagoræis: hi verò ab Ægyptiis, vt Herodotus lib. 2. scripsit, acceperunt, animas, cum è corporibus exiissent, ad corpora sæpius redire. Aiebant autem Platonicorum nonnulli huiusmodi animarum descensum in corpora per orbes mundanos gradatim fieri. Nam aliquando animam vitam agere ætheream apud eam stellam, cui vel natura, vel affectu est propinquior; aliquando Dæmoniacam in igni: hinc Heroicam in aëre: denique in terris humanam.

Varietas corporũ, in quæ redire animas finxerũt veteres.

Ac nonnulli etiam è Pythagoræis, & Platonicis, itemque Hiarchas, Brachmanes, Zoroastres, Trismegistus, & Appollo Thianæus animos ratione præditos in belluina corpora, belluarum animas in corpora humana vicissim demigrare dixerunt. Aiebant præterea humanos animos pro ratione ante actæ vitæ, pecudum corpora sortiri. Eos qui cãtui dediti fuissent in luscinias, olores, aliásve eiusmodi cantatrices aues: qui fœdis voluptatibus, in porcos; qui latrociniis in lupos; qui iracundiæ in serpentes: qui audaciæ in leones: qui fraudibus in vulpes degenerare. Homerũ in pauonem; Orpheum in Cygnum abiisse. Animam Thamyræ philomelam affectasse: Aiacis leonem, Agamenonis aquilam, Thersitis simiam. Ex eodem quoque placito effluxit id, quod narrat Plutarchus in libro de sera numinis vindicta nempe miserorum opifices conatos fuisse Neronis animam

De anima Neronis.

clauis

clauis ignitis vndique transfixam in Pindaricæ Echidnę speciem vertere, ac tranformare, vt per viscera erumpens partu matrem deuoraret, ac laniaret; fuisse tamen in aliud bruti genus cicurius, nempe in reptile iuxta lacus commorans, transfusam: propterea quòd Græcorum genus seruitutis iugo liberasset.

Interpretatio Alcinoi.

Alcinous in libro de doctrina Platonis cap. 16. sic Platonicum dogma interpretatur. Cùm, inquit, omnium artifex, quamliber animam anteà cognato astro tanquã vehiculo imposuisset, instar legum conditoris fatales eis leges explicanit, vt ipse extra culpam delictorum existeret. Docuit igitur perturbationes à corpore exorituras voluptatem, dolorem, metum, iram; quas si vincerent in cognatum astrum denique redituras: si verò ab iis superarentur, generatione secunda, in vitam fœminæ migraturas: Et quæ nondum ab improbitate cessarent, in belluarum corpora immittendas.

D. Augustini expositio.

Sunt verò nonnulli, è quorum numero est D. August. lib. 7. de Genesi ad literam cap. 10. qui sentiunt, vti par est, præclaros illos philosophos veram nostrorum animorum in pecudum corpora transmigrationem haudquaquam docuisse: sed rebus fictis adumbrasse quo pacto homines vitiis & moribus deprauatis quodãmodo propriam exuant naturam, & in bestias mutentur. Itaque animorum transitum non in pecorum membra, & effigiem, sed in pecorum affectus significasse. Vel etiam propterea eiusmodi palingenesiam finxisse, vt homines metu pœnæ & futuræ post mortem conditionis à sceleribus deterrerent. Quo fit vt Philopponus lib. 1. de anima ad textum 53. Aristotelem mordacitatis insimulet, quòd Pythagoricam philosophiam de animorũ reditu in corpora siue humana, siue belluina tanquam fabulosam, ac minimè seriam contempserit; cum lateant in iis occulta mysteria, quæ Philosophi, ne inuulgentur, atque omnibus passim fiant obuia, recondere consueuerunt. At enim morem hunc cur Arist. interdum improbet, diximus in primo Physicæ Auscultationis lib. cap. 7. quæst. 1. art. 1.

Quod ità resurrectio non nisi supernaturaliter sit possibilis. D. Dionys. c. 6. de diu. nom. D. Greg. hom. 20. in Ezech. D. Damasc. lib. 4. de Fid. orth. c. 28. D. Chrys. hom.

Cæterùm quidquid illi existimarint, siue etiam dixerint animas remeaturas ad propria corpora; ex quo sequebatur reparandum idemmet singulare, quod perierat: siue asseruerint immigraturas in corpora diuersa; ex quo non colligebatur idemmet singulare restituendum fore; cùm numeralis identitas compositi Physici nõ nisi ex eadem materia, eademque forma singulari consurgat: fides tamen orthodoxa veritatis magistra docet commentitium esse perpetuum illum rerum omnium circuitum, & animorum ad alia, atque alia corpora regressionem. Itaque eiusmodi figmentum D. Augustinus loco citato multis sacræ paginæ testimoniis refellit. Si enim ita res haberet, nõ solùm mortui semel ad vitam excitãdi essent, vt re vera sunt; sed iterum ac sæpius, imò & infinities interitum subituri, cuius oppositũ docet illud D. Pauli cap. 4. epistolæ primæ ad Thessalonicenses; semper cum Domino erimus, videlicet post resurrectionem; & ad Romanos 5. Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur. Item

Superiorũ dogmatũ cõfutatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud Apocalyp.10.Tempus non erit amplius.Denique idem ſtatuit fidei articulus,quo futuram vitam æternam profitemur.Quod verò hic error etiam à philoſophiæ veritate abhorreat, ſequenti articulo patebit, vbi oſtendemus eundem numero effectum naturæ viribus redire non poſſe. Tametſi,quod attinet ad metempſychoſim , eam non hic ex inſtituto,ſed in tertio de anima propriis argumẽtis confutare decretum nobis ſit.

de reſur. D. Ambr.lib.de fide reſur.D. Aug. lib.22. de Ciuit.c.4. Theologi in 4. diſt.43.& 44.

ARTICVLVS II.

Opinio aliorum exiſtimantium id,quod interiit,poſſe idem numero redire per naturam.

REIECTO Ethnicorũ errore,cum noſtris Philoſophis nunc res erit,expẽdemuſque, num aliqui ſaltem effectus iidem numero per naturam reſtitui queant.Richardus in 4.ſent.d.43.q.1.art.3.aliique nonnulli affirmantem partem ſequũtur;quam etiam probabiliorem iudicat Scotus ibidem q.

Primũ arg. 3.art.1.Sunt autem pro hac opinione hæc argumenta.Si calor ſpatio trium horæ quadrantium exiſtat,illius exiſtentia in primo, & tertio non pendet à ſui ipſius exiſtentia in medio quadrante. Potuit ergo exiſtere in primo,& tertio;eſto in medio non extitiſſet ; hoc autem

2. Argum. fieri non poſſet,niſi corrumperetur,idémque rediret.Ergo calor qui ſemel interiit reparari idem poteſt.Secundò, Aqua in multas partes ſecta perit,vtpote diſſoluta vnione partium,quibus conſtat:at ſi rurſum partes coeant,eadem ſingularis aqua reparatur , cùm ex iiſdem partibus non niſi idem totum coaleſcat;igitur idem totum ſemel de-

3. Argum. ſtructum,redintegratur. Tertiò,Quædam partes animæ præditæ ab animantibus diuulſæ,arte mediea iterũ reliquis vniuntur:ergo quod interiit,poteſt idẽ numero reuiuiſcere.Quòd ſi quis reſpondeat non eſſe id abſurdum in parte corrupta,& confeſtim toti:prædicto mo-

D. Aug.de pelicano. do,applicata;eſſe tamen abſurdum & impoſſibile per naturam in toto viuente,quod interiit.Contra id obiicitur.Nam D.Auguſt.ſuper Pſalm.101.refert à quibuſdam traditum pelicanũ roſtro pullos ſuos occidere:ſed poſt ſe ipſum ſauciando, ſanguinem effundere , eóque

D.Greg. ſuperfuſos pullos vitæ reddi. Idemque commemorat D.Gregorius ſuper eundem Pſalmum,aiens ita philoſophos opinari ; ergo totum

4 Argum. etiam viuẽs,naturæ facultate,poteſt in vitam reduci.Quartò,Iidem homines poſſunt vi naturæ ab interitu reuocari;ergo iidem effectus poſſunt naturaliter reſtitui.Antecedẽs multis modis oſtenditur;Primùm,quia intereunte Socrate , manet in materia potentia naturalis paſſiua ad eandem numero animam excipiendam,cum potentia materiæ nihil aliud ſit,quàm ipſa materiæ eſſentia, quæ mutari nequit; itemq; in anima ſeparata manet appetitus naturalis,vt corpori vnia-

D.Auguſt D.Thom. tur,teſte D.Aug.lib.12.de Geneſi ad literã cap.35.& D.Thom.1.par. qu. 76. art.1.ad 6.qui appetitus ſimilitet eſt ipſamet natura,animæ, ac nihil

Lege Pier.in Hieregl.c.21.

ac nihil aliud quàm formalis propenſio ad informandum corpus. Quare cùm nec illa potẽtia naturalis materiæ,neque hic animæ appetitus fruſtra eſſe debeant,dabitur aliqua vis in natura,quę vtrumque explere valeat.Deinde,Animus contra naturam ſuam,extra corpus detinetur,cùm naturale ei ſit eſſe in materia,ad quam informandam ſuopte ingenio inclinatur : atqui nihil per vim æternum eſſe poteſt,vt docet Ariſt.1.de Cœlo cap.2. text.15. & lib.2.cap.3.text. 18.ergo animus nequibit vagari ſempiterno tempore extra corpus atque ita ad id tandem repatriabit.Præterea,Homini,ſecundum naturæ conditionem ſpectato,debetur naturalis beatitudo,quæ eſt vltimus eius finis naturalis, cùm cæteræ res ſuos vltimos fines naturaliter aſſequantur;ſed hunc finem non poteſt obtinere in hac vita mortali tot miſeriis obnoxia; Vnde D.Auguſtinus lib.13.de Trinitate cap.8.& 20.ſtatuit non poſſe homini in corpore mortali beatitudinem contingere : oportet ergo animam naturæ ipſius ope, ac beneficio ad corpus redire , vt homo in meliori ſtatu poſitus,naturali felicitate potiatur.Nec ſat erit talem beatitudinem obtinere in anima ſeparata : tum quia ſic non expleretur appetitus totius ſpeciei, tum quia non ſola anima , ſed totus homo præmium,aut pœnam meretur. Qua ratione futuram corporum reſurrectionem probant D.Chryſoſtomus homil.65.in Ioannem,Cyrillus Ieroſolymitanus catech.18.Damaſcenus lib.4.cap.28.Tertullianus lib.de reſurrectione carnis cap.14.Gregorius Nyſſenus oratione 3.de reſurrect.

Nullum violentum perpetuum.

D.Chryſoſt. D.Cyrill. D.Damaſc. D.Gregor. Nyſ.

Poſtremò,quod in doctrina Peripatetica,non ſit negandum poſſe idem numero corruptum redire,ex eo probatur,quia Ariſt.lib.8. Metaph.cap.4.text.11.& lib. 12. eiuſdem operis cap. 2. text. 11.ait ſi eadem materia,idemque agens perſeueret,eundẽ effectum productum iri.Et lib.8. Phyſ.cap.6.text.53. & hoc in lib.cap. 10.text.56. docet idem eodem modo ſe habens facere idem.Cùm ergo re intereunte maneat eadem materia,poſſitque perſeuerare idem efficiens, eodem pacto ſe habens,vtique fatetur Ariſtoteles rem,quæ interiit, poſſe reparari.

5. Argum.

ARTICVLVS III.

Approbatio contrariæ ſententiæ.

ADVERSARIA tamen opinio exiſtimantium quod ſemel propriè interiit,idem numero per vires naturæ redire non poſſe,vera eſt,eãque tradidit Ariſt.hoc in lib.cap. 11.text.70.& in cap.de oppoſitis,vbi docuit non eſſe regreſſum à priuatione ad habitum,& lib.5. Phyſ.cap.4.text .37. vbi ſcripſit non poſſe redire eandem numero ſanitatem.Idem tuetur D. Thom.lib.4.cont.gentes cap.18.Ferrarienſis in commentariis eiuſdem cap.Henricus Gandauenſis quodl.7.q.16.Durand.in 4.diſt.43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæst.1. Capreolus ibidem quæst.1.art.1.Richardus quæst.1.circa 3.princ.Auerroes hoc in lib.ad text.70.Zimara in theorematis proposit.102.aliique complures. Nituntur autem hi auctores eo potissimùm fundamẽto,quòd quilibet effectus singularis pendeat ab eodem numero agente, materia,tẽpore,ac reliquis circunstantiis,quæ ad eius productionem concurrerunt.Nec enim alia ratio excogitari potest,cur hic potiùs,quàm ille singularis effectus producatur, nisi quia huiusmodi singularium circunstantiarum confluxu perficitur. Et verò semper eædem omnino circũstantiæ habentur,cùm eadem est agentis actio,seu productio. Quo fit,vt ex vnitate productionis arguatur identitas effectus,ex varietate diuersitas.Vt enim quælibet res per actionem,qua producitur,vltimo,ac cõpletè à suo efficiente accipit esse, & singularitatem ; ita ab eadem sic dependet, vt ab alia idẽ esse capere non possit.Porrò ex his sequitur non posse idem singulare restitui nisi per eandem singularem actionem, cum per aliam nequeat ei reddi idem esse.At quòd actio,seu productio,quæ semel euanuit, eadem numero repeti nequeat, ex eo probant,quia hæc numero actio necessariam habet dependentiam à duratione, qua fit;tum vera,tum imaginaria,quæ veræ respondet;quæ duratio redire non potest siue sit momentanea,siue successiua. Id quod ex eo ostenditur,quia alioqui si hodierna die sol,cæterique planetæ,& corpora omnia cœlestia super idem omnino spatiũ ab eisdem motoribus æqua velocitate,ac reliquis eodem modo,quo hesterna die, sese habentibus,mouerentur;sequeretur tunc hodiernum,& externum diem,vnum,eundémque prorsus diem esse, atque præteritum fieri præsens. Quod certè communis animi conceptio non admittit.Consecutio probatur,quia reuolutioni hodiernæ, eiusque durationi nihil deesset ad identitatem cum hesterna præter coëxistentiam cum duratione imaginaria.

Lege D.Tho. quodl. 4.q.5. Capreolum loc.hic cit.

Determinatio effectuum quoad singularitatem.

Porrò,nos lib.2.Phys.auscultationis,Nominaliũ & aliorum quorundam opinionem secuti,statuimus causas omnes quoad singularitatem effectuum,quos producunt,determinari à causa prima,exempli gratia, ignem cùm ex se indiscriminatim se habeat tam ad hunc, quàm ad illum calorem producendum ; determinari à Deo ad hanc numero actionem , per quam hunc potiùs , quàm alium producat. Nam illud de determinatione proueniente à duratione,seu vera,seu imaginaria , futile est : cùm duratio posteriùs quippiam sit actione, quam mensurat,eique in suo iam esse constitutæ superueniat;vt loco citato pluribus verbis disseruimus.Ad eam igitur,quam illic amplexi fuimus,philosophiæ normam , censemus componendam esse rationem;qua probetur non posse quod interiit,idem numero reparari:Nimirum quia cùm hæc causa ideò hunc singularem effectum producat,quia eam Dei præfinit,vt in hoc subiecto,hoc tempore, ac denique sub his circunstantiis,hanc potiùs,quàm illam actionem eliceret,atque adeò hunc,non illum effectũ promeret: inde necessariò fieri,vt idem effectus postquam semel euanuit,sicque variatis iis circun

Cap. 7. q.13. art.2.

Germana causa , cur idem numero effectus reparari nequeat.

circunstantiis , idem produci non valeat ; quia nequit redire eadem actio,per quam fuit productus.

Sed obiiciet aliquis ; Post editum hunc effectum , adhuc manet in Deo potentia,qua determinauit agens naturale adactionem effectricem illius:ergo adhuc Deus poterit idem agens similiter determinare ad eandem actionem,eundemque effectum. Huic obiectioni,concesso antecedente,si de potentia absoluta intelligatur,negandа est consecutio , dicendumque, Deum non concurrere iterum ad eam determinationem,quia licet ex potentia absoluta posset,ex ordinaria tamen statuit non concurrere,accommodans se ad conditionem agentis naturalis , quod postquam semel eo pacto determinatum fuit , manet ex lege ordinaria indeterminabile ad eandem numero actionem,& eundem effectum secundo producendum ; quod prouenit ex ipsa finitudine agentis naturalis cuius vis , edito semel in lucem effecto,quasi effœta manet.Hinc igitur, tanquam ex fonte oritur ratio,ob quam effectus,qui semel esse desiit reparari non possit:quæ impossibilitas aliis quoque argumentis comprobari solet. Primùm, quia id,quod agens naturale nunquam præstitit,credibile non est fieri ab eo posse;cùm natura suæ potestatis exercendæ præuida sit:nullus verò equus eum,qui interierat, reproduxit;similiterque res semper habuit in aliis causis physicis. Quin verò si agẽs naturale posset rem corruptam iterũ,atque iterũ reparare:posset etiam potiori iure,non corruptam sæpius producere,sicque eadem res per naturam multis in locis simul existeret;quod nemo dicet.Præterea, si quoties idem agens & patiens concurrunt,idem effectus redit, vt contrariæ partis assertores volunt,sequitur eandem lucem quotidie à sole immitti,& eundem calorem posse millies in aquam transfundi,si toties igni remoto, aqua frigeat, ac toties illi idem ignis applicetur. Quod cùm saris absurdum videatur,nequaquã admittendum erit,posse naturæ viribus id, quod interiit, idem numero reparari.

Obiectio.

Refutatio.

Naturæ præuida suæ potestatis exercendæ.

Dubium tamen est , si equus , qui erat à Bucephalo generandus, multis ante annis à Deo immediatè produceretur , isque interiret: vtrum nihilominus idem equus esset à Bucephalo generandus : si enim esset , iam dabimus corruptum per naturam reproduci. Huic dubitationi affirmatè respondendũ est. Nam in eo quòd Deus productionem illius equi miraculo anticipauit,non abstulit Bucephalo, vim naturalem,quam ad illum generandum habet, neque verò eam impediuit:si modo ponamus,tot ante annis,prædictum equum fuisse corruptum,vt materia, in quam eius forma introducenda est, generationis tempore non sit contrariis dispositionibus ita occupata, vt recipere eam formam non possit. Quod accideret si verbi gratia equus hodierna die generandus esset , & hesterna interitum subiisset. Neque hæc responsio contradicit opinioni, quasi statuimus non posse corruptum naturaliter idem redire ; id enim de iis , quæ ſato naturæ tempore per causas physicas producta corrumpuntur non de illis,quæ extraordinario illo modo esse accipiunt,in quibus effi-

Dubium.

Responsio.

 ciendis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciendis perinde se habet causa naturalis, ac si diuina potentia nihil circa eorum productionem fuisset molita.

ARTICVLVS IIII.

Explicatio argumentorum secundi articuli.

Solutio primi argum.

DILVAMVS nunc argumenta, quæ probare videbantur, posse quod interitum subiit, idem redire per naturam. Ad primum respondendum est, existentiam huius caloris verbi gratia in tertio quadrante pendere ab existentia sui ipsius in secundo; quatenus si illius existentia in secundo interrumperetur, oporteret per aliam nouam actionem efficit atque adeò non iam eundem produci. Ad secundum, cùm aqua in diuersas partes diuiditur, etsi desinat esse id totum, quod antea erat, non tamen propriè corrumpi. Nec enim compositum naturale corruptionem inire propriè dicitur, nisi abcessu formæ. Quare nil mirum si, partibus iterum coeuntibus, idem totum instauretur. Nos autem de iis tantùm, quæ propriè corrumpuntur, locuti sumus.

Solutio 2.

Solutio 3.

Tertio argumento rectè occurrebatur; potest enim corruptum partiale, si à toto viuente separetur, eandem viuentis formam, quàm amiserat, recuperare per dispositiones, non quidem easdem numero cum iis, quas ante habuerat; sed eis similes, idoneas tamen ad iteratam eiusdem formæ receptionem; quæ receptio comparatione partis ideò non est impossibilis per naturam, quia facile est extendere se formam ad partem ita vnitam; quemadmodum & in nutritione sese porrigit ad materiam alimenti, quæ denuò accedit, & toti agglutinatur. Si tamen viuens, cui pars antea diuulsa rursus coniungitur, imperfectum sit, proindeque habeat animam diuisibilem, non reparabit pars illa eandem animæ portiunculam, quam amiserat; sed nouam particulam animæ denuò eductam de potentia illius partialis materiæ, vt erit consideranti perspicuum.

De pelicano discrepantia inter auctores.

Ad id, quod de pelicano obiiciebatur, in quo commemorando variant auctores: (nam D. Hieronymus epist. 29. ad Præsidium ait Pelicanum non occidere pullos, sed à serpente occisos excusso sanguine ad vitam reducere) dicendum eam historiam fabulosam esse, nec à sacris doctoribus, vti veram afferri, sed vt ab aliis traditam, vulgatámque narrari. Nam neque iidem pulli possunt reuiuiscere, vt ex superiori disputatione constat, neque alij eiusdem speciei, ex demortuorum cadaueribus possunt vita donari; quia perfecta animantia, cuiusmodi sunt pelicani, non nisi interuentu virtutis seminariæ, animam vitamque naturaliter accipiunt, vt docuimus in libris de cœlo, cùm de phœnicis regeneratione disputaremus.

Lege eundē D. Hieron. in ps. 101.

Lib. 2. c. 3. & 6. art. 4.

Solutio 4. Duplex notio materiæ.

Ad quartum, negandum est antecedens, & ad primam eius probationem dicendum, quod attinet ad potentiam materiæ, posse illam sumi duobus modis; vno pro inclinatione substantiali materiæ ad for

mam absolutè cõsiderata; altero, pro eadem inclinatione, cum ordine respectúve ad causam efficientem naturalem, à qua possit reduci ad actum. Si igitur potentia materiæ secundum priorem notionem accipiatur, semper materia illam seruat, siue forma perierit, siue non, vt rectè probat argumentum; si secundum posteriorem, abolita separatáve forma, iam non manet in ea talis potentia: cùm nullum sit agens physicum, à quo in eius formæ actum reduci queat, cum illæ numero dispositiones, quas forma quælibet etiã rationalis physicè requirit, à materia exciderint. Et verò manet in anima separata appetitus ad materiam informandam: sed neque hic appetitus, nec materiæ potentia frustra erũt post abscessum animæ à corpore: quia vt non dicatur frustra, sat est fuisse aliquando perductam in actum partim à Deo, cùm animũ creauit, & corpori infudit (qui in eo opere habet rationem agentis naturalis, quatenus ipsa rei natura suo iure efflagitat, vt Deus in materiam vltimo præparatam animum immittat, adeò vt miraculum foret, si Deus tunc eius creationẽ suspenderet) partim à generante, quod producendo dispositionẽ materiæ, & animæ vnionem pro sua facultate attigit.

De appetitu animæ separatæ respectu corporis.

Ad secundam probationem eiusdem antecedentis, negandum est quod assumit. Enim verò status animi extra corpus nec est ei naturalis, cũ natura sua sit pars hominis, & forma corporis, ad quod informandum ingenitam habet propensionem: nec contra naturam, seu violentus, quia, vt alibi exposuimus, nihil dicitur alicui rei violentum, nisi quod ei per vim extrinsecus illatã cõuenit, & cui res actiuè resistit, quo modo quies in loco superiore est lapidi violenta: quia per talem vim fuit in eo collocatus, atque inde excedere, & deorsum tendere per impulsum propriũ nititur. Erit igitur status extra corpus præter naturam animæ: non naturalis, neque violentus.

Lib. 2. de cæl. c. 1. q. 5. a. 5.

Quid dicatur violentum.

Ad tertiam dicimus, homini secundum naturam spectato competere beatitudinem naturalem, quam Aristoteles 1. lib. Ethic. cap. 7. & lib. 10. cap. 6. 7. & 8. constituit in statu virtutis, tum moralis, tum intellectualis, adiunctis etiam bonis corporis, & fortunæ, quæ ad virtutis vsum sufficiant; & hanc beatitudinem posse à nobis per vires naturæ in hac vita adipisci, non quidem perfectè quo pacto eam habuere primi parentes, dum primæuam iustitiam retinuere; sed imperfectè, ac more humano, à qua non necesse est omnem prorsus defectum, & miseriam excludi. Ita verò ad explendum naturalem appetitum, quem huiusce felicitatis obtinendæ homines habent, non necesse est redire animos ad corpora, cùm etiam in vita morti obnoxia possideri queat, vt locis citatis docet Aristoteles. Nam quod Diuus Augustinus ait in hac mortalitate non esse beatitudini locum, de perfecta beatitudine intelligi debet. Nec patres ex eo ostendunt futuram resurrectionem, quòd conueniens sit reuerti animos in corpora, vt naturalem beatitudinem fortiantur, sed vt totus homo præmium, quod erit supernaturalis beatitudo, vel pœnam prout quisque meruit, obtineat.

De naturali hominis beatitudine.

Lege Scot. in 4. d. 43. q. 2. in fine.

Explicatur. Augustini dictum de hominis beatitudine.

QVÆ

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO II.

Possit ne ens permanens, quod esse desiit, idem numero diuina virtute reparari, an non.

ARTICVLVS I.

Quæ argumenta probare videantur non posse.

Status controuersiæ.

DE hominibus, quorum animus, iis intereuntibus, permaner, an diuina virtute à morte ad vitam reuocari queant nulla est inter catholicos disceptatio. Nã quòd possint, constat ex testimoniis sacræ paginæ, quæ id sæpe factum narrat, docetque futurum in communi omnium hominum resurrectione; quamuis hanc negarint omnes Ethnici philosophi, vt refert Tertullianus in libro de præscriptione hæreticorum cap. 7. Alij quòd crederent animam vnà cum corpore interire, vt Epicuræi & Stoici, qui iccirco D. Paulũ resurrectionem prædicantem, nouorum Dæmoniorum annuntiatorem appellarunt Actorum 17. Alij quòd putarent animam, etsi immortalis esset; nõ posse, etiam diuina virtute, ad corpus reduci. Neque soli gentium philosophi, sed etiam inter Iudæos Saducæi in hoc errore fuerunt, vt constat ex Matthæi 22. & Marc. 12. itemque Simon Magus, teste Dionisio capit. sexto de diuin. nominib. & Marcion referente Tertulliano loco citato, aliique hæretici, quos disertissimis verbis confutant Athenagoras libro de mortuorum resurrectione, Diuus Gregorius homil. 26. in Euangel. & libro 14. Moral. cap. 28. Diuus Augustinus sermon. 19. de verbis Apostoli, Cyrillus Ierosol. Cath. quarta & 18. Diuus Basilius homil. 8. Examer. Theophilus Antiochenus libro primo contra Christianæ religionis calumniatores. D. Thomas 4. contra gentes capit. 79. & alij.

Ethnici Philosophi resurrectionẽ negarunt.

Athenagoras. D. Gregorius. D. Augustin. D. Cyrillus. D. Basilius. Theophilus.

Tantùm igitur in quæstionem adducimus, an compositum, cuius forma interiit, vel forma ipsa per se, vel si quid à Deo in nihilum redigatur, an, inquam, idem prorsùs diuina virtute reparari queat. Durandus in 4. dist. 43. Ioannes à Neapoli quodlibet 21. quæst. 6. Abulensis ad cap. 22. Matthæi quæst. 238. & Marsilius hoc in libro quæst. 18. ad negantem partem deflexere, quæ hisce potissimùm rationibus confirmatur. Ideò agentia creata nequeunt eundem numero effectum reparare, quia non est in eorum potestate repetere eandem actionem, qua effectus in lucem prodit, & à qua necessariò dependet; atqui nec Deus potest eandem actionem rursùs edere; sicuti nec eundem motum, aut tempus, aut momentum; ergo &c.

Primũ Arg.

Secundò. Idem probatur ex eo: quia si res iterum est; ergo bis est: ergo habet duplicem durationem, ergo duplicem existentiam; igitur sunt

sunt dnę res, & non vna, atque eadẽ. Tertiò. Id, quod iam est, dum est, non potest à Deo produci, cum producere sit cõferre esse rei non habenti; ergo multo minus id, quod iam nõ existit, ylla vi effici poterit. *3. Arg.*

Quartò. Per diuinam potentiam fieri nequit, vt id, quod extitit, non fuerit, nec vt, quod non fuit, extiterit, vt docuit Plato in Sophista, & ex Agathone refert, approbatque Arist. lib. 6. Ethic. cap. 2. ergo pari modo fieri non poterit vt id, quod desiit esse, neque est, rursum existat. *4. Arg.*

Quintò. Si Deus ageret ex necessitate naturæ, non minorem haberet potentiam, quam nunc habet agens liberè: sed tunc nõ posset idem corruptum reparare: ergo neque modò potest. Maior propositio ostenditur, quia quidquid Deus potest, per potentiam potest, nec voluntas minuit, augétve potẽtiam, seu liberè, seu necessariò operetur. Vnde philosophi, qui Deum ex necessitate naturæ agere posuerant, non propterea infinitam ei potentiam denegarunt. Minor suadetur, quia tunc Deus non ageret, nisi per causas secundas modificando suam potentiam, eamque accommodando ad earum finitudinem, & imbecillitatẽ; alioqui si absque ea moderatione totam suam vim effunderet, necessariò produceret infinitum. Cùm ergo causæ secundæ nequeãt quod corruptum fuit, idem numero restituere, fatendum erit id neque in diuinam potentiam vllo modo cadere. *5. Arg.*

ARTICVLVS II.

Partem affirmatiuam omnino veram esse.

Assertores partis affirmatiuæ.

HÆc tamen sententia probanda non est, asserendúmque res omnes permanentes, siue ex parte, siue ex toto perierint, posse easdem secundum numerum diuina virtute redire. Quæ est assertio D. Th. quodl. 4. art. 5. & opusc. 9. cap. 82. & 4. cont. gent. cap. 81. Fernerius ibidem, Ægidij theor. 1. Henrici Gandauensis quodl. 7. quæst. 16. Scoti in 4. dist. 43. quæst. 1. D. Bonauenturæ ibidem quæst. 5. Capreoli quæst. 1. Paludani quæst. 2. & 3. & Theologorum communis; estque D. Aug. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 20. & serm. 19. de verbis Apostoli vbi ita scripsit, si in nihilum rediremus facere Deus poterat, vt essemus, sicut & fecit nos esse, cùm antea nunquam fuissemus. Quod item asserit D. Gregorius homil. 28. in Euangelia vbi Longe, inquit, minus est Deo reparare quod fuit, quàm creasse quod non fuit. Ex quorũ Patrũ dictis ita hic cebit argumẽtari, Non minor est Dei potentia, postquam res aliqua permanens ab eo producta euanuit; quàm erat antequam illam efficeret (cùm res postquã ab illo productæ fuerunt, nihilominus, quàm antea, in eo eminentes sint) ergo respectu diuinæ potentiæ non magis repugnat eandem ab interitu vendicari, quàm repugnabat antea produci; Quare poterit illam Deus in esse pristinum restituere; præsertim cùm ex parte ipsius rei, quæ restitui debet, nulla sequatur implicatio,

Soti in 4. d. 44. quæst. vnica artic. 1. Argẽtinatis 9. 1. art. 1. & aliorum in 4. dist. 43.

D. Augus.

D. Gregor.

Prima ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Ratio. plicatio,vt ex argumentorum solutione patebit.Vnde etiam deduci potest vulgata illa ratio ad idem confirmandum ; videlicet quia id, quod nullam repugnantiam inuoluit, potest à Deo fieri:nulla verò inuoluitur,si res permanens,siue corrupta omnino fuerit,siue in nihilum residerit,eadem numero reparetur.Tertiò,idem hunc in modum comprobatur.Ideo vi naturalium causarum nequit permanẽs, quod extinctum est, idem numero redire ; quia idem non nisi per eandem actionem,produci potest;atqui Dei potẽtia,cùm nullis certis limitibus contenta sit,omnésque gradus rerum tam specificos, quàm singulares in se eminẽter cohibeat,non limitatur ad certa instrumenta,certúmve agendi modum, nec ex se aliunde determinatur ; potest igitur eandem actionem rursus edere , atque adeò nihil impediet,quominus idem numero postquam esse desiit,reproducat.

3.Ratio.

Quæstio. Quæsierit tamẽ aliquis,an Deus non solùm per se immediatè,sed etiam adhibendo ad id creaturam tanquam instrumentum,possit id, quod esse desiit,reparare. Cui dubitationi respondendum est,si id, quod desiit,sit ens per se subsistens,quod fuerit annihilatum,vt anima rationalis,vel Angelus , quod proinde non nisi per creationem restitui debet,tunc de illius restitutione idem iudicium ferendum,ac de creatione.Quare cùm verior sit sentẽtia eorum,qui credunt non posse à Deo assumi creaturam,vt instrumentum,ad creandum;conuenienter asserendũ erit,nec posse Deum vti creatura,vt instrumento,ad re producendum id , quod per annihilationem desiit esse. Si verò aliter esse desierit,vt calor,qui frigore expulsus periit:tunc dicendum vel quæri,vtrum idem numero calor possit reparari,assumpto instrumento actu vel potestate calorem habente,vt igni,vel pipere:aut quæri,num reparari possit per instrumentum,quod omnis prorsus caloris expers sit,vt aqua summè frigida. Si igitur de priori instrumento quæstio proponatur,respondendum erit, posse Deum per illud reproducere id,quod periit excitando v.c.ignem, qui alioqui poterat calorem producere,vt illum singularem calorem,quem efficere non poterat,efficiat. Nulla enim ex eo sequitur implicatio contradictionis,cùm hic calor singularis,non absoluta , sed physica tantùm necessitate à certo agẽte calido pendeat. Quòd si de posteriori instrumento quęstio sit,tunc dubiũ est probabile in vtramque partem , quod quia à nobis in Metaphysica adductis argumentis ex professo tractatur , cum in disceptationem adducimus , num Deus quemlibet effectum causæ secundæ effectricis , quouis instrumento præstare queat ; ideò hanc controuersiam in eum locum reseruamus,tum quia ibi opportunius discutietur,tum ne hic plus æquo longiores simus.

Dependentia huius caloris à certo agẽte calido eiusmodi sit.

ARTI

ARTICVLVS III.

Responsio ad primi Articuli argumenta.

DILVAMVS nunc argumenta, quę probare nitebantur rem permanentem , quæ esse desiit , non posse eandem omnino diuina virtute restitui. Ad primùm cõcessa maiori negãda est minor, dicendumque sicuti Deus potest id,quod periit idem numero reproducere,vt ostensum à nobis fuit, ita posse reparare actionem realiter eãdem.Nam cùm actio sit idem re cum termino,nequit terminus idem re,nisi per actionem realiter eandem,etiam à Deo restitui.Diximus realiter,non autem formaliter eandem,quia nõ repugnat id,quod esse desiit,reparari per actionem formaliter distinctam, cuiusmodi esset actio creandi,qua Deus crearet equum,quem annihilauerat:hæc enim cùm sit è nihilo productio,nõ potest non differre specie à generatione,qua idem equus, per naturæ vires,productus fuerat. *Ad primum.*

Reproducendũ Angelum eadẽ duratione Soarius 3.p.q.33. a.1.disp.44. sect.6.Molin. 1.part.quæst. 10.a.1.disp.1.

Ad secundum respondemus,ex eo quòd res,quæ desit iterum sit, non necessario cõsequi,vt habeat duplicem durationem, duplicemvè existẽtiam.Sicut enim recuperat eadem essentiam,ita potest eandem durationem,eandémque existentiam recuperare;atque vt dicatur bis esse,sat est interruptam fuisse eius durationem,& existẽtiam, eamque iterum assumpsisse. *Ad 2.*

Ad tertium respondendum est, si produci sumatur pro accipere de nouo esse,quod res antea nullo pacto habebat,tunc fieri nõ posse;vt res,quæ iam existit,producatur;cùm id implicationẽ inuoluat. Si tamen vsurpetur pro accipere esse quolibet modo,tunc non negandum id , quod iam existit, posse alibi idem esse à Deo accipere. *Ad 3.*

Lib.4.Phys. 5.q.5.art.2.

Nam si Petrum,qui Conimbricæ est,simul Deus Romæ constituat, quod fieri posse alibi ostendimus, tunc idem esse,quod Petrus Conimbricæ habet,Romæ accipiet:quemadmodum & idem esse reale, quod Christi corpus habet in cœlo,accipit sub modo sacramentali, in diuina Eucharistia. *Potest idem corpus à Deo in duobus locis simul cõstitui.*

Ad quartum concedatur antecedens,negetur consecutio,nam ex eo quòd redeat id,quod fuit,non sequitur repugnãtia,vt constat ex dictis,quæ tamen manifestè apparet,si demus rem,quæ fuit,non extitisse,aut rem,quæ extitit,non fuisse,vt alibi docuimus cum Augustino lib.16.contra Faustum, cum D.Hieronymo in epist.ad Eustochium de custodia virginitatis, & refertur cap. Si Paulus 32.quæst. 5.cum D.Anselmo 2.lib.Cur Deus homo cap.12.& in lib.de Concordia præscientiæ & liberi arbitrij:quorum patrum sententiam defendunt D.Thomas 1.part.quæst.25.art.4.& Caiet.ibidem, Richardus in 1. distinct. 42. quæst. 5. Capreolus ibidem quæst. 1.ad argumenta contra 7.conclusionem.Ferrariensis 2.cont.gentes cap. 25.& alij. *Ad 4.*

Lib.1.de cœlo cap.12.ad text.140. *D.Augustin. D.Hieron. D.Anselm.*

Ad quintum ,neganda est maior propositio, quia agere ad extra ex necessitate naturæ,& non libera voluntate,imperfectio est, quæ *Ad 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

si in Deum caderet,nó haberet Deus infinitam virtutem:non quòd potentia à voluntate sit,sed quia imperfectio voluntatis diuinæ nequit esse cum infinita perfectione potentiæ : quandoquidem diuina volũtas,& potentia, cæteraque attributa sunt vnum quid simplicissimum:atque adeò si voluntas esset imperfecta,etiam potẽtiam imperfectam esse oporteret:& ita diceretur illa hanc arguitiuè minuere , quatenus ex illius imperfectione , huius imperfectio necessariò argueretur. Vnde colliges si Deus ageret ex necessitate naturæ futurum,vt esset,ac non esset Deus:esset enim, quia ita ponitur:non esset,quia aliquam imperfectionis notam sustineret, quæ tamen à diuina natura longissimè abest. Quod non videtur aduertisse Aristoteles,qui Deo & agendi necessitatem, & infinitã virtutem simul attribuit,vt 8.Physicorum lib.annotauimus.

Si Deus ageret ex necessitate naturæ, esset ac non esset Deus.

Cap.10.q.3. art.2.

QVAESTIO III.

Possit ne successiuum,quod euanuit,diuina virtute idem restitui.

ARTICVLVS I.

Negatiuæ partis argumenta.

NEGATIVAM partẽ huiusce controuersiæ defendunt S.Thom.quodl.4.art.5.Henricus Gandauensis quodl. 7.quæst.16.Durandus in 4.dist.43.quæst.3.Capreolus ibidem quæst.1.Ferrariẽsis ad caput 81.lib.4.cont.gent, & plerique alij. Probatur autem hęc pars hisce rationibus.Id,cuius vnitas ex sua natura requirit continuitatẽ,nó potest idem restitui;quia si interrumpitur iam soluitur eius cõtinuitas:sed vnitas entis successiui requirit continuitatem,vt constat ex iis, quæ docet Arist.lib.5.Physicorũ cap.4.text.39.ergo nullum ens successiuum potest idem numero redire.

Prima ratio.

2. Secundò. Non potest restitui idem motus, nisi restituatur idem tempus;sed idem tempus non potest restitui:ergo &c. Probatur minor,quia tempus verum & positiuum habet ordinem essentialem ad tempus imaginarium;quod cum diuinitùs mutari,aut transferri nequeat, fit vt idem iudicãdum sit de tempore vero & positiuo;atque adeò vt hoc postquam desiit,reparari non possit.

3. Tertiò.Minus est rem iam existentem cõseruare,ne corrumpatur, quàm corruptam reparare;sed Deus non potest cõseruare rem successiuam ne corrumpatur:ergo fortiori ratione nequibit corruptam reparare.Minor suadetur,quia si res successiua conseruetur,& cohibeatur ne fluat,non iam erit successiua, sed permanens : atque ita à propria natura decidet,quod fieri non potest.

4. Quartò.Reproductio eiusdẽ successiui vel est simpliciter impossibilis,

Ex Durando,loco suprà citato.

sibilis, vel possibilis simpliciter ; si possibilis simpliciter;ergo possibilis erit virtute naturali : Enim verò quandocúmque effectus est simpliciter possibilis, & causa parem habet virtutem , atque antea; non minus poterit ex tali causa idem effectus prouenire , atque antea potuit. Si igitur reproductio eiusdem successiui sit effectus possibilis simpliciter,certè causa naturalis,quæ ipsum priùs edidit,& eo corrupto,æque potens,& efficax est, poterit idem omnino restituere:Atqui hoc à veritate alienum est:ergo reparatio eiusdem successiui est effectus simpliciter impossibilis.Talis autem effectus subterfugit omnem causam:igitur per nullam virtutem idem numero successiuum reproduci poterit.

Quintò. Si idem successiuum posset reuocari , sequeretur posse 5.
spatio vnius quadrantis mille annos decurrere;hoc autem nulla ratio admittit,ergo neque illud.Consecutio probatur,si enim non repugnat primum quadrantem proximè transactæ horæ ad eum , qui nunc fluit , restitui ; certè nec repugnabit restitui simul ad eundem, secundum , tertium , & quartum , similiterque omnes quadrantes, quotquot mille annorum curriculo fluxere.

Sextò. Entia successiua, eo ipso quòd successiua sunt, non solùm 6.
vendicant partem extra partem (hoc enim commune est omni quanto etiam permanenti) sed tanquam essentialem differentiam sortiuntur obtinere illas secundum prius & posterius , vt sensit Aristoteles 4. lib.Physicorum cap. 11. at si eæ partes recurrant concedendum erit,quæ fuerant priores,fieri posteriores, & contra : atque adeò amittere rationem sibi intrinsecam, & essentialem , quod fieri nequit : ergo &c. Assumptio probatur , quia finito extremo horæ quadrante poterit Deus, si eandem horam reuocare potest , sic eam reuocare , vt incipiat ab vltimo quadrante , ita vt quartus fiat primus,& tertius secundus,atque eodem modo cæteri ; quo fiet, vt partes posteriores , maneant priores . Nullo ergo pacto admittendum videtur cadere in diuinam virtutem , vt res successiuæ eædem numero reuocentur. .

ARTICVLVS II.

Partem , quæ affirmat probabiliorem videri ; nec aduersariorum argumenta concludere.

CONTRARIA pars defenditur à Bassolio in 4. dist.43. quæst.1.à Mayrone in 4.distinct.44.quæst.3. & Aureolo apud Capreolum dist. 43. quæst. 1. art. 2. Bernardo contra Henricum quodlibet.7.quæst.14.& aliis,potestque illa suaderi diluendo implicationes,quas aduersarij contendunt sequi ex reditu successiui : quæ probandi ratio in subiecta materia perquàm efficax est. Si enim ostensum fuerit eiusmodi implicationes non rectè colligi,aut re vera implicationes non esse, in confesso

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit posse idem successiuũ à Deo reuocari, cùm id, quod nullam repugnantiã inuoluit, handquaquã sit diuinæ potentiæ denegandum. Quod igitur ad primum argumentum spectat, cùm sumit vnitatem successiui pendere ex ipsius cõtinuitate, bifariam id intelligi potest, nimirum, vel quia vt successiuum sit vnũ, debet sibi ipsi continuum esse: vel quia oportet, vt eius partes inter se continuentur. At non priori modo, siquidem nihil sibi ipsi continuum esse dicitur. Si posteriori, esto successiuum redeat, adhuc eius partes inter se continuitatem seruabunt: ergo adhuc erit vnum, idemque sibi ipsi; non minus quàm vna quantitas permanens, si Romæ & Conimbricæ per diuinam potentiam simul ponatur (quod non esse impossibile lib. 4. Physic. ostendimus) erit eadem numero quantitas, non quòd sibi ipsi in diuersis locis continuetur; quandoquidẽ ea, quæ loco distãt, continua nõ sint; sed quia vtrobique illius partes sibi mutuò cohærent.

Quæ continuitas requiratur ad vnitatem eatis successiui.

Ex Scoto in 4. d. 43. q. 1. Dur. q. 3.

Hic aduerte Sotum, licet in hoc argumento à continuitate desumpto, magnum ad opinionem suam præsidiũ esse arbitretur, concedere tamen, si motus localis sit quid distinctum à mobili, posse illum diuinitus reproduci. Qua in re parum sibi videtur constare; siquidem perspicuum est, siue motus distinguatur à mobili, siue non, dum reproducitur non ineſſe illi eam continuitatem, quam ad vnitatem successiui requirit. Quare aut talis vnitas exigenda nõ est, aut absolutè negandum posse eundem numero localẽ motum reuocari.

Soti in dictis repugnãtia.

Ad secundum argumentum, concessa maiori, neganda est minor; & ad eius probationem dicẽdum, licet tempus verum & positiuum aliquem commensurationis ordinem habeat ad tempus imaginarium, non tamen ab eo pendere illius essentiam, singularitatemve: cùm eiusmodi tempus, vt pote fictitium, & nihil omnino habens entitatis, nullam realem causalitatem in verum, & positiuum ens exercere valeat. Quare ordo ille, siue respectus commensurationis nihil obstabit, quominus idem numero tempus redire possit. Quod ex eo etiam ostenditur, quia verbi gratia superficies, quæ gymnasium ambit, non minùs superficiei imaginariæ respondet, & commensuratur, quàm tempori imaginario tempus verùm, ac positiuum: & tamen constat eandem realem superficiem non solùm diuina virtute posse aliò transferri; sed per vim naturæ frequentissimè id fieri, cùm aër gymnasium ambiens ventorum flatu huc illuc commear.

Non posse essentiam tẽporis veri, & positiui ab imaginatione pendere.

Obiectio. Quòd si quis obiiciat; quemadmodum locus est immobilis propter superficiem imaginariam ei respondentem, quæ immobilis est, ita tempus positiuum debere esse irrenocabile propter tempus imaginarium, cui commensuratur. Occurrendum quamuis, si tempus positiuum accipiatur reduplicatiuè, prout coexistit imaginario, reuocari non possit, vt neque imaginarium potest; tamen si consideretur quoad suam realitatem positiuam & absolutam, de qua in hac disputatione quærimus; tunc non esse negandum posse illud reuocari. Esse verò peculiarem rationem cur locus, etiam specificatiuè sumptus, Physicè tamen spectatus, immobilis perhibeatur; videlicet

Dilutio.

quia

quia sic importat, connotatque relationem certæ distantiæ ad superficiem imaginariam vndique circumfusam, quam relationẽ, non nisi mutato per motũ situ, & superficie imaginaria, deperdit. Nihil verò tale ex se importare tempus positiuũ respectu imaginarij. Vnde est quòd locus definitur per ordinem ad superficiẽ imaginariã, vt denotat particula, immobilis, quæ in eius definitione ponitur. Et tamẽ in definitione temporis nullus exprimitur respectus ad tẽpus imaginarium. Neque dictis obstat quòd tempus positiuũ, vt diximus, habet ordinem commensurationis ad tempus imaginarium, quatenus tanta portio huius, tantæ illius portioni ex æquo respondet: non enim hic ordo reddit tempus irreuocabile, siquidem idem tẽpus numero poterit commensurari nunc vni parti temporis imaginarij, nunc alteri, si tamen ambæ æquales sint; quemadmodum, & eũdem pãnum diuersis vlnis, tanquam mensura externa, dimetiri possumus.

Tempus positiuum cõmensuratur imaginario.

Sed & alia prætereà ratio occurrit ad eiusdem secundi argumenti vim infringendam, nempe si ideò non posset redire idem motus, quia non potest redire idem tempus, quod eius propria mensura est, & nequit redire hoc tempus, quia nequit redire tempus imaginarium illi respondens; sequeretur neque rem permanentem, vt Angelum, posse à Deo produci, cuius oppositum ante ostendimus. Probatur consecutio. Etenim non minus dependet existentia Angeli à sua duratione, quæ est æuum, & hoc æuum ab æuo imaginario, quod ei similiter respondet: quàm motus à tempore positino, & tempus positiuum ab imaginario. Nam quòd detur etiam æuum imaginarium, ex eo ostendi potest, quia non est maior ratio, cur vero tempori respondeat tempus imaginarium; quàm vero æuo imaginarium: ergo si propterea motus & tempus produci non possunt, certè neque Angelus poterit; imò neque Socrates; cum simile argumentum confici queat, ad probandum non posse redire modum æui, quo illius existentia mensurabatur.

Ad tertium argumentum negari debet antecedens, quando ex conseruatione rei sequitur euersio naturæ, atque adeò implicatio contradictionis; qualis sequitur si res successiua teneatur, ne fluat. Nam cum eius essentia in successione & fluxu consistat, vt in argumento dicitur, si existat, & tamen non fluat, nequaquam erit successiua, sed permanens. Quod cum sit impossibile, fieri non poterit, vt successiuum absque fluxu teneatur, & conseruetur.

Repugnat successiuum impediri, ne fluat.

Ad quartum dicendum reuocationem successiui neque esse simpliciter impossibilẽ, quasi à nulla potentia siue creata, siue increata fieri possit: neque esse simpliciter possibilẽ, quasi à qualibet potẽtia tam increata, quàm creata possit fieri: sed esse possibilem potentiæ increatæ, & impossibilem creatæ. Licet enim successiuum antequam ab agente creato produceretur, in eius potestate esset; tamen postea quàm semel ab eo productum fuit, & euanuit, iam in eius potestate esse desiit, ob rationes, quas suprà attulimus. Itaque agens creatum respectu illius non iam parem habet potentiam, atque antea.

Reuocatio entis successiui quo pacto dicatur possibilis.

Pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pro quinti & sexti argumenti solutione aduertendum erit, cùm dicitur ens successiuũ posse diuina virtute restitui,id non ita esse accipiendum quasi modis omnibus, qui excogitari possunt, restitui queat, cùm eorum multi contradictionem inuoluant. Itaque vt id possibile dicatur, sat est, si aliqua via, & ratio, qua præstari queat, ostendatur. Fieri ergo potest vt, verbi gratia, cuiuslibet anni elapsi partes in vnius horæ quadrantem, replicatæ includantur. Non tamen ita se quodammodo penetrantes, inuicemque permeantes annum in ratione mensuræ efficient: siquidem annus constituitur ex certo numero quadrantium horarum,dierum,& mensium eo modo coordinatorum,vt alij alios excipiant,& vnus post alium subsequatur. Quæ coordinatio in proposito euentu non esset, quemadmodum si cuiusuis cubiti palmi ad vnum penetratiuè reducantur, continebitur,quidem inibi tota entitas cubiti in ratione quantitatis,non autem mensuræ. Poterit etiam idem annus verbi gratia is,qui proximè transactus est(quod pari ratione de mille annis dicendum erit) diuina virtute redire, si faciat Deus quod potest facere, vt corpora cœlestia eodem impulsu, & eadem motrici actione, qua superiori anno,eodemque motu,vtpotè per idem omnino spatium, & vbi,& ex consequenti,sub eadem prorsus mensura talis motus, quam idem numero tempus, eundemque annum esse oportet, continuata successione moueantur. Similiter poterit diuina virtute redire idem numero motus, & tempus, reuocante Deo eandem productionem successiuam caloris,cum eadem singulari duratione, quæ illam metiebatur. Ex quibus patet solutio quinti argumenti. Licet enim ad vnius quadrantis spatium nequeat idem annus,qui præteriit, recurrere,ob rationem ante explicatam;aliæ tamen viæ sunt,quibus idem motus,idemque tempus reparari possint.

Possit ne annus in quadrantem horæ diuinitus includi.

Ad sextum respondendum est,posse Deum efficere,vt vnius horæ partes conuerso ordine recurrant, atque ita vt vltimus quadrans fiat primus, & tertius secundus; neque id esse contra naturam entis successiui. Nam tametsi hoc præter extensionem vendicet in suis partibus prius & posterius; id tamen non ita intelligi debet, quasi partes mutato ordine, aut suam, aut totius essentiam mutent; vel quasi ad quidditatem huius partis determinatè spectet, vt sit prior; & ad quidditatem illius, vt sit posterior;sed ita vt ad earum quidditatem pertineat vnam fluere post aliam, & sic alias prius labi, alias posteriùs, quod certè natura successiui postulat, tanquam differentiam sibi intrinsecam: sed hoc etiam seruabitur in motu, si inuerso quasi situ remeet;quamuis eadem pars,quæ antea erat posterior respectu antecedentis,euadat prior respectu eiusdem.

Posse eiusdē horæ partes conuerso ordine redire.

Aduerte tamen si Deus successiuum cùm istiusmodi partium mutatione reuocaret, minus idem futurum, quàm si ipsum eo ordine, quo partes primò fluxere,restitueret; sed ea varietas non essentiale, sed accidentarium tantum discrimen induceret. Quemadmodum & in resurrectione si Deus ita corpus Socratis repararet, vt licet eadem

Mutato partium ordine non esset idē successiuum quoad idēitatem accidentariam.

eadem esset totius corporis materia:caput tamen, manus, & iecur, aliæque partes non ex eadem portione materiæ,ex qua priùs, constarent;esset quidem idem omnino Socrates quoad essentiam,differentiamque indiuidualem,vt ait D. Augustinus in Enchirid. cap.82. & lib.22.de Ciuit.Dei cap.19.& D.Anselmus in Elucidario,& ad Ephes.4.non tamen esset idem quoad rationem accidētariam,ob diuersitatem situs. Neque obstat, quod multi graues Theologi volunt,idque nobis minimè displicet;in resurrectione partes corporis, saltem heterogeneas debere constare ex eademmet portione,ex qua antea: Non enim(si modo rectè sentiant)id requirunt ad veritatem resurrectionis, & ad seruandam cuiusque indiuidui numeralem differentiam, quæ neque in permanentibus, neque in successiuis ex tali situs identitate pendet; sed ad maiorem perfectionem resurrectionis, quæ eandem materiam non in toto solùm, sed in partibus quoque exigit.

His ita pertractatis,licet vtraque opinio de successiui reditu probabilis sit;secunda tamen verisimilior videtur, eaque recentioribus philosophis in dies magis probatur. Ac prior quidem tertia potissimùm ratione earum, quas initio quæstionis retulimus,quæ faciliori negotio à calumnia vendicari potest,sese tuetur.Posterior autem eo maximè argumento,quòd cùm ex tali regressu nulla sequatur implicatio contradictionis;non est cur is iudicetur impossibilis Deo, cuius potentia plus valet, quàm mens nostra possit concipere: cuius præsentia beat ciues illius Reipub. quam neque temporis iniuria carpit, neque alternantium mutationum successio turbat:in qua sol fine occasu, & fine ortu, perpetuitas fine momentis,quies fine labore.Ad quam qui veri philosophi esse volunt,toto animi conatu aspirent,vt in eam tandem,ex hac defluentis materiæ inanitate,& pereuntium corporum turba,& colluuione cooptentur.

Conclusio disputationis.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR, IN QVO NVMERVS PAGINAM INDICAT;

P.principium; M.medium F.finem.

ACCIDENS.

ACcidentia ordinis naturalis necessariò vendicant certa subiecta. 514.p
Accidentia sunt extensa ratione quantitatis. 59.p
Accidentia non individuantur per subiectum. 78.f. & 79.p
De respectu transcendenti accidentis creati à Deo. 512.f
Accidentia in instanti generationis pereunt. 112.p
Accidentia signantur secundum quid. 30.m
Accidentia quatuor modis pereunt, signunturque. 146.p
Accidens non refertur transcendentaliter ad efficiens. 145.f
Accidentium spiritualium subiectum, anima rationalis. 55.p
Accidētia materialia inhārēt primo quantitati, eiusq; interuentu materiæ. 59.p
Subiectum inhæsionis materia, suppositæ forma. 56.f
Subiectum denominationis accidentiū compositum. 54.m
Radix recipiendi accidentia, materia prima. 56.f
Ad recipienda accidentia requirat ne materia formam vt conditionem. 58.p
Accidens inhærere potest materia forma destitutæ diuinitas. 66.p
Accidens idem re cum toto, in toto inharet. 65.p
Accidens idem re cum subiecto non potest in alio diuina virtute constitui. 68.m
Quodlibet accidens materiale potest Deus ponere in subiecto materiali. 68.f
Et immateriale in subiecto materiali, vel immateriali. ibid.
Accidentia materialia quædam potest ponere Deus in subiecto materiali, quædā non. 68.f
Accidens materiale in subiecto immateriali adhuc sensibile. 71.p
Accidentia quomodo verbum diuinum sustentet. 62.p
Accidentia in Sancta Eucharistia. 59.m. 85.p.106.f
Accidentia quædam corporalia non educuntur de potentia materiæ. 57.m
Inhærentia est modus existentiæ accidentis. 78.p.81.m
Accidens extra subiectum non datur naturaliter. 18.f
Accidens extra subiectum vi naturæ qui posuerunt. 74.p
Accidētia extra subiectum Deus potest producere. 74.f
Et conseruare. 74.m. & 75.f
Accidentia extra substantiam quo pacto adhuc eius signa naturalia sint. 76.f
Accidens extra subiectum imitatur substantiam. 77.p
Accidens existere non potest existentia substantiæ. 77.m
Accidēs an acquirat nouum esse extra subiectum. 81.f
An modus ille accidentis extra subiectum sit positiuus. 82.f.83.p
Accidens extra subiectum naturaliter accidenti produ.it. 83.m. & f
Et substantiam. ibid.
Accidens extra subiectum vi naturæ perire potest. 84.m
Ex substantia, & accidente vnum per se nō componitur. 392.f
Accidens vi propria non producit compositum naturale. 500.f

ACCRETIO.

ACcretio, & decretio multipliciter. 171.p
Accretio vt differt specie, & realiter à nutritione. 210.f
Accretio in quolibet poro continua. 179.m & 181.m
Varia

Variæ ea de re opiniones & argumenta. 379.m
Respondetur argumentis. 382.f
Accretio, & decretio vt differant à generatione. 208.p
Quæ accrescunt, & decrescunt vt locum mutant. ibidem
Accretio versatur circa magnitudinem. 209. & 210.
Accretio noua quantitatis accessio. 211.m
Accrescit viuens non alimentum. 212.m
Inter accretionem, & alterationē similitudo. 213.m
Quod accrescit manet idem secundum formam. 215.f
Accretionis & nutritionis discrimen & conuenientia. 217.p
Accretio non fit in viuentibus per rarefactionem alimenti in eorum substantiam conuersi. 282.m

ACTIO.

SÆpe actiones eiusdem speciei oriuntur à contrarijs. 404.m
Actiones sunt suppositorum. 34.f
Actio qua Deus tribuit esse materiæ, creatio. 60.f. 61.p
Denominat materiam non suppositum. ibid.
Actio agentis corporei sine quantitate nō datur. 84.f
Actio momentanea generatio. 91.f
Actio supponit materiam. 105.m
Actio spiritualis quo pacto ab agente corporali eliciatur. 116.p
Actio qua materialis forma producitur & vnitur, est vna. 123.p
Non omnia quæ realiter distinguūtur diuersis actionibus producuntur. 124.p
Actio nativa caloris in humidum. 136.f
Actio vitalis oriri potest à potentia nō vitali. 190.m
Actio Physica requirit contactum. 302.f
Veterum sententia de actione & passione. 308.p
Actio est inter contraria. 309.p
Actio intellectiua immanens. 162.p
Actio, & porpesio reciproca inter viuens, & alimentum. 495.f
Ad mutuam actionem requiritur conuenientia in materia. 312.m
Actio, & passio non fit per ingressum atomorum. 321.p
Actio est à vincente. 337.f
Actio mutua contrariorum. 346.m
Varia sententia ea de re. ibid.
Vera sententia de actione, & repassione secundum eandem qualitatem. 348.p
In mutua actione, & repassione triplex resistentia. ibidem
Vt detur actio mutua inter agens, & patiens quæ requirantur. 344.m
Qui de ea re non bene philosophentur. 345.m
Actio similis in simile, vide simile.
Actio à proportione maioris æqualitatis. 349.m
Argumenta probantia resistentiam distingui ab actione. ibid.f
Actio sine passione an dari queat. 79.m
Actione reflexa potest luminosum in se agere intendendo lucem. 325.f
Actio directa & reflexa. 324.& 325
Actio reflexa non intendit qualitates in alieno subiecto. 334.m
Actio per antiperistasim non sit ministerio specierum intentionalium. 327.f
A quo fiat. 329.m
Non dicitur propriè reflexa. 328.p
Per antiperistasim qualitates in alieno subiecto non intenduntur ab extrinseco. 331.m
Rationes pro ea re. ibid.
Per antiperistasim media aeris regio frigida. 332.m
Prima opinio de intensione qualitatum per antiperistasim. 327.p
Actio vniformis difformis. 44.f
Calor quando non seruat legem actionis vniformis difformis. 143.p
Luminosum seruat legem actionis vniformis difformis. 337.m.& 344.p
Eandem actionem quæ periit Deus potest secundum realitatem reparare. 531.p

ACTVS.

ACtus secundus supponit primum. 55.f
Actus duo repugnantes eidem animæ simul inesse non possunt. 161.f
Possibilis in actum adductio nihil est incommodi. 36.m.91.f
Actus appetendi in nostra potestate. 242.m
Actus contrarij qui simul esse non possint. 435.f
Actus contrarij qui simul diuina virtute dari possint. 436.m
Cur actus visionis beatæ, & fidei simul dari nō possint. ibid.
De actibus tristitiæ, & delectationis. 437.p
Quinti actus erroris excludit habitum scientiæ. 417.m
Actus voluntatis, & appetitus sensitiui an sint contrarij. 157.m

ADEPS.

ADeps quid sit. 178.p
Adeps an viuat. 182.f
Adeps an differat à sanguine. ibid.
Multi post quadrag. annum ex macilentis fiunt pingues. 176.p
Aristoteles, & Galenus de temperamento pinguedinis. 182.f
Adeps quod habeat temperamentum. 497.p

AER.

AEr cum gignitur ex aqua humor aqua corrumpitur. 146.m
Aeri competit summa humiditas. 407.f
Aer est humidus, & calidus. 411.f
Aer est natura calidus. 414.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumenta in oppositum. 413.p
Aer cur noctu, & per hyemem friget. 414.p
Media aeris regio cur frigida. ibidem
Qua pacto aer ventilatus refrigeret. ibidem.f
Aeris humiditas cur ignem conseruet. 418.m
Aeris ventilatio cur flammam permat. ibidem
Semper aer plus habet humiditatis, quàm aqua 408.f

ÆTAS ÆVVM.

Aetas media æquo marte agit. 274.p
Aetas extrema materiæ dispendia non resarcit. ibidem
Aetas florida. 275.f
Aetas consistendi. ibidem.f
Aetatis diuisio. 494.m
Singularum ætatum temperamentum. ibidem.f
Quæ ætas calore vincat. 495.m
Diuturnioris ævi sunt res manumatæ quàm animatæ. 509.f
Breuioris ævi sunt animalia aquatilia. 257.m

AGERE.

ID quod non est non habet vim agendi. 148.f
Agit vnum membrum in aliud. 172.p
Omne agent nititur assimilare sibi passum. 310.m
Agens & patiens ad quod genus pertineant. 312.f
Veterũ dogma de ratione agendi, & patiendi, 312.f
Aristotelis sententia de ratione agendi, & patiendi. 321.p
Contima non posse in se mutuo agere vt intellexit Aristoteles. 322.f
Agentium naturalium vis terminatur. 323.p
Agere supponit esse. 339.f
Agens maioris actiuitatis dupliciter. 341.m
Ordo actiuitatis in qualitatibus. 349.p
Agens non à quolibet patiente repatitur. 350.f
Agens, & patiens cur in se mutuo agant. 351.p
Agenti parta victoria quando dispendium refuret. 352.f 467.f
Quomodo intelligendum: Nihil agit in distans. 353.p
Explicatio dubij de superficie media inter vtrumque agens.
Numeri agendi vim non habent. 355.p 467.f
Ex nihilo nihil fit naturaliter. 16.f.91.f

AGGENERATIO.

Aggeneratio quid sit. 31.f
Aggeneratio concomitatur motum ad quantitatem. 31.f
Aggeneratio vera actio. 111.m

ALIMENTVM.

Alimentum iustitia mediocritate dispensatur. 174.p.37.f.38.p
Alimentum quomodo simile, & dissimile. 247.m
Discrimen inter alimentum & medicamentum ibid.
Quod vni alimentum, alteri venenum. 248.p
Alimentum commune membrorum sanguis. 256.f
Vnde necessitas alimenti. 257.m
Melium quo pacto dicitur alimentum. 251.m
Alimentum in substantiam conuertitur. 264.f
Rationes pro eadem re. 165.p
Opiniones ea de re. 263.& 264
In distributione alimenti iustitiæ æqualitas. 235.f
Alimentum quale debeat esse. 216.m
Alimentum aliud calidum, aliud frigidũ, &c. 242.m
Alimenti duplex acceptio. 249.f

ALTERATIO ET ALTERARE.

ALteratio quo pacto à generatione differat. 6.f. & 27.f
Veterum dogma de discrimine inter alterationem, & generationem. 6.f.& 9.p
Alteratio quid. 32.m
Quando fiat alteratio. 21.m
Definitio alterationis. 36.m
Duplex alterationis notio. 36.p
Alteratio propria quæ sit. 37.p
Alteratio quomodo desinat. 284.m
Alterans vltimum. 311.m
In genere alterantium deueniendum ad vnum primum. ibidem
Ad figuras non est alteratio. 33.p
Alterationis subiectum. 38.f
Qui negant alterationem esse motum continuum. 42.f
Alteratio motus continuus. 44.f & 46.p
Non potest dari quies inter qualibet duo minima alterationis. 45.p
Alteratio nobilior quàm motus ad quantitatem. 50.p
Alteratio quomodo nobilior latione. 50.f
Alteratio ignobilior aggeneratione. 51.f
Alteratio ad generationem ordinatur. 438.m

ANGELVS.

ANgelus materia non potest vniri. 71.f
Angelos procreasse liberos qui putarint. 101.f
Michael prius natura est substantia quam Angelus. 102
Angelorum creationi definitio generationis non conuenit. 96.f
Angeli non habent corpus. 102.m
Angeli in resurrectione cineres colligent. 118.m
Angelus qui esse desiit, si à deo reproducatur non necessario habebit duas existentias. 552.m

ANIMA.

ANimam triplicem posuit Plato. 160.m
Opinio ponens in homine duas animas. 161.m
Anima simul nutritiua, sensitiua, & intellectiua. 162.m
Ab ea actiones nutriendi, sentiendi, & intelligendi proueniunt. ibidem
Duplex consideratio animæ sensitiuæ & vegetatiuæ. 161.p
Anima corporis dispensatrix. 164.m
Animas comparat Aristoteles speciebus figurarum. 162.f
Animarum successio in vtero. 166.f
Anima sensitiua corruptibilitas. 167.f
Anima ad corpus habet se vt finis, forma, & ars. 168.m

Anima

Anima imperfectorum animantium. 70.p
Animæ vegetatiuæ triplex facultas. 231.m
Animæ vnius assertores. 163.m
Anima non est corporea. 479.p
Manichæorum dogma de animis. 160.p
Animæ omnes æquales. 484.f
Varietas corporum in quæ redire animas finxerunt veteres. 520.f
De anima Neronis. ibidem
De animis Platonis Palingenesia. 521.p
Anima rationalis quod officium informandi pendet à corpore 116.m
Anima rationalis est per se subsistens. 120.f
Anima rationalis eminenter continet alias formas. 151.f
Anima rationalis incorruptibilis. 162.p
Anima vna tantum in homine. 163.m
Qui oppositum asseuerent qua censura digni. 165.m
Anima rationalis in corpore est per se subsistens. 55.p
Error Academicorum circa animam rationalem. 477.m
De appetitu animæ separatæ respectu corporis. 527.p
Anima Christi subsistit subsistentia verbi diuini 61.p.& 64.m
Anima Christi denominatur vt quod ab actionibus sibi propriis. 64.f

ANIMAL.

ANimalia quomodo degenerent. 101.m
Animal an ex terrestri fiat aquatile. 135. & 137.m
De animalibus aquatilibus, & amphibijs. 137.f
Animal nutritur quandiu viuit. 217.f
Animalia felle carentia. 239.& 240.
Animalia liene carentia. ibidem
Animalia quædam cur vtraque bili careant. 240.f
Animalia quæ venenosis vesciuntur. 247.f
Animalia quæ vento pasci dicuntur, quæ odore, quæ igne. 250.
Animalia aquatilia breuioris ævi. 257.m
Animantia omnia piscibus calidiora. 410.m
Animantibus natura tegumenta, & arma dedit. 479.p

ANNIHILATIO.

ANnihilatio non est mutatio. 124.f
Annihilatio est quid negatiuum. 126.f
Annihilatio non est malum quid. 134.p
Cur Deus in se peccantes non annihilet. 134.p

ANNVS.

ANnus Climactericus. 52.f
Annus tempora. 492.p
Temperamenta quatuor partium anni. 493.m
Conueniens dissidium inter quatuor anni tempora. ibidem.f
Anni in prima mundi origine æquales nostris. 514.m
Qui per multos annos vixere. 515.p
Anni magni spatium. 520.m
Possit ne annus in quadrante horæ diuinitus includi. 536.p
Annus qui præterijt diuinitus potest redire. 536.m

APPETITVS.

APpetitus perpetuitatis. 90.m & 510.f
Appetitus immortalitatis. 129.f
Appetitus sensitiuus, & rationalis. 161.f & 162.p
Appetitus in homine duplex. 157.m
Appetitus viuentium ad suam conseruationem. 186.f
Appetendi actus in nostra potestate. 242.m
Appetitus animæ separatæ respectu corporis. 527.p

AQVA.

CVm ex aqua ægrignitur humor aquæ corrumpitur. 146.m
Similitudo à conuersione aquæ in vinum. 216.f
Aqua ad natiuum frigus reuocatur. 329.f
Aquam puteorum, & fontium non magis calidam esse hyeme, quàm æstate qui putent. 330.m
Rationes pro ea sententia. ibidem
Aqua puteorum & fontium cur hyeme in calescat. 332.m
Aqua in gelu quomodo concrescat. 338.f
Aqua aliquando tepefit, & non rarefit. 45.m
Aqua in vinum conuertitur. 216.& 363.
Aqua an à vino diluto eximi possit. 363.m
Aqua à quo reducatur ad natiuum frigus. 399.f
Aqua cur valde humectet. 408.m
Semper aer plus habet humiditatis, quàm aqua. ibidem.f
Luna cur aquæ dicatur dominari. 409.p
Aqua summum frigus debetur. ibidem.f
Aqua calefacta cur citius congelascat. 410.f
Aqua frigida, & humida. 411.f
Cur manus aqua siccitatem non sentiat. 416.p
Varia causa cur aqua ignem extinguat. 418.p
Aqua tepida habet simul aliquid caloris & frigoris 425.m
Aquæ guttula ferrum candens etiam refrigerat. 350.f

ARISTOTELES.

ARistoteles cur reprehendit Platonem. 2.p
Aristotelis error circa diuinã prouidentiã. 81.f
Aristotelis locus ex secundo Metaph. explicatur. 151.f
Aristoteles dicebat cerebrum cum aliis partibus non esse continuum. 168.f.& 169.p
Aristoteles in corde posuit sensum communem. 122.p
Aristotelis sententia de generatione cordis. 202.m
Aristotelis sententia de principatu cordis. 224.m 218.f & 206.f
Aristotelis sententia de concursu fœminæ in generatione relinquitur. 195.p
Aristotelis fundamentum de ea re euertitur. ibidem.f
Aristotelis opinio de materia fœtus. 197.p
Aristoteles animas speciebus figurarum cõparat. 162.f
Aristotelis sententia cerebrum non esse continuum cum aliis partibus. 168.f
Aristoteles quomodo intellexit contima in se agere

Universidad de Deusto
Biblioteca

non posse. 322.f
Aristotelem vellicat Galenus. 413.p
Aristotelis loca explicantur. 421.p
Aristoteles vbi Platonicam doctrinā redoleat. ibid.
Aristoteles quid de incubitu auium. 99.p

ARBOR.

Arborum semina viuunt. 188.m
Arbores etiam calore viuunt. 419.m
Arborū calor præcipuus minister operationū. 421.m
Arbor Cœlestis dicitur homo. 481.m
De arbore vitæ. 511.m

ARS.

Ars natura æmula. 201.p.& 499.f
Ars inferior materiam præparat, superior dat formam. 195.f

ARTERIA.

Arteriæ quæ sint. 218.f
Arteria vitali facultati inseruiunt. ibid.
Arteria oriuntur à corde. 219.p
Arteriarum pulsus ad modulos certos compositus. 221.m
Arteria quod temperamentum habeant. 497.p

AVICENNA.

Auicennæ error circa formarum productionem. 91.f
Auicenna opinio de potentia generatiua. 189.f
Auicenna ait naturam ferri in conseruationem speciei non in multiplicationem singularium. 129.p
Auicenna illustrauit opinionem de forma corporeitatis. 153.p
Auicenna finxit intelligentiam corporum formatricem. 189.f
Auicenna ait animam, & suum, & alienum corpus alterare posse. 207.m
Anaxagoras suam vocem ignorauit. 7.m

AVES.

Quid Aristoteles de incubatu auiū. 98.f.& 99.p
Aues quomodo variè ex ouis generentur. ibid.
Aues quæ tantum incubant non disponunt principaliter materiam. 99.m
Aues quomodo procreent pullos ex ouis. 98.f

D. AVGVSTINVS.

D. Augustini dictum de existentia mali in bono. 133.f
D. Augustini opinio de Gigantibus. 26.m
Vt rerum similitudo, ita & verborum hallucinandi occasio ait August. 36.p
D. August. de colore Chamaleontis. 39.m & 40.f
D. August. ait Dæmones cum fœminis concubuisse. 104.p
D. Augustin. de Serpentibus Magorum. 103.f
D. August. de Puerici conuersionibus quid senserit. 105.p
D. Augustinus quomodo oues Iacob diuersi coloris fœtus conciperent. 207.p
Deus adhuc dicitur Cœlos creare ex Diuo August. 60.f
D. August. de Pelicano quid senserit. 522.m
Explicatur Augustini dictum de hominis beatitudine. 527.f

BILIS.

Bilis atra & flaua commoda. 240.p
Atra bilis ob insitam acredinē sibi appetitionem excitat. ibidem
Flaua bilis concoctionem iuuat. ibidem
Cur quædam animalia vtraque bile carent. ibidem
Vtraque bilis sæpe in venis reperitur. 241.m & 256.m
Bilis vtriusque vesicula. 256.m
Potest quis è melancholico biliosus effici 377.f
Biliosi habent celeres ingenij motus. 490.m
Bonum concordiæ. 456.f

CADAVER.

Cadauerum formas cur membrorum similitudo comitetur. 158.p
Cadauerum formæ quomodo distinguantur. ibidem.
Cadauerum formæ à quibus per se generentur. 158.f
Cadaueris formam in triduo sibi verbum diminum vnuit. 159.m
In cadaueribus capilli vt crescant. 173.m.& 175.f
Cadauera aromatum condimentis à tabe seruantur. 512.m

CALOR.

Calor, & frigus cur differentiæ tertiæ dicantur. 28.f
Calor minimus non datur. 48.p
Caloris creatio in quo recipiatur. 79.m
Caloris natiua actio in humidum. 336.f
Calor quando non seruat legem actionis difformis. 145.p
Caloris lima siccitas. 341.f
Caloris necessitas. 228.p
Caloris pabulum humidum. 257.m
De actione caloris in humidum varia opiniones. 258.f
Vera opinio. 259.p
Calor qui est in eadem parte cum humido non agit in illud. 259.m
Calor instituit, & instituit. 264.p
Calor qualitas actiua. 384.f
Calor gignitur à luce. 395.m
Calor ex proportione mutata idem an maneat. 395.f. & 400.f
Caloris proprium laxare. 402.p
Calorem appellabat Empedocles litem. ibidem.f
Calor naturalis non dissoluit per se humidum. 404.p
Calor summus conuenit igni. 408.p
Non omnis calor è cœlo. 410.m
Omnis

Omnis calor elementaris eiusdem speciei. 416.f
Calore natiuo abundant Germani, Indi ascititio. 420.p.& 423.p
Omnis calor eiusdem speciei. 420.p
Qui putent oppositum. 418.f.& seq.
Colores Polypi, & Chamæleontis. 40
Vnde colorum diuersitas. 205.m
Oues Iacob quomodo diuersi coloris fœtus conciperent. 207.p
Diuersi colores in filiis, & parentibus. 205
De calore cœlesti, igneo, & vitali. 421.m
Innatus calor si aliunde augescat in febrim euadit. 422.p
An calor febrilis natiuum perimat. ibid.m
Calor spirituosus. ibidem
Cur frigoris, & caloris productio simul esse non possint 435.p
Calidum dupliciter. 461.f
Acquisito caloris, & frigoris in subiecto nudo potest dari simul dummodo non excurratur vltra summam latitudinem vnius. 432.p
Idem dicendum de eo subiecto cui aliquid inest frigoris & caloris, non tamen tota latitudo. ibidem
Calor intensus, & remissus dicuntur contrarij. 339.p
Caloris fons cor. 221.m.496.f
De caloris temperamento. 496.f
Calor ascititius abundat in Iuuenibus. ibid.

CAPILLVS.

Capilli vita functis succrescunt. 173.m
Capillos non esse qui putent. ibid.
Capillos esse animatos qui putent. 172.f
Capilli vt generentur. 173.p
Capilli ex quo fiant. 173.f
Capilli terminum crescendi habent. 174.m
Capilli præcisi cur citius nascantur. 174.f
Capilli quomodo augescunt. 175.p
Capillos crispos habent Æthiopes. 174.m
Capilli tota vita crescunt. 175.m
Capilli vt nutriantur. 176.p
Capilli suis constant organis. 176.m
Canities vnde proueniat. 173.m
Calx imecta aqua ignescit. 333.f
In calce ignis actu est. ibid.f
In capite cur sensus. 480.f
Caput sine cerebro inuentum dicitur. 488.p

CAVSA, ET CAVSALITAS.

Causa decrementi in corporibus humidis. 26.f
Causa perpetuitatis generationum. 27.f
Causa naturalis cur huic numero effectum producat. 49.p
Quarum causarum effectus possit Deus se solo producere, & conseruare. 75.p
Medius consumit causa materialis quo pacto sup-

pletur à Deo. 86.p
Causa impedienti perfectionem. 130.m
Causa per accidens reducitur ad causam per se. 458.f
Causam efficientem veteres somniarunt. 498.f
A Cerebro nerui oriuntur. 211.m
Ex cerebri offensione quæ morbi. 213.p
Cerebri frigus non mitigat cor. 225.f
Cerebrum ex subita apprehensione non turbatur. 226.p
Cerebri præstantia. ibid.m
Cerebrum an corde nobilius. 227.p
Cerebri sedes nobilior quàm cordis. ibid.m
Cerebrum non esse continuum cum aliis partibus Aristotelis sententia. 168.f
Cerebrum non sentire ait Galenus. 169.p
Facultas naturalis partim est in cerebro partim non. 222.p
Caput sine cerebro inuentum dicitur. 488.p
Hominis cerebrum maius proportione sui corporis. 479.p

CIBVS.

Cibi vehiculum quid. 234.p
Cibi & potus discrimen. 244.m
Cibi appetitionem excitat atra bilis. 240.p
Cibi noxij ingenio, & memoriæ. 487.p
Ciborum multitudo ventriculi vires minuit. 515.p.

CHAMELEON.

Chamæleontis colores. 40. & 41
Chamæleon quo pacto se transformat. 41.f & 42.p
Chamæleon muscis vescitur. 242.p
Qui dicunt illum vesci aëre. 250.p
Chamæleon colores representans non alteratur. 41.f

CHRISTVS.

Christi anima subsistit substantia verbi diuini. 61.p
Christus non dicitur incepisse. 64.m
Natura humana in Christo caret propria subsistentia. 77.f
Christi corpus in Eucharistia accipit esse substantiale. 106.f
Corpus Christi in Eucharistia cur non agit in species nec patitur. 307.p
Terminus humanæ generationis Christi 117.m
Quid B. Virgo in Christi generatione egerit. 118.m
Christi corpus mortuū in triduo. 154.f.& 164.m
Christi corpus mortuum, & viuum quo pacto sint idem. 159.m
Christi temperamentum pro ætatum ratione variatum. 470.m
Christus nunquam ægrotauit. ibidem.f
In Christo magna pulchritudo. 482.m
Christi effigies ex Nicephoro. 483.p
Christi statura. ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHYLVS.

Chyli confectio. 231.m
An Chylo ventriculus alatur. 255.p
Ex qua parte Chyli quatuor humores generentur. 238.m
Qui color ad pulchritudinem. 482.p

COMPLEXIO.

Complexionum diuisio. 488.f
Qualis ad ingenium magis conferat. ibid.
Rationes pro vtraque complexione. 489
Qui ingenio floruere melancholici. ibid.m
Melancholicorum laus. ibid.f
Complexio sanguinea apta ad functiones vegetatiuas. 490.m
Complexio phlegmatica ad mentis actiones inepta. ibid.m
Duo genera Melancholicorum. ibid.f
Melancholica ascititia. 491.m
Quos Melancholicos Plato commendet. 490.f

COMPOSITVM.

In composito non insunt tot forma, quot praedicata. 150.m
Compositum tripliciter manet idem. 266.m
Compositum subiectum denominationis accidentium. 54.m
Accidens idem re cum composita, in composito inhaeret. 65.p

CONCOCTIO ET eius facultas.

Concoctio prima. 232.m
Concoctio secunda. 233.m
Coctrix facultas. 232.m
Concoctio non omnino ventriculo necessaria ex Galeno. 224.m
Concoctionum tres species. 244.f
Prima decoctionis rudimentum. 237.p
Secunda, & tertia decoctionis rudimentum. ibid.m
Concoctionem iuuat flaua bilis. 240.p
Contactus, vide tactus.

CONSERVATIO ET conseruate.

Res eisdem gignuntur & conseruantur. 417.p
Naturae prouidentia ad res conseruandas. 510.f
Qualitatem naturalem conseruatricem corporum corruptibilium in perpetuum, Deus potest producere. 512.m
Oppositum tamen videtur probabilius. 513.p

CONSVETVDO.

Consuetudinis vis. 248.m
Consuetudo venena sumendi. 249.p
Consuetudo quantum valeat. 357.f

CONTINVVM.

Continuum bifariam diuisibile in omnem sui partem. 19.p
Continuum est inter qualibet duo puncta. 20.p
Continua in se mutuo non posse agere quo pacto intellexit Aristoteles. 322.m
Continuari specie distincta non possunt. 371.p

CONTRARIA.

Contrariorum subiecti necessario dandum. 10.m
Omnis mutatio inter contraria. 22.m
Contraria circa idem. 41.p
Contrarium non habent species intentionales. 327.f
Contrariorum mutua actio. 346.p
Si vnum contrarium sit in natura alterum quoque dari conuenit. 229.p.318.f
Duae qualitates primae contrariae in gradibus remissis simul. 425.m
Qui id negent. 423.p
Qualitates secundae contrariae possunt permisceri simul. 426.m
Qui habitus contrarij simul esse possint. ibid.f
Contraria in gradibus intensis simul esse nequeunt. 427.f
Cuilibet subiecto certa inest capacitas ad recipienda contraria. ibid.f
Pugnent ne contraria formaliter an efficienter. 428.m
Quaedam contraria non actiua. ibid.
Quoties duo contraria prima eidem insunt ambo summam latitudinem gradualem vnius necessario complent. 429.p
Cur id non accidat in alijs contrarijs. ibid.f
Contraria in gradu perfecto diuinitus possunt esse simul. 430.f
Qui id negent. ibid.p
De quibus contrarijs hoc sit intelligendum. 431.p
De contrarijs actionibus. ibid.f. & seq.
Acquisitiones primarum qualitatum contrariarum in subiecto obtinente iam completam vnius contrarij latitudinem non possunt dari simul. 433.m
Argumenta in oppositum. 452
Cum mundus constet ex contrarijs cur non pereat. 472.m
Acquisitiones contrariae qualitatum secundarum non sunt simul. 434.f
Qui actus contrarij non possint simul dari in eadem potentia. 435.f
Contrarij actus qui simul diuina virtute dari possint. 436.p
Tristitia, & delectatio quomodo proprie contraria. 437.p
Quae mutuo contraria sunt, possunt in se transmutari. 450.m
Sape actiones eiusdem speciei oriuntur à contrarijs. 404.p
Quomodo Aristoteles vnum contrariorum priuationem appellet. 396.f
Calor remissus, & intensus dicuntur contrarij. 339.p
Actus voluntatis, & appetitus sensitiui an contrarij. 147.f

CONVERSIO.

Conuersio vxoris Lot. 105.p
In conuersionibus qui modus loquendi. 105.m
Ad conuersionem quae requirantur. 106.p

Conuertere potest Deus lapidem in Angelum. 107.m
Conuersio importat duplicem actionem. ibid.f
Generatio naturalis est conuersio. 108.m
Generatio & conuersio sunt vna actio realiter non essentialiter. 108.f
Conuersionis species varia. 109.p
Conuersio praecipuè actionem positiuam importat. 109.p
Ad veram conuersionem quinque conditiones. 104.f & 105.p
Conuersio aquae in vinum. 216.f & 363.m

COR.

NVm cor primo generetur late disputatur. 201. & seq.
Cor vltimo desinit. 202.f & 204.m
Cor spiritus & sanguinē arteriale generat. 202.f
Aristotelis opinio de principatu cordis. 218.f & 224.m
Cor cuius sanguinis origo. 220.m
In corde residet facultas vitalis. 222.p
Cor principium vitae. ibid.
Affecto corde animal interit. ibid.
Cor vitae Thesaurus. 221.m
In corde vis pulsatrix. ibidem
In corde vis confectrix spirituum vitalium. ibid.
Cor fons caloris. 221.f
Cor fons sanguinis ex Platone. 225.p
Cor mundi Sol. ibid.m
Sine corde perfectum animal non gignitur. ibid.
Sine corde perfectū animal diu non viuit. 224.m
Testudo non habet cor. ibidem
Cerebri frigus non mitigat cordis aestum. 225.f
Cor ex subita apprehensione turbatur. 226.p
De dignitate cordis veterum opinio. ibid.m
Cor an cerebro nobilius. 227.p
Corda fedes nobilior quàm Cerebri. ibid.m
In laeua cordis ventriculo spiritus vitales generantur. 230.p
Cordis & concupiscentiae domicilium. 242.p
Licet animal obseruatum pereat, semper ei prope mortem friget cor. 422.f

CORPVS ET CORPORALE.

IDem corpus potest à Deo simul constitui in diuersis locis. 532.m
Corporis Oresti, & Pallantis magnitudo. 18.m
Corpus humanum instar musicis instrumenti fabricatum. 162.m
Corporis humani politia. 227.m
Corporis humani fabrica. 231.f
Corporis humani incrementum. 274.f
Corporis humani proportio optima. ibidem
De corpore Euae ex costa Adami. 299.p
Corporum incrementa quid promoueat. 276.m
Corpora qua plus exercētur cur viuaciora. 260.p
Corpora damnatorum quo pacto ignis vrat. 328.f
Corpus Christi, vide Christus.
Daemones corpus habere, dogma Platonicū. 101.f
Corpus non habent Daemones, nec Angeli. 102.f
In corpore assumpto quo pacto hominem Daemones generare possint. 103.p
In efformandis corporibus Daemonum imbecillitas. 104.p
Corporale, & spirituale genere differunt. 378.p
Corpora beatorum quatuor primas qualitates habebunt. 469.f
Corporis statura in beatis varia. 483.f
Corporum magnitudo in patria quanta futura sit. 484.p
Glorioſorum corporum temperamentum omnino inuariabile. 525.m
De pulchritudine corporum glorioſorum. 483.f
Corpora humana habere partem materiae Adami quis putet. 264.p
Corpulenta substantia, qua dicatur. 267.p
Corporis humani temperamentum an sit caeteris praestantius late disputatur. 475.p
De corpore aethereo animae rationalis Academicorum error. 477.p
Corpus humanum vnde formatum à Deo. 478.p
In corpore hominis nulla particula quinta substantia. 477.f
Corporis humani & coelestis conuenientia. 478.p
Corporis species simulachrum mentis. 482.f
Corpora primorum parentum in quo sensu immortalia. 511.p
Qualitatem naturaliter perpetuóque conseruatricem corporum Deus potest facere. 512.m
Oppositum tamen videtur probabilius. 513.p
Corporum varietas in qua redire animae fuxerunt veteres. 520.f
Corporis informandi appetitus inest animae separatae. 515.f

CORRVPTIO.

Corruptionis definitio. 42.p & 124.m
Generatio, & corruptio quando sint. 20.m
Terminus ad quem corruptionis, est terminus à quo generationis. 51.p
Corruptio non est actio positiua. 124.m
Corruptio duplex. 125.p
Quae corrumpuntur, & generantur non proprie mutantur. 125.m
Corruptionis, & generationis conuenientia, & discrimen. 125. & 126
Corruptionis terminus negatiuum quid. 126.p
Corruptionem esse quid positiuum qui putarint. 126.m
Quomodo sit corruptio naturalis respectu, formae & materiae. 127.m
Corruptio malum quid. 128.p
Corruptibilitas vnde proueniat. ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corruptio quomodo causas habeat. 129.p
Generatio vnius corruptio alterius. 133.p & 137.m
Incorruptibile quomodo dat esse corruptibili. 162.p
Corruptibile sumi potest à forma incorruptibili. 168.p
Corruptibilitas animæ sensitiuæ. 167.f
Non omne mistũ corruptibile ab intrinseco. 317.p
A corruptione eximi possunt corpora per qualitatem diuinitus superadditam. 512.m & seq.
Incorruptibilitas cœlorum. 513.m
Corruptum naturæ viribus redire non potest. 523.f

CREATIO.

CReatio an sit actio. 62.m 64.p
Creatio est etiã illa actio qua Deus tribuit esse materiæ. 60.f
Creatio in quo recipiatur. 61.m
Creationi Angelorum definitio generationis non conuenit. 96.f
Creatio & annihilatio mutationes nõ sũt. 124.f
Creatio caloris in ipso recipitur. 79.m
Creatio & generatio eiusdem vt differant. 108.p

CREATVRA.

CReatura relatio. 62.f
Creatura relatio non potest dari extra subiectum. 79.p
Creatura relatio idem re cum illa. 68.m

DECRETIO.

DEcretio quo pacto differat à generatione. 108.p
Decretio quo pacto fiat. 217.f
Decretio multipliciter. 271.m
Decretio differt ab accretione, & mutatione plusquam genere. 272.p
Vide accretio.
Causa decrementi in corporibus humidis. 22.f
Decoctio vide coctio.

DÆMONES.

DÆmones vi propria nihil gignunt. 27.m
Dæmones corpus habere dogma Platonicum. 101.f
Dæmones procreasse filios qui putarint. 101.f & 102.p
Dæmones concubitu fœminarum generare non possunt. 102.m
Dæmones in corpore assumpto quo pacto hominem generare possint. 102.f & 103.p
Dæmones num cum fœminis concubuerint. 103.p
Ex congressu Dæmonis, & fœminæ Merlinus dicit ur generatus. 103.m
Dæmonum imbecillitas in efformandis corporibus. 104.p
Dæmones vt internis sensibus illudant. 179.p
Dæmones aliquando hominum aspectum eludunt. 225.m
Dæmonibus torquendis ignis eleuatus diuinitus. 329.m

DENSITAS.

DEnsitas & raritas qua acceptione nõ sunt qualitates. 286.f
Densi & rari definitio. ibid.m
Densitas & raritas sublunaris eiusdem speciei cum cœlesti. 287.m
In materia densiori ignis aerius vrit. 388.m
Densare proprium frigoris. 402.p
Corpora densa cur humiditatem diutius conseruent. 408.m
Densitas ad aspectum terminandum necessaria. 342.m
Densitas non auget virtutem intensiuam qualitatis. 344.p

DENTES.

DEntes sunt animati. 176.f
Dentes sentire ait Galen. ibidem.
Dentes tota vita an crescant. 277.p

DEVS.

DEus accidẽtia extra subiectũ cõseruat. 74.f
Deus accidentia extra subiectum potest producere. 74.f
Quarum causarum effectus Deus potest producere & conseruare se solo. 75.p
Deus aspectum non fallit ponendo accidentia sine substantia. 76.f
Deus qua ratione modum causandi causæ materialis suppleat. 85.f
In Deo nulla mutatio. 86.f.& 87.p
In Deo noui modi esse non possunt. 86.m
Deus etiam nunc rebus à se initio creatis idem esse confert. 37.m
Deus dat esse materiæ per creationem. 90.m
Deus potest conuertere lapidẽ in Angelũ. 107.m
Deus peccantes cur non annihilet. 134.p
Deus rerum naturas non potest euertere. 72.m
Deus determinat ad hunc numero effectũ. 49.p.& 524.m
Deus potest ponere in eodẽ subiecto aliquos actus contrarios. 437.p
Deus potest res permanentes quæ perierunt reparare. 529.m
An id facere possit mediante creatura. 530.m
Deus potest eandem actionem quæ periit secundum realitatem reparare. 531.p
Deus potest ponere idem corpus in duobus locis. 533.m

Si Deus ageret ex necessitate esset & non esset Deus. 532.p
Dies critici. 52.f

DISPOSITIO.

DIspositionum duo genera. 142.p
Dispositiones consequentes non concurrunt efficienter ad formæ productionem. ibidem
Dispositiones consequentes concurrunt in genere causæ materialis. 142.m
Dispositiones consequentes per se formam, eam conseruant dispositiuè. 142.f
Dispositio completa ad formam viuentis quomodo incipiat. 283.f

DIVISIBILE.

BIfariam continuum diuisibile in sui partem. 19.p
Nullum corpus diuidi potest in omnem sui partem. 284.m
Diuisibilis est ille calor qui post primam superficiem ad complementum caloris desideratur. 283.m

EFFECTVS ET EFFICIENS.

CVr causa naturalis hunc numero effectum producat. 49.f 525.p
Quarum causarum effectus Deus possit se solo producere & conseruare. 75.p
Accidens nõ refertur transcendentaliter ad efficiens. 145.f
Efficientem causam veteres somniarunt. 498.f
An idem numero effectus natura viribus redire possit latè disputatur à pag. 520.
Dependentia huius effectus à certo agente qualis. 530.f

ELEMENTVM.

ELementum an possit esse viuentis alimentum late disputatur à pag. 249.
Ex concursu duorum elementorum vt gignatur tertium. 343.p
Elementa in misto sunt potentia. 356.f
Elementa ordinantur ad mistionem. 361.f
Elementa actu ne sint in misto late tractatur à pag. 368.p
Mistum vt mouetur ab elemento prædominante. 374.m
De definitione elementi ibidem.& 390.p & seq.
Quomodo elementa maneant virtute in mistis late tractatur à pag. 375.
Cur elementa plura vel vnum non dicantur in aliis continere. 373.m
Elementorum & mistorum qualitates eiusdem speciei. 376.f
Singuli humores singulis respondent elementis. 378.m
Elementorum consideratio qualis in hoc opere. 379.m
Elementa non sunt prima principia simpliciter. 380.p
In quolibet elemento tria principia. 383.p
Elementa dupliciter spectantur. 382.f
Quæ qualitates quorum elementorum propriæ. 386.f
Quatuor tantum elementa. 45.m.& 387.f
Theoremata de statu, & conditione elementorum. 388.f
Elementi acceptiones variæ. 389.f
Elementorum formæ non sunt qualitates. 391.f
Grauitas, & leuitas non sunt formæ elementorum. 394.p
In elementis præter quatuor qualitates non dantur aliæ virtuales eiusdem appellationis. 397.p
Elementa calida ingenitam habent varitatem. 403.m
Cuilibet elemento plures insunt qualitates primæ. 411.f
Elementaris mundi concors discordia. 412.p
Elementa mutuis vicibus dispendia resarciunt. 412.f
Qualitates elementorum in excellenti non tamen summo gradu, contrarium ad mixtionem habent. 415.p
Elementorum qualitates symbolicæ eiusdem speciei. 416.f
Elementa symbolica. 439.m.& 444.p
Quoduis elementum, è quouis gigni potest. 443.m.& 451.f
Cur vicina elementa se non absumant. 452.m
Symbolica elementa inter se facilius transmutantur. 445.f
Non omnia elementa symbolica æque facile aut à symbolica æque difficile conuertuntur. 446.m
Potest elementum vnum corrumpere plura elementa & ex iis aliud à corruptis specie distinctum generare. 447.m
Qualibet duo elementa non habentia symbolum possunt occasu suo tertium gignere ab ipsis specie diuersum. 447.f
Elementa communia generationis principia. 448.f
Opinio de magnitudine elementorum. 454.f
Empedocles elementa cœlo priora statuit. 456.f
Empedocles elementis generationem & interitum negauit. 458.m
Opinio Empedoclis de concretione mistorum ex elementis. 460.p
Elementa qua ratione misceantur. 461.p
In quolibet misto omnia elementa. 462.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elementa è miſto prodeunt. 461.m

EMANATIO.

Emanationum an præcipua cauſa generam. 83.p
Emanatio non eſt propriæ actio. 535.p
Embrio interitum ſibi non molitur. 167.p

EMPEDOCLES.

Empedoclis reprehenſio. 454.p.& 455.f
Empedoclis contradictio. 458.p
Empedocles elementa cœlo priora ſtatuit. 456.f
Empedocles elementis generationem & interitum negauit. 458.m
Opinio Empedoclis de concretione miſti ex elementis. 460.p
Empedocles ſolem igneæ naturæ faciebat. 9.f

EXISTENTIA.

Si res quæ periit iterum reproducatur non neceſſario habebit duas exiſtentias. 532.m
Exiſtentia eſt purus modus rei. 70.m.77.p
Exiſtentia vnius rei nequit alteri aptari. 77.p
Exiſtere non poteſt accidens exiſtentia ſubſtantiæ. 77.m
Inhærentia eſt modus exiſtentiæ accidentis. 78.m
Materia ſuam habet exiſtentiam. 81.m
Particula ex, vel de late patent. 123.f
Exhalationis ſucceſſio circumſtante frigido. 332.p

ESSENTIA ET ESSE.

Eſſentia ineſt rebus ex æternitate. 91.m
Eſſentiæ quo pacto non habeant cauſam. 92.m
Eſſentia identitas non pendet per ſe à principio actiuo. 119.p
Eſſe formæ materialis quale. 121.m
Eſſe eſt à forma. 152.f
Eſſe ſupponitur ad actionem. 439.f
Eſſe ſubſtantiale accipit Chriſti corpus in Euchariſtia. 106.f

EXTENSIO.

Extenſio materia. 137.p
Extenſio & raritas ſe comitantur. 296.m
Extenſio eſt de ratione quantitatis maior verò, vel minor per accidens ſe habent. 296
Extenſio accidentium à quantitate. 59.p
Extenſio ſubſtantiæ à quantitate. 67.f

FACVLTAS.

Facultas naturalis, vitalis, animalis, quid ſint & vbi reſideant late diſputatur à pag. 218.m
Triplex facultas vegetantis animæ. 321.m
Facultas coctrix. 231.p
Facultas nutriens. 273.f
Facultas altrix cur non laſſetur. 262.m
Facultas nutriendi terminatur intrinſece ex parte effectus. 276.m
Facultates adminiſtræ nutritionis quæ & quot. 236.p
Harum facultatum diſtinctio. 236.f
Facultatis actiuæ definitio. 336.p

FAMES.

Famis & ſitis natura & cauſæ explorantur late à pag. 241
Famis data ad inſtaurandum humidum pinque. 246.p
Ad famem concurrunt quinque. 243.m
Famis ſubiectum. 244.p

FOEMINA.

Fœmina mas occaſionatus. 119.f
De intentione naturæ in productione fœminæ D. Thomas. 130.f
Durandi opinio ea de re. 131.p
Quomodo generatio fœminæ intendatur à natura. 131.m
Fœmina an actiue concurrat ad generationem latè à pag. 191
Fœminas non conferre verum ſemen putat Ariſtotel. ibid.m
Fœmina verum ſemen edunt, ſed minus efficax. 193.m
Fœmina, & mas habent potentiam eiuſdem ſpeciei. ibidem
Fœmina cur ſola non gignat. 195.m
Fœminas tantum dari in quibuſdam animantibus dubitat Ariſtoteles. 193.p
In ſtatu innocentiæ fœmina, vel mas generãdi erant pro parentum arbitratu. 206.m
Ex fœmina, & Damone Merlinus dicitur generatus. 103.m
Fœminæ productio. 130.f
Inter matrem, & ſobolem ſimilitudo. 196.p

FOETVS.

In fœtu eſt vis eiuſdem ſpeciei ac in generante. 191.p
Fœtus patris & matris ſimilitudinem refert. 193.f
Fœtus materia qua, ex Ariſtotele. 197.p
Refellitur eius opinio à Medicis. ibid.
Fœtus materia ex quo ſanguine. ibid.
Fœtus materia in animalibus exanguibus. 198.p

FEBRIS.

Febris eminſinedi calor. 171.f
Animal qñ febri laborare iudicãdũ ſit. 467.p
Febris

Febris definitio. ibid.
Febris diaria, putrida, & hectica. 422.m
Licet animal ob febrim pereat ſemper ei propè mortem frigeat cor. ibid.f
Innatus calor ſi aliunde augeſcat in febrim euadit. ibid.m
Animantia quæ fel non habent. 239.m

FERRVM.

Ferrum candens vt ſtupam accendat. 342.p
Ferrum candens nõ eſt totum verſum in ignem. ibidem
Ferrum ignitum à gutta aquæ patitur. 351.m
Struthiocamelus excoquit ferrum, & abſumit aurum. 422.p

FIGVRA.

Ad figuras non eſt alteratio. 33.f
Similitudo animæ cum figura. 362.f
Figura hominis cur recta. 480.m
Corporis figura plus conuenit homo cum bellua, quàm cum plantis. 481.p

FRIGVS.

Vt Ariſtoteles frigus priuationem vocat. 28.f
Cur frigus & calor differentia ignis & terræ dicantur. ibid.f
Frigus cerebri non mitigat cor. 225.f
Frigus qualitas actiua. 385.m
Frigus non eſt primatio caloris. 396.m
A quo reducatur aqua ad natiuum frigus. 399.f
Vt frigus ſiccitatem afferat. 400.p
Frigoris proprium denſare. 402.p
Summum frigus aquæ debetur. 409.f
Frigus non concurrit per ſe ad functionem vitæ. 421.m
Frigidum dupliciter. 404.p
Frigidiores piſces cæteris animantibus. 410.m

FORMA.

Formæ diuerſa munia. 67.f
Forma non eſt per ſe ſubiectum accidentium. 55.f
Forma num ſit conditio ad recipienda accidentia. 58.p
Formæ recipiuntur in materiam extenſam. 64.f
Non ex qualibet materia, & forma fit vnum. 66.f
Forma cœleſtis materiam ſublunarem informare nõ poteſt. 71.m
Formarum triplex genus. 78.m
Formæ ſubſtantialis fœcunditas. 89.f
Forma cur Pythagoræis harmonia. 90.p
Formæ non proprie producuntur, excepta rationali. 92.m
Duplex formæ notio. 120.f
Formæ cauſalitas non eſt actio. 122.m
Forma vt corrumpitur per accident. 123.f
Formæ materialis eſſe. ibid.
Formam patientis cur generans excludit. 137.p
Ad formæ introductionem non concurrunt efficienter diſpoſitiones conſequentes. 142.m
Sed concurrunt in genere cauſæ materialis. ibid.
Diſpoſitiones per ſe conſequentes formam eam conſeruant diſpoſitiuè. 143.f
In compoſito non inſunt tot formæ, quot prædicata. 150.m
Forma dat eſſe, & vnitatem. ibid.
Formam corporeitatis qui poſuerint. 153
Rationes ponendi formam corporeitatis. 154.m
Qui eam negent. 155.m
Omnis forma vel eſt Metaphyſica, vel naturalis, vel Mathematica. 156.m
Ex actionibus ſpecie diuerſis non arguuntur formæ ſpecie diſtinctæ. 170.p
Forma quo excellentior eo pluribus eget organis. 390.f
Diſpoſitio completa ad formam viuentis quomodo incipiat. 274.f
Forma vniformiter difformiter extenſa. ibid.
Viuentium imperfectorum forma diuiſibiles. 260.p
Formam cadaueris vnus ſibi verbum diuinum in triduo. 159.m
Formas cadauerum cur membrorum ſimilitudo comitetur. 158.p
Forma cadauerum quomodo diſtinguantur. ibid.
Forma cadauerum à quibus per ſe generentur. 158.f
Formæ elementorum non ſunt qualitates. 392.f
Formæ ſubſtantialis dignitas. 456.f
Formæ proprium agere. 465.f
Forma quæ in ſubiecto vniformi difformitate extenditur in prima ſuperficie habet certum gradum poſt illam incertum. 283.p
Metaphyſici gradus non ſumuntur à ſola forma. 168.p
Forma quid. 498.m
Ad formam reuocat Ariſtoteles finem. ibid.

GALENVS.

Galenus gloriatur ſe plagam Ariſtoteli inflixiſſe. 166.m
Galeni ſententia eſt cerebrum non ſentire. 169.p
Ex Galeno concoctio non omnino neceſſaria ventriculo. 239.p
Galenus Ariſtotelem vellicat. 413.m
Galenus aut Germanos abundare natiuo calore, Indos aſcitio. 420.p
Diuiſit Galenus febrim in diariam, putridam, & hecticam. 422.m
Licet animal ob febrim pereat, ſemper ei propè mortem frigere cur ait Galenus. ibid.f
Mortem valde febricitis frigido cordis temperamento

Universidad de Deusto
Biblioteca

ascribit Galenus. ibid.
Galenus triplicem animam in homine admisit. 161.p
Galenus putat semen viuere. 187.p

GENERATIO ET Generate.

QVæ natura gignuntur, & intereunt. 6.p
Generatio perfecta quo pacto ab alteratione differat. 6.m. & 37.f
Veterum dogma de discrimine generationis, & alterationis. 6.f
Generatio, & corruptio quando sint. 20.m
Num detur generatio simpliciter. 22.p
Causa perpetuitatis generationum. 27.f
Triplex generationis modus. 27.f. & 28.p
Accidentia gignuntur secundum quid. ibid.
Terminus ad quem corruptionis, est terminus à quo generationis. 31.p
Discrimen inter generationem, & alias mutationes. 34.f
Generatio differt à transubstantiatione quæ fit in Eucharistia. 39.p
Generationis definitio. 34.p. & 122.p
Generationis subiectum. 63.f
Generatio quo pacto dicatur recipi in materiam nudè sumptam. 65.f
Discrimen inter subiectum generationis, & aliorum accidentium. 66.p
Opinio veteris philosophiæ de generatione. 89.p
Generatio substantiæ ex speciebus Sacræ Eucharistiæ. 85.m
Generationis triplex acceptio. 93.m
Quæ reperiantur in qualibet generatione. 94.p
Quatuor generationis definitiones. 93.f
Generationis vera definitio. 94.m
Quæ definitio conuenias generationi filij in diuinis. 97.m
Generatio actio momentanea. 92.f
Ad generationem tria principia requiruntur. 94.f
Compositum proprie generatur. 95.m
Materia mutari proprie dicitur non generari. 95.f
Triplex notio generationis viuentium. 96.p
Discrimina generationis viuentium. 97.p
Generationis viuentium definitio. 96.m
Generatio viuentium cur creationi Angelorum non conueniat. 96.f
Generatio naturalis est conuersio. 108.m
Non tamen quæ diuinitus dari potest. ibid.
Generatio, & conuersio sunt vna actio realiter non essentialiter. 108.m
Generatio est vna actio, simplex, vera, realis. 111.m
In instanti generationis accidentia pereunt. 112.p
Generatio sustentatur à supposito. ibidem
Duplex acceptio generationis. ibid.
Generatio, & creatio eiusdem vt differunt. 108.p
Generatio non consistit in productione totius. 113.m
Neque in productione formæ. ibid.
Generatio consistit in vnione. 113.f
De generatione humana. 113.f. & 114
Generationis humanæ quatuor modi. 116.f
Resurrectio generatio, vel regeneratio dicitur. 117.p
Terminus generationis humanæ Christi. 117.f
B. Virgo quid in Christi generatione egerit. 118.m
Discrimen Physicæ, & supernaturalis generationis. 118.p
Generationis multiplex consideratio. ibid.
Generationis vocatio vnde. 120.m
Generationis terminus primitate intentionis. 121.p
Generationis terminus vt quod. ibid.
Generationis terminus formalis, & proximus. 122.p
Forma, & compositum vt terminant generationem. 122.m
Generatio idem re cum forma. 122.f
Terminus principalis generationis idem qui corruptionis. 123.f
Quæ generantur, & corrumpuntur proprie non dicuntur mutari. 125.p
Generationis, & corruptionis conuenientia, & discrimen. 125.m
Generatio fœminæ quomodo intendatur à natura. 131.m
Generatio vnius quomodo dicitur corruptio alterius 133.p. & 137.m
Generatio accidentium quatuor modis. 146.m
Discrimen inter subiectū generationis, & motuum. 148.m
In statu innocentiæ fœminas, vel mas generandi erant pro parentum arbitratu. 206.m
Ad generationem an concurrat actiue fœmina. 192.p
Qui putent non concurrere. ibid.
Qui putent oppositum. 193.p
A generatione quomodo differant accretio, & decretio. 208.p
Generatio quatuor humorum. 233.m
Quidquid igitur à re corrupta fit. 210.f
Discrimen inter terminum magnitudinis ad generationem & nutritionem requisitum. 281.f
Quomodo generetur tertium elementum ex concursu duorum. 346.p
Generans num sit propria causa emanationum. 85.p
Nihil generant Dæmones vi propria. 27.m
Dæmones concubitu fœminarum generare non possint. 102.m
Dæmones quo pacto in corpore assumpto homines possint generare. ibidem.f
Dæmones generasse liberos qui putarint. 102.f. & 103.p
Merlinus ex Dæmone, & fœmina quo pacto dicitur generatus. 103.m
Galina quo pacto filium cum Miluino capite genuit. 206.f
Genij qui dicantur. 102.p
Generatio rei naturæ ordine præit eius perfectionem. 398.m
Res eisdem gignuntur, & conseruantur. 417.p
Alteratio ad generationem ordinatur. 438.m
Sat est geniti causam immediate ante extitisse. 449.p
Generationis principia communia elementa. 448.f
Sauagithy Nanos, & proceros generant. 27.p
Tres causæ generationis, & corruptionis. 497.p
Generationis, & corruptionis tempora æqualia. 503.p
Alterni recursus in generatione sublunarium corporum. 505.m
Generationes aliæ necessariæ, aliæ contingentes. ibid.
Generatio via ad esse. 506.p
Progressus generationum duplex. 517.f
Progressus circularis generationum necessarius. 518.m

GIGAS.

OLim maior gigantum numerus. 26.m
De Gigantibus sententia Augustini, & Patrum. ibidem.m
Gigas varias habet significationes. ibidem.m

GRAVITAS ET LEVITAS.

GRauitas, & leuitas non sunt formæ elementorum. 394.p
Grauitas, & leuitas à primis qualitatibus oriuntur. 399.p
De ortu summæ grauitatis, & leuitatis. 410.f

HABITVS.

HAbitus contrarij possunt esse simul in gradibus remissis. 426.f
Non tamen habitus scientiæ, & erroris. 427.p
Qui actus erroris excludat habitum scientiæ. ibidem.m
Habitus & priuatio circa idem. 457.f

HEPAR.

HEpar officina sanguinis. 202.m
Ad hepar pertinet sanguinis nutrientis confectio. 202.f
Sententia Hippocratis de generatione cordis, & hepatis. 201.f
Sententia Medicorum de hepatis, & cordis generatione. 202.p

HIPPOCRATES.

HIppocrates membra politicæ gubernationi comparat. 200.m
Hippocratis sententia de generatione cordis & hepatis. 201.f
Hippocratis experimentum de generatione cordis & hepatis. 202.p

HOMO.

HOmo formaliter corruptibilis. 162.m
Sol, & homo generant hominem. 194.p
Homo parum mundus. 219.p
Humani corporis politia. 227.m
Humani corporis fabrica. 231.f
In quolibet homine esse portiunculam materiæ quæ fuit in Adamo qui putent. 264.p
Num cum externa effigie bruti humana species conseruari possit. 70.f
Hominis generatio. 113.f
Hominis temperamentum cæteris præstantius. 476.f
Argumenta ea de re. 477
In hominis corpore nulla particula quintæ substantiæ. ibidem.f
Conuenientia inter humanum corpus, & cæleste. ibidem.f
Hominis corpus ex quo formatum à Deo. 478.p
Homo in quo vincat belluas, & in quibus vincatur ab illis. ibidem.f. & 479.
Homo imbecillior nascitur cæteris animantibus. 479.f
Homini natura arma, & tegumenta negauit, belluis dedit. ibidem.p
Triplex finis rectæ staturæ in homine. 480.m
Homo plus conuenit cum bellua, quàm cum plantis in corporis figura. 481.p

HVMIDITAS.

HVmiditas, & siccitas cur dicuntur restitutiuæ. 166.m
Humidi instauratio. 261.f
Humidum primigenium non æque instaurari potest. 166.f
Humidum caloris pabulum. 257.m
De actione caloris in humidum diuersæ sententiæ. 258.f
Vera opinio. 259.p
Calor, qui in eadem parte cum humido est in illud non agit. ibidem.m
Humiditas qualitas passiua. 385.m
Humidum, & siccum multipliciter. 386.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

Calor naturalis non dissoluit humidum per se. 404.p
Humiditas summa competit aëri. 408.f
Argumenta in oppositum. 408.p
Cur aqua plus humectet. *ibidem.m*
Corpora densa humiditatem diutius conseruant. *ibidem*
Semper aer plus habet humiditatis, quàm aqua. *ibidem.f*
Humiditas aeris cur ignem conseruat. 418.m

HVMORES.

HVmores quatuor an sint animati late disputatur. 177.p.& seq.
An sint partes animalium. 181.f
Quatuor humores non sunt continuati cum partibus corporis. 180.p
Humores in resurrectione humano corpori reddendi. 182.p
Humores quo pacto generantur. 223.f
Humores vbi generentur. 220.m.& latius. 237.& sequentib.
Humorum vsus, vtilitas, & secretio. 231.f
Similitudo ad declarandam differentiam humorum. *ibidem.*
Humores ex qua parte chyli generentur. 238.m
Humores inter se specie distinguuntur. *ibidem*
Humores secundi apud Auicennam qui. 237.m
Singuli humores, singulis respondent elementis. 378.m

IDEM ET IDENTITAS.

COmpositum tripliciter idem. 266.m
Homo quo pacto tota vita idem perseueret. *ibidem.m*
Quod nutritur manet idem. 267.m
Quomodo intelligendum, quæ eandem habent realitatem separari non possunt. 79.m
Identitas numeralis ex eadem materia, & forma consurgit. 331.f
Idem numero effectus an per vires naturæ redire possit. 320.& seq.
Cur hic numero effectus producatur potius quam ille. 49.p.& 324.f
An idem numero effectus permanens possit iterum a Deo reuocari. 328.& seq.
An id facere possit Deus mediante creatura. 330.m
An idem successiuum diminutus redire possit. 332.& 333.

IECVR.

IEcoris substantia. 231.p
Iecoris figura. *ibidem*
Ad quam partem vergat. *ibidem*

IGNIS.

IN igne quomodo viuere dicatur animal. 252.p
Ignis differt a re viuente quoad conuersionem. 276.m
Ignis minor vt absumatur à maiore. 308.m
Ignis corpora damnatorum vrit. 328.f
Ignis elongatur ad torquendos dæmones. 329.m
Ignis actiu est in calce. 331.f
Empedocles solem igneæ naturæ faciebat. 9.f
Frigus, & calor cur differentia ignis, & terræ dicantur. 28.f
Ignis in materia densiori acrius vrit. 388.m
Ignis cur non dicitur facile terminari termino alieno. 404.f
Ignis calor summus conuenit. 408.m
Ignis inter elementa est vt agens, terra vt patiens. 411.p
Ignis est calidus, & siccus. *ibid.*
Ignis raritas non ex sola sicitate oritur. 417.f
Ignis extinguitur ab aqua multis de causis. 418.p
Ignis cur aëris humiditate conseruetur. *ibidem*
In igne salamandram viuere qui putent. 419.m
Ignis etiam fit ex terra, & aere. 440.m
Ignis tres quasi species. *ibidem.f*
Ignis quomodo nutriri videatur. 465.f
Ignis maximè formalis inter cætera elementa. 343.m
Ignis in sua sphæra præraritate nobis non apparet. 465.
Ignis maximè actiuus. 501.p

IMAGINATIO.

IMaginatio parentum quam efficax ad formationem fœtus. 206.m
Fœmina albi coloris filium æthiopem genuit ex imaginatione. *ibidem*
Et gallina pullum miluini capitis excluſit. *ibidem*
Imaginatiuum homine causat diuersitatem in fœtu. *ibidem*
Imaginatio quomodo rem transmutat. 206.f
Opinio D. Thomæ ea de re. *ibidem*
Imaginationis vis. 328.m
Imaginatio vehement impedit alias actiones. 164.p

IMAGO.

IMagines non habent contrarium. 327.f
Imagines intentionales primarum qualitatum non reflectuntur. 328.p

INCEPTIO.

INceptio rerum permanentium. 46.m
Quomodo incipiat dispositio completa ad formam viuentis. 283.f

INDIVISIBILE SIVE individuum.

DEmocritus magnitudinem ex indiuisibilibus componebat. 13.m
Indiuisile bifariam. 19.p
Individuæ magnitudines. 14.p
Individuæ superficies Platonis. 15.f

INFANS.

INfantis velocitas à cerua educati. 186.p
Infantium corpuscula ex qua materia in resurrectione supplementum capient. 265.f.& seq.
Infantium membra quot diebus formentur. 118.f
Infantibus cur pili præcisi citius regenerãtur. 175.m
In infantibus nerui teneriores. 479.p
Infantes multo pacto, tardiores ingenio euadunt. 487.m

INFINITVM.

INfinitudo atomorum. 13.m
Infinitum natura abhorret. 129.m
Natura quod infinitum abhorreat. 130.p
Infinita materia non datur. 25.m

INGENIVM.

QVod temperamentum aptius ad ingenium. 484.& seq.
Quid ingenio prosit quid noceat. 485.p
Diuersarum gentium ingenia, & mores. 486.p
Ingeniorum feraces vrbes quæ. *ibid.f*
Cur temperamentum indicet ingenium. 488.f
Qui ingenio floruere, melancholici. 489.m
Pueri multo pacto tardioris ingenij euadunt. 487.m

INSTANS.

QVando fit pars nutritionis in instanti. 284.m
Cuilibet instanti non respondet aliqua pars termini per motum producta. 47.f
Instans naturæ quid. 63.m
Instantia seu prioritates naturæ quam vim habeant. 63.f

INTENTIO.

DVplex opinio de intensione qualitatum. 42.f
Intensio luminis per motum luminosi quomodo. 48.p
Intensio qualitatis vltra primam superficiem vt fiat. 283.p
Intendi. & remitti non idem quod suscipere magis, & minus. 290.p
In intensione noua qualitas cur acquiritur non tamen in rarefactione noua quantitas. *ibid.f*
Lux quando impeditur ab extensione confert se ad intensionem. 332.f
Intensio qualitatum certis gradibus desinitur. 424.f

INTENTIO.

DVpliciter aliquid intenditur. 132.f
Malum est præter intentionem naturæ. 133.p

LAC.

LAc efficitur ex sanguine. 184.f
Lac extinguitur concepto fœtu. *ibid.*
Lac aliquando extraordinem naturæ. *ibid.*
Sit ne differentia specifica inter lac & sanguinem. 185.m
Lactis vsi. 186.p
Lactis efficacitas etiam in pecudibus. *ibid.m*

LATIO.

DVplex lationis comparatio. 50.f
Latio an nobilior alteratione. *ibid.*& 51.m
Latio quàm minima subiectum mutat. *ibid.p*
Per lationem non acquiritur realitas sed modus quantitatis. *ibid.*

LIEN.

ANimantia liene carentia. 239.m
Lienosi ad risum faciles. *ibid.f*
Qui absque liene vixerunt. 241.p
Procliuiores ad risum grandiore sunt liene. *ibid.*
Linguæ ministerium. 231.f

LIQVOR.

DE liquore stillatitio. 263.f
Cum liquor aliq eiusdem speciei miscetur an generetur tertium. *ibid.f.*& 264
Opinio Durandi. *ibid.*
Quid dicendum ea de re. *ibid.*

LVNA.

LVna cur appareat non tamen alia cæli partes. 343.m
Cur luna tantum luminis ad nos eiaculetur. *ibid.*
Luna cur aqua dicatur dominari. 409.p

LVX ET LVMEN.

INtensio & diminutio Luminis per motum luminosi vt fiat. 48.m
Lux Solis. 76.p
Lux calorem virtute continet. 263.p
Lux calorem gignit. 396.m
Lux quando impeditur ab extensione confert se ad intensionem. 332.f
Luminis extensio vniformis difformis vltra primam superficiem. 337.f
Luminis reflectio quando detur. 342.m
Argumentum de luminosis. *ibidem*
Luminosa posita penetratiue qualiter agant. 343
Luminosum potest agere in se intendendo lucem per actionem reflexam. 235.p
Cur lumen ab opaco reflectatur. *ibid.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De duobus corporibus æque lucidis altero raro, altero denso. ibid.

MAS.

Mas in quibusdam animantibus an detur. 191.p
Mas, & fœmina potentias habent eiusdem speciei. 191.f
Mas diutius viuit. 258.m
Mares & fœminæ in statu innocentiæ generãdi erant pro parentum arbitratu. 220.p
Marium membra quot diebus formentur. 128.f

MALVM.

Annihilatio non est malum quid. 134.p
In homine cur malum morale maiori ex parte inueniatur. ibid.m
Malum non intendit natura. 133.m

MAGNES.

Magnes eadẽ virtute attrahit, & retinet. 236.f
De vi magnetis. 400.p
Magi Pharaonis quo pacto serpentes produxerunt. 103.f
Mathematica sunt in loco. 303.m

MAGNITVDO.

Magnitudines indiuiduæ. 14.p
Magnitudo ex solis punctis non conflat. 16.m. & 18.p
Magnitudinem ex diuisibilibus componebat Democritus. 20.f
Magnitudo corporis Christi. 483.m
Magnitudo corporum gloriosorum. 484.p

MATER.

Similitudo inter matrem, & sobolem. 196.p
Maternitatis relatio quod fundamentum proximum. ibid.f
Mater agit per calorem in fœtum. ibid.m
Vide fœmina.

MATERIA.

Materia infinita non datur. 25.m
Materia prima per se non est subiectum accidentium. 55.p
Materia prima radix recipiendi accidentia materialia. 57.f
Materia prima dici potest subiectum accidentium supposita forma. 56.f
Materia non requirat formam vt conditionem ad recipienda accidentia. 58.p
Materia diuersa munda. 57.m
Materia pura potentia. 63.p
Materia dicitur eas actu cum recipit formam. ibid.
Accidens inhærere potest materiæ omni forma destitutæ diuinitus. 65.f. & 66.p
Non ex qualibet materia, & forma fit vnum. 66.m
Materia sublunaris à forma cælesti informari non potest. 71.m
Materiæ Angelus non potest vniri. 71.f
Modus causandi materialis causæ quo pacto suppletur à Deo. 86.p.87.f
Materia prima omnis actualitatis expers. 89.m
Materia effectiuè à solo Deo accipit esse per creationem. 90.m
Materia dicitur proprie mutari non generari. 95.f
Materia in actione supponitur. 75.f
Materia potentia dupliciter. 119.f
Materiæ causalitas non est actio. 122.m
Materia suam habet existentiam. 121.f
Materiæ extensio. 157.p
Materia animalium exanguium in fœtu quæ. 198.p
Materia rerum sublunarium eiusdem speciei. 302.m
In materiam fit vltima corporum resolutio. 382.m
Materiæ proprium pati. 465.m. & 500.p
Omnes homines habere partem materiæ quæ fuit Adamo, qui putent. 264.p
In materia duplex conditio. 477.p
Materia quid. 498.p
Materia causa interna. ibid.
Duplex notio materiæ. 526.f. & 527.p

MEDICI.

Medicorum virtutes influentes non admittuntur. 179.m
Medicorum bilis coarguitur. 370.m
Medici dicunt fœminam concurrere actiue in generatione. 193.m
Medicorum sententia de generatione cordis & hepatis. 201.f
Medicorum virtus rectrix superuacanea. 230.m
Medici refellunt Aristotelis opinionem de materia fœtus. 197.p
Medici non possunt vitam in multa sæcula producere. 512.p
Possunt medici vitam diutius extendere. ibid.

MEMBRVM.

Membra infantium quot diebus formentur. 118.f
Membra omnia animalium continua. 170.m
Membrum vnum quo pacto agit in aliud. 171.f
Membra à quo delineentur. 199.m. & f
Membra omnia simul generari qui putent. 200.p
Non omnia membra simul generari. ibidem f. & 201
Membra vt sient mutuis auxilijs. 200.m
Membrorum

Membrorum politia. 201.m
Membra corporis imitantur situm vniuersi. 226.f
In membrorum compositione causa similitudinis quæ. 206.p
Quod membrum in homine nobilius. 226.m
Membrorum commune alimentum sanguis. 255.f. & 256.p
Membra arida non nutriuntur. 279.p

MISTIO, ET
Mistum.

Quo argumento multi mistionem negant. 354.f
Non omne mistum corruptibile ab intrinseco. 337.p
Mistio non est generatio. 355.f
Mistio non est accretio nec alteratio. 356.m
In misto sunt elementa in potentia. ibid.f
Non idem est compositio & mistio. 357.m
Qualibet pari mixti est mista. ibid.f
Quæ mistionem subeant. 358.m
Tenacia, & viscosa non facile miscentur. 359.m
Mistionem esse probatur. 361.f
Mistio est naturalis. 362.p
Elementa ad mistionem ordinantur. 361.f
Cum liquores eiusdem speciei miscentur an generetur tertium. 363.f
Mistio varie sumitur. 366.p
Argumenta contra definitionem mistionis. 365.p
Ad mixti generationem tria requiruntur. 366.m
Mistionis definitio. ibid.
Elementa an in mixto maneant secundum suas formas late tractatur. 368. & seq.
Mistum quomodo maneatur ab elemento prædominante. 374.m
Mistionis forma dupliciter sumitur. 371.f
Mistorum, & elementorum qualitates eiusdem speciei. 376.f
Duplex mixti consideratio. 456.m
E mixto prodeunt elementa. 461.m
In qualibet mixto omnia elementa. 462.m
In mixtis diuersa specierum temperamentorum varietas. 468.m

MORBVS.

Qui morbi ex offensione cerebri proueniant. 223.p
Morbus est ipsa senectus. 274.m
Quid morbus. 464.f
Non qualibet dissolutio temperamenti est morbus. 467.p
Morbus atrophia. 261.p
Membra quæ morbo arserunt, non nutriuntur. 279.p
Morbi minus periculosi verno tempore. 493.f
Mollе quid. 386.p

MORS.

Mors naturalis hominis. 128.m. & 511.m
Mors violentia. 128.f
Mortis & vitæ figura in duobus mundi partibus. 128.p
Mori dicitur ab Aristotele extinctio caloris nativi. 422.f
Morti omnia viuentia lege naturæ succumbunt. 510
Variæ causæ ortus, & interitus viuentium. 509.p
Mori non potuisse homines in statu innocentiæ, verum est in sensu composito. 510.f
Mors qua consideratione dicenda sit pœna. 511.m
Mors naturalis sine dolore. ibid.
Mori ab Aristotele cur omnium maximè terribilis dicitur. ibid.m
Cur ortus & interitus rerum perennis sit. 24.p

MOTVS, ET
Mutatio.

Motus localis corporum simplicium pertinet ad lib. de cælo. 2.m
Qui motus sit mensura reliquorum. 54.p
Qui negent alterationem esse motum continuum. 42.f
Alteratio motus continuus. 44.m
Motus ad quantitatem species infima. 273.m
De definitione motus. 280.m
Corrupto subiecto cessat idem motus. 284.p
Motus alterationis in nutritione quomodo desinat. 284.m
Motus varij in rarefactione. 292.m. & 294.f
Motus ad raritatem in Eucharistia quo pacto dari possit. 296.p
Motum, & naturam qui sustulerunt. 314.f
In genere mouentium veniendum ad vnum primum. 311.m
Duo genera mouentium. 304.p
Mouens primum, & vltimum. 310.f
Omnis mutatio est inter contraria. 22.p
Discrimen generationis ab aliis mutationibus. 34.f. & 35.p
Quæ generantur & corrumpuntur proprie non dicuntur mutari. 125.m
Mutatio propria quid requirat. 94.m
De mutu formicæ insidentis lanceæ. 434.p
De motu ad quantitatem. ibid.m
Diuisio motuum. 457.m
Ad rationem motus sufficit si tendat in formam sub nouo modo positiue. 295.f

MVNDVS.

Homo parvus mundus. 219.p
Mundi cor sol. 225.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elementaris mundi concors discordia. 412.p
Mundus cum constet contrarijs cur non pereat. ibid.
Mundi pulchritudo è quibus efflorescat. 132.p
Ad perfectionem vniuersi species requiruntur. 516.f

NATVRA ET NATVRALE.

Naturale tripliciter. 127.m
Quomodo corruptio naturalis respectu formæ & materiæ. 128.m
Naturalis est mors homini. 128.m
Natura abhorret ab infinito. 129.m.& 130.p
Natura aliqua facit imperfecta. ibidem.
Entia naturalia bifariam imperfecta. 130.p
Naturæ vniuersalis intentio. ibid.
Natura non intendit malum. 133.p
Ars naturæ æmula. 201.p.& 499.f
Naturalis facultas. 218.p
Natura amica compendij. 234.f
Natura necessaria dat, negat superflua. 235.p
Naturam qui sustulerunt. 314.f
Naturæ solertia & providentia. 375.f
Naturalia agētia vis certis terminis definitur. 323.p
Natura bestiis arma & tegumenta dedit non homini. 479.m
Contra naturæ calumniatur. ibidem.
Natura fertur in præstantissima. 505.p
Naturæ providentia ad res conseruandas. 510.f
Natura præuida suæ potestatis exercendæ. 525.m
Per naturam idem numero effectus redire non potest. 522.m

NERVI.

Nerui qui. 218.f
Nerui à cerebro oriuntur. 222.m
Nerui in infantibus teneriores. 479.p

NVTRIRE ET NVTRIRI.

Conuenientia, inter nutritionem & accretionem. 217.p
Nutritur animal quandiu viuit. ibidem.
Nutritio quo modo fiat. 231.f
Odor non nutrit. 251.m
An animalia sanguine prædita solo sanguine nutriantur. 253.& seq.
Vis nutritiua non opus est vt actu semper conuertat. 261.f
Quod nutritur quo pacto manet idem. 267.m
Decretio differt à nutritione plusquã genere. 272.p
Accretio differt à nutritione. ibid.m
Nutriens facultas tripliciter. 273.f. & 275.p
Nutriendi facultas terminatur intrinsece ex parte effectus. 276.m
Quod nutritur augescit. ibid.f
In nutritione motus alterationis quo pacto desinat. 284.m
Quo euentu fiat pars nutritionis in instanti. ibid.
Nutritio quando fiat. 236.p
Nutritionis facultates administræ. 236.p
Nihil ex suis partibus nutriri potest. 180.f
Vnum quodq; nutritur ijs ex quibus constat. 463.f
Videtur ignis nutriri. ibid.

ODOR.

Odor non nutrit. 252.m
Odor mosci & ambari. 395.f
Odora quæ gentes dicantur per dies aliquos sustentari. 250.f
Odore panis seu mellis vitam quatriduo quidam sustentasse dicitur. ibid.
Animantia quæ odore pasci dicantur. 250.

OPERATIO.

Operatio sensitiua, vitalis, intellectiua, immanens. 161.f
Ad operationes animalis influit eo. 226.p
Delectationes sunt operationum gratia. 426.m
Vnum quodq; est gratia suæ operationis. 43.f
Vide actio.

ORDO.

Ordo doctrinæ. 1.p
Ordo idē in recipiēdo qui in respiciendo. 141.m
Ordo naturæ qui. 166.f
Ordo actiuitatis in qualitatibus. 349.p
Ordinis encomia. 504.m
Ossa post consistendi ætatem non accrescunt. 276.f

PARENS.

Parens vterque concurrit actiue in generatione. 195.p
Parentum imaginatio quantum iuuet ad membrorum compositionem. 205.f
Et ad calorem. 205.f
In primis parentibus temperamentum quale. 465.f
Primorum parentum temperamētum idem tota vita futurum fuisset. 466.p
In productione primorum parentum nulla alterantis creati actio fuit. 470.p
Primi parentes quatenus erant in statu innocentiæ mori non poterant. 511.p
Primis parentibus immortalitatis donum concessum. ibidem.

PARTES.

Partes organica quæ. 168.f
Partes organicæ non habent peculiares formas. 169.m
Qui id affirment. ibid.
Partes organicæ duplicitèr. 169.f
Partes dissimilares agunt in se mutuo. 171.p
Partium triplex genus. 181.f
Partes viuentium duplicitèr. 215.m
Partes materiales quæ. 269.m
Partes formales secundum Aristotelem quæ. 299.p
Detractio partis à viuente quando non sit continua. 284.f
Partes animalis quod temperamentum habeant. 521.f
Partes anni quod habeant temperamentum. 493.m

PASSIO ET PATI.

Sine passione ex actio dari queat. 79.m
Nihil ab omnino simili patitur. 216.m
Actio & passio non fit per ingressionem atomorum. 321.p
Actio & repassio secundum eandem qualitatem. 347.
Non à quolibet patiente repatitur agens. 550.f
De Pelicano discrepantia inter auctores. 526.
Vide actio.

PHILOSOPHIA.

Philosophiæ parens experientia. 14.f
Philosopho charior veritas quam Plato. 594.m
Veterum philosophorum error. 403.p
Aliqui philosophi generationem ab alteratione non distinxerunt. 8.f
Falsa veteris philosophiæ opinio de generatione rerum. 89.p
Philosophorum sententias in medium afferre, vtile. 4.m

PIPER.

Piperis Virtus. 214.p
Piper quomodo calefaciat. 395.p
Piper non se calefacit sed ventriculum. 398.f

PITVITA.

Pituita quid. 233.f
Pituita fertur cum sanguine. 239.m
Pituita aliquando animal alitur. 262.p
Pituita vehiculum alimenti. 234.p
Pituita num in ventriculo gignatur. 238.f

PLATO.

Plato ab Aristotele reprehensus. 2.p
Dæmones habère corpora dogma Platonicum. 101.f
Platonis opinio de quantitate interminata. 139.f
Plato triplicem animam ponebat. 161.p
Plato animã viri corpori vi motorem aiebat. 165.m
Platonis ideæ. 211.p
Plato fontem sanguinis cor dixit. 225.p
Platonis superficies indiuidua. 321.f
Plato formas quæ per se separata cohærere non possunt formarum vmbras appellat. 394.m
Platonicam doctrinam vbi Aristoteles redoleat. 421.p
Platonicorum dogma de Dæmonibus. 101.f
Platonicorum dogma de anno magno. 520.m
Platonis palingenesia de animis. 521.m

PORVS.

Pori quid, & eorum causa efficiens & finalis. 277.m
Opinio Auerrois de poris refellitur. ibid.

POTVS.

Discrimen inter cibum & potum. 244.m
Potus commoda. ibid

POTENTIA.

Potentiæ generatiuæ & formatiuæ munia. 189.p
Potentia generatiua inest generanti. ibid.
Potentiæ formatrices cur tanta vis insit. 190.m
Potentia formatrix non est vitalis. ibid.
Potentia videndi prior dignitate tactu. 384.m
Vide facultas.

PRINCIPIVM.

Quinam principium fecere. 7.p
Empedocles quatuor fecit rerum principia. ibid.f
Tria principia ad generationem requisita. 94.f
Idētitas essentiæ non pendet per se à principio actiuo. 119.p
Principium non essendi materia. 126.m
Elementa non sunt prima principia simpliciter. 380. & seq.

PROPRIETAS.

Subiecta an sine proprietatibus diuinitus conseruari possint. 79.m
Qua necessitate proprietates emanent à subiectis. 80.p

PVLCHRITVDO.

Pulchritudo mundi è quibus efflorescat. 131.f
Ex pulchritudine corporis animi pulchritudo. 481.f
Pulchritudo late quid. ibid.
Pulchritudinis animi Encomium. ibid.f
Ad pulchritudinem requiritur harmonia membrorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum & colorum gratia. 482.p
Pulchri dici non possunt homines parui, vnusquisque maximè. ibid.
Pulchritudo magna in Christo. ibid.
Pulchritudo cum virtute quam vim habeat. ibidem.
Pulchritudo corporum gloriosorum. 483.f
Pulchritudo vnde. 484.p
Pulchritudine vincit homo animantia. ibid.m
Pulchritudo etiam consurgit ex contrariorum oppositione. 493.p

PVLSVS.

Sine pulsu perit animal. 229.f
Pulsatrix vis in corde. 221.m
Pulsus arteriarum ad modulos certos compositus. ibidem
Pulmonum magnitudine consultum quibusdam animalibus contra sitim. 246.f

PVNCTVM.

Magnitudo ex solis punctis non constat. 17.p & 18.m
Inter quælibet duo puncta continuum. 20.p
Non plura sunt puncta in maiori circulo quàm minori. 290.f

QVALITAS.

Duplex opinio de intensione qualitatum. 42.f
Qualitas nobilior quantitate. 50.p
Substantia quo nobilior eo nobiliores habet qualitates. ibidem.m
Qualitas magis accedit ad substantiam quàm quantitas. 53.p
Quædam qualitates Corporales non educuntur de potentia materiæ. 57.m
Qualitas extra subiectum diuinitus conseruari potest. 75.f
In intensione nouæ qualitas acquiritur non tamen in rarefactione quantitas. 291.f
Qualitas in alieno subiecto cur non intendatur à se. 333.m
Qualitatum intensio in alieno subiecto non fit per actionem reflexam. 334.m
Qualitas in materia densiori non agit intensiùs. 344.p
Ordo altitudinis in qualitatibus. 349.p
Quæ qualitates dicantur resistiuæ magis. ibidem
Qualitates mistorum & elementorum, eiusdem speciei. 376.f
Qualitatum tactilium septem coniugationes. 384.m
Qualitates actiuæ frigus, & calor. 385.m
Qualitates passiuæ siccitas & humiditas. ibid.f
Quæ qualitates elementorum propriæ. 386.f
Qualitates non sunt elementorum forma. 392.f
Qualitates virtuales. 395.f
Quatuor qualitates positiuæ. 396.p
In elementis præter quatuor qualitates non dantur aliæ virtuales eiusdem appellationis. 397.p
Qualitates virtuales mistorum vnde. ibid.
Qui eas negent. ibidem
Quatuor tantum sunt qualitates primæ. 398.p
A primis qualitatibus cæteræ qualitates oriuntur. 399.p
Definitiones primarum quatuor qualitatum. 401.p
Argumenta contra definitiones. ibidem
Soluuntur. 403
Primarum qualitatum triplex consideratio. 405.p
Omnes primæ qualitates in quadam consideratione sunt passiuæ. ibidem.
In alia consideratione duæ sunt passiuæ, duæ actiuæ. ibidem.
Primæ qualitates tertio modo eōrum actiuæ. ibid.
E quatuor qualitatibus quæ magis actiuæ. 406.p
Duæ qualitates non dicuntur passiuæ quod magis patiantur. ibid.m
Duæ qualitates passiuæ magis resistunt. ibid.
Vnicuique elemento conuenit vna qualitas in summo. ibid.f
Cuilibet elemento plures insunt qualitates primæ. 411.f
Quæ qualitas in elementis contraria admixta sit. 415.m
Qualitates symbolicæ elemẽtorum eiusdem speciei. 416.
Qualitatum intensio certis gradibus desinitur. 424.f
Qualitates supernaturales possunt in infinitum augeri. ibidem.
Contrariarum qualitatum latitudines æquales. ibidem.f
Duæ primæ contrariæ qualitates in gradibus remissis simul. 425.m
Qualitates secundæ contrariæ possunt inuicem permisceri in eodem subiecto in gradibus remissis. 426.m
Probabilius est duas qualitates Contrarias in gradu perfecto diuina virtute posse simul in eadem re inueniri. 430.f
De quibus hoc intelligendum sit. 431.p
Acquisitio primarum qualitatum quomodo simul dari non potest. 433.m
Acquisitiones contrariæ secundarum qualitatum nō inueniuntur simul in eodē subiecto. 434.m
Mediocritas primarum qualitatum non est posita in indiuisibili. 462.p
Temperamentum an sit simplex qualitas. 465.f
Beatorum corpora quatuor primas qualitates habebunt. 469.f
Qualitatē naturalem Deus tribuere potest viuentibus

uentibus quæ tuta sint à corruptione. 512.p
Vnde proueniat capacitas recipiendi qualitates corrumpentes. 513.p
Dos impassibilitatis qualitas supernaturalis. ibid.

QVANTITAS.

Quantitas non agit. 53.p
Quantitas sequatur ne formam an materiam, ibidem.
Accidentia extensa ratione quantitatis. 59.p
Accidentia primo inhærent quantitati eiusq; interuenta materiæ. ibidem.
Quantitas extendit substantiam, 69.f
Quantitas quo pacto non potest accidentibus subsiare. 60.m
Formæ recipiuntur in materiam extensam ratione quantitatis. 64.f
Quantitas extra subiectum diuinitus conseruatur. 75.f
Absque quantitate non potest dari latio Physica. 79.p
Quantitas extra subiectum nō acquirit nouum esse. 81.f
Num acquirat modum positium. 82.m
Quantitas extra subiectum vi naturæ perire potest. 84.f
Sine quantitate non datur agentis corporei actio. 85.p
De quantitate interminata. 140.p
Quantitas ad materiæ officium propius accedit. 147.f
Motus ad quantitatem speciei infimæ. 273.m
Noua quantitas an in rarefactione acquiratur late tractatur. 286.& seq.
Noua quantitatis perfectio non est noua quantitas. 290.f
Quid quantitatis immotum maneat in rarefactione, & condensatione. 293.m
Quantitas, terminus, & subiectum quo pacto esse possint simul. 296.p
Quantitas intrinsecè habet extensionem, maiorem vero vel minorem ex accidente. ibid.f
De quantitate corporis Adami, & Euæ. 299.p
Quantitas re differt à substantia. 302.f
De motu ad quantitatem. 434.m
Quies non potest dari inter qualibet duo momenta alterationis. 45.p

RADII.

De intensione radiorum. 325.m
Radij solis reflexi vt generent ignem. 326.p
Duo radij in vnum coeuntes. ibid.m
Radius directus & reflexus simul producūtur. ibid.f

RAREFACTIO.

In rarefactione an noua acquiratur quantitas. 387.f
Argumenta probantia acquiri. 388.
Opinio Scoti ea de re, ibid.f
Vera sententia. 289.p
Quod rarefit varijs afficitur motibus. 291.m & seq.
In rarefactione cur noua quantitas non acquiratur. 291.f
In rarefactione & condensatione quid quantitatis immotum maneat. 293.p
Quid de media linea. ibid.m
Quid de puncto, linea, & superficie in rarefactione. 294.p
Ex paruo fieri magnum absque rarefactione vel accessu materiæ naturaliter qui putarint. 297.p
Diuinitus qui id fieri posse putent. ibidem.
Qui negent. 298.p
Probabilior sententia. ibid.f
Quando rarescat subiectum. 298.m
Rarefactio duplicater. 299.f

RARITAS.

Rari & densi definitio. 286.m
Raritas quando non sit qualitas. ibid.f
Raritas & densitas cœlestis & sublunaris eiusdem speciei. 287.m
Raritas & extensio se comitantur. 296.m
Raritas aliquando pro partium positione aliquando pro qualitate. 286.m
Elementa calida ingenitam habent raritatem. 403.m
Raritas in igne non ex sola siccitate oritur. 417.f

REGENERATIO.

Solida cur non regenerentur. 190.m
Opinio Aristotelis ea de re, 191.m
Opinio Galeni. ibidem.
Pars corrupta potest regenerari. 526.m

RELATIO.

Relatio Creaturæ. 62.f
Relatiu Creaturæ idem re cum illa. 68.f
Relatio maternitatis quod habeat proximum fundamentum. 196.f
Relationem paternitatis & maternitatis distinguit specie ait D. Thomas. ibid.
Relatio Creaturæ extra subiectum dari non potest. 79.p

RESOLVTIO.

Resolutionem non fieri vsque ad materiam primam qui putent. 138.p
Resolutionem non fieri vsque ad materiam primam probabilius. 140.m
In materiam sit vltima corporum resolutio. 272.f
Reflexus sui contrarij index. 4.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESISTENTIA.

Resistentia Negatiua, Priuatiua, Contraria. 348.m
Discrimen inter has resistentias. ibidem
Argumenta probantia resistentiam distingui ab actinitate. 349.f

RESVRRECTIO.

Resurrectio quadam regeneratio. 92.p
De corporibus in Resurrectione. 300.
Resurrectio generatio, & regeneratio dicitur. 117.p
In resurrectione humores corpori reddendi. 182.p
In resurrectione corpora infantium ex qua materia. 265.f
In resurrectione non interueniet actio alterantis. 118.
In resurrectione an danda sit actio consequens refactionem. 293.p
Ethnici Philosophi resurrectionem negarunt. 483.

RISVS.

Ieiunosi ad risum faciles. 239.m
Proclitiores ad risum grandiore sunt iene. 241.m

SANGVIS.

Sanguinem esse animam qui putarint. 179.f
Sanguis nõ informatur anima.ibi.f.& 180.p
Probatur ratione sumpta ex Eucharistia. 181.p
Sanguis vltimum alimentum. 180.f
Sanguis venalis & arterialis. 181.m
Discrimen inter sanguinem & spiritus. ibid.
Sanguis in corpore non mouetur à se. 182.m
Sanguis à quo moueatur. ibid.
Sanguinis necessitas. ibidem
Sanguis pars animalis. ibid.f
Sanguis vsus impropria. 183.p
Sanguis est quid incompletum. ibidem
Sanguis assumptus à verbo diuino non predicatur de illo. 183.m
Sanguis immediate Verbo Diuino vnitus. 178.m
Sanguis menstruus. 184.& 197.
Sanguine menstruo alitur fœtus. ibidm
Sit ne discrimen inter lac & sanguinem. 185.m
Qualis sanguis sit fœtus materia. 197.f
Sanguinem arterialem cor, venalem hepar generat. 203.p
Cuius Sanguinis origo cor. 210.m
Sanguinis fons cor ex Platone. 225.p
Sanguis per se nutrit. 254.m
Argumenta in oppositum. ibidem
Non omnia membra sanguine nutriuntur. ibidem.f

SANITAS.

Sanitas dupliciter. 171.f
Quid sit sanitas. 464.m

SEMEN.

In semine vis formatrix. 167.p
Semen ex superfluo alimenti. 187.p
Qui putent semen viuere. ibidem
Semen non viuit. ibid.m
Semen arborum & herbarum viuit. 188.p
Seminis vis dirigitur ab auctore naturæ. 190.p
Fœminas non conferre verum semen ait Aristoteles. 192.m
Qui putent conferre sed minus efficax. 193.m
Partium seminis differentia. 198.f

SENECTVS.

Senectus ipsa est morbus. 274.m
Senes cum deliri. 490.p
Senibus vnde iudicium. 491.f
In senectute diminutio caloris non dissoluit temperamentum. 511.f

SICCITAS.

Siccitas lima caloris. 341.f
Siccitas, & humiditas cur resistiua. 352.p
Siccitas qualitas patibilis. 385.f
Siccum & humidum multipliciter. 386.p
Siccitatem vt afferat frigus. 400.p
Sal exsiccat corpora. 405.f
Frequentes balnea cur corpora exsiccent. 409.p
Siccitas in summo gradu conuenit terræ. 411.p
Siccitatem aquæ cur manus non sentiat. 416.p
Siccitatis Temperamentum. 496.m

SIDERA.

Sidera natalitia iuuant ad ingenium. 485.p
Refellitur quadam opinio de syderum influxu. 509.m
Syderum afflatus. ibidem
Sydera non influunt per se in voluntatem. 486.m
Sydera natalitia qua vi polleant. 27.p

SIMILE.

Similium triplex genus. 335.f
Quæ similia primo modo in se agere non possunt. ibidem.f
Similia secundo modo agere possunt in se. 337.m
Inter similia tertio modo non datur actio. 339.m
Argumenta eã de re. 340

Nihil ab omnino simili patitur. 216.m
Inter similia non datur actio. 309.m

SIMILITVDO.

Similitudo causa errorit. 36.p
Similitudo triplex. 204.f
Varietas & dissimilitudo faciorum. 205.m
Similitudinis causa in coloribus. ibid.f
Similitudinis causa in artuum compositione. 206.p
Similitudo à conuersione aquæ in vinum. 216.f

SITIS.

Sitis definitio. 241.f
Argumenta contra definitionem. 242.f
Soluuntur. 246.m
Quo pacto oriatur sitis. 245.p
Vera sitis definitio. ibidem
Magnitudine pulmonum consultum quibusdam animalibus contra sitim. 246.f

SOL.

Solis Lux. 76.p
Sol cor mundi. 225.m
Empedocles solem ignea naturæ faciebat. 9.f.& 11.p
Sol & homo generant hominem. 194.p
Radij solis directi & reflexi. 325.m
Radij solis reflexi generant ignem in speculo. ibid.
Radij duo in vnum coeuntes. 326.m
Solis actu quidam interiere. 421.f
Sol quomodo faciat diuersa anni tempora. 492.m
Diuisio Zodiaci in quatuor quadrantes. 493.f

SPECIES.

Species rerum differunt vt perfectum & minus perfectum. 162.f
Species rerum vt numeri. ibid.
Speciebus figurarum animas Aristoteles comparat. ibidem
Materia sublunaris eiusdem speciei. 302.f
Species intentionales, reales an gignant. 328.m
Species rerum requiruntur ad perfectionem vniuersi. 516.f
Actio per Antiperistasim non fit per species intentionales. 327.f

SPIRITVS.

Spiritus vitalis. 369.m
Spiritus vehicula imaginum. 178.f
Spiritus vitales & animales non informantur anima. 181.m
Discrimen inter sanguinem & spiritus. ibid.
Spiritus impropriè nutriuntur. 183.m
Receptio imaginum in spiritibus. ibid.m
Spiritus instabiles. ibid.
Vis confectrix spirituum vitalium in corde. 227.m
Spirituum finalis causa. 228.m
Spiritus quid. ibid.m
Spiritus insitus & influens. ibid.
Spiritus influens diuiditur in vitalem & animalem. 229.p
An sit ponendus spiritus naturalis. ibid.
Quibus indicijs deprehendatur dari spiritus. 229.m
Spiritus vitalis in læuo cordis ventriculo. 230.p
Spiritus à quo cieantur. 230.m
De spirituum sustentatione. ibid.
Circumuoluti coincidunt ob motum spirituum. ibidem.

SVBIECTVM.

Opinionẽs de subiecto horum librorum. 1.m
Vera sententia. 2.p
Contrariorum subiectum necessario dandum. 10.f
Extra subiectum non datur accidens naturaliter. 28.f
Generationis & alterationis subiectum. 38.f. & 65.m
Subiectum accidentium compositum. 54.
Subiectum accidentium spiritualium anima. 55.p
Discrimen inter subiectum generationis & accidentium. 66.p.& 148.m
Extra subiectum Deus potest conservare accidentia. 74.p.& 75.f
Item producere. 75.p
Accidentia non indiuiduantur per subiectum. 78.f
Subiecta sine proprietatibus diuinitus conseruari possunt. 79.m
Accidẽs extra subiectum num acquirat nouum esse. 81.f
Commune subiectum quòd contraria sustineat. 302.p
Corrupto subiecto cessat idem motus. 284.p
Cuilibet subiecto certa capacitas ad accidentia recipienda. 427.f

SVBSISTENTIA.

Anima rationalis in corpore est per se subsistens. 55.p
Sola per se subsistentia accipiunt esse. 125.f
Anima rationalis per se subsistit. 120.f
Subsistentia diuina communicari potest. 77.f
Subsistentia creata communicari non potest. 78.p
Natura potest conseruari sine propria, subsistentia. 78.p
Natura humana in verbo diuino caret propria subsistentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sistentia. 77.f
Anima Christi subsisti subsistentia verbi diuini. 61.p
Actiones sunt subsistentium. 54.f

SVBSTANTIA.

Substantia à quantitate extenditur. 63.f
Accidens imitatur substantiam cum extra subiectum ponitur. 174.f
Substantia realiter distinguitur à quantitate. 172.f
Substantia quo nobilior eo nobiliores qualitates habet. 50.p
Substantia inhærere non potest. 77.m
Accidens non potest existere existentia substantiæ. 77.m
Ex substantia & accidente non fit vnum per se. 392.f
Quod vni est substantia, alteri non potest inhærere. 393.m
Corpulenta substantia quæ. 267.p
Sustentare variis modis. 87.f

SVCCESSIVVM.

Successiuum ens extra subiectum diuinitus poni potest. 76.m
Successio animarum in vtero. 166.f
Successiuum ens diuinitus restitui potest. 533.f
Qui id negent. 532
Quæ communitas requiratur ad vnitatem entis successiui. 534.p
Non potest essentia temporis veri ab imaginario pendere. 534.m
Tempus positiuum commensuratur imaginario. 535.p
Repugnat successiuum impediri ne fluat. ibid.f
Reuocatio successiui quo pacto dicatur possibilis. ibidem
Possunt eiusdem horæ partes conuerso ordine redire. 536.m
Mutato partium ordine non esset idem successiuum quoad identitatem accidentariam. 536.f.& 537.p

SVPERFICIES.

Superficies individua Platonis. 323.f
De superficie media inter vtrumque agens. 353.m
Luminosum magis non auget lumen in prima superficie. 357.m
Immediate post primam superficiem est quicquid est infra V. G. lucem vt octo. ibid.
Si prima superficies diuinitus subtrahatur à corpore quid. 348.p
Agens in prima superficie producit quantum habet & post illam minus. 344.p
Superficies imaginaria & immobilis. 51.

TACTVS.

Tactus Physicus. 303.f
Tactus impropriè. 305.p
Omnis actio Physica contactum requirit. 302.f
Tactus virtutis & quantitatis. 304.f
Inter quæ reperiatur contactus. 306.p
Ad mutuam actionem & passionem contactus non est ratio agendi sed vt conditio. ibid.f
Ad actionem non requiritur proprie contactus. 307.m
Tactus sentit exuperantiam qualitatum. 377.p
Tangibile quid. 381.f
Tactilium qualitatum septem coniugationes. 384.m
Tactus posterior nobilitate aspectu. ibid.p

TEMPERAMENTVM.

Ex ignis & aquæ oppugnatione temperamentum ad formam mixti. 449.m
Mortem vilde febrientis frigido cordis temperamento adscribit Galenus. 422.f
Temperamentum quomodo videtur relatio. 464.f
Temperamentum esse qualitatem quibus placuerit, ibidem
Temperamentum non est simplex qualitas sed aggregatum. 465.m
Non qualibet dissolutio temperamenti ægritudo. 467.p
Temperamentum vniforme difforme, difforme simplex & compositum. 467.f
Nouem temperamentorum discrimina. 468.m
Temperamentorum varietas in mixtis diuersæ speciei. ibid.
Temperamentum debitum fuit in primis parentibus. 469.f
Primorum parentum temperamentum idem fere tota vita futurum fuisset. 470.p
Temperamentum Christi pro ætatum ratione varium. ibid.
Gloriosorum corporum temperamentum omnino inuariabile. ibid.
Qui negent temperamentum ad pondus. 471.p
Qui concedant. ibid.f
Potest dari in toto misto inanimato temperamentum ad pondus. 472.f
In toto misto animato nequit per naturam dari temperamentum ad pondus eius formæ cõueniens, non repugnat tamen dari in aliquo membro viuentis. ibid.
Temperamentum ad pondus & ad iustitiam. 469.m
Temperamentum quàtam varietatem subeat. 376.m
Temperamento variato non semper interit animal. 377.f
Humani corporis temperamentum cæteris præstantius. 476.f
Salamandra temperamenti frigidi. 419.m

Temperamentum calidum & humidum propagant vitam. 510.p
Temperamentum siccitatis & caloris. 496.m
Temperamentũ singulariũ partium animalis. 496.f
Temperamentum cur indicet ingenium. 488.m
Temperamenta quatuor. ibid.f
Temperamenta quatuor anni partium. 493.m
Temperamentum singularum ætatum. 494.f

TERMINVS.

Terminus ad quem corruptionis est terminus à quo generationis. 31.p
Terminus generationis primitate intentionis. 120.f
Terminus generationis vt quod. 121.m
Terminus generationis formalis & proximus. 122.p
Terminus principalis generationis, qui corruptionis. 121
Terminus corruptionis negatiuum quid. 126.p
Forma & compositum vt terminant generationem. 121.f
Discrimen inter terminum magnitudinis ad generationem & ad nutritionem requisitum. 281.f
Cur ignis nõ dicitur facile terminari termino alieno. 404.f
Cur minutissima non bene terminentur alieno termino. ibid.

TERRA.

Terra stirpibus alimenti promptuarium. 42
Terræ conuenit siccitas in summo gradu 411.m
Inter elementa ignis vt agens, terra vt patiens ibidem
Terra sicca & frigida. ibid.f

DIVVS THOMAS.

De opinione Diui Thomæ circa subiectum accidentium. 57.p
Omnes species quantitatis habere imperfectionem, non omnes species qualitatis ex D. Tho. 50.m
Quomodo D. Thomas putat Dæmones posse edere humanam prolem. 104.p
D. Thomas de intentione naturæ in productione fœminæ. 130.f
Quomodo D. Thomas intelligit opinionem Platonis de triplici anima. 160.f
Diuus Thomas ait relationem patris & matris distingui specie. 196.f

TOTVM.

Totum absque noua actione emergit. 124.p
Totum est generationis terminus primitate intentionis. 121.p

Vide compositum & partes.

VENA.

Venæ quales. 218.f
Venæ è iecore propagantur. 219.f.& 220.p
Vena vmbilicaris. ibid.
Venæ meseraicæ. 232.f
Vena cava magna. 235.m
In venis sæpe vtrãq; bilis reperitur. 2, 41.m.& 256.m
Vesicula vriusque bilis. 256.m

VENENVM.

Venenosi quæ animantia vescantur. 247.f
Venena sumendi consuetudo. 249.p
Quod vni alimentum alteri venenum. 248.p
Inter venena frigida, opium & cicuta. 419.m
Contra venena plura remedia inuenta. 521.

VENTRICVLVS.

Ventriculus communis officina. 232.p
Ventriculi substantia & forma. ibid.
Ventriculo concoctio non omnino necessaria ex Galeno. 234.m
Ventriculus naturæ membranea. ibid.
Ventriculus an Chylo alatur. 253.p
Ventriculus ex parte alitur chyloso succo. 256.f
Ventriculus cur hyeme calidior. 334.m
Vsus ventriculi segnitiem vt calligent. 262.p
Ventriculi vires minuit ciborum copia. 515.m

VERBVM DIVINVM.

Verbum diuinum sustentat humanitatem sine imperfectione. 88.p
Verbum diuinum quomodo mutari dicatur. 95.m
Verbum diuinum vnum in triduo formã cadaueris. 159.m
Vnio Hypostatica inter verbum diuinum & humanitatem soluta fuit per mortem. 154.f

VERITAS.

Veterum dogma de ratione iudicandæ veritatis. 12.f
Qui veritatem quærit ambiguitatem vitet. 27.p
Veritas charior Philosopho, quàm Plato. 194.m

VINVM.

In vinum aqua conuertitur. 363.p
Aqua non à vino diluto eximi potest. ibid.f
Multa de vino. 487.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIOLENTVM.

Violentum quid. 127.p.& 523.m
Mors violenta. 128.f
Nullum violentum perpetuum. 523.p

VITA.

Vitæ & mortis figura in duabus mundi partibus. 228.p
Vitalis facultas. 116.m
Vita consistit in calido & in humido. 494.f
Calidum & humidum temperamentum longiorem vitam reddunt. 510.p
Vitam in multa secula producere non possunt medici. 512.p
Possint medici vitam extendere. ibidem
De ligno vitæ. ibidem
De virtute pomi vitalis. 514.p
Cur homines antiqui diuturniores vitæ. 515.p
Qui diu vixere. ibidem.

VIVENS.

Triplex notio generationis viuentium. 96.p
Discrimen generationis viuentium. ibidem
Generationis viuentium definitio. ibidem.m
Viuentium motus proprius. 177.f
Viuentium partes dupliciter. 215.m
Viuentia quo pacto ab intrinseco intereant. 259.m
Viuens quandiu viuit nutritur. 261.m
Argumenta in oppositum. 260.m
Viuentium imperfectiorum formæ dissimiles. 269.f
Viuentium appetitus ad conseruationem. 288.m
Inter viuens & alimentum actio & perpessio. 495.f
Omnia viuentia lege naturæ morti succumbunt. 508.f
Variæ causæ ortus & interitus viuentium. 509.p

VNGVES.

Vngues versus omnem dimensionem crescunt. 173.p
Qui putent vngues animari forma totius. 172.f
Qui putent vngues animatos esse & informari alia forma. 173.m
Qui putent non esse animatos. 173.f
Vngium generatio. ibidem
Vngues crescendi habent terminum. 174.m
Vngues quo modo augescant. ibidem.m
Vngues præcisi cur pueris citius regenerãtur. 175.m
Vngues tota vita crescunt. 175.f
Vngues in cadaueribus vt crescant & nutriantur. ibidem.
Vngues suis constant organis. 176.m

VNITAS.

Vnum per se & per accidens. 71.f
Qui vnum principium fecere. 7.p
Quo modo intelligendum, virtus vnita fortius agit. 341.f.& 342.p
Vnitatem dat forma. 150.m
Vnum vni contrarium. 417.m
Vnum per se ex substantia & accidente non fit. 392.

LAVS DEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca